BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 II
17

C·29·f·

13-6.B.63

# PRACTICA CAVSARVM CRIMINALIVM

## DO. LVDOVICI CARERII RHEGINENSIS, V. I. D. CELEBERRIMI,

Tyronibus ac veteranis admodùm vtilis & neceſſaria, In qua Tractatus Appellationũ, Tract. de Indiciis & Tortura, Tract. de Homicidio, & Aſſaſsinio, & Tract. de Hæreticis continentur, & quæ diſponantur ſuper his Iure Ciuili, Cano. & Regni Neap. ſtatutis traduntur, & miro ordine apparent, cõpilata,

*Poſtrema hac editione ab Autore ipſo diligentiſsimè recognita, & tertia amplius parte locupletata,*

Cum eiuſdem Autoris Summariis & copioſiſsimo Indice.



Conv.tus S.tæ Mariæ de Scala Vrbis.

*LVGDVNI,*
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM, SVB SCVTO VENETO.
*M. D. LXII.*
Cum priuilegio Regis.

*ELENCHUS OMNIUM TRACTATUUM, QVI IN HAC PRACTICA CRIMINALI CONTINENTVR.*


| | |
|---|---|
| Tractatus Appellationis in criminalibus. | fol. 2 |
| Tractatus de Indiciis, & Tortura. | 34 |
| Tractatus de Homicidio & Aſſaſsinio. | 98 |
| Tractatus de Hæreticis. | 254 |

# EXCELLENTISSIMO DOMINO BERNARDINO

Martirano à ſecretis Cæſaris in regno Neapolitano, ac Equiti digniſsimo,

LVDOVICVS CARERIVS RHEGINVS

S. P. D.

*CVM Maiorum inſtituta tacitus mecum repeterem, excellentiſsime domine, occurrit derepentè præclarus ille erga benemerentes antiquorum mos diuináque penè aſſuetudo, qua & publicè & priuatim beneficia, quæ ſemel à gratioſis ſibi hominibus accepiſſent, ab obliuionis iniuria, qua poterant ratione vindicarent, immortalitatíque conſecrarent: hinc enim & publicitus dicatæ ſtatuæ, & ne minus æquo honoris deferretur aliquid, cœptum eſt et iam domi, remotiſſimis penetralibus, ad Veſtam penè ipſam habere illos in pretio, quibus vel ex ipſa neceſsitudine faterentur ſe debere aliquid, vel aliunde tanquàm beneficio obæratos deuinciri. Erectæ itaque & effictæ ad eam rem ſtatuæ, & imagines, larariiſque ſæpe tam reuerenter illatæ, vt penatibus ipſis, quos affectis bene hominibus priſtina conciliaſſet obſeruãtia, ſolitum honorem præripuerint: quæ mecum repetens, & pro confeſſo habens, me tibi quàm maximè fore obnoxium, vt tot, et tanta à te mihi præſtita beneficia (vt tuo auſpicio, & fauore paternam hauſerim ſubſtantiam, ab aliorum iniuriis deuinctam) æuo ſempiterno affi-*

*gerem memoriæ, nuſquam eorum oblitus: & cupiens (vt debeo) partim ſoluere & in aliquo (aliter non valens) niſi atramenti opere, exemplo viduæ æs minimum offerens in gazophylatio, vires meas dedo. Proinde tu mihi tanquàm ſidus fulgens occurriſti, vnúſque inter potiores ſelectior, & inter ſelectiores potior, ac ſolus, cui noctes has inſomnes ad criminalium cauſarum phraſim, ad quam paraphraſis hæc tuo nomine, & tutelari prodit auſpicio, dicarem: adeò enim præfulges virtutibus, ſciẽtia, conſilio, & moribus, vt alter à ſecretis Cæſaris in regno Neapolitano proueherеris, & virtutibus tuis, et auſpiciis quàm maximis germanus tuus Coriolanus ad paſtoralem dignitatem extitit promotus, qui tali ornatur ſcientia, virtutibus, et moribus, vt alter ex oppugnatoribus Luteranæ ſectæ inter Chriſtianæ religionis profeſſores ad diſceptandum ſelectus ſit, quibus doctrina, ſcientia, & moribus ad maiora, & altiora prouehi ſpes eſt quàm maxima. Feceris proinde humaniter, ſi ſoboleſcentem hanc noſtram fœturam exceperis, & te vindice admodum cenſorio per ora hominum volitare permiſeris: quam rem Deus optimus maximus felicitet, ita augurare, veluti ſub tuo nomine futurum præſentio. Vale felix & fauſtus ad Neſtoreos & annos, ſummum noſtræ prouinciæ decus, & lumen.*

G.Roui

# *G. ROVILIVS*
## *LECTORI.*

CVM Hiſce annis (Lector) omnibus inſeruiens, ſed præſertim in Iure candidatis practicam hanc cauſſarum criminalium D. Ludouici Carerij excuſiſſem, eam à ſtudioſis quibuſq; ita auidè exceptam reperi, vt nonnulli paucis poſt diebus mecum expoſtularent, quòd his tantùm fontem ſubindicaſſem, & aditus ad eum interclufus eſſet, præ exemplarium inopia. Ego verò qui noctes diésq; nullum non verſo lapidem, quò rei literariæ, totique Reipub. Chriſtianæ aliqua proficiam, mirum quàm angebar (verùm enim dicam) quod his ſubinde morem gerere non liceret. Sed quid ageres? Ita ſunt res mortalium, ὥςε μήτε πάντα, μήτε πᾶσιν, μήτε πάντοτε. Verùm enimuerò cùm id memoria nunquam excidiſſet, ſempérque ob oculos obuerſaretur meos, cœpi tandem cogitare quonam pacto tanti temporis verſuram ſoluerem, ne qui cæteris in rebus ſtudium meum, operam, induſtriam, laborem, diligentiámque omnem in excolenda, amplificandáque re literaria impenderem, hoc loco, καὶ ἀπὸ τῶν φιλολόγων, officium meum requiri ſinerem. Itaque autorem ipſum adij, hanc, vt ſedulò recognoſceret, precibus cum eo egi, & mihi vt eſſet adiumēto (dum

tibi cæteriſq; ſatisfacio) ſummoperè flagitaui. Quid opus eſt verbis? exoraui. Nam cùm hiſce diebus eam ad me remiſiſſet, ſic collupletam illicò ſum conſpicatus, vt quam vix dum Embryonem anteà dixiſſes, in virilem ætatem perueniſſe affirmare queas. Adeò enim excreuit, ſic rebus & ſententiis aucta, tot virorum doctiſsimorum autoritatibus illuſtrata, & tot exemplis ſuo quæque loco valde quàm appoſitis elucidata eſt, vt & nihil amplius in hac criminũ materia ſis deſideraturus, & me fidem meam abundè ſuperq; exoluiſſe profitebere. Acceſsit copioſiſsimus index, ſingulisque capitibus (ita enim nunc primùm diſtribuetur) ſic ſua quæ vocãt ſummaria coniunguntur, vt nullo labore, quæ tibi vſui futura ſunt, derepentè ſe offerant. Fruere igitur, & tibi perſuade me nec labori, nec impenſis, vllo vnquam tempore eſſe parciturum, vt tibi, totíq; ordini literario gratum faciam.

Vale.

## *Extraict du priuilege du Roy.*

PAR Grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne foys ou pluſieurs, ce preſent liure intitulè, *Practica Criminalis Ludouici Carerij doctoris Neapolitani, reueu corrigé & de beaucoup amplifié & augmenté par le meſme autheur.* Et fait defences depar ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs,& perſonnes quelcõques, de non imprimer,ne faire imprimer,vendre,ne diſtribuer,en ſes pais,terres & ſeigneuries,ledict liure, ſi ce n'eſt par le conſentement dudict Rouille. Et ce iuſques au tẽps & terme de douze ans, à compter du iour & datte,que ſera paracheué d'imprimer ledict liure,ſur pei-ne d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ilz auroyent imprimez.Et afin qu'aucũ ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege,ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement deſdictz liures,ſerue pour toute notificatiõ, ſauf en demander copie audict Rouille(ſi bon leur ſemble)& ce à leur deſpẽs. Car tel eſt ſon plaiſir, nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques, comme plus à plein eſt contenu & declarè par leſdictes lettres du priuilege,ſur ce donnees à S. Germain en Laye, le vinthuictieme iour de decembre, mil cinq cens cinquante huict.

*Par le Roy,* *Maiſtre Iean Nicot, maiſtre des requeſtes de l'hoſtel,preſent.*

Signé, Guillaudet.

# SOLENNIS REPETITIO IN L. II. C. QVOR. APPELLA. NON RECIP. EDITA PER EXIMIVM V. I. D.

## DN. LVDOVICVM CARERIVM RHEGINVM, REGNI NEAPOLITANI,

*IN QVA TRACTATVS APPELLATIONIS* in criminalibus, Tractatus de Indiciis & Torturæ ſubiicitur: & ſolennis Tractatus de Homicidio ſubſequitur: & Tractatus de Hæreticis ſubnectitur: ex quibus Practica cauſarum criminalium elicitur.

*

*Et diſpoſita in omni Iure Ciuili, Canonico, & Regni Neapolitani ſtatutis traduntur, miroq; ordine compilata apparent.*

## SVMMARIVM.

1 *Conuictus & confeſſus ſponte, non appellat.*
2 *Conuictus tantum, & non confeſſus, aut formidine tormentorum confeſſus, appellat.*
3 *Executio pœnæ capitalis nō impeditur per appellationem, quãdo eſt conuictus & confeſſus.*
4 *Conuictus & confeſſus non appellat in criminalibus, nec etiam in pecuniariis.*
5 *Conuictus & confeſſus appellare dicitur per calumniam, vt differat executionem, nec de errore probat.*
6 *Conuictus per claras probationes non dicitur errare, ſed veritas cum confeſſione conſonat.*
7 *Appellatio friuola tolli poteſt iure, ſtatuto & praeſcripto.*
8 *Conuicti & confeſſi appellatio dicitur friuola & calumnioſa.*
9 *Apellatio notoriè calumnioſa, non impedit executionem capitalem.*
10 *Conuictus & confeſſus non appellat, in delictis etiam non conſummatis.*
11 *Delictorum initium attenditur, & non finis.*
12 *Conuictus per inditia indubitata non appellat, ſicut nec per teſtes, ſecus ſi dubitata.*

13 Tortus ex indiciis indubitatis condemnatus, & confeſſus non appellat, ſecus ſi dubitatis.
14 Tortus ex indiciis indubitatis, & confeſſus non poteſt ſuam confeſſionem reuocare.
15 Confeſſionem non reuocans, non poteſt appellare.
16 Conuictus ſiue per teſtes, ſiue per indicia indubitata, non appellat.
17 Conuinci argumentis, teſtibus ſuperari, & confiteri, an hæc tria requirantur, vt quis non appellet, & an ſola confeſſio non ſufficiat.
18 Confeſſio ſola iure ciuili non ſufficit vt non poſſit appellare, & quid iure canonum.
19 Conuictus & confeſſus in tortura, non appellat ſi perſeuerat, aliâs ſecus.
20 Confeſſio extorta per torturam, aut metum torturæ non nocet.
21 Confeſſio extorta per torturam perſeuerata, dicitur ſpontanea.
22 Perſeueratio in confeſſione quando dicatur.
23 Conuictus, & ſponte confeſſus an debet perſeuerare in confeſſione, an verò ſufficiat abſque ratificatione.
24 Conuictus & confeſſus, an reuocet confeſſionem, & an confeſſus tantùm. num. 25.
26 Confeſſus ſi ratificat, an appellare poſſit per alios, vt conſanguineos.
27 Confeſſio ſi fuerit reuocata, error probatur per conſanguineos.
28 Confeſſus ſi ſit ſponte, an tertius poſſit appellare.
29 Ratificatio an requiratur, vbi ſponte eſt confeſſus.
30 Confeſſo ſponte dari debet terminus ad ſe defendendum antequam condemnetur.
31 Confeſſio quando dicitur ſponte facta.
32 Confeſſus ſponte tunc non ratificat quando confitetur in forma iudicij, coram iudice ſedente pro tribunali, aliâs ſecùs.
33 Conuictus, & confeſſus appellat, & auditur volens allegare iuris defenſiones & quod fecit ad ſuam defenſionem.
34 Confeſſus tamen ſponte, aut in tormentis, & perſeuerans in confeſſione, condemnatur, & non appellat ex conſuetudine.
35 Confeſſus ſecundum ius canonicum nõ appellat, ſi delictũ eſt notoriũ, vel infamia præcedit.
36 Confeſſus ſolum, ſecundum ius ciuile non appellat.
37 Iudex in regno patitur ſi non admiſerit appellationem in criminalibus.
38 Confeſſus tantùm ſponte, aut in tortura perſeuerans condemnatur, & non appellat ſi non vult iudex.
39 Homicidij cauſa in regno non appellatur, & an in aliis delictis. num. 40.
41 Conuictus, per probationes dubitatas, & confeſſus appellat, ſecùs ſi indubitatas.
42 Conuictus, & confeſſus, per procuratorem appellat.
43 Procurator an confiteri poteſt delictum, vt noceat domino.
44 Conuictus, & confeſſus in tortura appellare poteſt.
45 Probationibus ſtantibus plenis an liceat ponere reum ad torturam, & quid conſuetudine obſeruatur. num. 46. & quid ſi reus perſeuerat in negatione an ſit liberandus. num. 47.
48 Conuictus, & confeſſus poſt ſententiam, vel appellationem, an noceat. & num. 49.
50 Confeſſus tantùm, in quibus criminibus non appellat.
51 Conuictus & confeſſus fictè ex contumacia per ſtatutum, an appellat.
52 Confeſſus per ſtatutum, an habeatur pro vero confeſſo.
53 Statutum an valeat, quòd contumax habeatur pro confeſſo, & ex ſola contumacia damnetur, & num. 54.
55 Contumax ex ſimplici contumacia, etiam non conſtito de delicto, non appellat in regno, vt foriudicatus.
56 Conuictus & confeſſus an & quando appellat.
D[illegible] in notoriis prætendi poteſt, & in confeſſione.

Appella

58 *Appellatio in quibus caſibus à iure prohibitis, eſt neceſſaria expreſſio cauſæ in appellatione.*

59 *Appellatio in quibus caſibus non admittitur in ciuilibus.*

1 OBSERVARE CVRABIS. Lex † iſta
pulchram habet materiam, in qua congruenter cauſa-
rum criminalium, ac maleficiorum tela ordiri poſsit,
& præſertim homicidarum, & hæreſis, in vnum col-
ligi. Lex iſta hucuſque à nemine apparet taliter repeti-
ta, hæc tali perluſtrata materia. Primò itaq; legis ma-
teriam expediam, & indiciorum & torturæ inſeram
expeditam. Secundò homicidarum tractatum ſuppo-
nam. Tertiò ad ſolatium maieſtatis læſæ crimen expli-
cabo. Circa primum itaq;, lex ipſa hoc in ſumma con-
tinet. Conuictus legitimis probationibus, ac ſpontè, proprio ore confeſſus condem-
2 natus, non auditur appellans. Conuictus † verò tantùm, & non ſpontè con-
feſſus, aut formidine tormentorum confeſſus, auditur appellans. Duas habet par-
3 tes, prout duo continet dicta, ſecunda ibi, ſi vero. Ex prima † notatur caſus in quo
non admittitur in capitalibus appellatio, videlicet, quando quis conuictus eſt, ac
ſpontè confeſſus. Nam tunc condemnatus non auditur appellans, nec executio pœ-
næ capitalis impeditur, aut differtur vt hic. Ratio ſecundum aliquos, & ſentit Bald.
hic in ſumma text. eſt immanitas, & enormitas ſcœlerum, de quibus in text. Ideo
4 ſecundum † Iacob. Butr. in aliis criminibus non extenditur, nec etiam in pecuniariis,
cùm pœnalis ſit, & odioſa lex iſta: ideo reſtringenda in caſibus in quibus loquitur in
reg. imperialibus. ff. de reg. iur. & in reg. odia. eo. in vj. At gl. Bart. Bald. & alij contra,
quòd lex iſta ex identitate rationis in aliis criminibus locum habet, vt conuictus, &
confeſſus non appellet, etiam in pecuniariis: & ſic non immanitatis fuerat ratio,
5 ſed potius præſumpta calumnia. Nam † ex quo conuictus eſt per teſtes, & alias legi-
timas, & iuri congruas probationes. iuxta l. fin. C. de probat. & ſpontè confeſſus ap-
pellans, cenſetur facere animo differendi executionem capitalem; cùm in cauſa ap-
6 pellationis contrarium, & de errore probare non poſsit. Nam † conuictus per cla-
ras probationes confitendo, non dicitur errare, ſed veritas cum confeſsione conſo-
nat, vt per Bald. hic, & in l. addictos. C. de epiſc. aud. vbi dicit non probare contra-
rium, & in l. fin. C. ſi à non comp. iudi. ver. nunc venio. merito cùm contrarium pro-
bare non poſsit, ſequitur quòd non auditur tunc appellans, & friuola cenſetur
7 appellatio, quæ tolli † poteſt tam iure communi, quàm ſtatutario, & reſcripto, vt
latè per Math poſt And. in prælud conſtit. reg. quæſt. xiiij. Mart. in conſi. xvj. & conſi.
lxxxj. vltim. dub. & conſil. lxxxiiij. & conſi. lxxxix. Angel. in opere male. in gloſ. præ-
ſente Caio, & appellante. verſi. an valeat ſtatutum. Alber. in tract. ſtatu. iij. par. quæſt.
8 liiij. plenè Mar. in pract. in §. vltima quæſtio. Hanc † etiam rationem ſentit Angel. in
d. glo. verſi. ſed aduertas quia ſi eſſet manifeſtè friuola, vt quia ſpontè confeſſus fuit,
& teſtibus conuictus. & Par. in tract. ſindic. in verbo, appellatio. vbi dicit notoriè ca-
lumnioſam talem appellationem, & per Bald. in l. ij. C. de vſur. rei iudi. & in l. j. C. ne
9 ex deli. defun. verſi. modo quæro. Appellatio † enim notoriè calumnioſa non impe-
dit executionem capitalem, vt per Bal. in d. l. j. verſi. modo quæro. C. ne ex deli. defun.
Mart. in pract. in §. opportunè. & in rub. C. de probat. & per Tom. Gra. nouiſsimè, in
10 deciſi. xxxvj. vj. dub. in prin. Extende † hanc legem etiam in delictis initiatis, licet
11 non conſummatis, vt per Bal. hic. Cùm † principiũ, & initium attendatur in delictis

& non finis, de quo per Ang. in glo. in platea. in opere mal. & per Mar. plenè in prac.
12 in §. vlterius. & in §. quoniam. Amplia † etiam hanc legem nedùm quando con-
uictus eſt per teſtes, ſed etiam quando cõuictus eſt per indicia indubitata, de quibus
in l. fin. C. de probat. nam non appellat, ſicut quando eſt per teſtes conuictus: vt per
13 Bald. in d. l. fin. verſic. adde circa materiam torturæ. Vbi † dixit, quòd quando quis
eſt tortus ex indiciis indubitatis præcedentibus, & tortus confitetur, non admittitur
ad appellandum: ſecus tamen ſi ex indiciis dubitatis, & relictis arbitrio & religioni
14 iudicantis, idem Bald. in dicta l. addictos. C. de epiſc. aud. Et hoc † eſt ex quo idem
Bald. inquit in princ. d. l. fin. verſi. ex quibus verbis. quòd vbi quis torquetur ex indi-
ciis indubitatis, de quibus in d. l. fin. & confitetur, non auditur reuocans confeſſio-
nem, ex quo confeſſio cum talibus iuncta inducit indubitabiliter veritatem, niſi clarè
& per contraria indicia euidentia probauerit contrarium. & per Par. in tracta. ſind.
in verbo, tortura. lo primo. in princip. & in verbo, tortura. lo tertio. verſic. ſequitur
quæſtio. & per Thom. Gram. in deciſi. xxxiiij. nume. 36. vbi declarat quando indicia
15 ſunt valde propinqua facto, & in fin. d. deciſi. & in deciſ. lxxij. & ſic † cùm non poſſit
reuocare confeſſionem, nec etiam admittitur ad appellandum. text. gloſſ. & Bald. in
l. excipiuntur. ff. ad ſillenia. & per Brun. in tract. indi. j. par. iiij. quæſt. princ. idem etiam
16 dicit hic Bald. in princ. verſi. tu tene. Et † ex his ſufficit aut conuictum eſſe per teſtes,
17 aut per indicia indubitata, vt confeſſus non appellet: nec † requiruntur tria copula-
tiuè, vt dixit Azo in ſum. cod. titu. quòd argumentis ſit conuictus, teſtibus ſuperatus
& ore proprio confeſſus, vt niſi tria hæc cõcurrant, admittatur appellatio. Propterea
contrarium tenuit Ioan. And. in cap. Romana. §. ſi autem. de appellat. in vj. in gl. incip.
vel de quo. vbi dixit, non requiri illa tria copulatiuè, immo ſufficere ſolam confeſ-
ſionem ſpontaneam, & perſeueratam, ſi tanquam erroneam non reuocauerit, ex
quo per talem confeſſionem effectum eſt crimen notorium, in quo non admittitur
18 appellatio, loquitur tamen ſecundum ius canonicum. Iure autem † ciuili non ſuffi-
cit ſola confeſſio, vt hic, & per Specula. in titu. de appellat. in §. in quibus autem. in
19 princ. & j. dicetur. Amplia † etiam hanc legem quatenus dicit confeſſum, & con-
uictum non appellare, procedere nedum quando ſpontè eſt cõfeſſus, ſed etiam quan-
do in tortura, aut metu torturæ eſt confeſſus: nam taliter confeſſus, & conuictus vt
ſuprà non auditur appellans. vt dicit glo. hic, cùm tunc nec reuocare poſſet, vt dicit
20 Bald. in d. l. fi. quod † procedit quando talis confeſſio extorta per torturam, aut metu
torturæ fuerit perſeuerata, cùm aliàs non noceret confeſſio, vt per Paul. de Caſtr. hic,
& ita dicit glo. hic in fin. ſeruari, & vide per Par. in tract. ſing. in verbo, tortura. lo iij.
21 verſic. ſequitur quæſtio. poſt Bal. in d. l. fin. C. de proba. & hoc † eſt ex quo confeſſio,
licet extorta per torturam, perſeuerata tamen dicitur ſpontanea, vt per Brun. in tra-
cta. indi. in ij. part. vj. quæſt. princ. Mart. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſt. & in pract.
22 in §. expedita. & in §. quoniam. & j. dicetur ſuo loco. Quando † autem dicatur per-
ſeuerare in confeſſione, dic vbi fuerit ratificata congruo loco & tempore, vt per Bal.
hic, verſi. item dicunt doct. hic, & per Bart. hic. & in l. ij. C. de cuſto. reo. iuxta tradita
per doct. in d. l. ij. & in cap. cùm in contemplatione. de reg. iur. & Ang. in opere male.
in glo. fama publica. & Brun. in tract. indic. ij. par. vj. quæſt. princ. & per Mart. in d. §.
23 diuus Seuerus. & in d. §. expedita. & j. ſuo loco. Sed † an quando eſt conuictus, &
confeſſus, talis cõfeſſio debet eſſe perſeuerata, & ratificata, an verò ſufficiat ſi ſpontè
fiat, videtur quòd debeat eſſe perſeuerata, & ſæpius ratificata, vt per Ang. in gl. fama
publica. & habetur poſt eum in opere mal. & per Cuma. in conſi. cxxxvij. & per Mar.
in pra. in §. poſt quam. verſi. addo vlterius. vbi confeſſio ſpontè facta debet eſſe ſæpius
ratificata, cùm talis ſpontè confeſſus non videatur eſſe in plenitudine intellectus, ita
ſpontè

24 ſpontè confitendo cùm de eius vita agatur, ideo ſæpius interrogandus. Sed † dic con-
trarium ex quo non poteſt talis confeſsio vlterius reuocari, cùm non poſſet probare
contrarium conuictus per teſtes, ſi fuerit confeſſus, vt dicit Bald. hic, & in l.fin.C.de
25 probat. & in d.l.addictos. C.de epiſc.aud. Contrarium † verò locum habet quando
ſpontè tantum fuerit confeſſus, nec fuerit conuictus, tunc debet eſſe perſeuerata, ex
quo eam poſſet reuocare, & appellare, vt not. & traditur in l.non tantum. ff.de ap-
pellat. & hic per Bart. & alios, & in d. l.addictos. & Angel.in glo.præſente Caio &
appellante.& in gl. fama publica.circa fin.verſic.poſtquam.& not.in cap.Romana.de
appellat.in vj.& Angel.poſt glo.in l.j. C.de confe.licet etiam in hoc, ſcilicet, quando
eſt confeſſus tantum, contrarium ſentiant Mart. in pract. in §. quoniam. vbi dicit,
26 ſpontè confeſſum non debere ſæpius ratificare, immo † tunc quantumcunque fuerit
perſeuerata, poteſt appellare per alios conſanguineos, & amicos qui etiam eo no-
lente poſſent appellare, vt in dicta l.non tantum.& per Bald.in dicta l.addictos.& per
27 Par.in verbo, tortura.lo tertio.verſic.ſequitur quæſtio. & verſic.& adde. Vbi † etiam
dixit, quòd ad probandum errorem, ſi fuerit tanquam erronea reuocata, admittun-
28 tur conſanguinei & amici, poſt Angel.in l.ſi is cum quo. ff. de confeſſ. Licet † in hoc
Mart.in pract. in §.poſtquam. dicat tertium non appellare vbi ſpontè confeſſus eſt,
vt per Angel. in hac lege. idem Mart. in l.j. §.diuus Antoninus. ff. de quæſtio. Imol.
29 autem † in conſil.cix.dicit hanc fore communem, quòd non requiratur perſeueratio,
vbi ſpontè eſt confeſſus, immo ſtatim condemnatur. Dic & diſtingue vt per Brun.
in tract.indi.ij.part.vj. quæſt.princ.verſic.rurſus quæro. & per Gand.in rubr.de quæ-
ſtio.vbi dicit hanc fore communem, & habetur poſt Ang. in d.glo.fama publica. per
Auguſt.& Bernar.& per Angel.in l.j.ff.de re iudi.& per Thom.Gra.in conſi.xl.& per
Mart.in ſingu.ccj. & per Par.in tract.ſind.in verbo, tortura.lo primo. verſic.officialis.
in fin.& in verſi.an ex ſola confeſsione.& in verbo, tortura.lo iij. verſi. ſequitur quæ-
ſtio.ibi, & ſic dicit Bald.& plenè in verſic. nunc videndum & in verſic. an ſtetur dicto
torti, in fin. & in verſic. ratificatio.in fine.in quibus confeſsio ſpontanea abſque tor-
mentis, ſufficit abſque alia ratificatione: in tormentis verò extorta, debet eſſe perſeue-
rata, & per Thom.Gram. in deciſi.xlviij.Math. verò in conſtit. ſi damna clandeſtina.
ix.not. dicit, quòd licet confeſsio ſola ſufficiat ad condemnandum, tamen cautus
iudex ſemper det terminum ad ſe defendendum aduerſus confeſsionem, & tunc ſi in
termino dato nihil probat, dicitur perſeuerare in confeſsione, & condemnatur. Ita
per Salyc.in l.ij.C de cuſtod.reo. & ita communiter obſeruatur quando ſpontè con-
30 fitetur, abſque alia expreſſa ratificatione. Limita † tamen niſi delictum fuerit noto-
rium, aut delinquens fuerit captus in flagranti, & confeſſus ſit, nō requiritur perſeue-
ratio, ſed ſtatim exequi poteſt, vt per Thom. Gram. in deciſi. xxxvj. in vj. dubio. ſub
31 num.60.& ſequen. Sed † quando dicitur ſpontè facta confeſsio? dic ſi apud acta ap-
pareat, quòd ſpontè confeſſus eſt, vt hic per Bald.in princ. & in l.j.in fin. C.de iura.ca-
lum.& Par.in d.tract.in verbo, appellatio. niſi probetur contrarium, vt quia ductus
ſub tortura, & tormentis, & confeſſus appareat, & tunc ſi notarius ſcripſerit ſpontè
confeſſum, teneretur de falſo ſecundum Bald. in l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſc.&
cleric. & in cap.j. §.iniuria. verſic. quæro vtrum. de pac.iura.fir. & in l.j. C. ne ex deli.
defun.& plenè per Brun.in dicto tract.ij.par.vj.quæſt.princ. verſic.rurſus.& per Mar.
32 in pract. in §.expedita.& j.dicetur ſuo loco. Et intellige † quando confeſſus fuiſſet in
forma iudicij, vt quia coram iudice ſedente pro tribunali, tunc ſpontè confeſſus non
tenetur ratificare: ſecus quando non in forma iudicij, licet coram iudice, vt per Bald.
& Salyc.in l.iubemus. C.de liber.cauſa.& per Bart.in l.cùm ſcimus. C.de agri.& cenſ.
33 libro xj. Limita † tamen hanc legem, & præmiſſam concluſionem, quòd conuictus,

& confeſſus non appellat, multipliciter. Et primò limita in caſibus per Card. Alexan.
in cap. ſecundo requiris. de appellatio. & per Pau. Grillan. in tract. de relaxa. .j. rubr.
quæſt. xxj. vbi quòd auditur volens allegare ſe feciſſe ad ſuam defenſionem, vel alias
iuris allegaret defenſiones, vt quia bannitus erat, & alias, vt per Bald. hic, nam tunc
34 auditur. Limita † ſecundò, procedere ex iuris diſpoſitione, & legis huius, vt requi-
ratur quòd ſit conuictus & confeſſus vt non appellet: ſecus tamen ex generali iudi-
cum conſuetudine. Nam hodie iudices vſu ſeruant contrarium, & contra ius ciuile,
& contra ius canonicum, & contra ius regni: nam ex ſola confeſſione ſpontanea,
aut extorta in tormentis, & perſeuerata, & ratificata exequuntur ſententias capita-
35 les non admiſſa appellatione, cùm hoc † ſit cōtra ius canonicum diſponens vltra con-
feſſionem, præcedere infamiam, vel notorietatem delicti, & quòd ſint manifeſta deli-
cta ſecundum Ioan. Andr. in d. c. Romana. verſi. ſi autem. & Bald. hic. verſic. item not.
36 Contra ius † ciuile etiam ſeruatur, ex quo contra diſpoſitionem huius legis, per quam
eſſe debet conuictus, & confeſſus: ſola autem confeſſio non ſufficit: vt hic, & not. in
l. non tantum. ff. de appella. & ibi Bart. & Ang. in d. gloſ. præſente Caio & appellante.
verſi. quæro an omnes. & Par. in d. tra. in verbo, appellatio. & in verbo, tortura. lo iij.
verſic. nunc dicendum. Bart. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appella. & in l. ij. C. de erro. ad
voca. Alexan. poſt Bart. in hac lege. Mar. in pra. in §. poſtquam. verſi. modo poſt omnia.
37 & in l. j. §. diuus Antoninus. ff. de quæſtio. Eſt etiam † contra ius regni: nam in regno
admittitur appellatio in criminalibus, vt in c. reg. ſi quis iuſtè appellauerit. vbi iudex
capite punitur, ſi appellationem non admiſerit, quod caput procedit nedum quando
à tormentis appellat, ſed etiam quando à diffinitiua ſententia & condemnatione.
Nam ſi fuerit condemnatus, & iudex non admiſſerit appellationem, ſed ſententiam
capitalem fuerit ſecurus, reiecta appellatione, pœna mortis punitur, vt ibi in verſic.
38 ſimili pœna mortis iudicibus imminente. Bald. tamen † hic ſentit, talem conſuetudi-
nem valere: nam concurrente ſola confeſſione ſi vult iudex à quo, poteſt appellationi
deferre, & eam admittere: ſi autem voluerit exequi ſententiam, poteſt, vt hic per eum
in verſi. no. quòd quidam. & idem Bald. in l. j. C. ne ex delic. defun. verſic. modo quæro.
tenet idem, quòd valet talis conſuetudo: nam etiam ſi in tormentis confitetur, & per-
ſeuerat condemnatur, & fit executio abſque appellatione, & per Guido. Pap. in deciſ.
parla. lxxiiij. vbi approbat Bald. in d. l. addictos. & hanc conſuetudinem etiam appro-
39 bat Alber. de Roſa. in traſtatu. ij. par. queſt. liiij. vbi dicit ita ſeruari. Quæ † conſuetu-
do videtur etiam approbari in regno in cauſa homicidij per ritum magnę curię. incip.
item ſeruat ipſa curia quòd appellatio in infrà ſcriptis caſibus remittitur ſub rubr. de
appell. non admi. vbi in cauſa homicidij non admittitur ſi condemnatur, & per Tho.
Gram. in vol. ij. & ſic ſiue ſit conuictus, & condemnatur: ſiue ſit confeſſus, & condem-
40 natus, non auditur appellans, per d. ritum. in cauſa homicidij. An autem † dictus ri-
tus habeat locum in aliis delictis, dixi infrà alibi, vbi vide, & per Capi. in deciſi. cxxvij.
in fin. vbi dixit in magna curia in criminalibus non retardari executionem. Limita
41 tertiò † hanc concluſionem, & legem habere locum, quando eſt conuictus per veras
probationes, aut indubitata indicia: nam tunc etiam dicitur conuictus, & ſi confite-
tur non appellat: ſecus tamen vbi probationes non fuerint legitimæ, & indubitatæ,
ſed dubiæ, nam tunc non diceretur conuictus, & appellare poſſet, licet fuerit confeſ-
ſus, vt hic per Baldum. & in dicta l. fin. C. de probat. & in dicta l. addictos. glo. in l. cre-
ditor. §. iuſſus. ff. de appellat. Philip. Franc. in cap. cùm ſpeciali. §. porrò. de appell. in gl.
42 confeſſionem. maximè allegando iuſtas cauſas, vt ſuprà. Limita † quartò, habere
locum in vera, vocali, & propria confeſſione, non autem quando fuiſſet facta per
procuratorem etiam habentem ſpeciale mandatum ad confitendum. Nam confeſſio

facta

facta proprio ore plus operatur, cùm iudex poſsit perpendere qua conſtantia, & qua titubatione confitetur, vt ex his perpendat an cōfeſsio fuerit vera, an non, vt hic per Bald. Paul. & alios, & Rom. in l. j. §. procura. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera.
43 Immo † procurator non poteſt confiteri maleficium, vt in cle. ſecunda. de procura. text. in l. certè. ff. de præcar. Alexand. poſt Bart. in dicta l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. & in l. certum. §. ſed ait. ff. de confe. & in l. j. §. fi. ff. quando app. ſit. But. & Panor. in ca.
44 primo: vt lite non conteſta. Limita † quintò, & intellige quando eſt conuictus, & ſpontè confeſſus: ſecus tamen ſi in tortura vt hic, in ſecundo verſi. & ſentit Bald. hic, ver. & no. per hanc legem. ibi, tamen ſi conſtaret de tortura, non eſſet prohibitum appellare, ſed Bald. in dicta l. fin. & in l. j. in fin. C. de iuram. calumn. ſentit contrarium, quòd etiā ſi in tortura confitetur, non appellat conuictus, quod intellige ſi perſeue-
45 rat: vt ſ. Pendet † hæc limitatio ab illa quæſtione, an ſtantibus plenis probationibus, liceat ponere reum ad torturam, vt extorta confeſsione non liceat appellare, tex. hic videtur innuere quòd poteſt, nam dicitur, quòd ſi eſt conuictus, & confeſſus in tormentis appellat, niſi fuerit perſeuerata confeſsio, vt per glo. hic, ergo innui videtur ſtantibus probationibus claris quod poteſt torqueri, & ſentit Bald. in d. l. j. in fi. C. de iura. calumn. Contrarium de iure tenetur, nam ſtantibus probationibus iudex debet procedere ad condemnationem, & non ad torturam, cùm ad torturam procedatur in ſubſidium, vbi aliter veritas haberi non poteſt: immo quòd ita debeat apparere ex actis, qui ideo ponit reum ad torturam, quia aliter ſciri veritas non poteſt, defectu plenarum probationum, niſi per torturam, vt per Bald. & Alber. hic, & in dicta l. j. C. de iura. calum. & in l. milites. C. de quæſtio. Pau. de la. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. Cepo. in conſi. xxxij. Thom. de Brexa. in cau. v. Thom. Gra. in volum. ſecundo. Butr. in dicto. tract. iudi. Ang. in glo. fama publica. Mar. in pract. in §. nunc videndum. & in l. j. in princ. ff. de quæſtio. & in conſil. lj. Non obſtat iſte text. nam intelligitur ſi iudex de facto ad torturam proceſſerit ſtantibus probationibus, nam ſi ſit confeſſus
46 & perſeuerauerit, non appellat. Conſuetudine † tamen, vt per Bald. hic, & in locis ſ. ſeruatur contrarium. Nam iudices ponunt reum ad torturam etiam ſtantibus probationibus, quod malè faciunt, vbi maximè extant ſtatuta quòd in criminibus non admittatur appellatio, vt per Cepo. in dicto conſil. xxxij. nam tunc ceſſat ratio huius legis, vt ſi ſit conuictus, & confeſſus ne appellet, prout eſt in regno, ritus magnæ curiæ in homicidio: ideo debet procedere iudex ad condemnationem, & non ad torturam, vt plenè proſequitur Thom. Gra. in dicto vol. ſecundo. & Cepo. in dicto. conſil. xxxij. & Mar. in dicto §. nunc videndum. & in §. quoniam. verſicu. vlterius teneas menti. In
47 quibus † etiam tradunt hi, quòd ſi perſeuerat reus in tortura negando, quòd abſolui debet, non obſtantibus plenis probationibus, & per Mart. in l. edictum. ff. de quæſtio. poſt Albericum. & in ſigul. cclxij. incipien. quòd potui nolui. licet contrarium dixe-
48 rit idem Mar. in ſingul. cviij. incipiente, fui interrogatus. Limita † ſextò & intellige hanc legem, & concluſionem, quando confeſſus fuiſſet ante ſententiam: nam tunc ſententia videretur lata, & cenſeretur ratione confeſsionis factæ: ſecùs autem quando confeſſus fuiſſet poſt ſententiam, nam antè condemnatus poſſet appellare, vt hic per Bartol. Pau. & alios, & traditur in l. non tantùm. ff. de apppellationibus. & in dicta l. addictos. C. de epiſcop. audiend. & in l. addictos. C. de appellation. Bartol. in l. conſtitutiones. ff. de appellatio. & Bald. in l. vt debitum. in fin. C. de hære. actio. & hic in gloſſ. in verbo, propria. & in dicta l. non tantùm. Alexand. poſt Bartol. hic, & per Pau. Grillan. in tracta. de relaxa. quæſtio. xxj. & Philip. Franc. in dicto ca. cùm non ſpeciali. §. porrò. verſic. ex prædictis no. vbi intellige quando confitetur non in figura iudicij, & per Bald. in dicta l. addictos. & ita intelligitur dicta l. non tantùm. Bald. hic in

verſic.modo. Philip.verò in dicto §.porrò.contra, quòd etiam in figura iudicij, nam
non poteſt renuntiare appellationi.per d.l.non tantùm. & in dicta l.addictos, & in l.
49 ſi non defendantur. ff.de pœn. Idem † ſi confitetur poſt appellationem, non nocet,
vt per Bald.in rubr. C.commi. vel epiſcop. Brun.in dicto tract.ij.part v.quæſt.princ.
in fin. ſi conſiderationis. contrarium dixit Paul. de Caſtr. in l. abſtinendum. eodem
titu. noſtro. quòd etiam ſi poſt ſententiam confitetur non appellat; ſi eſt conuictus.
50 Limita † ſeptimo in caſibus, in quibus propter immanitatem ſcœleris non ad-
mittitur appellatio, etiam ſi non ſit conuictus & confeſſus, ſed alterutrum tantùm,
de quibus j.dicetur, & traditur in dicta l.conſtitutiones. ff.de appellat. & in l.j. C.de
rap.virg.vbi per Mar.& in Specul.in tit.de appell.§.in quibus.& Bald. in d.l.addictos.
51 Limita † octauo & intellige quando verè eſſet confeſſus, & conuictus, non au-
tem fictè, per contumaciam, ex ſtatuto diſponente, quòd contumax habeatur pro
confeſſo: nam tunc appellare poſſet condemnatus. Hic enim requiritur quòd ore
proprio confiteatur, contumax autem fictè dicitur confeſſus, nec fit extenſio de ca-
ſu vero ad caſum fictum.l.iij. §.hæc verba. ff.de nego.geſto. hoc tenet Angel.in dicta
gloſ.præſente Caio, & appellante. verſic.quæro an omnis. & Nell.in tract.banni.in
iiij.part. j.tempo. j.quæſt. Bartol.tamen in l.omnes populi. ff.de iuſti. & iure. & Imol.
in l.inſulam.ff.de verbor.obligat.& Alexan.hic poſt Bart. tenent quòd iſta lex locum
habet etiam ſi quis ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, ſi eſt conuictus, non ap-
52 pellat. Hoc † pendet ab illa quæſtione an confeſſus ex forma ſtatuti, habeatur ac
ſi verè fuiſſet confeſſus in iudicio, de quo per Bartol. & Bald.in l.quoniam. ff. de in-
fam.Bald.poſt Cyn.in l.ſi tutor.C.de interdi.ma.Salyc.Angel.Paul.Alexan. & Iaſon,
in l.is qui. C.qui teſtam. face.poſſ. Mart. in pra. in §.poſtquam. verſic. & primo ſcias.
& in verſic. item ſcias. & not.quod ibi dicit Mart. quòd ſicut vera confeſsio poteſt
reuocari prætextu erroris, ita & confeſsio ficta inducta per ſtatutum, vt per Iaſ. in l.
de his.C.qui teſtam.face.poſſ.& ibi vide per Mart. differentias inter veram, & fictam
53 confeſsionem, & in l.j.§.fin. ff.de quæſtio. An autem † valeat ſtatutum quòd con-
tumax ex ſola contumacia, non conſtito aliter de crimine, poſsit ad mortem con-
demnari. Alexand.poſt Bart. hic plenè quòd ſic, per quotas per eum allegatas. Mart.
tamen in dicto §.poſtquam.& ſequen. verſic.item teneas etiam menti.dicit, quòd ad
hoc vt contumax habitus pro confeſſo condemnari poſsit ad mortem, debet conſta-
re de delicto per veras probationes, & per eundem Mart. plenè in l.j. C.de rap. virg.
54 verſic.not. ex iſto text. vbi etiam an valeat tale ſtatutum. Et vide † in præmiſsis per
Philip. Franc.in dicto § porrò. verſic. ſed quæritur. vbi tenet quòd poteſt appellare,
etiam ſi per ſtatutum dicatur quod habeatur pro conuicto, & confeſſo, cum limita-
tione tamen, dum modò alleget probabilem cauſam in appellatione: nam tunc ad-
55 mittitur etiam in aliis. In † regno autem expeditum eſt, quòd non appellet, nec prin-
cipi ſupplicet contumax ex ſimplici contumacia, nam contumax talis qui foriudica-
tus dicitur, habetur pro conuicto & confeſſo vt ab omnibus occidi poſsit, vt in
conſtit.reg. pœnam eorum. nec requiruntur probationes, vt ibi per Math.ij.not.xij.
requiſi. & per hoc potius amplia concluſionem, quòd conuictus, & confeſſus non
appellet, vt intelligatur ſiue verè fuerit confeſſus, ſiue fictè per ſtatutum, vt per d.
conſtit. pœnam eorum. & Alexand. hic poſt Bart. alia vide j.de intellectu d.conſtit.
56 pœnam eorum. Limita † nono hunc caſum contentum in concluſione, & alios ſe-
quentes niſi allegaretur probabilis cauſa in appellatione, & talis rationabilis quæ
obfuſcaret probationem, aut confeſsionem, tunc appellatio admittitur, vt not. in
dicto cap.Romana.§.ſin autem.de appellat.in vj & per Imol.in dicta l.creditor.§.iuſ-
ſus.ff.de appella. loquitur tamen, quando eſſemus in notorio, aut confeſsione tan-
tum,

tum, aut quòd eſſet conuictus, & confeſſus fictè per ſtatutum, vt patet ex dictis per
Francum in dicto §.porrò. Nam etiam in notoriis prætendi poteſt legitima defenſio,
vt per Innoc.in cap.j.de offic.deleg. & per Bald.hic, & traditur in cap.iij. & cap.con-
57 ſuluit.de appellat. Idem † etiam in confeſsione, vt per glo.in dicto §.ſin autem.& in
dicto §.iuſſus.& in d.l.non tantùm.& in l.ij. C.de erro.aduoca. in caſu etiam quando
eſſet fictè confeſſus, allegata cauſa executionis contumaciæ admittitur: ſed ſi eſt con-
uictus, & confeſſus verè, non poſſet probare contrarium, vt hic per Bald. & in dicta
l.addictos. Nam quando eſſent claræ probationes, tunc veritas cum confeſsione con
ſonat, & cauſa ceſſaret, ſecus ſi dubiæ, nam tunc allegata cauſa appellaret, vt hic per
58 Bald.in princ.verſic.tu tene glo. Et ſic † not.ex his quòd licet aliâs non fuerit neceſſa-
ria expreſsio cauſæ in appellatione, tamen quando appellatur in caſibus à iure pro-
hibitis, requiritur cauſa rationabilis, vt per Innoc.in c.paſtoralis.§.præterea.de offic.
deleg.Specul.in tit.de execut.ſen.§.nunc dicendum.verſi. ſed nunquid iudex. Francus
59 in dicto §.porrò.verſic.ex prædictis not. Sunt etiam extra materiam nonnulli alij ca-
ſus in quibus in criminalibus nó admittitur appellatio: in ciuilibus verò (quia mens
eſt criminales tantum materias attingere & pertractare) ſi quis vult ad plenum vi-
dere in quibus non admittitur appellatio, videat Specul.in titu.de appell. in §.in qui-
bus, & per Socy. in tract.fallen. in reg.xxiiij. incip. appellatio in quacunque cauſa. &
per Mart. in l.j.verſic.vlterius. C.de rap.virg. in qua ponit etiam caſus in quibus ſen-
tentia non tranſit in rem iudicatam, & in tract.in §.opportunè. & per Par.in tra. ſing.
in verbo, appellatio. Francus in rubr.de appellat. & Lanfranc. in c.quoniam contra.
§.interlocutoriè & appell.de probat. Alex.poſt Bart.in l.conſtitutiones. ff.de appell.
ad criminales redeundo.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Appellatio in notoriis non admittitur. declara in num.3. & 4.*
2 *Appellatur in notoriis à minima condemnatione.*
5 *Notorium verum quod ſit. & num.6.*
7 *Appellatio an in manifeſto delicto admittatur.*
8 *Notorius proditor ſtatim damnatur & priuatur bonis, & non auditur ad defenſiones.*
9 *Notorij à manifeſto differentia.*
10 *Notorium debet diſcuti, & declarari ad cautelam. & nume.11. & numero 12. parte citata.*
13 *Notorium ob crimen ſi quis accuſatur, non valet proceſſus iuris ordine non ſeruato, niſi declaretur primo parte citata.*
14 *Flagranti deprehenſus in delicto & condemnatus an appellet, & de proceſſu contra captum in flagranti. num.15.*
16 *Delicta quæ dicuntur flagrantia, & manifeſta, & quæ publica, & manifeſta. nu.17.*
18 *Appellatur in notoriis quando allegatur cauſa quæ obfuſcaret notorium.*
19 *Appellatur à ſententia per quam declaratur crimen eſſe notorium.*
20 *Notorij ſpecies quotuplex ſit.*
21 *Notorio ſuper delicto qualiter proceditur.*
22 *Delictum committentis coram iudice ſedente pro tribunali, qualis debet eſſe proceſſus.*
23 *Teſtes an recipiantur in notoriis & ſint neceſſarij.*
24 *Proceſſus in notoriis iuris ordine non ſeruato quando fiat.*
25 *Defenſiones an admitti debeant in notoriis.*
26 *Iudex quomodo, & quando, & qualiter dicatur ſedere pro tribunali.*
27 *Delinquens aduerſarius ſi ſe abſentet à conſpectu iudicis an citari debet, & procedi, per*

*viam notorij.*

28 *Iudex coram multis hominibus videns quendam committere delictum, an ſtatim ipſum punire poteſt.*

29 *Sententia an requiratur in notorio, an verò ſtatim puniri poteſt.*

30 *Iniuria ſi facta eſt officiali, aut familiæ, quis cognoſcit & qualiter puniatur.*

31 *Domini ex conſuetudine cognoſcere poſſunt de iniuriis ſibi, & ſua familia factis, & numero 32.*

33 *Iudex ſi vidit ſedens pro tribunali aliquem delinquere, & ille negat an ſtetur dicto iudicis, & an punit ipſe.*

34 *Iniuriatus coram iudice an habeat partem iniuriæ, an tota erit officialis, & an agere poſſit iniuriatus demùm.*

35 *Irreuerenter loquens coram Iudice, an ſtatim puniri poſſit.*

36 *Practica regni ſuper notoriis puniendis.*

37 *Citatio in notoriis, an, & quando requiratur.*

38 *Defenſio in notoriis an in dubio præſumatur competere.*

39 *Notorium qualiter probari debet, & per quot teſtes.*

40 *Occiſio an ſit probata ſi probatur notorium eſſe quod Titius occidit.*

41 *Probationes receptæ in notorio an valeant, & teſtes examinati non legitimè parte citata.*

42 *Notorium qualiter debet conſtare & an ex actis iudici etiam inquirenti ex officio.*

43 *Teſtes deponentes ſuper notorio an reddere debent cauſam ſcientiæ.*

44 *Notorium per quot teſtes probetur.*

45 *Teſtis dicens eſſe notorium, an probet.*

46 *Notorium an probari debet an verò releuet ab onere probandi, & excuſet ſi non probetur.*

47 *Notorium an allegari poſſit poſt concluſionem.*

48 *Sententia contra notorium an valeat.*

49 *Damnari & puniri an quis poſſit in notoriis ex proceſſu nullo.*

50 *Torturæ an ſit locus in notoriis.*

51 *Notorius delinquens an occidi poteſt per priuatum.*

52 *Officialis notoriè delinquens in officio, an ſindicari poſſit durante officio.*

1 SECVNDVS † erit caſus in quo non admittitur appellatio in criminalibus quando fuiſſet conuictus per tales manifeſtas probationes, quòd ex his factum tranſeat in notorium: nam in factis notoris non admittitur appellatio, vt traditur in cap. cùm ſit Romana. in cap. peruenit. & in cap. conſuluit. de appel. vbi Franc. & Dec. text & gloſſ. in cap. Romana. §. ſin autem. de appellat. in vj. vbi manifeſtus & notorius criminoſus ſi de crimine cõuincitur, non appellat. gloſſ. & Bald. in l. addictos. C. de epiſcop. audiend. & in l. addictos. C. de appellat. Alexand. poſt Bart. in l. conſtitutiones. ff. de appellat. per Franc. & Dec. in ca. cùm non ſpeciali. §. porrò. de appellat. Panor. in cap. quàm perniciosum. de vſur. Ang. in gloſſ. præſente Caio. de appel. Bald. hic, in verb. deinde. Specul. in dicto §. in quibus. in tit. de appellari. x. Mar. in caſu. l. j. verſicu. item notoriè criminoſus. C. de rapt. vir. Alexand. poſt Bart. in l. non tantùm. ff. de appel. traditur. in cap. ex literis. de ſponſa. & in dicto cap. perniciosum. & per Panor. in cap. ſuper his. de pœn. Paul. Grillan. in tract.
2 de relax. rub quæſt. xxiiij. per Math. in conſtitu. humanitate. Par. † in tracta. ſindic. in verbo, notorium. verſicu. ſecundo. vbi in iſtis notoriis qui non admittitur appellatio, licet à nimia condemnatione poſſet appellare, non autem à ſententia vt ibi per eum.

3 eum.quod † intelligas de notorio facti,ſiue per rei euidentiam, vt in dicto cap. ex li-
teris.ſiue quòd delictum fuerit notum toti populo, & commiſſum in conſpectu po-
puli,etiam per vehemens indicium,vt per Bald.in dicta l.addictos. C.de epiſcop aud.
poſt Innocen.in cap ſtatuimus.de officio delegat.& in l.fin.C.ſi apud comp. iud.non
autem in notorio per famam publicam: nam tunc admittitur appellatio: vt in dicto
4 cap.cùm ſit Romana. in fin.nec † in notorio iuris tantùm, quando reſultat per con-
feſsioné, vt per Spec.in dicto §.in quibus.x.caſu.& per Thom.in deciſio.xxxvj. in vj.
dubio.vbi etiam an ex actis,& confeſsione inducatur notorium, & quando. & per
Bartol.in l.ſcriptus.ff.de relig.& ſumptib.fune.vbi quid ſi de facto appellauit, an iu-
dex à quo exequitur ſententiam non obſtante appellatione, & dicit quòd ſic ante
5 inhibitionem,non poſt,vt ibi.Item † intelligas in vero notorio, de quo per Gand.in
opere male.in rubr.quomodo proceden.quando delictum eſt notorium Boni.in tra-
6 cta.male.in tit.de noto.crim.& Anto.de Butr.in tracta.de noto.crim.vt † puta: quia
talè ſit quod nulla tergiuerſatione poſsit celari,vt per Bald. in dicta l.addictos. C. de
appellat. vt quia commiſſum in conſpectu populi,vel quia interfector viſus fuit au-
fugere per plateam in conſpectu populi cum enſe euaginato,& ſanguinolento. & ſic
per vehemens indicium,vt ſ.vel commiſſum in præſentia iudicis ſedentis pro tribu-
nali,vt per Specul.in tit.de noto.crim.Par.in dicto verbo, notorium. vel notoriè.de
quo per docto.in cap.veſtra.de cohabit.cleric.& mul.& in l.ea quidem.C. de accuſat.
& per Bartol.in dicta l.ſcriptus.ff.de relig.& ſumpt.fun.& per Math.in conſtitu. hu-
7 manitate.ix.notab. & in conſtit. iuſticiarij non per Calendas. Secùs † tamen ſi fuiſ-
ſet delictum manifeſtum, nam tunc appellatio admittitur: vt per gloſſ.& Francum
in cap.cùm ſit Romana.in §.prætereà.& gloſſ.in l.ciues. C.de appellat. text. & gloſſ.
in cap.quia ſuſpecti.tertia quæſtio. quinta. intellige vt per Bald.hic, niſi manifeſtum
talè ſit quod tranſeat in notorium,nam multa dicuntur notoria quæ non ſunt, licet
ſint manifeſta.cap.conſuluit.de appellat.in quibus manifeſtis appellatio admittitur.
& licet Bald.in dicta l.addictos. C. de appellat. dicat quòd ſi eſt manifeſtum non ad-
mittitur appellatio,tamen intelligitur.vt ſ. quando fuerit taliter manifeſtum quòd
ſit notorium,vt in nullo differat notorium,& manifeſtum:aliàs longa eſſet differen-
8 tia:cùm in plus ſe habeat notorium, quàm manifeſtum: vt † proſequitur Lucas de
penna in cap.reg.nuper apud tranum. vbi dixit notorium proditorem ſtatim dam-
nari poſſe,& bonis priuari,eo non audito in ſuis defenſionibus, ſecùs in manifeſto.
9 & † traditur de manifeſto,& notorio,& eorum differentia in dicto cap. conſuluit.&
10 per Gand.vbi ſuprà,& Panorm.in cap.cùm in diœceſi. de vſur. Et † ideo dat caute-
lam Cardin. Alexan.in d.cap.cum ſit Romana.quòd quando intenditur procedi con
tra aliquem tanquàm notoriè criminoſum, quòd opponatur,& priùs diſcutiatur
de notorietate criminis an ſit notorium, necne, cùm multa dicantur notoria quæ
11 non ſunt dicto cap.conſuluit. Immo † cautela eſt quòd declaretur priùs delictum
eſſe notorium,& poſteà procedatur tanquàm contra notorium,vt per Bart. in dicta
12 l.ſcriptus.ff.de relig.& ſumpt.fune.& † diſcutiatur parte citata,& conſtito de noto-
rio poſſet procedi iuris ordine non ſeruato,non antea.vt quando notorium eſt facti
tranſeuntis,vt per Aretin.in conſil.clxv.poſt Ioan. Andr. in Specul.in titu.de notor.
crim.& per Bernar.poſt Angel.in gloſſ.fama pub.in princip.& in glo. etiam per mo-
13 dum notorij.Et † ideò ſi quis accuſatur de homicidio notorio, non valet proceſſus,
& probationes iuris ordine non ſeruato, niſi priùs fiat declaratio ſuper notorio,
parte citata, & ita intelligitur illud quod dicitur, in notoriis procedi iuris ordine
non ſeruato.ita gloſſ.in capitulo, ſacro.de ſententia excommunicatione. & Areti-
14 nus,in dicto conſilio clxv.Idem † dicas ſi in flagranti crimine inuentus ſit:nam

condemnatus non appellat, ſicut nec notorius. ſentit Bald.in l.j. verſi.modo quæro.
C.ne ex deli.defun. Alex.poſt Bart. in d.l.conſtitutiones. ff.de appella. & per Mart.in
d.l.j.C.de rap.virg. vbi dixit appellare non poſſe, ſed incipi ab executione, & puniri
abſque alio proceſſu. & per Thom.Gra.in deciſi.xxxvj.in vj.dub. Math.in d.conſtit.
humanitate.vj.not.dicit captum in flagranti appellare poſſe ſi non eſt confeſſus, cùm
non ſit conuictus,& confeſſus:ſed in ſecunda glo.dicit ſimpliciter appellare non poſ
ſe, ſed intellige dictum Bald. vbi ſ.quando taliter captus eſt in flagranti, quòd deli-
ctum fuerit effectum notorium:nam And. ibi in d.conſtit. humanitate. circa proceſ-
ſum fiendum contra captum in flagranti, indifferenter loquitur de capto in flagranti,
& notorio delinquente, tradens qualiter contra eos procedatur, vt ſi captus in fla-
granti taliter conuincatur vt delictum fuerit effectum notorium non appellet, vt
quia delictum factum fuerit coram populo, & in dicto delicto ab officiale capiatur,
ſin autem fuerit captus in flagranti, non tamen delictum erat notorium, quia com-
miſſum coram paucis teſtibus, tunc poterit appellare, licet captus fuerit in flagran-
ti, ex quo nec confeſſus, nec notorius. & ita loquitur Math. vbi ſuprà, in d.conſtit.
15 humanitatem, & ibi † per eum in vj.not. vide qualiter formandus ſit proceſſus con-
tra captum in flagranti, vbi quòd proceditur non datis defenſionibus, nec copia
repertorum, & indiciorum ad torturam. ſed ſi negat interrogatus, tunc examinan-
tur teſtes in ſui præſentia, & facta confrontatione cum teſtibus, ſi perſiſtit in nega-
tione, torquetur: deinde ſiue confitetur, ſiue non, datur breuis terminus ad ſe de-
fendēdum, & ſi nihil probat taliter quòd infringatur probatio reperta contra eum,
proceditur ad condemnationem, non obſtante negatione in tortura, vt ibi per
eum. Et multa vide nouiter per Thom. Gram. in deciſi. xxxvj. vj.dub. numero 46.
vbi quod captus in flagranti abſque proceſſu condemnari poteſt, & ibi quod ca-
pto in flagranti, & in notorio denegantur defenſiones & quòd ſtatim puniri poteſt
16 captus in flagranti, ſub nume.80. Quæ † autem delicta dicantur manifeſta ſeu fla-
grantia, dic vt per Math.in dicta conſtitu.humanitatem.vj.not. poſt Andr. & in con-
ſtitu. rapinas. viij. notab. poſt Andr. & in conſtit. iuſticiarij non per Calendas. poſt
17 Andr.vbi etiam in vij.not. poſt Iſern.quis dicatur conuictus. Et quæ † dicantur pu-
blica, & manifeſta, & in his per eos qualiter contra tales delinquentes proceditur,
& per Par. in dicto tracta. in verbo, latro. vbi dixit, ſi officialis iurauit ſeruare
ſtatuta, & ordinem, tamen in notoriis poteſt procedere eo non ſeruato. Intellige
18 tamen †, & reſtringe hunc caſum quòd in notoriis appellatio non admittitur, & li-
mita quando nulla cauſa rationabilis allegaretur per appellantem, ſed ſi talem alle-
garet quæ obfuſcaret notorium, tunc admitteretur appellatio, vt not.in dicto cap.
Romana. §.ſin autem. de appellat. in ſexto. Panorm. & Fran. in dicto capitu. conſu-
luit. & in dicto cap.cùm non ſpeciali. §.porrò. de appellar. & in dicto cap. quam per-
nitioſum,& Roma.in conſi. cccxxiiij. & ſuprà dictum fuit. Nam tunc allegata pro-
babili cauſa, ſiue ſit confeſſus, ſiue ſit notorius delinquens, admittitur ad appel-
19 lationem. Limita † ſecundo & intellige quando appellatur à ſententia condemna-
tionis de crimine notorio: nam tunc non admittitur appellatio: ſecus tamen à ſen-
tentia, per quam declaratur crimen eſſe notorium: nam à tali ſententia poteſt ap-
pellari, vt proſequitur Philip. in cap. cùm non ab homine. in fine.de iudi. verſicu. &
not. quòd licet. per gloſſ. in capit. cupientes. in §.quòd ſi per viginti. in verſicu. pri-
uatos. de electio.in ſexto. quam gloſſ. ſequitur Panorm. in capit.peruenit. lo primo.
de appellat. & in conſilio 100. & Franç. in dicto capit. peruenit. Baldus in l.prima.
C. ne ex deli. defunct. Roman. in conſilio ccccxcij. idem à nimia condemnatio-
ne in notorio facta appellatur. Ita Par. in verbo, notorium. in verſic. tamen credo.

Quo

20 Quotuplex † autem ſit ſpecies notorij, dic plenè per Specul. Gand.& Boni.vbi ſ̄.&
Anton.de Butr.in dicto tract.& per Bald.& Salyc.in l.ea quidem. C. de accuſa. & ibi
de manifeſto,& euidenti,vbi ponit nonnullas regulas,& ibi per eos qualiter proce-
datur contrà notoriè delinquentes & per Mart.in rubri. C. de probat. & in practica,
in §.ſecunda quæſtio.& in §.aggredior.Et de differentia manifeſti, & notorij per Spe-
cul.vbi ſ̄.in tit.de noto.crim.§.ſequitur.ver.primo.Bar.& Alexand.in l.ſi verò. §. qui
pro rei.ff.qui ſatiſd.cog.& in authen.at qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. &
in l.hæredes palam.in prin.ff.de teſta.& Bald.in l.fin.xv. oppoſ.C.de edict.diui Hadr.
toll.& in l.ciues.poſt Petr.de Suza. C.de appell. Innoc.in cap.tua.& in cap. ſicut. de
21 cohabi.cle.& mul.& Salyc.in d.l.ea quidem.Et † de modo procedendi ſuper notorio
delicto, per Bald.in l.cùm fratres.C.ad Sille.Alex.in l.ij.§. ſi publico. ff. de adult.poſt
Bart.& Bald.in marg.in ver.notorium.Bar.in l.j.§.fin.ff.de var.cogni. doct.in c.olim.
de re iudica.Franciſ.in c.ex inſinua.in fin.de appellat.& per.Bart.in l.ſcriptus.ff.de re-
lig.& ſumpt.fun.& per Gand.in tit.quomodo proced. quando deli.eſt not. in noto-
rio facti permanentis.Par.plenè.in dicto tract.ſin.in verbo,notorium. & Mat.in con
ſtitu.humanitate.vij.& viij.not.Et per Thom.in deciſ.xxxvj. in vj. dub.ſub num. 40.
22 & ſeq.vbi quod iuris ordine non ſeruato. Et † qualiter procedatur in delicto com-
miſſo coram iudice ſedente pro tribunali,an ſtatim puniri poſsit abſque alia proba-
tione,per gloſ. in c.Deus omnipotens.§.quando autem crimen. ſecunda quæſtione
prima.Alber.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præſid.Corſe. in ſingu.in ver.delictum.
Nicola. Ploër. in tracta.de ſediti.vij. præſuppo. quòd ſic. & per Par. in dicto verbo,
notorium. vbi quòd tunc proceditur iuris ordine non ſeruato abſque libello, litis
conteſtatione,& abſque teſtium examinatione,& ſtatim poteſt ipſum punire: & per
Gand.vbi ſ̄.& Andr.in d.conſtitu.humanitate, vbi dicit perinde haberi ac ſi per te-
ſtes fuerit probatum delictum, nec dari debet terminus ad faciẽdum ſuas defenſio-
nes.vt ibi per eum,& in d.conſtit.iuſtitiarij. non per calen. vbi etiam Math.iiij. nota.
23 & in dicta conſtitu.humanit.item.xiiij. notab. & in conſtit cum noua.iij. not. & † in
conſtit. eos tantùm.vbi an tunc teſtes debeat examinare, & quòd cautius ſit exami-
24 nare.& per Andr.in conſtit. poſt mundi. in fine. & vide † per Math. in d.conſtitu.hu-
manitate.viij.& ix.norab. an, & quando in nororio proceditur iuris ordine non ſer-
25 uato.& vide † Bart.in d.l.ſcriptus.quòd iudex debet admittere defenſiones,aliàs pro-
ceſſus eſt nullus, cum diſtinctione, vt per eum, & ibi quod tutius eſt recipere teſtes
parte vocata:tamen ex ſtilo curiarum ſolent recipi teſtes in præſentia delinquentis.
26 Sed † qualiter, quomodo,& quando dicatur ſedere iudex pro tribunali, & an requi-
ratur ꝙ ſedeat in loco ſolito iuſtitiæ,dic ꝙ non,ſed ſufficit ius partibus reddere, licet
non ſedeat in loco ſolito:nam tunc ius partibus reddendo & iuſtitiam partibus mi-
niſtrando dicitur pro tribunali ſedere:ita in ſpecie dixit Par. in d. verbo, notorium.
in fin.vbi dat exemplum in quodam iudice qui aptabat ignem cum quodam inſtru-
mento, & dum vtraq; pars coram eo altercaretur, vna dedit alteri alapam & dicit
delinquentem puniri tanquam notoriè delinquentem, cùm iudex partibus ius red-
27 dendo dicatur ſedere pro tribunali. Quod † tamen intellige ſi aduerſarius delin-
quens fuerit præſens:nam ſi poſt delictum ſe abſentauerit à præſentia iudicis, debet
ipſum citare, maximè ad ſententiam audiendam: non tamen ordinariè procedi de-
bet, cùm delictum fuerit notorium, ſed iudex teſtes examinet ſuper notorio, parte
tamen vocata, vt ſ̄.inde citet ad ſententiam,& condemnet: vt per Par.in d. verbo,
28 notorium. & Gand.vbi ſ̄. Sed † quid ſi iudex coram multis hominibus videt deli-
ctum committi,& homicidium, an ſtatim poteſt ipſum condemnare abſq; alia pro-
batione? dic vt per Alexand.in l.j.§.fin.in fi.ff.de feriis. poſt Anto.in c.veſtra.de coha.

cler.& mulie.& dic vt per Bartol.in d.l. ſcriptus. quòd aut iudex ſedebat pro tribunali,vel partibus ius reddebat & tunc examinatis teſtibus in ipſius delinquentis præſentia condemnabit, & puniet, & hoc operatur forma iudicij, nec requiritur concurſus,& maior pars populi,& hominum:aut non in forma iudicij,nec reddens ius partibus,& tunc requiritur concurſus hominum & maior pars populi: vt per eum, & not.quia fuit in facto.Nam præſente iudice fuerunt prolata verba iniurioſa coram nonnullis hominibus,iudex tamen non reddebat ius partibus, nec erat in loco
29 iudicij,dixi ex dicto Bart.non poſſe procedi per viam notorij. Sed † an in notorio requiratur ſententia, dic vt per Andr.in conſtitut. pœnam eorum. vbi in teſte vacillante coram iudice,& falſum deponente coram eo, & præſentante ſcripturam falſam,aut confitente, ex quo per talia acta efficitur notorium, non requiritur ſententia, ſed ſtatim fit executio,& poteſt puniri,& manus amputari abſq; ſententia,quod tamen videtur mirabile,vt incipiat ab executione,& durum eſt obſeruari, de quo dicto meminit Par. in d. ver.notorium. referens hoc dictum Andr. & per Math.in d. conſtit. humanitate.& vide per Bald.in authen. præſbyteri.C.de ſacroſanct.eccle. & vide per Panor.in c.ſuper his.de pœn.vbi dixit,quod in delicto notorio, iudex poteſt punire abſq; ſententia,& condemnatione, & vide multa per Tho. Gram. in deciſio. xxxvj. in vj. dub.ſub nu.401.& ſeq.& incip.poteſt ab executione, poſt Panſium in conſil. cxlvij.iiij. volu. &maximè procedit in grauibus,vt per Phil.Franc.in c.propo-
30 ſuit.de appel.& per Capi.in deciſio. cxxj. Et † de iſtis delictis commiſsis coram iudice qualiter puniantur, & ſi offenſa fuerit facta ipſi officiali, aut eius familiæ, & fuerit notorium commiſſam eſſe talem offenſam, an iudex ipſe poſſet cognoſcere, & punire, nec poſsit repelli per l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſdict. omn.iudic.cùm crimen ſit notorium: dic vt per Par. in dicto verbo, notorium, circa princ. vbi diſtingue quoòd aut offenſa erat notoria, & tunc poteſt cognoſcere, & punire, ſiue facta fuerit in eius perſona, aut familiæ, ſiue officio & dignitati,quia in notoriis iudex non dicitur facere niſi ſolam executionem,& ceſſat ratio ſuſpicionis,vt per Cyn. in l.j.C.ne quis in ſua cau. multa per Feli. in ca.audientia.de accuſa.vbi dicit quod ratione notorij iudex poteſt facere: & hoc idem tenet Bal.in dicta l.j. vbi dixit quòd ratione notorietatis poteſt punire pro iniuria ſibi facta. Aut offenſa non eſt notoria, & tunc diſtingue: aut iniuria & offenſa facta eſt in perſona iudicis, & tunc non poteſt cognoſcere. l.Senatus. ff.de off. præſi. vt per Inno.in cap.fin.de pœnis. & in c.ex parte. de ſenten. excommunica.& per Bartol.in l. ſi quis fortè. ff. de pœnis.
31 Dicit † tamen Bal.in l.j.C. vnde vi. quòd domini habent de conſuetudine quòd poſſint cognoſcere de iniuria eis facta:& in dicta l. j.C.ne quis in ſua. quòd princeps poteſt cognoſcere in cauſa propria:aut offenſa facta eſt officio, & dignitati.l. ſi quis fortè. vbi Bartol. ff. de pœnis.& Angel.in l.ſi quis obrepſerit. ff.de falſ.& l. nullum. ff.de teſtibus.& per Bald.in l.j.C.ne quis in ſua.tamen hoc caſu dicit Petrum dixiſſe quòd licet offenſus in contemptu ſuæ dignitatis, vel quoties tangitur intereſſe reipub.poſsit proſequi ſuam iniuriam,tamen alius adiungi debet:& vide in conſtit. iuſticiarij,non per Calendas.& in ca.reg.item ſtatuimus quod magiſtri iuſticiarij.vbi dicitur quod officialis poteſt cognoſcere de iniuriis illatis illis quos ſecũ ducit.& per Par. vide in verbo, iniuria.ver.an ſi officialis. & per Math. in conſtitut. eos tantum. & per Boni. in opere mal.in rubr. de inquiſi. circa fin. verſic. ſed pone quòd aliquis
32 vulnerauit. Eandem † diſtinctionem vt ſ. ſcilicet, quod aut perſonæ, aut dignitati, facit Capi. in deciſi. cxxiiij. nihil de prædictis, nec Paridem allegans, vbi etiam an Comes, & Baro poſsit cognoſcere de iniuria facta ſibi, & ſuis, officio, vel dignitati, & in dicta deciſio.fuit alius datus adiunctus ſecundum Petrum:vt ſ. licet eum non alleget,

33 alleget , & per eundem in deciſi.cxxxvij. Et † quid ſi iudex vidit delinquere dum ſe-
der pro tribunali , & facit ſcribere in actis , qualiter deliquit , & ille negat , an ſtetur
dicto iudicis, & an ſufficiat viſio iudicis ſedentis pro tribunali? Lu.de penna.in l.quo-
ties. C.de dig.lib xij.dicit non ſufficere , cùm iudex ad hoc delictum puniendum non
ſedebat : tamen Par.in dicto verbo, notorium . in verſiculo, nec ſuffcüt ſola viſio.te-
net, contrarium , tum quia iſte videatur turbare iuriſdictionem iudicis ſedentis
pro tribunali , & poteſt ab ipſo puniri.cap.j.de offic.delega. & l.j. ff.ſi quis ius di.tum
quia offendit eius mageſtatem.l.ſi lis. C. de falſ. tum etiam quia offendit aures iudi-
cis. l.nullum. C.de teſtibus. & ex his rationibus poteſt dici non benedictum ſuprà
in caſu , vbi coram iudice non ſedente pro tribunali , nec ius partibus reddente in-
iuria facta fuit , quòd non tanquam notorius puniatur : nam attentis his rationi-
bus per Par. vbi ſuprà etiam ſi ius, partibus non reddebat, dicitur notorium. ſed dic
quòd licet dicat poſſe punire , non tamen delictum eſt notorium ſi non ſederit pro
tribunali , aut ius partibus reddierit , & ibi loquitur Par. quando ſedebat pro tri-
34 bunali, licet ad alias cauſas audiendas. Item ibi † in verſi. niſi dicamus. not. quod di-
cit Par. an quando offenſa facta eſt alteri coram iudice ſedente pro tribunali, in-
iuriatus habeat partem ſuam iniuriæ, iuxta conſtitu. reg. varietatem, pœnarum, &
dicit quòd non , quia incidenter fuit condemnatus propter offenſionem dignitatis
iudicis, & aurum iudicis , & non principaliter propter offenſam , ſed denuò poteſt
35 agere iniuriatus , & proſequi ſuam iniuriam. Et quid † ſi irreuerenter loquatur
quis coram iudice an ſtatim puniri poſsit ? Par. vbi ſuprà dicit ſtatim puniri, etiam ſi
eſſet magnus vir: idem ſi cum arrogantia loqueretur , & cum contemptu officij : vt
quia daret pugillum ſuper banca iudicis , nam ſtatim puniri poteſt extra ordinem,
36 tanquam irreuerens, vbi de reuerentia præſtanda officialibus. Et † not. quod idem
dixit ibi, ideo concludo quòd in regno practicatur ſuper iſtis notoriis , quòd aut
delinquit quis in banca quando ſedet pro tribunali , & tunc abſque teſtibus puni-
tur: aut delinquit extra acta, & bancam, tamen in eadem domo & loco vbi curia re-
gitur, & tunc teſtes examinantur, & condemnãtur. Fallit in magna curia in qua in
quacunque parte palatij delinquat, teſtes non examinantur, ſed punitur: cætera vide
vt per Par. vbi ꝫ. quæ omnia notanda ſunt quia in facto ſæpe contingunt, & ideo
putaui eſſe referenda. Nunc an requiratur ſententia in notoriis : vide per Capi. in de-
ciſio.cxxj in ver. & licet in notoriis. vbi dixit quod in notoriis maximè grauibus po-
teſt reus puniri abſque ſententia declaratoria iudicis, vt in cap. propoſuit. vbi Franc.
de appellaion. quod dixit eſſe notandum ad cap. cùm ſecundum. de hære. in vj. & ad
l. qui delatorem ff. de iure fiſci. & ibi per Bart. & vide per Decium in cap. at ſi clerici.
nona concluſio. & in ca. cùm non ab homine. tertia concluſio. de iudic. & in c. cum
ſit Romana. vlti. not. de appella. & per Thom. in deciſio. xxxvj. in ſexto dub. An in
notoriis requiratur partis citatio, tradunt canoniſtæ in cap. cùm ſit Romana. in ca.
peruenit, & in cap. conſuluit. de appellat. & in cap. cùm olim. de re iudic. Mar. in l. de
vnoquoque. ver. & ideo primo amplia. ff. de re iudic. per Aretin. in conſil. clxv. incip.
Ioannes in Apocalypſi. plenè Socyn. inter conſil. Curt. conſi. xx. Philip. Franc. in d. c.
cùm ſit Romana. in §. præterea. & per Bald. hic , qui dixit poſſe prætendere defenſio-
nem. & per Mart. in pract. in §. aggredior. in quibus per omnes fit diſtinctio , aut cer-
tum eſt abſenti non competere defenſionẽ, vt quia delictũ tale fuerit quod non poſsit
aliqua tergiuerſatione celari, vel quia notoriè blaſphemauit Deum: nam certum eſt
blaſphemanti Deum nullam poſſe competere defenſionem : vt per Philip. in cap. pa-
ſtoralis. §. quia verò. circa princ.; & per Par. in dicto tracta. in verbo, condemnatio.
ver. an poteſtas. circa fin. vbi nec etiam competit repulſa, licet ſit defenſio : vt per Bar.

in conſtit.ad reprimendum.in verſi.figura.& ita hodie ſtatuitur per pragm.reg.Ferdi-
nandi primi,per quam ſi conſtat per duos teſtes examinatos ad informationem, ſta-
tim condemnatur abſque defenſionibus partis.intellige tamen vt non competat de-
fenſio ad effectum vt a toto abſoluatur, nam aliàs poſſet pœna minui ratione ira-
cundiæ,aut conſuetudinis:vt per Math.in conſtit.blaſphemantibus, & tunc non de-
bet citari,nec ordo iuris requiritur in notoriis. Aut dubium eſt poſſe competere ali-
quam defenſionem,& tunc citari debet abſens:& de exemplis:vt per Aretin.in dicto
conſil.clxv.& ita vtraque ſaluatur opinio altercantium in vtroque iure, vt vna pro-
cedat nulla competente defenſione, altera verò ſtante dubietate defenſionis. Sed an
in dubio præſumatur competere defenſio,dic quod ſic, per Dec. c.cùm ſit Romana.
in gloſſ.fin.& in cap.peruenit.lo primo.de appel.& ibi de ſupradicta diſtinctione. &
per Thom.in deciſ.xxxvj. in vj.dub. vbi multa de citatione & defenſione. Qualiter
39 autem † probari debet notorium, & per quot teſtes,dic vt per Specul.in dicto tit.de
no.crim.§.iam.ver.& hoc notorium.& ſeq. Bal.ibi verſi. teſtis. & in §.primo.& §.fin.
ver.in notorio.& ſeq.Panorm.in cap.tertio loco.de præſumpt.Inno.in cap. ſuper.de
accuſat.Gand.vbi ſ.quomodo proced.quando delict.eſt noto. Ang. in l. ſi vacantia.
verſi.item quero iudex.C.de bon.vacant.libr.x.Bald.& Mart.in rub.C. de probat. &
in authen.quod locum.C.de probat.glo.in cap.ad noſtram. de empt.& vend. Panor.
40 in cap. conſuluit. de appellat. Bart. † in l.ciues. C.de appellat. vbi quid ſi probatum
41 fuerit notorium eſſe quòd Titius occidit Sempronium,an ſit probata occiſio. Et † no.
in hoc, quod dixit Bald. in c.j. §.iniuria. de pac.iur.firm. quòd in notorio facti tran-
ſeuntis probationes, & teſtes recipi debent, iuris ordine ſeruato, & citata parte, vt
ſuprà dictum eſt: & ideo ſi accuſatur quis, aut inquiritur de homicidio tanquam
notorio, non valent probationes receptas iuris ordine non ſeruato, niſi prius citata
parte fuerint receptæ ſuper notorio, & conſtito de notorio delicto, proceditur ad
punitionem iuris ordine non ſeruato, vt in dicto cap.conſuluit. de appellat. Debet
42 autem † de tali notorio conſtare ex actis, & non ſufficit iudici etiam ex officio inqui-
renti, vt per Alexand. in conſil.cxvij. & Aretin. in dicto conſil. clxv. & per Bart. in
dicta l.ſcriptus.& tradit Bern.a.poſt Ang. in gl. etiam per modum notorij. & vide per
43 Mart. in conſ.xlix. & conſi.v.& † plenè per Dec.in d.c.conſuluit.vbi quòd teſtes de-
ponentes ſuper notorio etiam non interrogati debent reddere cauſam ſcientiæ, & de-
bet conſtare notorium eſſe, & pronunciari, & inde procedere: & à tali pronunciatio-
44 ne non appellatur, vt per eum. Nunc † per quot teſtes probetur notorium, dic vt per
Alex.in l.j.C.vt quæ deſunt aduoc. & per Mart. in d.rubr. C.de probat. nu.229. & in
45 ſingu.dclix. quòd per duos. & † ſi teſtis dicat eſſe notorium, an probet, per Card. in
46 conſi.lvj. Sed † an notorium releuet ab onere probandi, & excuſet ſi non probetur,
dic vt per glo. in clem.appellanti. de appellat.Ioan. Andr. & alij in cap.ij. vt lite non
conteſt. Card.in clem.j.quæſt.xxij. in fi. de foro compet.Bart.in l.j.ff.de except.quòd
ſic, non tamen excuſat ab onere proponendi, & allegandi notorium. nam licet pro-
bari non debet, tamen debet proponi & allegari, ſecundum glo.in d.clem.appellanti.
& Angel.in dicta l.j.ff.de excepti. Alexan.in l.fin.in prin. ff.ſi cert.pet. & in l.eum qui
ita.ff.de verbor.obligat.Felin.in cap.prudentiam.de offic.deleg. Card. in clem.j.ij.op-
poſi.de religio.dom.Panor.in cap.ex parte.lo primo.de appellat. Mart.in d.rubr. C.de
probat.num.101. Limita vt per Innoc.Butr. & Imol. in cap.præterea. de dilat. Pan.
Imol. & Philip.Franc. in dicto c.ex parte. de appellat.& vide Felin. in c.ſi duobus. &
in c.audientiam. de appella. & per Bald. in l.j. C.quo. & quando iud. & in l.non du-
bium.C.de legi.Aretin. in l.neceſſariis.ff.de acquir.hæredit.& per Spec.in tit.de iudi.
deleg. §.vij. verſic.item ſi eſt ſuffraganeus.& in tit.de cita.§.j.verſi. ſed quid ſi citatus.

47 Sed an † allegari poſsit notorium poſt concluſionem, dic vt in cap. peruenit. de empt.
48 & vendi. traditur. An † autem ſententia ferri poſsit contra notorium, vide per Mart.
49 in l. infans. ff. de ſica. & in rub. ff. de falc. Et † not. quòd in notoriis non poteſt allegari
nullitas proceſſus ex defectu ſolemnitatum, nam ex proceſſu nullo condemnari, &
puniri poteſt, etiam ſi ex officio procedatur, vt per Angel. in gloſ. etiam per modum
50 notorij. Nota † etiam quod dixit Bald. in l. milites. C. de quæſtio. quòd ſi delictum eſt
notorium, non debet deueniri ad torturam. & per Bru. in tract. iudi. verſi. ſexto iudex.
51 Et aliud † dixit Bald. in l. fin. C. de male. & Math. quod notorius delinquens, licet per
52 ſententiam occidi poſsit, non tamen à quocunque priuato poteſt occidi. Item † nota
quòd licet officialis durante officio non poteſt ſindicari, nec puniri. l. pars literarum.
ff. de iudic. tamen ſi notoriè deliquit in officio poteſt ſindicari, & puniri durante officio.
ita Par. in tract. ſind. verſi. officialis. alia in materia hac notorij, vide per doct. in locis
ſ. allegatis: ſufficit enim in facto contingentia attingere.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſſus ſponte ſi perſeuerat in confeſſione an appellat.*
2 *Confeſſus iure canonico, an appellat, & quando.*
3 *Confeſſus iure ciuili an appellat ſi perſeuerauerit.*
4 *Appellatio per confeſſum admittitur quo ad iudicem ad quem vt inhibeat.*
5 *Amicus et tertius an, & quãdo in criminalibus admittitur ad appellandũ et an clericus.*
6 *Iudex an ſupſedere debet in tortura interpoſita appellatione, et ſi exequitur an puniatur.*
7 *Iudex ad quem ſi non defert appellationi, an iudex à quo exequi poſſit.*
8 *Appellatione non interpoſita an iudex à quo exequi poſſet infra decendium.*
9 *Cõfeſſione perſeuerata habita an iudices cõſuetudine exequi poſſunt ſententiã, et condẽnare.*
10 *Confeſſione habita in tortura ſi perſeuerat condemnari, & exequi poteſt.*
11 *Confeſſio extorta abſque indiciis iurata, & ratificata an noceat.*
12 *Confeſſio extorta abſque indiciis an noceat aliis.*
13 *Violentia præſumitur in officiali extorquente confeſſionem per torturam abſque indiciis.*
14 *Confeſſio extorta per torturam abſque legitimis indiciis non nocet, limita vt in nume. 15. in publicis latronibus.*
16 *Confeſſio extorta per torturam abſque indiciis nocet ſi expreſſe fuerit ratificata, limita vt in nume. 17.*
18 *Perſeueratio requiritur in confeſſione extorta per torturã quando fuit magna, ſecus ſi leuis.*
19 *Perſeuerantia non requiritur vbi præceſſit confeſſio extra iudicialis.*
20 *Cõfeſſio reuocari non põt vbi præceſſit cõfeſſio extraiudicialis, vel alia indicia indubitata.*
21 *Conſuetudo iudicum exequentium confeſſione habita ſpontanea aut extorta valet.*
22 *Innocentia cùm liquet etiam poſt ſententiam liberatur.*
23 *Confeſſio ſi fuerit reuocata tanquã erronea, conſtito de errore nõ poteſt exequi condẽnatio.*
24 *Appellatio admittitur in criminalibus quo ad bona, licet non quo ad perſonam.*
25 *Executio ſententiæ in crimine læſæ maieſtatis fit ſtatim quoad bona. Idem in crimine aſſaſsinij, & hæreſis. num. 26.*

1 TERTIVS caſus † eſt in quo non admittitur appellatio in criminalibus, quando quis ſpontè eſt cõfeſſus crimen, & in confeſsione perſeuerat, nec eam reuocat: nam non auditur appellans ipſe, nec amici, & conſanguinei pro eo appellantes, iuxta l. non tantùm. ff. de appella. & not. in l. addictos. C. de epiſc. aud. & in l. addictos. C. de appella. & ibi per Bald. & in c. Romana. §. ſin autem. de appell. in vj. ita Ang. hic, & Mart. in l. j. C. de

rap.virg.& in ſing.ccj.incip.in confeſſum. & in l.j.§.diuus Antoninus. ff.de quæſtio.
& Bal.hic,& in d.l.addictos.Bar.& Alex.poſt eum.in d.l.non tantùm.& in d.l.con-
ſtitutiones.& in l.creditor.§.iuſſus.ff.de appellat. Franc. in d.§.porrò. in c.Romana.
Bal.in l.j.C.de confeſ.& in l.j.C.ne ex deli.defun. & per Tho. in deciſ.xxxvj. vj.dub.
2 in prin. Sed† dic φ iure canonico,cõfeſſus tantũ non appellat,niſi allegata rationa-
bili cauſa per quam confeſsio obfuſcaretur ſicut in notorio, vt dixit gl.in d.§.ſin au
tem.intelligas etiam ſecundum Bal.hic, concurrente diffamatione,vt per Nel.in tra.
3 banni.in viij.parte.j.temp.j.q.Iure verò ciuili† admittitur appellans etiam ſi perſeue-
rauerit, & non reuocauerit,vt patet in d.l.non tantũ.per quã condẽnatus non vole-
bat appellare,& ſic perſeuerabat in cõfeſsione,& tamen dicitur ibi amicos poſſe appel
4 lare.ita diſtinguit Bal.hic,& plenè Frã. † in d.§.porrò.vbi etiam vide Pan.diſtinguen
tes.& intelligentes quo ad iudicem à quo,niſi allegaretur iuſta cauſa, nã tunc admit-
5 tere debet:quo ad verò iudicem ad quem vt inhibeat,admittitur:vt per eos. Et† an &
quando tertius,& amicus in criminalibus admittitur ad appellandum,dic plenè, vt
per Fel.n.in c.vt ſuper.de re iud.per Bald.in d.l.addictos.& per Inno.in c.ſi quando.
de off.dele.& ibi per Phil.& per doc.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.& per Par.in ver.reſi-
ſtentia.Ang.& Iaſ.in §.pœnales.inſt.de actio per docto.in l.ſi quis filio.§.hi qui.ff de
iniu.rup.teſt.Guido Pape in tra.de app.quæſtio.cxx.& in deciſ.cccccIxxix. in quibus
an quilibet pro condemnato appellare poſsit, & an clericus,& an proſequi poſsit,
& in quibus caſibus nõ admittitur,& an appellatione interpoſita ſuperſederi debet
6 in executione,& an† iudex exequendo puniatur,& qualiter,φ de vi publica,& capi
7 taliter,vt per Bal.in d.l.addictos.& per Par.in verb. tortura. lo j.in prin. Itẽ † quid ſi
Iudex ad quem nõ detulerit appellationi an exequetur iudex à quo,an verò reſcribi
8 debet ad ſuperiorẽ,per doct.& Guido Pa.vbi ſ. Benè† tamẽ appellatione nõ interpo
ſita,nõ expectato decẽdio poteſt iudex exequi,& punire cõdẽnatum,vt per Bal.in d.
l.addictos.& Bar.in l.qui vltimo.ff.de pœn.& per Alex.poſt eos. & in l. ſi qua pœna.
ff.de ver.ſig.& in d.§.iuſſus.vbi etiã Imo.& Math.in conſt.humanitate.in ij gl.Par.in
d.tra.Pan.in c.ij.de re iud.Ang.in gl.præſen.Caio,& appellã.interpoſita verò appel-
9 latione per ſe aut amicos & conſanguineos,nõ poteſt exequi.Bal.† tamẽ hic,& in d.l.
addictos.& Math.in d.conſt.humanitate.ij.gl.dicit,licet hoc ſit de iure,tamẽ conſue-
tudine contrariũ obſeruatur per officiales & iudices, ſitientes humanũ ſanguinem,
ambitionis cauſa:nã ſtatim habita cõfeſsione perſeuerata,& nõ reuocata exequũtur.
quã & quãdo reuocare poſſet,dic vt per Fel.in c.cũ dilecti.de accu.& Par.in ver.tortu
ra.lo iij.ver.ſequitur.q.ij.in ver.ratificatio.& in ver.cõfeſsio.in quo ver.ſequitur quę-
ſtio,an pater,amici & cõſanguinei poſsint eã reuocare,& appellare:Itẽ ſi in termino
defenſionis aliquid nõ probatur ad infringendũ cõfeſsionẽ exequũtur nõ admiſſa ap
pellatione,nec decẽdio expectato,vt per Bald.& Ang.hic, & dictũ fuit ſ.& Bart.in l.
qui vltimo.in fin.ff.de poe.maximè obſeruatur vbi extant ſtatuta auferentia in capi-
talibus appellationẽ: vt in reg.ritus magnę curię in homicidio.& Capi.in dec.cxx vij.
10 in fin.Extende † hanc conſuetudinem,& ritum, nedũ quando ſponte confitetur , &
perſeuerat , ſed etiam quando per torturam , & eam deinde ratificat.& in ea perſe-
uerat.nam ſi in termino defenſionis non probat contra cõfeſsionem,fit executio, vt
per Bal.in d.l.j.C.ne ex deli.defun.& per Mar.in pra.in §.quoniam.& in §.opportunè.
11 Quod† tempera,& intellige quando fuiſſet tortus legitimis indiciis præcedentibus,
ſecus ſi abſque indiciis,nam tunc etiam ſi fuiſſet ratificata & etiam iurata, & etiã ſe-
quẽtibus indiciis non poteſt ex ea condemnari,nec exequi debet,vt no.gl.in l.pe.ff.de
quæſt.vbi latè per Mar.& plenè in practi.in §.ij.quæſt.vbi etiam millies perſeuerata,
ſeu ratificata, & indiciis etiam ſequentibus, non nocet , & in §.diligenter. & per
Thom.

12 Thom.Gra. in conſilio xxj. & in volumni.ſextò. vbi multa allegat. & † extendit
nedū quo ad ſe, vt non noceat, ſed quo ad alios, vt eis non noceat. habetur poſt Bar.
in l.pen.& in l.quæſtionis modū.ff.de quæſt.& Phil.in c.at ſi clerici.de iud. Par.in ver-
bo, tortura. lo j.verſic.an ſtetur dicto torti.ibi, an confeſsio.& ibi, licet.& in ver.an ex
ſola.& in verbo, tortura.lo j.in ver.viſo.per Bru.in tra.indi.ij.parte.in v.q.princ.circa
13 fi.Immò † tunc quando extorquetur cōfeſsio per torturā non præcedentibus indiciis,
oritur præſumptio violentiæ in officiali, vt per Alex.poſt Bar. in l.fi.ff.de quæſtion.&
14 per Par.in tra.iud.ver.datur regula.Thom.in conſi.xl.Amplia † etiam ſtantibus indi-
ciis, non tamen legitimis, vt quia ex proceſſu informatiuo.Idem ſi indicia fuiſſent le-
uia quæ non facerent præſumptionem: nam non noceret confeſsio extorta per tortu-
ram, vt per Bal.in l j.C.de confe.& per Brun.in d.v.q.prin.& per Thom.in conſ.xl.&
15 conſil.xlv.Quod limita † vt per Math. in conſtitut.ſi damna clandeſtina in publicis
latronibus, & ſtratarum diſrobatoribus, & diffamatis, & in aliis. vt per Math ibi, in
16 quibus extorta confeſsio ex proceſſu informatiuo nocet.Limita etiam † niſi expreſsè
ratificauerit in banca iuris, nam tunc etiam abſque indiciis nocet confeſsio: vt plenè
proſequitur Thom.in d.conſil.xl.vbi de ratificatione confeſsionis habitæ abſque in-
diciis: & per Bald.in l.j.C.de confeſſ.Alexand.poſt Bart.in l. quæſtionis modum.ff.de
quæſtio.Par.in d.tra.in d.verbo, tortura.lo iij.verſi.viſo de repetitione. & ver. ſequi-
tur quæſtio.& per eundem in verbo, tortura.lo primò.in finalibus verbis, vbi diſtin-
guit inter veram, & tacitam ratificationem, & quòd valet ſententia condemnatoria.
& per Brun.in dicto tract.ſecunda parte, quintæ quæſt.principal. circa finem.verſic.
17 ſed ponamus.Fallit dictum † de ratificatione, niſi denuò tortus abſq; indiciis, & con-
feſſus ratificauerit: nam non nocet ratis confeſsio ratificata extorta in repetita tortu-
18 ra, ſecundum Baldum in dicta l. prima. C. de confeſ. Limita etiam † de perſeuera-
tione confeſsionis extortæ per torturam vt procedat quando tortura fuiſſet magna:
ſecùs autem ſi leuis, & tortus fuiſſet robuſtus, nam tunc valebit talis confeſsio abſq;
alia perſeuerantia, ex quo cenſetur ſpontanea confeſsio, & nō per torturam extorta,
vt per Bart.in l.j.§.diuus.& §.ſi quis vltrò.& in l.penul.ff.de quæſtio. Bald. in d.l.j.C.
de confeſ.Par.vbi ſ.in verb.tortura.lo j.ver.an ex ſola confeſsione.& in ver. tortura.
19 lo iij.ver.viſo de repetit.Bal.hic.Tho. Gra.in vol.vj.& in cōſ.xl. Limita etiam † q nō
requiritur perſeuerētia quādo fuiſſet præcedēs cōfeſsio extraiudicialis, & deinde tor-
tus cōfitetur, nō requiritur alia perſeuerātia, ita Imo.in c.at ſi clerici.de iudi.Phil.in c.
olim.de præſcript.Par.vbi ſ in ver.tortura.lo j.ver.quia cōmuniter.& in verb.tortu-
ra.lo primò ver.an ſtetur dicto torti.Iaſ.in l. magiſtratibus.ff. de iuriſdi.omn. iudic.
Mar.in practica.in §.quoniam.verſiculo, quæro, dixi ſuprà.& in ſingula.cccc. incip.
ſponſalia de futuro.Alexand.poſt Barto.in l.capite quinto.ff.de adulteriis, vbi etiam
præcedente bina confeſsione extraiudiciali, deinde tortus & confitetur, non requi-
ritur ratificatio, & per Thom.in dicto conſi.xl.& plenè per Mar.in practica. i §. quo-
niam. de materia ratificationis, & perſeuerentia in confeſsione quomodo, quando,
20 & qualiter fieri debet, & quādo non requiritur.Immò tunc † quando extat præce-
dens confeſsio extraiudicialis, vel alia indicia, & adminicula, confeſsio etiam per tor
turam extorta nō poteſt reuocari, vt per Bald.in l.fin.C.de probat.& in l. in bonæ fi-
dei.C.de iureiuran.& per Par.in dicto verbo, tortura .lo primo. verſi. an ſtetur dicto
torti.circa prin.& in ver.ſequitur quæſtio quotidiana in duplici loco.quod intellige
vt per Bald.hic, & in d.l.addictos.C.de epiſc.aud. quando ſunt talia indicia, & argu-
menta quæ inducant veritatem, & non ſint dubia.Immò tunc dixit Salyc. in d.l.fin.
quòd tunc poteſt procedi ad condēnationē, refert & ſequitur Bru.in d.tra.iiij.q.prin.
par.j.verſi.xx quæro, vbi vide de hac limitatione. & per Thom. in conſil.xl. circa fi.

21 Et † not.quòd conſuetudo præfata iudicum exequentium habita confeſsione ſpon-
tanea aut extorta,& ratificata videtur ſubſtentari per text.in l.cum reis.C.de pœn.&
22 in l.fin. C.de cuſto.reo.quam † conſuetudinem cum præmiſsis limita , niſi poſt con-
feſsionem perſeueratam & ratificatam , & etiam poſt ſententiam liqueat iudici ali-
quo modo de innocentia rei & condemnati : nam tunc exequi non debet dictam ſen-
tentiam.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio. per Thom.in vol.vij. & per Mart.in pra.in §.
23 opportunè vbi multa de innocentia poſt ſententiam. Limita etiam † niſi talis con-
feſsio ratificata,& etiam iurata,non fuerit tanquam erronea reuocata,nam docto de
errore nō poteſt, nec debet iudex exequi, vt plenè per Tho.in d.voto.vij.& in voto x.
vbi dicit male facere iudices ſi non admittant reuocationem, & aſsignent terminū ad
probandum errorem : allegat Andr.in conſtit. ſi damna clandeſtina.& per Mar.in l.j.
§.fin.ff.de quæſtio.& plenè per Thom.in conſi.lxix.& per Mar.in prac.in §.quoniam.
Iaſ.in l.magiſtratibus.ff.de iuri. omn.iud.& in l.error. C.de iuris & fam. igno. & vide
per Par.in d.tract.in verbo,confeſsio.& in verbo,tortura.lo iij.verſi.ſequitur quæſtio
quotidiana.& vide per Thom.in conſil.xl. vbi videtur innuere quòd ſi ratificat,ſi po-
ſteà reuocet non auditur , ſed condemnari debet , niſi dicatur quando expreſsè ratifi-
caſſet , nec allegaſſet cauſam legitimam erroris , ſed animo differendi executionem
conſtaret feciſſe, vt per Thom.in conſil.iiij. & conſil.xlix. quod limita , vt ſuprà , niſi
præceſsiſſet confeſsio extraiudicialis , nam ſi confiteatur non poteſt allegare erro-
rem,ſecundum Bald.in dicta l.fin. & in dicta l.in bonæ fidei.& infrà dicetur ſuo loco.
24 Limita etiam † quoad executionem perſonalem, vt non admittatur appellatio
quando eſt confeſſus ex præmiſſa cōſuetudine quoad executionem perſonalem, non
autem quoad bona : nam ſi condemnatur ad publicationem bonorum auditur ap-
pellans, nec exequi debet ſententia condemnatoria , vt per Bald.in d.l.addictos. & in
d.l.j. C.ne ex deli.defuncto. Ang. in d.gl.præſen. Caio.& appell.doct. in l.ſi quis.§.hi
qui.ff.de rup.teſtam.& in l.Pantonius.§.perduellionis. ff.de acquir.hæred. licet hodie
non detur publicatio bonorum , vt in auth. bona damnatorum. C.de bon. damna.
glo. & Mart.in l.fin.§.fi. ff.de falc.declara vt per Capi.in deciſi.cxxx. & infrà dicetur.
25 Fallit in crimine † læſæ maieſtatis,nam bona publicantur,& ſtatim fit executio, vt in
conſtit.ad reprimendum. & in c.reg.nuper apud Tranum.& in c.reg.bona damnato-
26 rum.& Capi.in d.deciſ. Idem in † crimine aſſaſsinij, vt in c.j.de homici. in vj.idem in
crimine hæreſis.c.vergentis.& c.excommunicamus.lo j.de hære. & c.cùm ſecundum
leges.de hære.in vj. Sed an ſtari debeat dicto Bald. atteſtantis de tali conſuetudine iu-
dicum,& ꝙ ita ſeruatur, dic plenè vt per Iaſ.in l.de quibus.ff.de legi. & per Roch.de
Cur.in tract.de conſue.& per Mar.in pra.in §.conſtante.& in §.diligenter.ſeu in §.ex-
pedita.& in l.repeti.in fi.ff.de quæſt. & ꝑ Capi.in deciſ.clxxvj. & Tho.Gra.in vo.xiij.

## SVMMARIVM.

1 *☞ Condemnatus ex præſumptionibus iuris & de iure non appellat.*
2 *Foriudicatus habetur pro conuicto,& confeſſo, & non appellat.*
3 *Præſumptio iuris,& de iure non recipit probationē in contrarium, niſi per confeſſionem.*
4 *Probatio in contrarium admittitur in præſumptione iuris & de iure per notorium,& rei euidentiam : item per teſtes legaliſſimos.num.5.*
6 *Probans contrarium ſi non recipitur,non admittitur ad appellandum.*
7 *Præſumptio iuris & de iure facit quem condemnari, & puniri pœna corporali.*
8 *Condemnato ex præſumptionibus non imponitur pœna corporalis,ſed pecuniaria, aut leuiter fuſtigatur.num.9.*
10 *Condemnato ex præſumptionibus facti , non imponitur pœna Corporalis ,ſed quando ex*

*præſumpt*

*præſumptione iuris, punitur corporali pœna ſtatuti, aut iuris communis.*

11 *Viuens ſplendidè ſi non habet vnde, nec artem, præſumptio eſt quòd viuat ex rapinis, ideo condemnari poteſt ad triremes.*

12 *Præſumptio iuris & de iure quæ ſit, quæ dicatur, & quando diſiniatur.*

1 QVARTVS caſus † eſt in quo non admittitur appellatio in cri-
minalibus, ſed ſtatim fit executio, quando quis eſſet condemna-
tus ex præſumptione iuris, & de iure, cùm tunc habetur pro con-
uicto, & confeſſo qui non appellat, vt hic, ita Bald. in l. ſi qui adul
teri. C. de adulte. vbi no. in ij. no. & in l. quedā mulier. ff. fami. her.
Brun. in tract. iudi j par. Paul. de Caſt. hic. Mart. in l. j. verſic. item
condemnatus ex præſumptione iuris. C. de rap. virg. & in rub. C.
2 de probat. ſub. num. 245. verſi. teneas menti. Sic etiam † ex præſumptione conſti. pœ-
nam eorum. foriudicatus habetur pro conuicto, & confeſſo & non appellat, vt ibi.
3 Sub ea † etiam ratione non appellat condemnatus ex præſumptione iuris, & de iure
ex quo talis præſumptio nō recipit probationem in contrarium niſi per partem con-
feſſionem veram, vel fictam, vt per Bart. in conſi. incip. ad non Cyno. & per glo. in au-
then. de æquali doti §. aliud. Azo in ſumma. C. de dona. ante nup. Cyn. Bart. & Bald. in
auth. ſed iam neceſſe. C. eod. Alex. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. & in l. inter
ſtipulantem §. j. ff. de verb. oblig. Pau. de Ca. in conſi. clvij. cum multis traditis per Feli.
in c. quanto. de præſump. Bald. & Mart. plenè in d. rubr. C. de probat. & in l. ſiue poſ-
ſidetis. C. eod. Mart. in pra. in §. ſequitur. vbi etiam limita parte non opponente, nam
4 probat contrarium extra confeſſionem. Limita † etiam quinque modis, vt per Fel.
in d. c. quanto. vbi ponit inter alias limitationes, niſi conſtet per notorium, & per rei
euidentiam, nam tunc admittitur probatio in contrarium, vt per Rom. in conſi. cccl.
& per Specul in tit. de præſump. & per Gandy. in rub. de præſump. j. rubr. & per Boni.
5 in opere male. in rubr. de præſumpt. Limita † etiam per Card. Alex. vj. modis. vt in c. is
qui. de ſponſal. & per Mar. in l. j. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtio. vbi niſi eſſent teſtes
6 legaliſsimi. Cùm † ergo non admittitur condemnatus ex tali præſumptione ad pro-
bandum contrarium, nec admittitur ad appellandum ſecundum Bald. hic, & in d. l.
7 addictos. C. de epiſc. aud. & in d. l. fi. C. de probat. Et † hoc intellige quòd non admit-
titur ad appellandum tam in pœnis pecuniariis, quam in corporalibus: nam ex tali
præſumptione poteſt condemnari corporaliter, per d. l. ſi quis adulteri. & Azo in ſum
ma de adulter. § ſed & præſumptiones. Gand. in d. opere male. in d. rub. de præſumpt.
8 in dub. ad condemna. in fin. verſi. ſed licet ex ea ſola probatione. Quod † tamen ſecus
eſt quando quis condemnatur ex aliis præſumptionibus, nam tunc non poteſt corpo
raliter condemnari & puniri, ſed pecuniariter, vt tenent cōmuniter doct. vt per Gan.
in d. rubr. vbi plenè diſputat. & ita aſſerit concluſiſſe omnes docto. Bonon. & per Bru.
in d. tract. iudi. & pleniſsimè Mar. in rubr. C. de probat. & in pra. in §. quoniam. & in §.
poſtquam. & in §. diligenter. & in l. j. C. de ſicar. & in l. j. §. diuus. ff. eo. & in l. j. C. de rap.
virg. & in l. reperi. ff. de quæſtio. per Cepo. in conſil. vj. & Angel. in glo. fama public. &
in glo. compar. inquiſi. & to. neg. doct. in c. afferte. & in c. quia veriſsimile. de præſum.
Deci. in conſil. clxxv. Mart. in conſil. cxxxij. & in conſil. vij. & in conſil. x. in quibus ex
præſumptionibus & indiciis indubitatis non cōdemnatur quis corporaliter, ſed leui-
9 ter. Immo † dixit Brun. in d. tract. in loco vbi ſuprà, quòd leuiter debet fuſtigari, vel
10 pecunia mulctari, & per Mart. & alios, vbi ꝗ. Quod tamen † intelligitur quando con-
demnatur ex præſumptionibus facti, non autem quando ex præſumptionibus iuris,
videlicet cùm lex, aut ſtatutum præſumit, & pœnam imponit. Nam tunc pœna

ſtatuti licet corporalis imponi debet, cùm iudex debet eſſe contentus pœnis à iure
ſtatutis. Ita per Bald. in l. fin. C. de probat. & Brun. vbi ſuprà. & Mar. in dicta rubr. C.
11 de probatio. ſub num. 243. & probatur in dicta conſti. pœnam eorum. & etiam † in
conſtitut. hi qui. & ibi Math. quinto notabi. vbi not. illam præſumptionem indu-
ctam à ſtatuto reg. quòd ſi aliquis ſplendidè viuit, & incedit bene veſtitus, & non ha-
bet redditus nec bona, nec pecuniam, ex hoc ſolo dãnari poteſt ad tempus ad opus pu-
blicum, & ſic ad triremes ad remigandum, cùm preſumatur viuere ex occultis furtis:
& ſic ex facto lex præſumit, & pœnã corporalem imponit, & ea pœna puniri debet,
12 cùm à iure ſtatutario ſtatuatur. Quæ † autem dicatur præſumptio iuris, & de iure,
dic quòd ita fuit à magiſtris appellata, & illa dicitur quando ius in aliquo facto cer-
tum quid præſumit, & vltrà illud præſumere, ſtatuit illud teneri, vt in capit. is qui. de
ſponſal. & dicta l. ſi qui adulteri. ſi verò vltrà præſumere, non ſtatuit illud teneri, nec
firmat pedes ſuper ea, dicitur præſumptio iuris: ita Panorm. & Felin. in dicto cap.
quantò. de præſumptionib. verſiculo, ſed quæro. & Bal. in l. fi. C. de hæredib. inſtitur.
quòd illa dicitur præſumptio iuris, & de iure de qua factum eſt ius, & tranſit in ſtatu-
tum legis. & definit eam Bald. in l. ea quidem. C. de accuſationibus. vbi deffinit eſſe
præſumptionem iuris, & de iure ſtatutum à iure promulgatum ex indubia coniectu
ra. l. cùm oſtendimus. §. fin. ff. de fideiu. tuto. & vide per Ange. in l. non eſt veriſsimile.
C. quod met. cauſ. Azo. in ſum. de probat. per Bald. in rub. C. de prob.

## SVMMARIVM.

*1 Pœna à lege inducta non admittit appellationem.*
*2 Appellatur a declaratione & taxatione pœnæ à iudice facta.*
*3 Sententia pœnæ portationis armorum an admittat appellationem.*
*4 Condemnatus in tertia parte bonorum an appellet.*
*5 Appellatur à taxatione nimia iudicis in actione iniuriarum.*
*6 Appellatur à ſententia iudicis declarantis incidiſſe quem in excommunicationem, licet ab excommunicatione non appelletur.*
*7 Appelletur nè à pœna ſtatuti ſicut à pœna legis.*
*8 Appelletur nè in pœnis arbitrariis per ſtatutum ab arbitrata pœna.*
*9 Cauſa ſi committatur: vt procedat ſecundum conſcientiam an appellet.*
*10 Appelletur nè ab impoſitione multæ futura.*

QVINTVS caſus † eſt in quo non admittitur appellatio, valet
1 à pœna legis: nam ſi lex imponit aliquam pœnam, à tali pœna,
& eius executione nõ appellatur. l. ſi qua pœna. ff. de ver. ſig. & in
c. quia nos. de appel. Ratio eſt ex quo cauſa appellationis eſt gra-
uamen. c. ſubiectũ de appe. Sed ius neminem grauat. ergo à pœna
iuris non appellatur, cũ iuris executio iniuriã nõ contineat l. in-
2 iuriarum. ff. de iniu. quod tamẽ † intellige ab executione legis, &
à pœna a lege impoſita, ſed à declaratione, aut taxatione pœnæ
à iudice, & hoc facta apellari poteſt, vt not. gl. in cupientes §. quod ſi per viginti. de ele-
ctio. in vj. per Ro. in ſing. inci. a pœna legis. nu. 214. Mar. in l. j. verſ item à pœna. C. de
rap. virg. Card. Alex. in c. conſuluit. lo iij. de appel. vbi etiam Philip. Franc. Pano. in c.
peruenit. de appel. Alexand. poſt Bar. in d. l. ſi qua pœna. vltim. addit. vbi licet à pœna
iuris. & ſententia nõ appellatur. tamen à declaratione iudicis quam facit ſuper eo in
quo quis incidit in pœnam iuris appellare poteſt, quia tunc non appellat à pœna le-
gis, ſed a iudice declarante, vt per Panorm. in cap. ſuper his. poſt gloſſ. de accuſat. & in
cap.

cap.reprehenſibilis.de appella.& per Phili.Franc.in d.c.peruenit.lo.j.in fi.& per Bar.
in d.l.ſi qua pœna.& Gemi.in d.c.cupientes.& per Nell.in tract.banni.in iiij.par.j.
3 temp.j.q.Math.in conſtit.† intentionis.xij.not.vbi an à ſententia condemnatoria de
4 pœna portationis armorum poſſit appellari,poſt Andr.ibi,& per Math.in conſtitu.
pœnam nouem vnciarum.v.not.vbi a pœna tertiæ partis bonorum mobilium non
5 appellatur,ſed à declaratione,& decreto iudicis appellatur.Sic † etiam & in cauſa iniuriarum facta taxatione per iudicem,à tali taxatione appellatur,& in conſtit.varie-
6 tates pœnarũ.Sic † etiã licet ab excommunicatione non appelletur,vt in c.paſtoralis.
§.verum.& ibi Panor.& Franc.in primo nota.de appel..& in cap.per tuas.de ſenten.
excommu.gl.& Panor.in c.ad reprimendam.de offi.ordi.tamen à ſententia hominis,
& iudicis declarantis incidiſſe in excommunicationem appellatur,& ſuſpenditur
executio:ita per Phil.in c.cùm non ab homine.de iud.& Panor.in c.fi.de iura.calum.
7 An † autẽ appelletur à pœna ſtatuti,ſicut à pœna legis,dic vt per Bar.in l.omnes populi.vlt.q.v.q.princ.ff.de iuſti.& iur.& in l.fi.ff.de app.Panor.in c.conſuluit.lo tertio.
de appella.vbi fit triplex diſtinctio,quam vide,& per Iaſon l.j.ff.de legi. Alexand.in
conſil.cxc.ſecundo vol.Math in præl ud.conſtit.Andr.& Math.in d.conſti.intentio-
8 nis.vbi an à pœnis conſtitutionum regni poteſt appellari. Et an † ſi iudex habuerit
arbitrium in pœnis imponendis per ſtatutum,ſi pœna fuerit alterata,an appelletur,
dic vt per Bart.in d.l.ſi qua pœna Pa .in tract.ſind.ver.poteſtas.& in rubr.de off.ſindic.verſi.an ſi poteſtas.Felin.in cap.exceptionem.de exception.Panorm.in cap. pro-
9 poſuit.de appellat.Idem ſi cauſa committatur,vt procedat ſecundum conſcientiam,
an appellet,vide Panorm.in cap.ſuper his.de appellat.& in cap.paſtoralis.eodem.tit.
no.gloſſ.in cap.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcript.in ſextò.vbi per Gemin.& in clem.
prima.de iure patro.vbi Imol.& Gemi.in cap.j.de iud.in vj.Bal.in l.j.C.ſi cert.petat.
& in l.hac lege.C.de ſentent.ex peric.rei.Barba.in cap.ne innitaris.de conſtitut.Eo-
10 dem † modo non appellatur ab impoſitione multæ futuræ appoſitæ in mandato,&
præcepto expreſſa quantitate,ſecus ſi non fuiſſet expreſſa quantitas,nam à tali impoſitione multæ non appellatur:ita Oldrad.in conſil.xv.vbi dicit hoc procedere ſi excedat modum legitimum,& à lege ſtatutum,quod eſt not. pro limitatione l.cos.C.
de modo mult.vide Bart. Alexand.& Iaſ.in l.j.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.Mar.
in l.j.verſi.item ab impoſitione multæ.C.de rap.vir.

## SVMMARIVM.

1 *☞ Contumax verus non appellat,intellige,vt in num.2.*
3 *Contumax lite conteſtata,& ante ſententiam non appellat.*
4 *Contumax verus quis dicatur,& quis fictus.*
5 *Contumax ante litem conteſtatam,& bannitus & bonis annotatus non appellat.*
6 *Contumax & bannitus an appellet in criminalibus.*
7 *Appelletur nè à banno & annotatione bonorum.*
8 *Citatus perſonaliter,aut domi,an ſit verus contumax,& an appellet.*
9 *Contumax & bannitus an & quando appellare poſſit,diſtingue vt in num.10.*
11 *Contumacia comparentis,& poſteà abſentantis maior eſt quàm nunquam comparentis.*
12 *Appelletur nè ante litem conteſtatam ab interlocutoria,& banno,& annotatione bonorum.*
13 *Citatus domi ſeruata forma conſti.citationis litteræ,an ſit verus contumax.*
14 *Contumax an poſſit ſupplicare.*
15 *Contumax in cauſa falſi habetur pro confeſſo.*
15 *Contumax in crimine hæreſis habetur pro confeſſo,quod in alia cauſa.*

1 SEXTVS caſus †eſt in vero contumace, nam verus cõtumax non
appellat, vt in l.j.cod.tit.noſtro.& in l.ex conſenſu.§.fin. vbi Bart.&
Alex.ff.de appella.vbi per Alex.poſt Bart.quis dicatur verus contu-
max, & fictus, & ibidem ſunt concordantiæ, vbi etiam traditur per
alios, & per Anton. & Imo.in c.tenor. de re iudi.per Capi. in deciſi.
cxxxix. extendunt quòd verus contumax non appellat etiã à ſenten
tiis quæ non tranſeunt in rem iudicatam, de quibus per Mar.in l.j.C.de rap.virg.& in
2 pra.in §.opportunè. Limita † & reſtringe in vero contumace ſecundum ius cõmune,
vt per Alex.& alios in l.properandum.§.ſin autem.C.de iudi.& in d.l.ex cõſenſu. §.fi.
& in locis ibi allegatis, & per Math.in cõſti.ſpeciale.in fi. & in cõſt.ſi quis poſt litem.
3 Et intellige †in contumace lite conteſtata, & ante ſententiã, nam tunc non appellat,
vt patet in d.§.ſin autem.& in auth.de iudi.§.appellandũ.& in conſti.ſpeciale.& in d.
conſti.ſi quis poſt litem.quę intelliguntur in vero contumace, & non ficto, & ibi per
4 Math.in fi.etiam in ij.no. vbi † etiam traditur quis dicatur verus contumax, & quis
fictus tam iure cõmuni, quàm reg.nam in regno dicitur verus contumax etiam ſi non
dixerit:nolo venire, dummodo fuerit citatus ſecundũ formam traditam in d.conſtit.
citationis litteræ.& citatus in domo habuerit noticiam citationis, licet perſonaliter
non fuerit citatus, nec dixerit:nolo venire, tamen dicitur verus contumax, & non ap-
pellat, licet non dicatur verus contumax:iuxta exemplum gl.& doct.vbi ſ.vt quia di-
xerit:nolo venire.& ita loquuntur conſt.reg.ſi quis poſt litem.& conſtit.reg.ſpeciale.
& ideo per conſti.reg. prædictis, iuncta conſti.citationis litteræ. non fit diſtinctio an
perſonaliter fuerit citatus, & dixerit:nolo venire, an fuerit domi citatus, vt vterque ap
pellare non poſsit: quæ tamen loquuntur poſt litem conteſtatam, & ante ſententiam.
5 ante †vero litem conteſtatam ſi fuerit contumax, bannitus, & annotatus in bonis po-
teſt appellare, ex quo bannum cum annotatione bonorum eſt interlocutoria, vt dicit
Math.in conſti.grandis.ix.no.vbi quòd poſsit appellare:firmat gl. & Math.in vij.not.
licet ibi reſtringat ad verum contumacẽ, tamen loquitur ſecundum ius commune, ex
quo in regno non fit diſtinctio, vt ſ.ſiue domi, ſiue perſonaliter, niſi aliter intelligatur
6 verus contumax, & fictus vt per eum in d.conſtit. ſi quis poſt litem.ij.not. Et †licet
præfatæ conſti.ſi quis poſt litẽ.& conſtit.ſpeciale.loquantur in ciuilibus, tamen idem
eſt in criminalibus ſiue ante, ſiue poſt efficiatur cõtumax, & bannitus qui non appel-
lat, ſi eſt verus contumax, vt ſequitur gl.magna, in d.conſtit.grandis. quæ loquitur in
criminalibus iunctis dictis per Math.ibi, in vij.no.& in fi.& ſic ſiue antè ſiue pòſt, ſi eſt
7 verus contumax non appellat, vt per eum. A banno† tamẽ & annotatione bonorum
poteſt appellare, vt per glo.fin.& Math.ibi, vij.not. cum allegatis per eum. & intelli-
ge, vt per Math. in d.conſtit.ſi quis poſt litem.ij.not. ſiue perſonaliter fuerit citatus,
ſiue domi, etiam quòd de citatione non habuerit noticiam non appellat, verior ta-
men videtur illa diſtinctio, quòd ſi eſt verus contumax quia dixit:nolo venire, in pœ-
nam ſuæ contumaciæ non appellat à banno, nec ab annotatione bonorum: ſi verò
non fuerit in tali vera contumacia etiam quòd fuerit citatus perſonaliter, tamen ta-
ceat: aut fuerit domi citatus, quòd poteſt appellare à banno, & annotatione bono-
rum, iuxta gl.& Math.in d.conſtit.grandis.vij.not.& hæc videtur verior ex quo non
videtur tacens, aut domi citatus in tanta contumacia, & dolo, ſicut ille qui dixerit:
8 nolo venire, iſte enim eſt in manifeſto dolo, ideo in pœnam non appellat. Nec †ob-
ſtabit conſtitu. citationis litteræ. nam ſimpliciter dicit eſſe contumacem taliter cita-
tum perſonaliter, vel domi, non autem dicitur ibi fore verum contumacem, & ideo
intelligitur & declaratur per alias conſt.& leges, vt ſi verè eſt contumax non appellet,
aliâs ſi non verus quòd appellare poſsit, vt per Math. in d.conſti.grandis.vij.not.& in
fin.

fin.ſicut intelligunt tam diſpoſitionem iuris communis. d.l.j. & aliorum iurium. de
quibus ſ.quàm etiam diſpoſitionem d.conſtit. ſpeciale.& conſti.ſi quis poſt litem, vt
9 ibi intelligit Math.& gl.quas intelligunt in vero contumace. Et vide † an & quando
contumax & bannitus poſsit appellare, diſtinctionem Nelli, de San.Gem.in trac.ban
ni.in iiij.q.prin.j.tempo.vbi latè diſputat an, & quando contumax, & bannitus appel
let, & an admiſſa appellatione ſuſpendatur bannũ, & alias quæſtiones, vt ibi. Ex præ-
10 dictis † ergo in hoc caſu diſtingue aut contumax eſt ante litem, aut poſt, ſi ante litem
& tunc ſi bannitur, & annotantur bona, & fit condemnatio ad tertiam partem bono-
rum mobilium, iuxtà conſti.grandis. tunc aut fuit verus contumax: quia dixit: nolo
venire, & non appellat, vt dixit Math.in d.conſtit.grandis. in fi. & in conſtit.ſpeciale.
aut non dixit: nolo venire, ſed fuit citatus perſonaliter, & tacuit, aut domi eo ſciente,
iuxta d.conſti.citationis litteræ. & tunc poteſt appellare à banno, & annotatione bo-
norum, & condemnatione tertiæ partis mobilium, & ita gl.fi.in d.conſtit.grandis. &
ibi per Math.vij.no.ſi verò poteſt litem conteſtatam, tunc indiſtinctè non appellat, d.
conſtit.ſpeciale.quæ etiam loquitur in criminibus. & d.conſtitu.ſi quis poſt litem. &
hoc ex quo contumax poſt litem, eſt verus contumax, ſiue perſonaliter citetur, ſiue
domi, iuxta d.conſti.citationis litteræ. & ita præſumit d.cõſti.ſi quis poſt litem. & ibi
no.& d.conſti.ſpeciale.& ita per Math.in d.conſti. & in conſti. ſi quis poſt litem.ij.no.
11 & ſentit gl.& Bald.ſ.in l.j.hoc eo.tit.in fi. Nam † dicunt quòd maior eſt contumacia
eius qui comparuit, & poſtea effectus eſt contumax ante ſententiam, quàm illius qui
nunquam comparuit, nam qui cõparuit, & inde contumax eſt, habetur ſimilis illi qui
dixit: nolo venire, vt ibi per Bal.vel dicas quòd poſt litem conteſtatam nõ appellatur
à ſententia diffinitiua cauſæ principalis, & ita loquuntur iura communia, & conſtit.
12 prædictæ, & quæ ibi habentur per gl.& Math. ante † verò litem conteſtatam non ap-
pellatur à diffinitiua, ſed ab interlocutoria vt eſt bannum, & annotatio, vt per Bal.in
l.ij.C.de epiſ.aud.iij.q.& ita loquitur gl.in d conſti.grandis. ſed quia condemnatio ad
tertiam partem, habet vim diffinitiuæ, cùm in hoc non expectet aliam poſt ſe, ergo vi-
detur appellare non poſſe, intelligit tamen Math. quando compareret iudice ſedente
pro tribunali, iuxtà gl.in l.j. ff.de requi.reis. & Bald.in d.l.j.eo.tit noſtro, vel vſque ad
primum ſonnum, iuxtà ritum magnæ curię, nam ſi non fuiſſet admiſſus ad talem com-
paritionem poſſet appellare, & ſic intelligit gl. & ſic ſentit quòd ſi ſequẽti die compa-
reret, non audiretur, nec appellaret, ſed dic vt ſ.fuit dictum. Nec obſtat condemnatio
ad tertiam partem bonorum mobilium habet vim diffinitiuæ, nam non diffinit nego-
tium cauſæ principalis prout loquuntur & iura communia, & conſtit. regni. meritò
non prohibetur appellatio ante litem cõteſtatam, cùm ſit iure prohibita in diffinitiua
13 negotij principalis vt iura loquuntur, ſecus poſt litem: vel † dic quòd aut fuit ſeruata
forma d.conſti.citationis litteræ.in citando, & tunc ſiue perſonaliter, ſiue domi cite-
tur ex quo verus contumax dicitur, cùm poterat venire & non venit, iuxtà tradita
per Math.in d.conſti.ſi quis poſt litem.ij.not. non poteſt appellare: aut forma d.cõſti.
non fuit ſeruata, & tunc ex quo nõ dicitur verè contumax appellare poteſt à banno,
& annotatione & condemnatione tertiæ partis, ita loquitur glo.fin.in d.conſti. gran-
dis. Nam glo.in d.conſtit. ſi quis poſt litem. & Math.ibi, ſentit quòd citatus ſecun-
dum formam d.conſtit.citationis litteræ.non appellat, ergo intelligitur quod ſuprà
dictum eſt, vt cùm non eſt ſeruata forma dictæ conſtit. tunc appellet, & maximè quia
Math.in d.conſtit.citationis.j.not.dicit quòd ſi copia citati potuit haberi in ciuitate,
non valuit citatio domi, & ſic non eſt contumax, ergo tunc poſſet appellare. Amplia
14 hoc † quod dictum eſt quòd cõtumax non appellat, nam nec etiam poteſt ſupplicare
ne quod vna via tollitur, alia via concedatur, vt per Par.in tra.ſind.in verbo, appella-

tio.verſ.an ſi ſtatuto.in fi.& eſt tex.in conſti.pœnã.eorũ.& in conſt. in cõſutilem.dic
tamen an & quãdo ſublato remedio appellationis poſsit ſupplicare, & habere recur-
15 ſum per Par.ibi,& Mar.in pra.in §.opportunè.No. † vnum in hac materia contuma-
ciç,quòd in cauſa falſi,vt quando teſtis accuſatur de falſo,vel pars producit ſcriptu-
ram falſam,& ex actis conſtat de falſitate quòd ſi eſt cõtumax,habetur pro cõfeſſo,&
condemnatur de falſo, vt in prag. incipien. teſtem falſum.& per Capi.in deciſio.lx.ſic
16 & in †crimine hæreſis,nam ſi eſt contumax citatus in cauſa hæreſis habetur pro con-
feſſo,& vt hæreticus damnatur ſi per annum perſeuerat: vt habetur in c.cum contu-
macia.de hær.in vj.ſic & in c.reg.ſi quis in excommunicatione.vbi ſi per annum per-
ſeuerat in excommunicatione punitur : vt ſuſpectus de hæreſi, & aliter, vt ibi.& per
Math.in conſti.pœnam eorum.in j.not.vbi de cõtumacia per annum,& pœnis.Quid
ſi princeps facit indultum generale de delictis,an extendatur ad pœnas contumaciæ,
& obligationis,& pœnas inſtrumentorum.per Thom Gram.in deciſ. quarta.

## SVMMARIVM.

*1 ☞ Sententia forindicationis appellationem non admittit.& num.69.*
*2 Forindicatus non admittitur ad ſupplicandum,nec operatur ſupplicatio, ſi non dicatur non obſtante conſtit.pœnam.*
*3 Forindicatus habetur pro mortuo quoad bona.& num.73.*
*4 Forindicatus eſt hoſtis publicus,& ab omnibus offendi poteſt.& de requiſitis vt forindicetur.num.5.& vide num.68.*
*6 Bannitus forindicatur ex ſola contumacia,& ſtatutum requirit probationes plenas.*
*7 Bannitus vt habeatur pro confeſſo ex ſtatuto requirit ſententiam non in forindicato,ſed ſtatim quàm capitur mittitur ad ſuplicium.*
*8 Forindicatus captus vt ſuſpendatur quomodo ſit procedendum, & qualiter fiat recognitio,& quid ſi neget ſe eſſe illum.num.9.*
*10 Confeſſio ficta plus operatur quàm vera,ſed in plus etiam punitur.*
*11 Forindicatus habetur pro conuicto,& confeſſo,vbi eſt valida accuſatio, aut inquiſitio.*
*12 Executio banni & forindicationis non fit ſi conſtat iudici de innocentia banniti, vel forindicati.*
*13 Agnati non poſſunt allegare defenſiones banniti,ſed cauſas abſentiæ tantùm.*
*14 Procurator in criminalibus non admittitur.*
*15 Procurator an interueniat pro forindicando abſente.*
*16 Procurator an admittatur ad implorandum iudicis officium.*
*17 Statutum ſi tollit defenſiones,an tollat recurſum ad officium iudicis.*
*18 Procurator & quilibet de populo an poteſt allegare exceptiones ſtatuti,item de innocentia pro abſente forindicando iudex probanda,& quomodo.num.19.& 20.*
*21 Delictum an plenè debet conſtare vt forindicetur.*
*22 Forindicatus habetur pro conuicto,& confeſſo,in delicto tantum pro quo fuit forindicatus, & non pro aliis.*
*23 Forindicatus poteſt de nullitate dicere.*
*24 Forindicationis nullitas debet allegari per principalem,& non per procuratorem.*
*25 Forindicandus poteſt opponere nullitatem accuſationis & alias exceptiones,vt num. 26. 27.31.& 32.& quid ſi fuit erratum in banno de loco banniti.num.28.*
*29 Executor an cognoſcat de nullitate banni.*
*30 Exceptio nullitatis banni impedit executionem.*
*33 Sententia forindicationis quomodo fieri debeat, & quæ requirantur. item quæ ſit forma eius*

eius, & de præambulis ad ſententiam iud. num. 92. & 93.

34 Forindicatur ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem procedatur.

35 Forindicari nè poteſt, & quando pro percuſſione cum baculo.

36 Citatus ad præſtandam ſideiuſſionem de non offendendo an banniri, & foriudicari poſſit.

37 Forindicatus pro crimine pro quo pœna manus imponitur, an mori debet captus.

38 Foriudicanaus, & citanaus ſeruata forma regiæ pragm.

39 Contumacia prima eſt accuſanda, aliâs non punitur: & poteſt accuſari coram actorum magiſtro. num. 40.

41 Contumacia accuſanda eſt die ſequenti ſi præcedens erat feriata, idem in vltima contumacia. num. 42.

43 Excuſator citati poteſt comparere ad allegandum cauſas abſentiæ, niſi eodem die fuerit viſus in loco, num. 44.

45 Excuſator ſi comparet pro citato datur terminus ad denunciandum.

46 Bannum non ſufficit publicari in curia, niſi in magna curia.

47 Bannum quid debeat continere.

48 Foriudicandi annus incipit currere à die publicationis banni per loca ſolita, & non in curia

49 Foriudicari non poteſt infra annum bannitus, niſi in caſibus, vt in num. 50 51. & 52.

53 Conſanguineus poteſt comparere infra annum ad allegandum cauſas abſentiæ.

54 Contumax infra annum poteſt comparere quandocunque, & purgare contumaciam.

55 Bannitus infra duos menſes non poteſt capi, nec offendi.

56 Bannitus ſi capitur in banno, ſe defendit in vinculis.

57 Bannum facit indicium ad torturam.

58 Torqueri nè poſſit & quando captus in banno ante litem.

59 Bannum purgatur vt non faciat indicium conſtito de innocentia.

60 Accuſatore mortuo non proceditur ad foriudicationem.

61 Citatio alia an requiratur elapſo anno ad foriudicandum, & de forma citandi numero 62.

63 Citatio trina requiritur in contumace per ſtatutum vt habeatur pro confeſſo.

64 Perſeuerantia banniti in contumacia per annum accuſatur in circulo anni à die publicati banni, aliâs non foriudicatur, & quid hodie obtineat. num. 65. & 66.

67 Foriudicatus lata ſententia vlterius non auditur.

70 Bannitus ſi capitur ab alio iudice, tranſmittitur ad bannientem, vt foriudicet.

71 Bannitus ab vna ciuitate, & foriudicatus, an poſſit puniri in alia ciuitate ſi capiatur.

72 Sententia foriudicationis lata, tria ſcripta authentica ſunt conficienda.

74 Aſcendentes excludunt fiſcum à ſucceſſione foriudicati.

75 Monachus an connumeretur inter filios foriudicati.

76 Filij foriudicati ſi eſſent minores, Rex prouidet quoad feudalia.

77 Vxor foriudicati an patiatur damnum in dote, & quando.

78 Parentes an damnum patiantur in bonis ſuis propter filium foriudicatum, & qualiter fiat diuiſio bonorum cum filiis, & quid ſi exiet filia in capillo mortuo patre.

79 Foriudicati filia ſi eſt maritata quis ſuccedit in bonis eius.

80 Bannitus quando non foriudicatur elapſo anno quis ſuccedat in bonis.

81 Banniti bona ſi non reperiantur annotanda, quid faciet iudex.

82 Barones in regno an poſſint foriudicare.

83 Fiſcus an ſuccedat foriudicato in bonis quæſitis ex contractu iuris gentium.

84 Foriudicatum capiens an conſequatur præmium, & quod erit, & an ipſo facto. nu. 86.

*85 Baro aut Comes foriudicatus ſi capiat ruſticum foriudicatum an conſequatur præmium.*
*87 Foriudicatus ſi eſt ex pluribus delictis, an conſequatur premium de omnibus, an de vno tantum.*
*88 Foriudicatum occidens an efficiatur infamis vt repellatur à teſtimonio.*
*89 Conſtitutio regni, pœnam eorum, an valeat tollens defenſiones reo, & an ab omnibus defenſionibus etiam iuſtis excludatur, & an valeat ſtatutum.*
*90 Fauore publico multa ſtatui poſſunt contra iuris regulas.*
*91 Fauore publicæ vtilitatis Rex poteſt reuocare priuilegia alij conceſſa.*

1 SEPTIMVS caſus † eſt in quo non admittitur appellatio
quando quis foriudicatur, nam à ſententia foriudicationis non
appellatur. Si quis enim fuit legitimè citatus iuxta formam con-
ſtit. citationis litteræ. & fuerit effectus contumax, & bannitus
inde in circulo anni foriudicatus habetur pro conuicto, & con-
feſſo, & condemnato, ideo non appellat, vt in conſti. pœnam eo-
rum. per quam prohibetur appellare, & etiam regi ſupplicare:
2 & ideo † dicit ibi Math. ix. not. quòd ſi fuiſſet reſcriptum per principem facta suppli-
catione in qua volebat docere de impedimento niſi in eo fuerit dictum non obſtante
conſtitu. pœnam eorum. non valeret, nec prodeſſet reſcriptum foriudicato, ex quo
3 ſupplicare regi prohibetur. Immo † talis foriudicatus habetur pro mortuo quoad bo-
na in tantum quòd ei ſuccedunt filij aſcendentes: & fiſcus cõnumeratur loco vnius ex
filiis, vt in cõſti. reg. foriudicatorũ bona. & per Math. in d. conſt. pœnam eorum. x. no.
4 Et etiam † quoad perſonam reputatur hoſtis publicus, vt à quocunq; occidi poſsit,
& occidens, & capiens præmium conſequatur, iuxta formã d. conſti. pœnam eorum.
5 vbi vide per Math. quęſtiones in materia, in xij. & xiij. no. Intellige † tamen dictã cõſt.
dũ modo ritè & rectè fuerit foriudicatus, cõcurrentibus requiſitis de quib⁹ per Mat.
in d. cõſti. in ij. q. iunctis etiam traditis per Mar. in pra. in §. poſtquã. vbi ponit requiſita
ſtatuti dictantis contumacẽ haberi pro confeſſo, & conuicto, & ꝙ poſsit cõdemnari
iuxtà tenorẽ d. conſti. quę conformitatem habere videtur cum prædicto ſtatuto: ideò
6 quæ ſcribuntur in materia dicti ſtatuti, conferunt in materia d. conſti. licet † in aliqui
bus differãt. Nam conſti. requirit ſolã contumaciã perſeueratã cũ aliquibus indiciis,
& etiam abſq; indiciis, vt ibi per Math. ſtatutũ verò requirit claras, & plenas ꝓbatio-
nes, ad hoc vt condẽnari poſsit, vt per Mart. in d. §. poſtquã. tamẽ quoad appellationẽ
7 non admittendã ſunt cõformes diſpoſitiones. Differunt † etiã in alio d. conſt. & ſtatu-
tum, nam in ficta confeſsione per ſtatutũ requiritur ſententia vt puniri poſsit, vt per
Mar. in d. §. poſtquã. at per d. conſti. non requiritur alia ſententia, quã foriudicationis,
ſed ſtatim ꝙ capitur mittitur ad ſuppliciũ abſq; alia ſententia, vt per And. & Math. in
8 d. conſt. in iiij. no. & in iij. no. & in no. xvij. Facta tamen † recognitione prius, & cõſtito
quòd captus ſit ille qui in banno continetur & foriudicatione per confeſsionẽ eius in
actis, aut per teſtes, qua recognitione facta ſtatim mittitur ad ſuppliciũ, & ita ſe habet
cõmunis practica ſecundũ Ang. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de ver. obl. ita docet Bar.
in l. demõſtratio. ff. de condi. & dem. & in d. l. inter ſtipulantem. & Bal. in c. j. de feu. ſiue
culpa non admittend. Ang. & Imo. in l. nominatim. ff. de hær. inſti. & in l. ij. ff. de lib. &
poſt. & Felin. in c. ad abolendã. in fi. de hær. & per Mar. in ſing. lxiiij. & in cõſil. xxxij. &
Ang. in gl. comp. in quis. inter defen. & per Arn. in cõment. xlij. & in epit. lxxxvij. Et ſi
9 negat † ſe talẽ eſſe qui in banno cõtinetur cùm alio nomine fortè nuncupetur quam
quo in bãno cõtinetur, vt q a nomẽ mutauerit, & cognomẽ, ꝙ cõſtare debet de iden-
titate perſonæ quòd iſte ſit ille, licet alio nomine nunc nũcupetur cum tẽpore banni

alio

alio nomine & cognomine nuncupabatur, & prout in banno, vt per Bald.in l.j.C.ſi
vnus ex plur. & Bart.in d.l.demonſtratio. & in d.l.inter ſtipulantem. & Ang. in dicta
10 glo.vel torquetur vt ore manifeſtet ſe illum eſſe, & ſic iudices vtuntur. Et ſic † appa-
ret plus operari in hoc fictam confeſsionem quàm veram, ſed in plus punitur ficta
confeſsio quàm vera, nam verè confeſſus poteſt reuocare confeſsionem, vt per Saly.
in l.ij. C.de cuſto.reo. fictè confeſſus per contumaciam non reuocat, ex quo nec ap-
pellat.vt in d.conſtit. ſecundum Bart.in l.abſentem. ff.de pœnis.& per Math.in dicta
11 conſtit.in iiij.not. contrarium tamen ſuprà dictum eſt. Limita † tamen & intellige
dictam conſtit.vbi accuſatio,aut inquiſitio eſſet valida, tunc habetur pro conuicto,
& confeſſo:ſecus tamen ſi non fuerit valida, nam tunc non habetur pro contumace,
ex conſequenti nec pro conuicto,& confeſſo,vt per Bart.in l.ſi filius.ff.de interr.acti.
Rom. in conſil.ccxxiiij. & per Mart. in pra.in §.poſtquam. verſic. & vltra prædicta.
Arrio.in ſolilo.liij.ſic & data in validitate accuſationis, vel inquiſitionis in crimina-
libus admittitur procurator: ita Bald.in conſil.cvj. j.vol. & per Arno. in ſolilo.liiij.
ad idem quod ſuprà, quòd ſequi non poteſt ſententia ex contumacia contracta ex
inordinato proceſſu, per Thom. Gram.in.conſil.j.inter deciſi.num.22.& ſi ſequatur,
12 eſt nulla. Limita †& intellige dictam conſtit. niſi iudici conſtet de innocentia accu-
ſati,nam nō poteſt,nec debet ipſum foriudicare, nec captum mittere ad ſupplicium,
cùm etiam ſi poſt ſententiam conſtet, & quandocunque ante executionem ſubueni-
tur,& releuatur condemnatus,ita per Math.ibi,in iij.not.vbi dat cautelam, vt agnati
ſtudeant aliquo modo, vt iudici faciant conſtare de innocentia banniti, nam tunc
non poſſet foriudicari,vt proſequitur Mar.in pra.in §.opportunè.iij. & in l.j.§.fi.ff.de
quæſtio.verſi.not.etiam iſtum text.vbi multa, & quòd poteſt iudex teſtes examinare
ex officio,licet à parte non fuerint producti pro innocentia rei. Tradit etiam Mart.in
pra.in §.poſtquam.in ſtatuto quòd contumax habeatur pro confeſſo,quòd ſi conſtet
de innocentia non poſſet condemnari, & pleniſsimè in conſil.xxxix. & in conſil.lx.
Vide multa per Thom.Gram.in conſi.j.inter ſuas deciſ.nu.69.vbi quod ex officio de-
13 bet inquirere de innocentia quando fertur ſententia contra abſentem. At † quo nam
modo agnati hoc poſſent facere: ex quo agnati non poſſunt allegare defenſiones pro
bannito, ſed tantùm cauſas abſentiæ, & impedimentorum tempore primæ citatio-
14 nis, vt dicit Math.in d.conſtit. in ij.requiſit. nec etiam † in criminalibus admittatur
procurator, vt in l.pen.§ ad crimen. ff.de pub.iud. & in l.ſeruum quoque.§.publicè.
15 ff.de procurat.& per ritum.mag.Curiæ,vt nec etiam ad media, licet † in hoc Arno.in
ſolilo.xxxj.aſſerat poſſe interuenire procuratorem pro abſente foriudicando autho-
ritate Ioan.And.in ſpecu.in tit.de procurat.§.j. verſi.item quòd cauſa.Ang. & Imol.
in d.§.ad crimen.Iaco.de Aretio & Cin.in l.reos.C.de accuſ. Alex.in conſi.iiij.vj.vol.
16 & Mar.in conſi.lx. & conſil.xxxix. Niſi † dicamus aut poſſe procuratorem interue-
nire per prædicta, aut quòd licet non admittatur ad defendendum procurator, ſal-
tim ad implorandum officium iudicis admittatur, & ſic agnati vt iudex ſe informet
de defenſionibus rei: ita dixit Ang. in l.planè.ff.de reti.hæred.refert & ſequitur Mar.
in rub. ff.de fideiu.quæſt.xxxvj.num.279. & per Thom.Gram.in conſil.j. inter deciſ.
nu.24.& ſeq.vbi multa de his, vbi etiam quod allegari poteſt quod inquiſitus, & ci-
tatus erat clericus,quod poteſt allegare per agnatos,vt ibi ſub nu.39. & ſequen. & ibi
num.43. quod poteſt allegare notorium, & notoriam exceptionem etiam per pro-
17 curatorem vbi multa.& per quemlibet inhabilem. num.49. Contrarius † tamen eſt
in conſil. xxxix. vbi ſi ſtatutum tollit defenſiones, vt conſtit.præfata, tollit etiam re-
curſum ad officium iudicis,tamen ibi diſputat de veritate. Vide per eum qui conclu-
dit per ſe: & iſtud conſilium multum confert ad d.conſtit. pœnam eorum. Aut alle-

18 gent † agnati exceptionem, & defenſionem procedentem ex ſtatuto, vt qui i occiſus
aut vulneratus à foriudicando, erat bãnitus, & foriudicatus, nam talis exceptio pro-
ueniens ex ſtatuio & diſpoſitione d. conſtitut. pœnam eorum. per quemlibet opponi
poteſt, tam per agnatos & amicos, quàm etiam extraneos pro intereſſe ſtatuti etiam
poſt bannum & foriudicationem, per tradita per Bart. & alios in l. vbi pactum. C. de
tranſa. & Ang. in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procura. & in l. quos prohibet. ff. de
poſtu. & in l. reos. C. de accuſationib. poſt Cyn. & Panorm. in cap. tertio. de accuſat.
& per Bartol. in conſilio centeſimo. & per multa. Mar. in l. ſi quis ne quæſtio. ſub nu-
me. 141. ff. de quæſt. & in conſ. x. conſ. xxiiij. xxxij. lxxiij. & conſ. xxxix. & Ang. in glo.
compa. inqui. inter deſ. Mar. in conſ. lx. & per Arno. in com. clviij. vbi reſpõdet ad ritũ
magnæ curię de petitionibus admittẽdis in cau. cri. vbi tres tantũ cauſæ impedimẽti
allegari poſſunt per procuratorem, infirmitatis abſentiæ, & captiuitatis, & non aliæ,
vt non habeat locum in caſu iſto in quo comparet ex perſona ſua pro intereſſe ſta-
tuti, & non tanquam procurator: & ſic intellige quando agnati comparent pro in-
intereſſe ſtatuti, & allegarent talem exceptionem, non autem quando quis vt procu-
rator compareret, quoniam obſtaret dictus ritus, & regul. iuris, vt in criminalibus
19 procurator non admittatur. Aut † dicamus niſi agnati habeant iudicem propitium
& in ſecreto dent teſtes ipſi iudicij per quos babeat innocentiam accuſati, ſicut dixit
Innoc. & Ana. in cap. veniens. de accuſatio. vbi refert euaſiſſe quendam à ſententia
banni, dando chartulam iudicij, & nomina teſtium ex quibus apparuit eius innocen-
tia. & fuit liberatus, & per Math. in dicta conſtitu. vbi etiam poſſet iudici conſtare ex
20 proceſſu informatiuo. & † vide per Arno. in caute. lxxvij. vbi quòd poteſt implorare
officium iudicis agnatus, & det ſchedulam, nam non prohibetur implorare iudicis of
ficium, vt ſe informet de innocentia: & iſtam practicam ponit Angel. in l. ſi vbi. ff. de
petitio. hæred. per Roman. in conſilio ccxiiij. & per Iaſo. in dicta l. vbi pactum. C.
de tranſactio. vbi in materia iſta, & per Mar. in ſingul. lxxij. & per Arno. in ep. lxxxvij.
& Mar. in conſ. xliij. & Arno. in ſingul. lj. & Mar. latiſsimè in dicto conſi. xxxix. vbi in
21 terminis conſtitut. huius. Limita. † etiam & intellige vbi de delicto plenè conſta-
ret, nam tunc procedi debet ad foriudicationem & condemnationem: ſecùs tamen ſi
plenè non conſtat de delicto, nam per ſententiam foriudicationis non poſſet condem
nare, ita Bal. in rubr. C. de man. vind. & per Cepo. in cautela cccxliij. & per Boni. in tra-
cta. malc. in rubri. quid ſit accuſatio. verſic. ſed quid Martinus accuſatus eſt. Alexand.
poſt Bart. in l. omne delictum. ff. de re milit. vbi dixit quòd ad hoc vt bannitus occidi
poſsit per ſtatutum, requiritur quòd plenè conſtet de delicto, & non aliter. & per
Mar. in pra. in §. poſtquàm. verſi. pro quibus faciunt. & per Arno. in ſeptimo ſolilo.
vbi ita dicit limitari, & intelligi dicta conſtitut. pœnam eorum. Sed Math. vt ſuprà di-
ctum eſt in dicta conſtitut tradit ſufficere conſtare de delicto per informationem ta-
liter quòd ſaltim faciat indicium: & ſi talis interpretatio eſſet vera, multi euaderent
foriudicationis ſententiam, vbi plenè de delicto non conſtaret. Idem Arn. in ſoli. xiiij.
tamen Math. ibi dicit, ſi probationes haberi poſsint, habeantur, aliàs non per hoc an-
nullabitur foriudicatio, vt dicit ibi in requiſ. xij. ſtante dicta conſtitut. licet ſecùs in
terminis ſtatuti prædicti, vt per eum poſt Bart. in l. abſentem. ff. de pœnis. Limita
22 etiam † & intellige vt habeatur pro cõuicto & confeſſo pro eo delicto tantũ pro quo
fuit citatus, & nõ pro aliis, nam ſi multa delicta & crimina commiſiſſet, & fuiſſet tan
tùm citatus pro vno delicto & fuiſſet cõtumax & bannitus, & foriudicatus, habere-
tur pro confeſſo pro delicto tantùm pro quo fuit citatus, & non pro aliis, vt dicitur
in dicta conſtitut ibi, de crimine de quo accuſatus fuerat. & per Bald. in l. ſi aduerſa-
rius. C. de fide inſtrum. vbi dixit ſtatutum diſponens bannitum haberi pro confeſſo

intellig

intelligitur quo ad maleficia deſcripta in libro bannitorum,& non quo ad alia,& per Iaſo.in l.age cum Geminiano.C.de tranſactio. & per Arno. in cautela lxxxviij. Li-
23 mita † etiam dictā conſtitut.& intellige quo ad appellationem: vt non poſsit foriudicatus appellare,ſed tamen bene poteſt dicere de nullitate foriudicationis, & allegare non interfuiſſe in dicta foriudicatione à iure requiſita,vt ibi per Math. quę tamē nul-
24 litas † alleganda eſt per ipſum principalem,& non per procuratorem,ita per Math.in dicta conſtitut.in primo notab. quintę quæſt.in fin.& ſequent. quæſt. ſecunda.in ter-
25 tio notab.vbi † quòd foriudicādus poteſt opponere nullitatem inquiſitionis & accuſationis,& alias exceptiones impedientes proceſſum ad vlteriora, ſecundum Bartol. in l.ſi quis poſt deceptionem.C.de probatio. Nullitates nonnullas ponit Thom.Gram.
26 in conſil.primo,inter deciſio.ſuas. Poteſt † etiam opponere alias exceptiones,quas ſi propoſuiſſet non fuiſſet proceſſum ad bannum & foriudicationem,vt quia accuſatio & actio eſſet præſcripta ſpatio viginti annnorum: iuxta l. querela. C. de falſ.vel alias exceptiones:vt per Bart.in l.non videtur.ff.de iudic.vbi per Alexand.poſt eum,& per
27 Arno.in epito.lxxxvij.Poteſt † etiam opponere exceptionem perſonarum, vt quòd fuit lata ſententia foriudicationis contra pupillum, vel furioſum ,& contra iudicis perſonam,vt per Mart.in practi.in §.poſt quàm. circa fin. vbi quòd tale ſtatutum non complectitur perſonas minorum,mulierum, & ruſticorum,niſi deprehendantur hæ perſonæ in dolo expreſſo,vt ibi per Mar.& per Ioan.Andr.in Specul. in tit. de ſenten. §.vt autem.Anchar.in conſil.clxvj.& per Felin. in cap. paſtoralis. de exceptionib. vbi prohibitus excipere,poteſt incompetentiam iudicis allegare,& per Arno.in commen
28 tar.clij.vbi ad intellectum dictę conſtit.Sed † quid ſi fuit erratum in ciuitate & loco banniti, conſtat tamen de corpore banniti, an poſsit ex hoc annullare bannum, dic quòd non,vt per Bart.in l.his verbis.§.fin.ff.de hęred.inſtit.& per Barba.in cap.ſigni-
29 ficāte. de reſcript.& per Mar.in ſingu.cxliiij.& per Arno.in epito.xcv.Sed † an de iſta nullitate poſſet cognoſcere executor,vt quia fortè rex committat ſententiā foriudicationis exequendam per alium, dic vt per Math.in dicta conſtitut. in decimonono notab.vbi fit diſtinctio,aut eſt ſubrogatus,& poteſt, aut merus executor, & non po-
30 teſt,vt per eum:& † quod exceptio nullitatis banni impedit executionem banni,vide
31 per Math.in conſtit.grandis. ſeptimo notab. & quòd † opponere poteſt exceptiones quas ſi à principio oppoſuiſſet,bannum redderetur nullum , nec banniri potuiſſet, nec foriudicari.Paul.de Caſtr.in conſil.xxxiiij. Nell. in tract.Ban. ſecunda parte, primi temp.ſecunda quæſtio.& per Iaſ.in l.is qui.C.qui teſtamen.facere poſſunt.& per
32 Mar.plenè,in conſil.lxiiij.& in ſing.lxxij.& quòd † per procuratorem opponi poſsit non obſtante ſtatuto per Mar.in conſil.xxxix.maximè in. fin. & per eundem Mar. in conſi. xxxij.quòd poteſt opponere & excipere vt ſuprà,& quilibet admittitur: vt per eum,& plenè per Mar.in l.prima.C.de rap.vir.vbi de præmiſsis,& quòd poteſt dicere de nullitate vbi prohibetur appellatio,& de aliis contentis in hac limitatione,vt per
33 eum.Forma † autē procedendi ad ſententiam foriudicationis eſt, quòd in primis ſit accuſatus pro crimine capitali vbi pœna mortis naturalis, aut ciuilis,aut mēbri abſciſione veniret plectendus, excepta tamen cauſa periurij:nam licet periurus veniret plectendus pœna manus :vt in conſtit.eos qui ſciēter.tamen in regno extat ritus magnæ curiæ,incip.item ſeruat ipſa curia quòd pro periurio.in aliis autem foriudicatur iuxta declaratoriam regis Caroli ſecundi:vt in cap.reg. incip. ſiue quis ſit forbannitus.& Math.in dicta conſtit.pœnam.xiiij.requiſ.& xij.notab.tertia quæſt.& in conſti.grandis.tertio notab.valet vbi pœna mortis naturalis,aut ciuilis,aut membri abſciſionis plecti debet:vt dicitur in dicto cap.ſiue quis.ad idem text. in conſtit.grandis.vbi pro crimine capitali citatus ſi non comparet,bannitur,inde foriudicatur per

34 ſubſequentem conſtit.pœnam eorum, & † ſecundum dictum cap. ſiue quis foriudi-
35 catur, ſiue procedatur per accuſationem, ſiue per inquiſitionem, vt ibi dicitur. Sed † an
pro percuſsione cum baculo foriudicari poſsit, dic aut attendimus caſus contentos
in conſtit. vt dignitatum gradus. in quibus pœna manus imponitur, & erit locus for-
iudicationi, vt quando ruſticus vel burgenſis, vel vaſſallus verberat militem in actu
militiæ exiſtentem, & non aliter niſi in actu militiæ exiſtat cùm non extendatur, vt
ibi per glo. Andr. & Math. & in conſtit. pœnam eorum. in fin. aut ſumus extra caſus
in d. conſtit. contentos, & tunc aut cum communitiua armatorum percuſsit, & per
inſultum excogitatum cum turba, & tunc foriudicatur, cum pœna legis de vi publi-
ca puniatur, & ſic pœna deportationis: aut abſque communitiua, & tunc non foriu-
dicatur, cum pœna pecuniaria puniatur, nec tunc erit locus torturæ, ita per Thom.
Gram. in voto xv. poſt Bart. de Cap. Math. & Grillum. in conſtit. ſi quis aliquem. &
per eundem Thom. in deciſi. xvij. vbi plenè ita diſtinguit. quod no. quia habui in facto
36 conſulere. Et an † ſi citatus ad præſtandum fideiuſsionem de non offendendo ſi eſt
contumax, banniri poſsit, & foriudicari? dic vt per Capi. in deciſ. cxlj. vbi quòd ban-
37 nitur ſi ſit perſonaliter citatus, ſed non foriudicatur, vt per eum. in quo † crimine vbi
pœna manus imponitur, inquit Andr. in d. conſtit. & Math. ibi, xiiij. requiſito. ſi eſt
foriudicatus, & in fortiam iudicis peruenit, decapitatur, non obſtante quòd alia pœ-
na quàm mortis pro dicto delicto deberet imponi, vt manus, iuxta conſtit. ſi quis ali-
quem. & cap. reg. ſi cum ronca. cùm talis pœna non pro crimine, ſed pro contumacia
imponatur, niſi per principem diſpenſetur, vt pœna manus puniatur, quod ſatis eſt
durum. Increpat tamẽ ibi And. quendam iudicem qui foriudicatum pro vulnere non
occidit, & pœnam mortis nõ impoſuit, ſed manus, cùm non debebat eſſe clementior
38 lege, ꝙ no. ne quoq; tu erres. Inſtituta † autẽ accuſatione, aut inquiſitione formata, ac-
cuſatus vel inquiſitus citatur iuxta tenorẽ, & formã d. cõſti. citationis litteræ, & iuxtà
formam prag. reg. Ferd. primi, de modo proceden. in prin: ex quo aliâs dicta forma nõ
ſeruata, citatio eſſet nulla, vt dicitur in dict. pragm. & per Math. in d. conſt. pœnã. & in
conſt. edictorum. quæ pragm. circa relationem fiendã coram duobus teſtibus, locum
habet vbi citatur extrà locũ in quo inquiritur, vt per Math. in conſt. edictorũ. in fi. vbi
ita dicit ſeruari, & per Caucu. ſuper d. pragm. licet Math. non alleget. Item nuncius
debet citare in domo ſolitæ habitationis, & referre ſe feciſſe perquiſitionem, & quia
non inuenit perſonaliter, ideo citauit domi, aliàs non valet citatio, & cùm deficit ci-
tatio, aut nulla eſt, non poteſt dici contumax, nec banniri, nec foriudicari poteſt. Ita
proſequitur per multa Thom. Gram. in conſil. j. inter deciſ. ſuas, vbi quod relatio de-
39 bet eſſe certa, & ſcripta per actuarium. Et † tunc in prima curia, ſeu die primo quo
curia regitur ne circundatur citatio & edictum, accuſetur ſeu annotetur prima con-
tumacia iuxta formam ritus, aliàs circunducta redditur citatio, vt per Math. in dicta
conſtit. pœnam eorum. & in conſtit. edictorum. xij. not. viij. quæſt. vbi diſputat, an ſit
neceſſaria accuſatio, an verò ſufficiat inſtare. Andreas quòd ſufficit inſtare, tamen
obſeruatur quòd accuſetur prima contumacia, & accuſari debet in die iuridico quo
curia regi ſolet, etiam ſi illo die curia non regatur, dum modo non ſit dies feriatus:
40 & iſta † contumacia accuſari poteſt coram actorum magiſtro, etiam in abſentia iu-
dicis, vt dictat ritus mag. cur. incip. item ſeruat ipſa Curia, vt ſi die. & in alio ritu inci.
41 item not. quòd in omni. Sed † ſi dies illa in qua eſſet accuſanda prima contumacia
eſſet feriata, debet accuſari die ſequenti, & fieri mentio in actis de præcedenti die fe-
riato. Idem ſi plures dies continui eſſent feriati, nam elapſis feriis primo die iuridico
accuſatur, & fit mentio de feriis præcedentibus, vt habetur in ritu incipi. item not.
quòd vbicunque. & in ritu incip. item not. quòd talis. aliâs ſi non accuſatur prima

cont

contumacia,vt ſuprà expirat, & circunducitur citatio: in ſecunda verò curia accuſa-
42 tur ſecunda contumacia, niſi aliter de conſuetudine obſeruetur, in vltimo ✝ verò
peremptorio, & in tertia curia triduo gauiſo iuxta formam ritus dictæ curiæ accuſa-
tur vltima contumacia, & in ſcriptis redigitur. Verùm ſi in vltimo peremptorio in
quo accuſari, & vocari debebat, eſſet ſimiliter dies feriatus accuſetur vltima contu-
macia, & vocetur ſequenti die quo curia regitur, & faciat in actis ſcribere qualiter
dies in quo debebat regi curia præcedens, & vocari debebat & terminari vltimum
peremptorium,erat feriatus, ideo ſequenti curia fuit vocatus, & ſic deinceps ſi cade-
ret dies feriatus in quo curia regi debebat iuxta formam ritus incip. item ſeruat ipſa
43 curia quòd ſicut eſt. Quo ✝ facto accuſata vltima contumacia vocetur per ſeruien-
tem aut tubitam curiæ, qui ſi non comparuerit perſonaliter, & non per procurato-
rem iuxta conſtit.reg. grandis. & ibi per Math. nec aliquis pro eo ad eum excuſan-
dum, vel allegandum cauſas abſentiæ infirmitatis, aut captiuitatis iuxta ritum ma-
gnæ curiæ ſub rubr.de petitio admi.in cau.crimin.vel alias cauſas impedimentorum,
44 iuxta tradita in conſt.edictorum.& ibi per Math. vel ✝ licet allegetur abſentia,tamen
die præcedenti vel eodem quo delictum fuit commiſſum, accuſatus fuerit viſus in
ciuitate, & loco delicti, ex quo tunc præſumitur præſens fuiſſe, & mandatum ſeu ci-
tatio aprehendidiſſe ipſum, & allegatam abſentiam calumnioſam eſſe, iuxta c.reg.
45 poſt commiſſum. & eo non comparente vel alio legitimo excuſatore: nam ſi ✝ com-
pareret excuſator affinis,aut conſanguineus & amicus, delato ſibi iuramento abſque
metu periurij in caſu contrarij, datur dilatio ad denunciandum, & comparendum
iuxta locorum diſtantiam,vt per Math.in cōſti.edictorum.vbi traditur, & per Arno.
in cau.xlix. & ſi non admittatur, & detur dilatio, foriudicatio eſt nulla, vt per Tho.
Gram.in conſil.j.inter deciſ.num.23. idem ſi allegetur abſentia ex cauſa probabili, vt
ibi. Ad idem quod proceſſus & foriudicatio ſit nulla non dato termino maximè ſi
offert probare.per Nell.in tract.Banni.in iij.par.j.temp.v.quæſt. & ibi an probetur iu-
ramento, & quod ſemel præſtitum iterum præſtari non debet. reputatur contumax
citatus,& bannitur, & condemnatur ad tertiam partē bonorum mobilium, & cæte-
ra bona annotantur vſque ad anni circulum, iuxta conſtit.grandis.& d.conſt.edicto-
rum. & dictus annus incipit currere à die annotationis bonorum, vt per Thom.Gra.
in conſi.j. inter deciſi.ſuas,nu.15. & hoc per interlocutoriam iudicis declarantis cita-
tum vocatum,& non comparentem eſſe legitimè contumacem, & bona eius eſſe an-
notanda, & ipſum citatum ſubponendum eſſe banno,& publicandum,inde bannum
46 illud publicetur per loca ſolita,voce preconia,vt omnibus innoteſcat,nec ✝ tunc ſuf
ficeret eſſe publicatum in curia per tubitam, maximè in curia iuſticiariorum, & iu-
dicum inferiorum habentium merum,& mixtum imperium, ſed in magna curia ſuf-
ficit eſſe publicatum per tubitam, cùm in ea præſumatur adeſſe multitudo perſona-
rum,& ciuium. In aliis verò curiis,ſi non ita ſit publicatum bannum, nullum reddi-
tur,& non poteſt foriudicari, vt per Math.in conſtit.grandis.viij.not. & poſt Andr.
in d.conſtit. pœnam eorum.vij. & vj.requiſito. & per Thom. Gram.in conſil.j.inter
47 deciſi.ſuas.num.17. Quid autem ✝ tunc bannum debeat continere per Math. in dicta
conſtit.grandis.ix.not. & tunc facta publicatione banni per loca ſolita,fit relatio ſer-
48 uientis, & tunc incipit currere annus vt foriudicetur, qui annus ✝ incipit currere à
die publicationis banni per ciuitatem, & loca ſolita, non autem à die publicationis
in curia, cùm non ſufficit, niſi in magna curia, nec incipit à die quo poſitus eſt in
banno,ſed à die publicationis. Ideò ſi ſtaret per aliquos dies iudex, quod non fecerit
bannum publicari, licet fuerit poſitus in banno ex decreto curiæ in vltimo perem-
ptorio, non currit annus niſi à die quo fuerit publicatus, & ſi non publicaretur non

49 curreret ex quo bannum eſſet nullum, vt per Math. in d. conſt. grandis. nec † infra an-
num poſſet foriudicari, ſed bannitus expectandus eſt per annum integrum vt foriu-
dicetur, & ſi antè foriudicaretur, eſſet nulla foriudicatio, ex quo ius foriudicandi na-
50 ſcitur ex lapſu anni, vt per Math. in dicta conſtit. pœnam. viij. requiſ. Hoc † limita no-
uiſsimè per quandam prag. Caro. quinti Imperatoris in regno Neapo. in cauſa duelli,
nam citatus ex cauſa duelli ſi infra duos, aut tres dies nõ cõparuerit, foriudicatur tam
51 prouocans, quàm prouocatus acceptans duellum, vt in dicta pract. fallit † etiam in
caſu c. reg. vt tunc mortalis peccati. valet quando proceditur contra Neapolitanos ra-
ptores, & violatores virginũ, vt ſi citatus nõ comparuerit infra ſemeſtre tempus for-
52 iudicetur. & in † caſu, vt per Math. in dicta conſtitu. pœnam. primo notab. iiij. & v. q.
vbi valet ſi Rex minuerit tẽpus, & ibi, ſi Rex voluit quòd malefactor citatus infra tres
menſes foriudicetur, & diſpenſet contra dictam conſti. pœnam eorum. an noceat for-
iudicatio, ſi ante annum nõ comparuit ex quo ignorabat talem diſpenſationem, quòd
53 non nocet, vt per eum poſt Andr. Et † ſi infra annum aliquis conſanguineus, aut ami-
cus comparuerit, allegando iuſtas cauſas abſentiæ & impedimentorum auditur, &
datur terminus ad eas probandas, quo non dato, foriudicatio redderetur nulla. &
54 quandocunque † infra annum poteſt impedimentum allegari, & ipſe poteſt compa-
rere, & purgare contumaciam, & bona annotata recuperare, vt in dicta cõſti. grandis.
vbi per Math. decimo notab. non autem recuperat tertiam partem bonorum mobi-
55 lium, & interim † intra duos menſes non poteſt capi, nec offendi, nec moleſtari banni-
tus, ſed bene poteſt poſt duos menſes capi: tamen ſi ſpõtè comparet recuperat bona,
& ſolutis expenſis, aduerſario datis fideiuſſoribus ſe defendit extra carceres, vt habe-
56 tur in conſti. reg. clementiæ. & ibi per Math. Quod ſi † nõ ſpontè comparet, ſed capi-
tur in banno, & fuga, ſe defendit in vinculis, & non relaxatur fideiuſſoribus datis, vt
habetur in c. reg. ſiue quis. & per Math. poſt glo. & Andr. in conſtit. humanitatem. &
57 iſtud † bannũ etiã poſſet facere indicium ad torturã, ſi in eo & fuga caperetur, habita
tamen diſcretione perſonæ: vt per Bal. in l. j. C. de hære. inſti. & per Bru. in pra. iudi. &
Mar. in pra. in §. diligẽter. & in l. j. in prin. ff. de quæſt. & in ſing. cxvij. Arn. in epi. xcj. &
comment. iij. & j. dicetur. & per Thom. Gram. in deciſ. xj. & in deciſ. xxxiiij. nume. 50.
58 & † nonnulli iudices, maximè ſuperiores, faciunt dictam contumaciam, & bannum
purgare per torturam, quando caperetur in banno, & ante litem conteſtatam, non ta-
men indiſtinctè, ſed in perſonis diffamatis, & ſolitis, & vilibus, contra quos procedi-
tur ex proceſſu informatiuo. vt j. dicetur. In aliis verò facta litis conteſtatione diſcu-
titur an faciat indicium factis defenſionibus, nam Brun. loquitur etiam ſi in bãno non
capiatur, ſed compareret ſpontè vigore ſtatuti, vt in reg. per conſtit. clementiæ. &
purgaret contumaciam, tunc non extantibus aliis indiciis, ſi non probatur aliquid ad
excluſionem banni ſola contumacia faceret indicium. Intellige tamen vt j. tutius. ta-
men eſſet facta litis conteſtatione: vt per Ang. in opere male. in gl. fama publ. & Brun.
59 in d. tract. in d. ſecunda parte. & per Mar. in pra. in §. expedita. niſi bannum fuerit pur-
gatum per probationem innocentiæ: nam tunc ſicut alia indicia tolluntur per con-
traria indicia & probationes, ita & bannum: vt per Bald. hic. in teſte de viſu. Elapſo
60 verò † anno & viuente accuſatore, nam eo mortuo non foriudicatur accuſatus, vt
61 ibi in dicta conſti. pœnam. per And. & Math. x. requiſ. & inſtante † denuò fit citatio,
iuxta formam præfatam ad dicendum, & allegandum cauſas abſentiæ, & impedimen-
torum, & non alias defenſiones, vt per Math. ibi, & notificabitur talis citatio paren-
tibus, agnatis, amicis, & vicinis, qui ſi comparuerint in termino præfixo, & allegaue-
rint iuſtas cauſas abſentiæ, & impedimentorum, tempore primæ citationis, & non ſe-
cundæ audientur, aliàs non comparentibus proceditur ad ſententiam foriudicationis,
&

& dicti agnati & cognati citati poſſunt allegare eis incumbentia ne foriudicetur, vt
62 proſequitur Thom.Gram.in conſil.j.inter deciſ.in prin.Diſputat † tamen gl. & And.
in d.conſti.pœnam.an talis citatio requiratur,vt denuò fiat agnatis,& principali,an
verò prima ſufficiat,concludunt primam ſufficere,tamen cautius eſt pręcedere talem
citationem,& ita ſeruatur,quoniam fit citatio agnatis,& principali,vt per Math.in
63 d.conſtit.ij.requiſ.vbi ponit formam dictæ citationis.Mar.† tamen in contumace habito
pro confeſſo,& conuicto ex ſtatuto,dicit præcedere trinam citationem in pra.
in §.poſtquam.& vna pro omnibus non ſufficit,poſt Bald.in l. receptitia.ante fi. C.de
conſti.pecu.& Catal in tract.ſind.verſi.ccccclij.Sed in regno ſeruatur:vt §.quoniam
fiunt duæ citationes,vna à principio, alia ante foriudicationem ipſi reo,agnatis , &
64 cognatis:vt per Math.in d.ij.requiſ.Notandum † tamen eſt & aduertendum in hoc
vt ſciatur dies publicationis banni, & videat vltimum diem anni à die publicationis
banni cõnumerandum,& in vltimo die,& anni circulo compareat accuſator,& accuſet
contumaciam banniti,& narret bannum,& perſeuerantiam banni per annum integrum,
& petat ipſum foriudicari:aliâs ſi in circulo anni , & vltima die non accuſetur
contumacia banniti & perſeuerantia per annum,& inſtetur ad foriudicationem,
non poteſt foriudicari , ex quo edictum eſt circunductum , ita Yſer.in ſuo reperto.in
verbo , feudatarius bannitus ob maleficium. de quo dicto non meminit Math.in d.
conſtit.pœnam.in requiſitis.loquitur tamen ſecundum ſuam opinionem, & gl.quòd
65 non requiratur alia citatio,ſed prima ſufficiat.Hodie † verò ex quo vtuntur alia ci-
citatione,aut inſtatur per accuſatorem vltima die anni, & accuſatur contumacia
banniti,& perſeuerantia, aut ante per aliquos dies citantur agnati,vt §.foriudicatur.
66 Math.tamen † in dicta conſtit.viij.& ij.requiſ. ſentit expectari , quòd libatur annus
integer,& eo elapſo expediatur citatio,& inde nemine in termino citationis comparente
proceditur ad foriudicationem:in vltimò tamen peremptorio huius citationis
accuſata contumacia banniti,inſtatur quòd foriudicetur , & ita vidi obſeruari. Tutius
tamen eſt quòd in vltima die,& circulo anni à die publicationis connumerandi,
fiat inſtantia , & accuſetur contumacia , & perſeuerantia per annum , & deinde expediatur
citatio , & inſtetur quòd foriudicetur , iuxta dictum Andr. vbi ſuprà. &
tunc facta citatione,& in vltimò peremptorio accuſata contumacia banniti,& agnatorum
procedatur ad ſententiam foriudicationis in ſcriptis latam,imponendo pœnas
contentas in dicta conſtitutione, pœnam . ſaltim per relationem ad eam , licet
67 non in ſpecie declaret,vt per Matheum,ibi , in vltimo requiſito.Lata verò † ſententia
tunc vlterius non auditur accuſatus ad faciendum ſuas defenſiones, ſed habetur
pro conuicto,& confeſſo.& pro condemnato per ſententiam, vt aliud non expectet,
68 niſi meram executionem ſi capiatur,& † efficitur hoſtis publicus:vt ab omnibus offendi,
& occidi poſsit,& ſi capiatur præmium conſequatur qui cœperit , iuxta tenorem
69 dict. conſtit. Quinetiam † à tali ſententia non appellatur , nec principi ſupplicatur,
ſed ſi capitur,mittitur ſtatim ad ſupplicium,facta recognitione, vt ſuprà,& ita
70 ibi per Andr.& Math.Not.† vnum quod dicitur in dicta conſtitut. quòd ſi capitur
bannitus , remittitur foriudicandus ad iudicem bannientem ſi habuerit merum, &
mixtum imperium, & ſi erat foriudicatus, remittitur ad iudicem foriudicantem, vt
faciat executionem,& ſi nõ apparet, Rex committit,& primitus habetur recurſus ad
71 ordinarium:vt ibi dicitur.Sed an † bannitus , ſeu foriudicatus in vna ciuitate,puniri
poſsit,ſi capiatur in alia ciuitate, dic quòd ſic , ſi ſub eodem dominio , vt per Mar.in
conſilio lxxxvj. & in conſilio cxxj. vbi quòd executio fieri poteſt in alia ciuitate.In
regno verò remittitur ad locum,& iudicem banni,& foriudicationis:vt in dicta con-
72 ſtitut.pœnam eorum.& not.quia in facto habui.Not.item † quòd lata ſententia for-

iudicationis debent fieri quatuor ſcripta authentica ex actis ipſis, in quibus nomen, & cognomen foriudicati contineantur, & tempus foriudicationis, & ea tranſmittere, vt in cap. regni. incip. mandamus. & per Math. in dicta conſtitu. pœnam eorum. xviij. not. & vide quæ habentur in conſtitut. cordi nobis. vbi fit notificatio & acta
73 reponuntur in archiuo. Habetur † etiam foriudicatus pro mortuo, & fiſcus ſuccedit foriudicato non extantibus aſcendentibus vſque ad tertium gradum, vel deſcendentibus, quibus extantibus fit diuiſio bonorum inter fiſcum, & prædictos filios
74 iuxta conſtitut. regni. foriudicatorum bona. Aſcendentes † verò excludunt fiſcum à contrario ſenſu conſtit. prædict. vt ibi, per Math. j. not. vſque ad tertium gradum, & fratres foriudicati ſuccedunt cum aſcendentibus, per authen. defuncto. C. ad Tertul. in feudis verò ſolus fiſcus & non aſcendentes, vt ibi, & in conſti. ſi quando. & vbique
75 per Math. An autem † tunc monachus connumeretur inter filios, vt ſuccedat monaſterium, per Arno. in epit. lxvij. vbi quòd ſic, etiam ſi fuiſſet mortuus monachus ante foriudicationem cùm monaſterium haberetur loco filij, poſt Roman. in conſil.
76 ccccl. & Felin. in cap. in præſentia. de probat. & ſi † filij eſſent minores quo ad feuda-
77 lia Rex prouidet, iuxta tenorem conſtit. regni. ſi quando. Vxor † tamen foriudicati non recipit læſionem in dotibus ſuis, niſi eidem foriudicato de dotibus præſtiterit alimenta, tunc dotes fiſco applicabuntur, vt habetur in conſtit. regni. pœna carere
78 volentes. Nec † etiam parentes in bonis ſuis, cùm aliquo non teneantur ex delicto filij patre viuente, eo autem mortuo non ſtantibus liberis fiſcus ſuccedit: eis verò ſtantibus hæreditas diuiditur inter liberos, & fiſcum. & ſorore exiſtente in capillo & innupta, fiſcus dotat eam de paragio, ita habetur in conſtit. reg. ob filiorum cul-
79 pas. Si verò † filia fuerit maritata, in totum fiſcus ſuccedit, vt ibi per Andr. & Math. niſi filia realiter renunciaſſet bonis & hæreditati paternis, quoniam tunc agnati ſuc-
80 cederent, vt ibi, per Math. Prædicta † procedunt in foriudicato vt ſuccedat fiſcus, ſed ſi non fuerit foriudicatus, vt quia non fuiſſet proceſſum ad foriudicationem in tempore ſtatuto, aut ſi eſſemus in caſibus in quibus non potuiſſet procedi ad foriudicationem, ſed bannitus perſeuerauerit in banno per annum, poſt annum licet iure communi bona annotata ad fiſcum ſpectabant per l. j. C. de requi. reis. in regno non ſpectant ad fiſcum, niſi quando non extarent liberi, eis verò extantibus connumeratur inter liberos, & pro rata ſuccedit, vt dicitur in dicto cap. regni. ſiue qui ſit forbannitus, & habetur in conſtit. grandis. quæ intelligitur ſiue fuerit contumax ante litem conteſtatam, ſiue poſt litem, vt ibi per Math. in d. conſtit. grandis. v. not. niſi doceat de aliquo impedimento tempore citationis, & banni: nam docto. de impe-
81 dimento bona non ſpectant ad fiſcum, vt ibidem per Math. vbi † etiam tradit quid ſi bona non reperiantur annotanda, quid faciat iudex, dic vt per eum, ad effectum vt luat in corpus ſi capiatur elapſo anno, intellige dummodò viuat, non ſi intrà annum moriatur, bona remanent hæredibus, vt per Andr. in conſtit. grandis. & Thom. in deciſ. iiij. in fin. & de dicto Math. per Thom. in conſilio j. inter deciſi. numero 16.
82 An autem † Barones in regno habeant ius foriudicandi in regno ſuos ſubditos citatos contumaces, & bannitos, maximè qui habent merum, & mixtum imperium, & dicuntur iuſticiarij in ſuis terris diſputat Math. in dicta conſtit. pœnam eorum. & tenet poſſe foriudicare, ex conſequenti ſuccedit Baro prout fiſcus in bonis foriudicati, & banniti vt ſuprà, & maximè quia Barones hodie communiter ex priuilegio conceſſo obtinent aliqua ex regalibus, & poſſunt bona publicare, & obtinent
83 bona vacantia, & in terris ſuis dicuntur reguli, vt proſequitur ibi Math. & an † fiſcus ſuccedat in bonis quæſitis per foriudicatum ex contractu iuriſgentium, & an in his agere poteſt in vita, quòd agit, & non ſuccedit in eis fiſcus eo viuente, ſed poſt

mortem

mortem ea recipit tanquam vacantia, vt per Bald. in l.eius qui. §.j. ff. de teſta. Franc.
de Crema.in ſing.cxlviij. Arno.in proble xiiij.& an pax & fideiuſsio de non offenden-
do ſit rupta offendendo bannitum poſtea, vel antea, vide per Nell. in tract. bann.iij.
84 par.ij.tempo.quæſt.lj.lij. & liij.quòd non. Circa † verò præmium occidentis, aut ca-
pientis foriudicatum, dic vt ibi, in dicta conſtit. pœnam. & ibidem per Math. poſt
Andr.vt tunc conſequatur,vbi cum effectu capit & ducit ad iudicem nec ſufficit do-
85 nunciare, & ibi,an ſe defendendo ſi occidat, præmium conſequatur: & quid † ſi Ba-
ro, aut Comes foriudicatus ruſticum foriudicatum ceperit, aut occiderit, an præ-
mium conſequatur, vt liber ſit à foriudicatione, quòd ſic. & vide per Arno. in epit.
86 lxxiij.& epito.lxxvij. & in ſolilo.lxxxvj. & an † ipſo facto, an verò iudicis miniſterio
87 conſequatur præmium,per eundem in ſolilo.lxij. Sed † quid ſi ex pluribus delictis ſit
foriudicatus, an conſequatur præmium omnium delictorum, dic vt per eundem, in
88 commenta.cc. quòd ab vno tantum, & non ab omnibus. Item † an occidens foriu-
dicatum repellatur, vt infamis à teſtimonio, vel alio officio, dic vt per eundem, in
ſing.lxxj. vbi quòd non per illam conſtitut.pœnam. ibi, nullam calumniam metuen-
dam.poſt Philip. in cap.quæ in eccleſiarum. de conſtit. vbi ita not. ad intellectum ſta-
89 tuti. An autem † valeat dicta conſtit. tollens omnem defenſionem, vt ibi dicitur,
nulla omnino licentia poſtea remanente ſe ſuper principali cauſa criminis defenden-
di, ſed perinde habeatur ac ſi de crimine confeſſus eſſet, per ſententiam diffinitiuam
condemnatus,& ibi quaſi foris omnem aditum iudicij conſtitutus, tollens etiam ap-
pellationem, & recurſum, & ſupplicationem, vt ex ſola contumacia condemnetur
ad mortem.Boni.in rubr.quid ſit accuſatio.verſic.ſed quid Martinus accuſatus eſt.&
in rub.quid ſit.tenet non valere tale ſtatutum,imò bannitus ſi compareat,aut capitur,
admittitur inquiſitio ad iuſtas defenſiones, maximè ſi alleget ſe maleficium non
commiſiſſe, & offerat probaturum, vt per multa tradit Mar. in dicto conſil. xxxix.
& in conſil.xlix. & in conſil.lxiiij. & Angel. in glo. qui iudex videns. verſic.quæritur
tamen an tale ſtatutum.& Mar.in conſil.lxxxij. & per Arno.in ſolilo.vij. & ſolilo.ix.
& in ſoli.xiiij. in quibus dicit conſtit. & ſtatutum non valere, ſed admitti ad iuſtas
defenſiones, & quo ad appellationem etiam dicit non valere, nec tolli iuſtam appel-
lationem,ſed friuolam,vt per eundem Arno.in commen.cxlv. & in commen.cxlviij.
& Mar. in conſil.xvj. vbi etiam quæ dicitur friuola, & in §. vltima quæſtio. in pra.
Math.tamen poſt And.in d.conſti.pœnam eorum.in j.not.diſputat an valeat,& tolli
poſsint defenſiones, & allegat multos tenere non valere ſtatutum tale, nec tollere
neceſſarias,& iuſtas defenſiones,maximè vt loquitur clarè Mar.in dicto conſil.xxxix.
vbi extat ſtatutum & conſtitutio, Bononiæ per quam tollitur omnis defenſio ban-
nito, & tamen dicit admitti iuſtas defenſiones, vt ibi, & plura in l.j. C. de rap. virg.
90 attamen concludit valere per rationes Andr. & maximè † fauore publicæ vtilitatis,
cùm multa ſtatui poſſunt contra iuris regulas, vt per eum in xij.not. & d.conſtit. in-
diſtinctè,& generaliter loquitur vt appellare non poſsit, & ſi tollit neceſſarias defen-
ſiones,ergo eodem modo & iuſtam appellationem, & non friuolam tantũ in odium
contumacis perſeuerantis per tantum tempus in contumacia, & licet dura ſit talis
conſtit.tamen ſeruanda eſt, cùm ſacrilegium ſit de factis regum diſputare, vt in con-
ſtit.diſputare. quanquam fauore publicæ vtilitatis ſit fundata ne delicta remaneant
impunita, vt per Andr. & Math.ibi, & ita tenet Angel. in d.glo. qui iudex videns.&
ibi tradit an requiratur ſententia declaratoria. & per Mar. in conſilio x. & conſil.lij.
91 Et † not.quod ibi dicit Math.in d.xij.not.poſt Alexan.in conſil.cj.j.vol. quòd ratione
publicæ vtilitatis Rex poteſt reuocare priuilegia alij conceſſa, & ſic rectè fecit Rex
Ferdinandus primus qui reuocauit priuilegia ciuitatum, vt deſiſtente accuſatore &

remittente curia procedat ,ex officio non obſtantibus priuilegiis ciuitatum, incip.d.
prag.nonnullis vniuerſitatibus. quæ fuit fundata ſub publica vtilitate ne delicta re-
manerent impunita.ſic & Frederi.impera.reuocauit priuilegia : vt in conſtit. cùm con-
ceſsiones.vbi per Math.plenè an,& quando Rex poſsit reuocare priuilegia per ſe,aut
ſuos anteceſſores conceſſa. Sed quia materia ipſa foriudicationis ſolet verſari in re-
gno,& difficilis eſt,& periculoſa ob requiſita,ideò congruum viſum fuit inſerere te-
92 norem ſententiæ foriudicationis propter tirones, & iuuenes, Cuius † tenor ſequi-
tur. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti amen.Anno à natiuitate eiuſdē 1547.re-
gnantibus inuictiſsimis ac ſereniſsimis Carolo quinto diuina fauente clementia Ro-
manorum Imperatore ſemper Auguſto,Rege Germaniæ,& Ioanna matre, eodémq;
Carolo eius filio Regibus Caſtellæ,Aragonum,vtriuſque Siciliæ,Hieruſalem,Vnga-
riæ,Dalmatiæ,Croatiq;&c. Anno eorū regnorum in hoc Regno citra Pharum xxix
Chriſto fauente dominantibus fœliciter amen. Die primo menſis Octobris.vj.Ind.
Regij.nos talis Regiuscapitaneus dictæ ciuitatis exiſtentes in domibus talis in loco,
& conuicinio tali,prope domos talis,& talis,poſitis & ſitis intus dictam ciuitatem,
in quibus curia ipſa regitur de præſenti,ſinguiis conquærentibus iuſtitiā miniſtran-
do,aſsidente nobiſcū magnifico tali.V.I.D.pro aſſeſſore,ac etiam pro actuariis aſsi-
dentibus tali & tali actuariis dictæ Curiæ:notum facimus, atq; teſtamur ꝙ trangreſ-
ſio genitoris æmula filiorum,ſic riuulos ſuæ propaginis infecit, quòd originem pec-
candi introduxit.hinc homo qui manere poterat immortalis, ſtipendia mortis acce-
pit,hinc vt inferni reciperet incolatum,felicis paradiſi commercio cōmutauit,in quo
hominū in malū prona temeritas ſic improbos præſumptuosè aggreditur, quòd pro
quātouis maleficio ipſi nō timeant correptionis debitæ diſciplinā,ſed ad inhoneſta ſe
præbeāt turpia turpibus & peiora peioribus aggregātes:ô infelix humana conditio,
procliuior redditur ad vitia,quā ad virtutes inimica ratione,quæ mētis oculos præ-
ſtringēs amplectitur volūtatē, cuius dulcedo ad peſtiferū ducit exitū, quia deſinit eſ-
ſe locus remedio,vbiq; fuerint vitia,mors fuerit,ſcilicet,vbi actus illiciti,nō emēda-
tione potius,quā cōſuetudine deputātur.qua de re nō ſine miniſterio,nō ſine grandis
neceſsitatis articulo diuina prouiſio principes orbis terrarū cōſtituit ad laudē bono-
rū,vindictāq; malorū,vt mali ſi nō virtutis amore,ſaltim formidine pœnę à patratio-
ne ſcœlerū abſtinerēt,& ne facinora impunita relinquerētur, impunitas enim ſcœle-
93 rū incentiuū tribuit delinquēdi. Aut† ita fiat præambulū. Notū facimus atq; teſta-
mur,ꝙ poſt corruptiōis amara diſcrimina,quę primi parētis lapſus faciēs mortales me-
ritò deplorādos,propter trāſgreſsionis vetitæ vitiū ad ſucceſſores trāſtulit, & per ſu-
perbiētis inobediētiæ culpā ad poſteros deriuatur,generationis humanæ cōditio mi-
ſeriæ tātæ fragilitate opprimitur,& tā facilis corruptelæ caſibus prægrauatur,vt quā-
tuncūq; prouiſiōis diuinæ potētia nouas quotidie creās animas illas rectas,iuſtas, &
puras ad imaginē & ſimilitudinē ſui formatas,recentē mortalitatis huius teſtā induat,
& corporibus nouis infundat,miſerabile tamē genus humanū, tanquā naturali con-
tagione pollutū creatoris ſui rectitudinē deſerēs,& dānoſis quæſtionibus, & anfracti
bus ſe inuoluēs ad omne nefas pronum ſe immergit, & in deterioribus damnabiliter
cōuerſatur:& ni eius procax audacia refrenetur,aut ſi eidē pœnalis inflictio non ob-
ſiſteret,adeò creſceret culpa,maximè nutrita fauoribus,& peccantiū ad grauiora per-
ueniret malignitas,& delinquentiē excreſceret nequitia,vt humanū cōmerciū reſol-
ueretur.& vix quiſquā propria recognoſceret. Ob id ad malorū vindictā, & peruer-
ſorū audaciā refrenandā,& vt pœna merita puniat cōmiſſa,gladij Imperiū exerceri in
facinoroſos diuales ſanxerūt cōſtitutiones. Proinde perquiſitis actis noſtræ curię in il-
lis inuenimus quòd olim in eadē curia cōparuit talis,& quærelam expoſuit cōtra, &

aduer

aduerſus talem de homicidio per eũ cõmiſſo in perſonã talis eius fratris aut filij,& de eo & ex eo,ac pro eo. videlicet ꝙ cũ præfatus talis eius frater in ãno præterito .v.ind. 1546. de mẽſe Septembris ſtaret & moraretur,& eſſet ſub Dei pace,& Imperiali protectione ſecurus regnantibus inuictiſſimis,& sereniſſimis Carolo quinto Romanorum ſemper Augusto,& Ioanna eius matre ſub prẹſidatu illuſtriſſimi domini do. Rodorici de Mẽdocia in prouinciis Calabriæ,intus dictã ciuitatẽ,in loco & conuicinio Theatri magni,prope domũ talis,& ſecus domũ talis,& alios cõfines in platea publica facta ſua peragẽdo, & nemini iniuriã inferendo, dictus talis animo & propoſito, dictũ talem occidendi doloſè,ſcienter,temerè,& appenſatè aſſociatus cum nõnullis aliis armatis armis prohibitis, & offenſiuis,enſe,baliſta, aut archabuſio,dando vnus alij,& alius alij auxilium,cõſilium,& fauorẽ aſtantes armati in loco præfato:vt habilius dictũ homicidiũ committatur,reddẽdo dictũ talẽ audaciorẽ & econtra præfatũ talem timidiorẽ inſiluit,aut inſimul & cõiunctim inſiluerunt in dictũ talem eius fratrem,& pluribus percuſſionibus, & vulneribus lœtalibus percuſſerũt & vulnerauerunt in multis partibus ſui corporis.& ſignanter in capite, aut latere dextro, & taliter confoderũt,ꝙ ſtatim,& illico ex dictis vulneribus mortuus extitit,& humanè ſepultus.& præfati tales interfectores ſtatim fugam arripuerunt, & ſe abſentauerũt; & latitarunt,propter quod homicidiũ curia ipſa informationem cœpit, & per eam reperti ſunt præfati interfectores culpabiles in d. homicidio,vnde Curia ipſa citari fecit præfatos interfectores, & ſignanter talẽ,vt in certo termino peremptorio eis vel ei præfixo perſonaliter cõparere deberent recepturi,aut recepturus copiã capitulorum ſpecialis inquiſitionis,& ex mero officio faciendæ,nec nõ ad querelã,& denunciam talis eius fratris,& ſe legitimè defenſuri ſuper deductis,& mẽtis dictæ inquiſitionis. Quẹ citatio ſub tali die fuit expedita, videlicet ſub iiij. die menſis Septẽbris,v. ind. 1546. & facta relatione per magiſtrũ Nicolaum Luchiſium ſeruientẽ noſtrẹ curiæ,ſub die v. eiuſdem mẽſis Septembris. v. ind. citaſſe ſupradictũ talem aut tales in præſentia talis & talis, pro teſtibus interuenientibus eodem die v. poſtea ſub die vj. aut vij. eiuſdem mẽſis Septembris, propter feſtum antecedens inſtante præfato tali accuſatore,ac etiam inſtante curiæ coadiutore fuit per ipſam curiam annotata, & accuſata prima contumacia dictis tali vel talibus accuſatis. Et adueniente vltimo peremptorio termino ſub die decimo, menſis eiuſdem Septembris, quinta ind. 1546. in iudicio comparuerunt præfatus talis accuſator, & curiæ coadiutor, & inſtiterunt & petierunt dictum talem accuſatum, aut tales accuſatos vocari, & ſi comparuerint eis dari capitula,& compelli ad litis conteſtandum & reſpondendum ſuper eis,& prouideri circa eorum carcerationem quatenus iuris fuerit.& ſi non comparuerint ei vel eis & cuilibet eorum,accuſauerunt,& accuſant vltimam contumaciam,& petierunt ipſos banniri,& condemnari iuxta formam conſtitut. regni. Et ſic quia præfati inquiſiti,accuſati,& querelati, citati,relati, & vocati, minimè comparuerunt in termino eis præfixo,nec aliquis pro eis qui eorũdem abſentiæ cauſas, aut eiuſdem proponeret,& allegaret,vel legitimis excuſationibus eos excuſaret, accuſata prius ei vel eis:vt ſuprà, prima & vltima contumacia per dictum talem accuſatorem,& per curiæ coadiutorem,conſtito ipſi curiæ de præfata citatione, relatione, & contumacia,ipſi citati,de æquitate,in duo expectati,poſt perẽptorium terminum ob eorum contumaciam fuerunt banno ſuppoſiti,& ad tertiam partem bonorum omnium eorum mobilium condemnari, vel condẽnatus regij fiſci commodis applicandam, reliquis verò bonis omnibus tam mobilibus,quàm ſtabilibus ad opus ipſius curiæ vſque ad anni circulũ adnotandis. Subſequẽter poſteà fuerunt, aut fuit publicati,aut publicatus,alta & intelligibili voce præconia pro bãnitis, & rebellibus

ipſius curiæ die xv. menſis eiuſdem Septembris. v. ind. 1546. per præfatum magiſtrum Nicolaum curiæ ſeruientem, in dicta ciuitate Regij per loca ſolita & cõſueta: præſentibus pro teſtibus tali, & tali, & tali in numero opportuno. Sed quia à dicti bãni editi, & diuulgationis ipſius iam ſit, & eſt annus elapſus, & vltrà, prout ex actis dictæ curiæ plene conſtat, ipſorum bannitorum contumacia non purgata inſtante, & petente fiſci coadiutore contra dictum accuſatum, aut accuſatos ſuprà nominatos in contumacia perſeuerantes per nos, & noſtram curiam ad foriudicationis ſententiam procedi debere, accuſante tamẽ prius in circulo anni, videlicet, xv. die menſis Septembris. vj. ind. 1547. accuſatore præfato perſeuerantiam per annum in contumacia, & banno præfatis accuſatis aut accuſato. Nos itaque ad ipſorum bannitorum, aut banniti contumaciam ſuperandam, vt ne delicta remaneant impunita conſiderantes, vt potius banniti ipſi reuertantur ad obedientiam eorum contumacia non purgata, quàm ipſi noſtro gladio interirent: quia vbi de ſalute hominum agitur ab æquitatis tramite non eſt recedendum, præfatum talem aut tales inquiſitos, bannitos, & contumaces in domibus in quibus ipſi, vel eorum alter cum vxore & familia hactenus habitare conſueuerunt, & quilibet ipſorum conſueuit, & nunc eorum familia habitat, citari fecimus & mandauimus, vt infra certum terminum eis præfixum corã nobis, & noſtra curia comparerent huiuſmodi, ſuam contumaciam purgaturi, & ſeipſos ſuper præmiſsis legitimè defenſuri: nec non agnatos, cognatos, propinquos, conſanguineos, & affines, alioſq; ſingulos qui veriſimiliter eorũ defenſioni intereſſe deberent, peremptorie citari fecimus, & requiri, vt in eodem termino præfixo comparerent corã nobis propoſituri cauſam rationabilẽ præfatorum bannitorũ aut banniti abſentiæ, & eos legitimè defenſuri. Et quoniam in termino, & poſt terminũ triduo de æquitate potius, quàm de iure expectati, nec præfati principales, aut principalis, ſeu alter ipſorum, nec alij coram nobis cõparere curauerunt præpoſituri, & allegaturi legitimã & rationabilẽ cauſam quare per nos & noſtram curiam contra præfatos aut prefatũ bannitos, & contumaces, & forbannitos ad foriudicationis ſententiã procedere nõ deberemus, accuſata prius contra eos & quẽlibet ipſorum, vel eum cõtumacia, ſub die xv. menſis Nouembris. vj. Ind. 1547. per nos & noſtrã curiã fuit prouiſum pariter & decretũ dictos ſ. nominatos bannitos & contumaces, vel ſ. nominatũ bannitũ & contumacem, homicidiarios, vel homicidiariũ fore & eſſe foriudicandos vel foriudicandum, & foriudicari debere: hoc ſuũ decretum, &c. lectũ & latũ, &c. Vnde nos qui ſ. viſis videndis, attentis attendendis, & conſideratis cõſiderandis cùm de lapſu dicti anni à die præfati banni edicti, & publicati, & de contumacia ipſorũ vel ipſius, de citatione, relatione, cotumacia, & banno præmiſsis, nec non de requiſitione agnatorũ, cognatorũ, & amicorum præfatorum bannitorũ, & cõdemnatorum, aut præfati banniti & condẽnati, vt prædicitur modo quo ſ. citatione legitime conſtat nobis: Chriſti & glorioſę virginis Mariæ, ac beatorũ Apoſtolorum Petri, & Pauli nominibus inuocatis, de quorum vultu recta iudicia prodeunt, & oculi iudicantiũ reſpiciũt veritatẽ, ſacróq; ſanctis quatuor Euãgelijs corã nobis præpoſitis, & per nos deuotè inſpectis habẽtes præoculis ſolum Deum, pro tribunali ſedentes, præfatos tales aut talẽ in his ſcriptis ſententialiter foriudicamꝰ, & pro foriudicatis, aut foriudicato haberi volumus, ita quòd deinceps nulla omnino licentia remaneat ipſis, aut ipſi ſuper principali cauſa criminis ſe defendendi, ſed perinde habeãtur ac ſi confeſsi de dicto homicidio de quo accuſati fuerãt vel fuerat accuſatus, eſſent per diffinitiuã ſententiã cõdemnati, vel eſſet condẽnatus: & interim eis vel ei iudicij limina præcludãtur, ꝙ ſe contumaces aut contumacẽ fuiſſe etiam negare non poſſunt, aut poteſt, qui nec per ſe tanto tempore comparuerunt, aut per ſe comparuit, nec per aliũ prætendentẽ legitimã cauſam eorũ, vel eius abſentię probabi-

lem

lem extiterint excuſati, nullaq; eis oppoſitionis, ſeu ſupplicationis remedia remaneāt ſed quo ad omnia ferè pro mortuis, aut mortuo habeatur vel habeatur, & hoſtes publici reputētur, aut hoſtis publicus reputetur, ſic vt ab omnibus offendātur impunè, aut offendatur impunè, adeò quod ſi ipſos ſeu aliquē ipſorū aliquis occiderit, nullā proinde calumniā mereatur, ſed præmium à Cæſarea maieſtate, & noſtra curia ſemper expectet: decernentes nihilominus bona dictorū foriudicatorū aut foriudicati, & cuiuſlibet ipſorū veluti damnatorum, ſi liberos vel parētes, vſq; ad tertium gradum non habeant, vel habeat, fiſci Regij cōmodis applicari, niſi feuda fuerint ex cōceſsione Regia, vel alio iuſto titulo acquiſita in quibus aſcendentes liberis non ſuccedunt. ſin autem liberos ante bannū editum, aut hanc emiſſam foriudicationem, vel iam natos habeant, vel conceptos perſona foriudicati liberis connumerata pro rata, & numero liberorum ad bona ipſa fiſcum regiū volumus annumerari: ita quòd ſi vnū filium tantum habeat inter fiſcum, & filium pro æquali portione bona ipſa diuidantur, ſi verò duos filios, fiſcus in tertia admittatur, & ſic per cōſequens ſi plures ſint liberi eadem cenſura ſeruetur, electione ipſi fiſco, & noſtræ curiæ reſeruata, vtrū partem ipſorum bonorum habere voluerit, vel æſtimationem, ſi æſtimatio offeratur: hanc eandem noſtram diffinitiuam foriudicationis ſententiam in his ſcriptis taliter proferentes, quam valere volumus omni meliori modo, via, iure, & forma quibus melius poteſt.

## SVMMARIVM.

1 *Officialis condemnatus in ſindicatu non appellat vt retardetur executio. & nu. 2.*
3 *Officialis vbi condemnatur ad pœnam corporalem appellat, & retardatur executio.*
4 *Appellatur à ſententia ferenda per ſindicatores, licet non à lata, & de materia ſindicatus. num. 5.*
6 *Officialis quilibet condemnatus de geſtis in officio, an prohibeatur appellare.*
7 *Officialis conuictus de barataria, & manus mundas non habens, non appellat.*

1 OCTAVVS Caſus † eſt in officiali condemnato in ſindicatū,
vt appellare non poſsit: & hoc tam iure cōmuni, vt traditur per
doct. in l. iij. ‡. eo. tit. & latè per Par. in trac. ſind. in verbo, appella-
tio. quàm etiā de iure reg. vt extat c. reg. incip. vulgaris famæ elo-
quium. vbi non appellatur ad effectum retardandæ executionis.
Admittitur tamen cum cautione de reſtituēdo in caſu retracta-
tionis præſtāda per eum ad cuius inſtantiā fuerit facta executio:
2 Et licet † ſit tale c. ad beneplacitū principis, vt morte conſtituentis ſit finitū, tamen in
regno eſt in obſeruantia, maximè cōcurrente noue. prag. incip. regiæ dignitati. ſub tit.
3 de modo proced. & etiam per Par. traditur in d. ver. appellatio. Limita † tamē & tem-
pera, vbi officialis eſſet puniendus pœna corporali, nam tunc per appellationem ſu-
ſpenditur executio, vt per Par. in d. verbo, appellatio. verſ. an ſi ſtatuto. maximè in fin.
4 vbi † etiam limitat à ferenda ſentētia per ſindicatores, nam à ferēda, appellare poteſt.
5 Non obſtante etiā ſtatuto poteſt ſupplicare, vt ibi, per Par. in fin. Sed † & quia materia
ſindicatus eſt ſeparata habens dotem ſuam, ideo recurre ad Par. in tract. ſindi. ad Cara.
de vi. & Arnod. iuſti. in eo. tract. poſt Bald. in l. nec quicquam. ff. de off. procon. ad eos
6 ergo recurre. Idem † intellige, vt per Par. vbi ſ. in quolibet. officiali condemnato de
7 geſtis in officio, qui amouetur abſque proceſſu. Idem † ſi conuincitur de barataria,
& mundas manus non habuit, vt per eum, nam non appellat, vt per Bald. in d. l. iij.
An verò durante officio officialis poſsit de exceſsibus puniri, & propter exceſſus pri-
uari officio, dic vt in conſtit. reg. eos tantum officiales. & per Thom. Gra. in deciſi. xl.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Relapſus in hereſim poſtquam abiurauit condemnatus, non appellat: idem hereticus non appellat, nec principi ſupplicat.*
2 *Hereticus appellat a ſententia ferenda, & in fine.*
3 *Iudex ad quem poteſt inhibere cognita iuſtitia in hereſi.*
4 *Condemnatus in crimine Simoniæ an appellet.*

1 NONVS Caſus † eſt in relapſo in hæreſim, nã ſi poſtquã hæreſim
abiurauit ſi in eam reincidit, non auditur aliquo modo ſe defen-
dens, nec appellat: vt in c. ad abolend. im. §. illos. de hære. & in con-
ſtit. inconſutilem. vbi non licet etiam Regi pro eis ſupplicare, ſub
pœna regiæ indignationis. & ibi per Math. xxv. not. & in gloſſ. in
ver. nolunt. Specul. in tit. de appell. §. in quibus. ver. xxxj. Contra-
rium tamen ſentiunt doct. in dicto. capit. ad abolend. im. vt ibi per
2 Philip. tamen hodie expreſſum eſt. vt in c. vt inquiſitio. §. j. de hæred. in vj quod † c. li-
mita: vt ibi per Phil. duobus modis. Primò quãdo appellaret ante ſententiã ferẽdam,
tunc enim poſſet: nã prohibita appellatione à diffinitiua ante pẽt appellare: vt ibi per
3 Archid. & alios. & per Dec. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Secundò † limita
quo ad iudicem à quo, nam iudex ad quem cognito de iuſtitia poteſt inhibere: vt per
Panor. in c. paſtoralis. in fin. prin. ver. ad quartam autem. de appella. glo. in c. Romana.
§. ſin autem. de appellat in vj. & nedum loquitur d. c. vt inquiſitionis officium. in re-
lapſis in hæreſim, ſed in ipſis hæreticis, eis credentibus, receptatoribus, & eorum
fautoribus: vt ibi dicitur, vt non appellent. Ioan. Andr. in capi. felicis. de pœnis in vj.
4 Ang. in opere male. in glo. præſente Caio, & appell. vbi † etiam in crimine ſimoniæ,
cum æquiparetur crimini hæreſis: vt per Math. in conſtit. inconſutilem. xij. not. Feli.
in c. ſicut. lo primo. de ſimo. vbi etiam de prima limitatione in crimine hæreſis, quod
appellare poteſt ante ſententiam, & per Ange. in conſi. clxxxviij. Maran. in ſpecu. au.
in vlt. p. ar. ſecundi actu. ix. & x. limita. in ſecundo men. iiij. q.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Inquiſitio generalis formanda, aut ſpecialis appellationem non admittit.*
2 *Inquiſitionis generalis, aut ſpecialis formandæ requiſita: & in quibus caſibus ex officio procedi poteſt, & quòd diffamia, & denuncia præcedere debet.*
3 *Infamia præcedere debet inquiſitionẽ, aliàs corruit, etiam ſi iudex habeat arbitrium. & num. 4.*
5 *Inquiſitio facta infamia non præcedente, non conualidatur ſi infamia fuerit ſubſecuta.*
6 *Inquiſitio non validatur ſi facta fuerit abſque diffamia præcedente, etiam ſi de delicto plenè conſtaret.*
7 *Inquiſitio formata abſq; diffamia in quibus caſibus valeat.*
8 *Inquiſitio quando formatur ex principis conſcientia, an requiratur diffamatio.*
9 *Inquiſitio an corruat per bonam famam ſtantibus duabus contrariis famis, & mala præcedat, bona verò ſit poſterior.*
10 *Inquiſitio formata ſpecialis præcedente generali, non requirit diffamiam præcedere, & quid hodie obſeruatur ex communi practica.*
11 *Inquiſitio formari poteſt ex bannis præcedentibus, emanatis in initio officij abſq; diffamatione.*
12 *Inquiſitio generalis in regno an locum habeat, & quid obſeruatur, & in quibus caſibus in regno procedi poteſt ex officio. num. 13. & 14.*

15 *Delicto in notorio poteſt procedi ex officio. Item contra aſſaſſinos, & publicè diffamatos. num. 16.*
17 *Iniuria vbi ſit miſerabilibus & eccleſiaſticis perſonis ex officio procedi poteſt.*
18 *Solemnitates omnes ſeruari debent: vbi proceditur per inquiſitionem, quę ſeruantur vbi per accuſationem proceditur.*
19 *Inquiſitio eſt remedium ordinarium in caſibus in quibus poteſt ex officio procedi, & non ceſſat per accuſationem.*
20 *Denunciator ſi denunciat odio, & inimicitia, expelli debet à denuncia.*
21 *Exceptio, quòd ex officio procedi non poteſt, an opponi debeat ante litem conteſtatam.*
22 *Copia repertorum an & quando inquiſito danda ſit, tam iure ciuili, canonico, & regni.*
23 *Copia repertorum an detur homini male fame inquiſito, & quid ſi accuſetur.*
24 *Copia repertorum an detur in notoriis.*
25 *Copia repertorum an detur in crimine leſe maieſtatis.*
26 *Copia repertorum etiam homini male fame an detur in regno.*
27 *Defenſiones dantur etiam homini male fame in regno.*
28 *Statutum an valeat in totum tollens defenſiones reo, & an Princeps tollere poſſit.*
29 *Princeps an poteſt mandare quod procedatur ad torturam abſq; indiciis, & non datis defenſionibus in homine bone fame.*
30 *Obſeruantia qualis ſit in regno in dando copiam repertorum, & quando datur, & conceditur. num. 31.*
32 *Copia repertorũ datur, quando proceditur contra vniuerſitatẽ in homicidio clandeſtino.*
33 *Inquiſitio ſi corruit, nunquam imponitur pœna corporalis ſi ad cõdemnationẽ deuenitur.*

1 DECIMVS Caſus, †eſt in quo nõ appellatur, ſcilicet ab inquiſitione formanda, nam ſi iudex vult formare proceſſum, & facere inquiſitionẽ generalem, aut ſpecialem nõ poteſt inquiſitus appellare, vt per Spec. in tit. de inquiſ. §. ij. ver. licet. vt ibi exemplificat,
2 & dic & declara: vt per Bald. in l. ij. de epiſ. aud. Quę †autẽ requirantur ad formandã inquiſitionem generalẽ, aut ſpecialem, & in quibus caſibus procedi poteſt, ex officio, dic vt per doc. in c. qualiter & quando. de accuſa. Ang. plenè in .l. ſi vacantia. C. de bo. vac. lib. x. Ang. in opere male. in gl. hæc eſt quædã inquiſitio. Mar. pleniſsimè in pra. in §. conſtante. vbi multa, & nouiſsimè per Maran. in Spec. au. in vj. par. ij. actu. in ver. inquiſitio. per totum, & per Par. in tra. ſind. in verbo, inquiſitio. vbi de multis c. reg. & conſt. reg. ſuper inquiſitionibus ſtatuentibus. & maximè conſt. reg. iuſticiarij nõ per Calendas. & in conſtit. iuſticiarij per prouincias. & in conſtit. hi qui. & in conſtit. generales. & in c. reg. ab illo inchoandũ. in tit. de inquiſ. for. & in c. incip. vt delatas. & c. ſi temporũ alternata conditio. quę requirũt diffamationẽ pręcedere. & denuntiationẽ. & nõ aliter, aliâs corruit inquiſitio. & in c. ne tuorũ. & in c. ſi cũ ſceleratis. & ſic tam iure cõmuni & canonico debet prùcedere infamia, aliâs corruit, quã etiam iure regni, per d. c. a. vt delatas. & c. ſi
3 tẽporum. Amplia †etiã per alia c. diſponẽtia liberè. & arbitraliter poſſe procedere, vt in c. ne tuorũ. & in c. ſi cũ ſceleratis. nã adhuc diffamia debet præcedere alîas corruit inquiſitio, maximè cõtra homines bonæ famæ. tex. eſt in c. j. de offic. ord. in ver. liberè.
4 iuncta gl. & Bal. ibi dicit eſſe mẽti tenendum. Arno. in ſing. lviij. Amplia †etiam in habente arbitrium iuxta dictũ. c. a. nam non poteſt formare inquiſitionem niſi infamia pręcedat, vt per Mar. in pra. in §. cõſtante. & in conſ. xlviij. & per Par. in d. ver. inquiſi-
5 tio. & ibi quæ requirãtur. & Marã. vbi ſ. Amplia †etiã ſi diffamatio ſubſequatur, vt per Par. in d. ver. inquiſitio. & Mar. in d. §. cõſtãte. nã adhuc nõ cõualidatur inquiſitio.

6 Amplia † etiam ſi de delicto plenè conſtaret per teſtes, vt per Mar. in conſi. cxvij. intel-
lige formata inquiſitione conſtaret, non ante, nam tunc ſtantibus nedum probatio-
nibus, ſed indiciis formatur inquiſitio, vt per prædictos doctores in locis, vbi ſuprà,
& infrà, & etiam per Thom. in conſil. xxxviij. & in conſil. xlij. & in voto. i j. verſi. item
huiuſmodi præheminentia. vbi etiam ſi conſtaret ſi formata inquiſitione de delicto,
ita interpretando d. reg. c. & litteras arbitrales vt præcedat diffamatio: & ita interpre-
tatur Arno. d. c. in ſolilo. lxv. poſt Specul. in tit. de inquiſit. §. nunc videndum. & poſt
eum Bald. allegando text. in c. inquiſitionis. §. tertiæ dubitationis. de accuſa. in quibus
quòd præcedere debet infamia, nec conualeſcit ſi per teſtes probetur delictum.
7 Multas † limitationes vide & fallentias circa prædictã, & circa reg. c. per Par. in d. ver-
bo, inquiſitio. & per Mar. in d. §. conſtante. & Maran. in d. verſi. inquiſitio. & Arno. in
8 locis ſ. & in dialo. lxxxiiij. & in dialogo lxxxvj. Et † maximè quando inquiſitio eſt
formata de mandato, & conſcientia principis: nam tunc non requiritur diffamatio,
quod intelligunt vbi princeps ex motu proprio, & non ad partis petitionem, & in-
formatus de diffamatione, & non aliter, taliter affirmando in reſcripto: ita glo. in c. ij.
in verſi. fuerat. de accuſ. quam pro ſing. refer. & ſequitur Auguſt. poſt Ang. in d. gloſ.
fama publ. ita intelligendo dictum Bald. in l. nullus. C. ad leg. Iul. maieſt. & ita intelli-
git Alex. in conſi. clxxx. ij. vol. & Phili. declarat in c. j. de reſcript. & in c. cùm oporteat.
9 iiij. no. de accuſa. Sed † quid ſi extent duæ famæ contrariæ vt mala præcedens, & bona
poſterior, an per bonam famam ſubſequentem corruat inquiſitio formata fama mala
præcedente? dic quòd licet aliâs Bald. dixerit bonam famam poſteriorem derogare
priori malæ, vt dixit in conſil. lxxix. vlti. vol. & in conſi. ccccliij. volum. & Cornel. in
conſil. cxcviij. ij. vol. & Cuma. in conſi. cxxxv. vbi quòd corruit inquiſitio, tamen in l.
is poteſt. ff. de acquir. hæred. dixit Bald. per ſecundam famam non corruere inquiſi-
tionem, licet ad torturam non deueniatur ex priori fama derogata per ſecundam bo-
nam, quod dictum refert & ſequitur Angel. in d. gl. fama publ. & Arno. in d. dialogo
10 lxxxvj. Limita † etiam niſi præceſſerit generalis inquiſitio, nam tunc non requiritur
alia diffamatio, ſed ea ſufficit ad formandam inquiſitionem ſpecialem, vt per Mar.
in d. §. conſtante. & Maran. vbi ſuprà, in locum cuius generalis inquiſitionis hodie ex
communi practica, & vſu ſuccedit informatio præcedens: nam prius hodie iudices
capiunt informationem contra aliquem, per quam conſtat de fama, & aliis indiciis,
inde procedunt ad ſpecialem inquiſitionem & dationem capitulorum: ita per Par. in
d. verbo, inquiſitio. verſic. & aduerte. nam tunc ſi conſtat de diffamia vel aliis indiciis
per informationem captam proceditur ad ſpecialem inquiſitionem abſque alia diffa-
matione, & ibi, in princ. d. ver. & in ver. & ideo. dat cautelam quòd prius capiatur in-
formatio, & ſi in ea nihil reperitur, non procedat ad dationem capitulorum, & ſic ad
11 ſpecialem: aliâs tenetur iudex ad expenſas: & ibi † in ver. & adde. quia ſecundũ conſti.
dixit quòd virtute bannorum præcedentium in princ. officij, poteſt formari inquiſi-
tio abſque alia diffamatione etiam in qualibus in quibus de iure non liceret inquiri.
Idem dixit Arno. in tract. ſind. & ſequen. verſic. inquiſitio generalis. & verſi. tertium.
quod tamen impugnat Maran. in d. verbo, inquiſitio. ſub nume. 27. tamen Par. in d.
verſi. & adde. dicit ita practicari, & ſic limita vbi banna præceſſerint per officiales, in
initio officiorum vt inquirãt & abſque alia diffamatione. Alias limitationes proſe-
quere, vt per Angel. in d. gloſ. inquiſitio. & per Mar. in d. §. conſtante. & per Maran.
in dicto verbo, inquiſitio. qui accepit à Mar. tacito autore: mihi autem viſum fuit ne-
minem defraudare laboribus ſuis, ſiue ſit antiquus doctor, ſiue modernus, tam exte-
terus quàm regnicola, omnium enim refero authoritates & nomina, nec ſubticeo
quiſquis ſint: dicant quid velint alij, ſcribant ipſi ſi ſciunt, & canes hortulani nõ ſint.

12 Prædicta † igitur intellige in ſpeciali inquiſitione. in generali autem licet iure regni permittebatur, vt in conſtit. inquiſitiones generales. & in conſtitut. hi qui. per quam ſi extent decem teſtes deponentes, condemnari poteſt ex tali inquiſitione, & hodie reſtricta eſt per cap. reg. ſubiungendo. vt ſi conſtet per quatuor teſtes omni exceptione maiores condemnari poteſt, non per pauciores, vt per Par. vbi ſuprà, & per Maran. vbi ſuprà de intellectu d. cap. ſubiungendo. & an hodie procedi poteſt, vbi quòd poteſt ſi vult. & extant duo alia cap. vnum incipit, ab illo incohandum. aliud incip. in
13 generalibus. Attamē † quia iſtæ generales inquiſitiones ſunt prohibitæ in regno, per c. regione. incip. & ſtatus reipublicæ. verſic. item quòd prædicti officiales nullatenus de cætero. per quod prohibentur generales inquiſitiones, vt ſufficiat ſpecialis inquiſitio in caſibus à iure permiſsis, & vt dictum eſt loco generalium inquiſitionum, ſufficiat præcedens informatio capta, & generalia banna, vt per Par. in d. verſi. inquiſitio.
14 & Maran. vbi ſuprà ad eos me remitto. In quibus † autem caſibus procedatur ex officio, & per inquiſitionem in regno, dic vt in d. c. vt delatas. & in cap. ſi temporum alternata conditio, per quæ ex mero officio contra ſpecialem perſonam non procedi tur niſi præcedat denuncia, & quærela partis, & maximè contra hominem bonæ vitæ & famæ, vt per Thom. Gram. in conſil. xxxv. & in voto iij. maximè diffamia non præcedente, vt ibi, & in caſibus vt ibi, & an in actione iniuriarum per eundem, in de-
15 ciſi. xxxvij. vbi fallit † niſi quando delictum eſſet notoriū vel commiſſum in præſentia iudicis. nam ex mero officio procedi poteſt, vt per Par. in d. verbo., inquiſitio. cum
16 verſi. ſequen. Item † niſi contra diffamatos publicè, & contra aſſaſsinos, & diſrobatores ſtratarum; vt in c. reg. ſi cum ſceleratis. & in cap. reg. ne tuorum. & per Thom. in
17 d. voto iij. & Par. vbi ſuprà. Item † in caſibus, vt in c. reg. ſi temporum alternata conditio. quando facta ſit violentia & iniuria eccleſiaſticis perſonis, viduis, & miſerabilibus. nam iuſticiarius regionis ex ſuo mero officio procedere poteſt. & vide nonnullos alios caſus in quibus ex officio procedi poteſt, vt per Math. poſt And. in d. conſtit. hi qui. xj. not. vbi in quibus procedi poteſt per ſpecialem inquiſitionem contra certam perſonam. & de c. regni. & per Par. vbi ſuprà. & Maran. in dicto verſic. inquiſitio.
18 Et † not. quod dixit Math. in conſtit. hi qui. in xiij. nor. & in conſtit. vt vniuerſis. iij. no. Et etiam Maran. vbi ſuprà. quòd & in caſibus in quibus proceditur per inquiſitionem debent ſeruari omnes ſolemnitates & circunſtantiæ quæ ſeruari debent in procedendo quando per accuſationem proceditur, aliàs corruit inquiſitio per d. conſtit.
19 hi qui. Alex. in conſil. lxiij. j. vol. & Mar. in d. §. conſtante. & in conſi. xlviij. Item † no. quòd in caſibus in quibus procedi poteſt ex officio iuxta præfata c. & conſtitut. aut iure communi, aut ſtatutario, permittitur inquiſitio, eſt remedium ordinarium, & non ceſſat per ſuperuenientem accuſationem, vt per Bart. in conſti. ad reprimendum. in verſic. denunciationem. & per Angel. in d. glo. hæc eſt quædam inquiſitio. verſic. an inquiſitus. & per Maran. vbi s. vij. requiſit. j. limit. vbi ponit nouem caſus in quibus
20 non ceſſat per accuſationem ſuperuenientem inquiſitio. Et † not. quòd licet per d. c. regn. vt delatas requiratur quòd præcedat denuntia. partis, & quòd ex officio procedatur in caſibus in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, aut ciuilis, aut membri abſciſsio & non in aliis, attamen ſi iudex videt delatorē denuntiare non zelo bono, ſed odio, & in inimicitiæ zelo debet ipſum expellere per text. in c. regni. nuper
21 apud Tranum. & per Math. in d. conſti. hi qui. in xvij. no. Sed † quid ſi in caſibus in quibus ex officio non poteſt procedi, non fuit oppoſita exceptio ante litem conteſtatam, an poſt litem opponi poſsit? quòd ſic cùm reddat iudicium retrò nullum per ea quæ tradunt doct. in l. licet. C. de procurat. & Alexand. in l. j. §. ſublat. ff. ad Trebell.
22 ita Arno. in comment. clv. Sed an † copia repertorum, & inquiſitionis danda ſit

inquiſito, dic quòd ſic iure communi, vt per Ang. in d. gl. fama publica. & per Dec. & alios in l. ij. C. de eden. maximè de iure canonico in foro eccleſiaſtico, nam indiſtinctè danda eſt, ex quo ita deciſum habetur in c. qualiter, & quando. lo ij. §. debet. de accuſa. & per Math. in conſtit. ſi damna clandeſtina. ix. notab. & per Alexand. in conſil. lxv.
23 primo volum. Limita † niſi quando ex officio procederetur in homine malæ famæ, nam non datur copia: ſecùs quando per accuſationem, nam dari debet, vt per Angel. & Augu. poſt eum in d. glo. fama publ. verſic. item aduertas. & per Par. in d. tracta. de ſind. in verbo, tortura. lo iij. ver. mandauit Rex. poſt medium ibi, idem eſt vbi fit in-
24 quiſitio. & per Math. in conſtit. ſi damna clandeſtina. ix. not. verſi. ſed iuxtà. Item † in notoriis criminibus non datur copia repertorum: vt per Ang. in glo. etiam per mo-
25 dum notorij. idem in † crimine læſæ mageſt. non datur copia repertorum ſine Regis
26 conſultatione, vt per Math. in conſti. hi qui. ij. & iii. no. In † regno verò indiſtinctè datur copia capitulorum ſiue in homine bonæ famæ, ſiue malæ tam in inquiſitione generali, quàm in ſpeciali, vt in conſtit. reg. item dura & dira. & in ca. reg. ſubiungendo. & in conſt. literas. & ibi per Math. & an & quādo in regno detur dicta copia, tam iure communi, quàm regni, vide per Capi. in deciſi. lxxiiij. per totam, & per Maran. in d. verbo, inquiſitio. & per Math. in d. conſti. hi qui. in x. not. vbi in generali inquiſitione etiam in homine malæ vitæ, & famæ debet dari copia, & teſtes debent repeti parte citata, & datis capitulis & defenſionibus; aliàs non poteſt condemnari, licet probetur
27 per decem teſtes per d. c. ſubiungendo. & d. conſtit. item dura & dira. & ſic † in regno etiam in homine malæ famæ dantur defenſiones tam in generali, quàm in ſpeciali inquiſitione. Immò iudex inquirere debet defenſiones pro inquiſito: vt per eundem Math. in d. conſtit. hi qui. vlt. not. & non prorumpere ad ſentētiam condemnatoriam. non datis defenſionibus: aliàs punitur arbitrio Regis: vt in dicta conſti. item dura. ad idem per Mar. in l. j. C. de rapt. virg. & in conſilio xxxix. & in practi. in §. opportunè.
28 Immò † non valet conſtit. tollens in totum defenſiones reo, & princeps non poteſt tollere, licet poſſet variare modum defenſionis, vt dicit Math. in d. conſti. item dura.
29 vbi † quòd nec etiam poteſt mandare: vt quis torqueatur abſque indiciis, & non datis defenſionibus in homine bonæ vitæ, & per Andr. in conſtit. pœnam eorum. quòd po-
30 teſt alterare modum defenſionis. Communis † tamen obſeruantia & ſtilus curiarum eſt, vt docet Par. in dicto verbo, inquiſitio. verſi. & aduerte. vbi primò capitur informatio, quę eſt loco generalis inquiſitionis, & ex ea formantur capitula ſpecialis inquiſitionis, & reo citato dantur dicta capitula, in quibus reperta continentur, & copia datur dictorum capitulorum inquiſito ſuper quibus litem conteſtatur: vt ſe defendat, deinde teſtes repetuntur, fit publicatio, & repulſa conceditur, niſi in caſibus in quibus magna curia poteſt procedere ex præeminentia ex proceſſu informatiuo, per c. reg. ſi cum ſceleratis. & in c. reg. ne tuorum. & per Thom. in d. vol. iij. & Par. in dicto verb. inquiſitio. & iſta eſt communis obſeruantia. Verum ſi iudex vult procedere iuxta tenorem. c. ſubiungendo probato delicto per quatuor teſtes, tunc poteſt procedere, & dare copiam repertorum, & concedere repulſam, & defenſiones: hoc idē Maran. in d. vj. parte. ij. actu. in vlt. inquiſitio. vbi etiam an & quando iure cōmuni, & re-
31 gni detur copia. Sed † Capi. in deciſ. lxxiiij. dicit non concedi copiam repertorum, niſi poſt litem conteſtatam, & facta publicatione repetitis teſtibus captis ad informationem, vel habitis pro repetitis, & de hoc dicit extare obſeruantiam in magna curia, & per Math. in conſtitutione ſi damna clandeſtina. ix. notab. vbi quando datur copia, & quando non per capitula regni, in ver. ſed iuxtà. vbi quòd etiam in homine malæ
32 famæ. Item. † datur copia inquiſitionis, & repertorum in inquiſitione cōtra vniuerſitatem ſuper homicidio clandeſtino: vt per Math. in dicta conſtit. ſi damna. iiij. nota-

teria

33 tertia quæſt. aliâs corruit. Et † no. quòd ſi inquiſitio corruit: quia non legitimè facta nec ordo inquiſitionis fuerit ſeruatus, vel in caſibus à iure non permiſsis, ſi deueniatur ad condemnationem numquam ex ea imponi debet pœna ordinaria inquiſito, ſed minor pœna, & non mortis, licet abſolui deberet, niſi fortè extaret confeſsio, vt condemnari poſsit, ita per Mar. in d. §. conſtante. in fin. & in conſil. xlix. Cætera in materia inquiſitionis proſequere: vt per doct. vbi ſ. & per Mar. in conſil. xxxv. & in conſ. xiiij. & in conſ. xl. & in conſ. xlviiij. & ſeq. & in cōſi. liij. & in cōſ. lxiij. & ſequen. & in conſ. lxxvj. & in conſil. lxxviij. & ſeq. & in conſ. lxxxij. & in conſil. cxvij. & in conſil. cxxviij. & in conſil. cxxx. & in conſil. cxxxiiij. & per Thom. in conſil. xxxviij. & conſ. xlij. in quibus abſque diffamia corruit, etiam ſi per teſtes conſtet, & etiam vbi princeps mādaret. Vide vt per eos in dictis locis: ſufficit in regno diſpoſita, & vtilia attingere, & quæ in vſu verſantur aliqua referre: ad plenum videas in dictis locis. De cæteris in materia inquiſitionis. Quid ſi facta eſt denuntia de aliquo crimine & denuntiator nihil probaret, vt denunciatus fuerit abſolutus, an denunciator condemnari debeat ad expenſas, & puniri tanquam calumniator, & de Turpilliano: & quid ſi eſſet proteſtatus quòd non intēdebat proſequi, ſed quod curia procedat, vide per Tho. Gram. nouiſsimè in deciſ. xxxix. vbi quòd condemnari debet ad expenſas, & puniri, non obſtante renunciatione à proteſtatione.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio an admittatur in crimine leſæ maieſtatis. & num. 10. 11. 12. 14. & 19.*
2 *Crimen leſæ maieſtatis hæreſi æquiparatur, & in hæreſi non appellatur: & de materia crim. leſæ maieſt. num. 30.*
3 *Crimē leſæ maieſtatis diuinæ & hæreſis, per oīa adæquatur crimini leſæ maieſt. humanæ.*
4 *Factionem committens non appellat, & factio cadit in crimine leſæ maieſt.*
5 *Perduellio non appellat, & quis dicatur perduellio.*
6 *Duellum an locum habeat in crimine leſæ maieſtatis, & an in perduellione.*
7 *Memoria quando damnetur, & bona publicentur in crimine leſæ maieſtatis.*
8 *Appellatio eſt defenſio, & vbi cadit defenſio cadit appellatio.*
9 *Officialem Regis occidens, an & quando committat crimen leſæ maieſt. & quid in familiari Regis.*
13 *Appelletur nè ad Papam à ſententia Regis in crimine leſæ maieſt.*
15 *Crimen leſæ maieſt. quot modis committitur. & num. 18. & 20.*
16 *Mortem Regis machinans aut eius officialis qualiter puniatur.*
17 *Rebellis an dicatur ſi manſerit in loco occupato per hoſtes, ſi nihil fecerit contra Regem.*
21 *Crimen leſæ maieſtatis an committatur, contra non ſubditos.*
22 *Crimē leſæ maieſtatis, an cōmittatur, quādo cōtra alias ciuitates quā Romanā cōſpiratur.*
23 *Crimen leſæ maieſtatis an committatur quando conſpiratur contra Regem, ſicut quando contra Imperatorem.*
24 *Crimen leſæ maieſtatis an committatur quando conſpiratur contra Duces & Barones.*
25 *Crimen leſæ maieſt. an committatur quando conſpiratur contra officialem & vicarium Regis, & Præſidem ob ſuos malos mores retinendo Regiam fidelitatem, & an pariter punitur conſpirans contra Officiales ſicut contra Reges.*
26 *Crimen leſæ maieſt. an & quando committatur, quando conſpiratur contra Secretarios, & Officiales Regis.*
27 *Crimen leſæ maieſt. an committatur quando conſpiratur contra Officiales Baronis.*
28 *Publicatio bonorum in quibus capitibus criminis leſæ maieſt. detur, & an in omnibus.*
29 *Memoria defuncti qualiter damnatur, & proceſſus fit.*

31 *Reuelans ſecreta Regis & Reginæ an committat hoc crimen læſæ maieſtatis, & an commiſſum contra Reginam ſit, ſicut contra Regem.*
32 *Baro prohibens vaſſallum accedere ad ſuperiorem an contrahat hoc crimen læſæ maieſtatis, & quando.*
33 *Miles deſerendo dominum in militia an contrahat hoc crimen.*
34 *Reuelans ſecreta Regis qua pœna puniatur.*
35 *Conſpirans contra notarium principis aut cãcellarium puniatur crimine læſæ maieſtatis.*
36 *Aduocatus ſi in publico legerit falſum in tabulis publicis ad publicam læſionem, tenetur crimine læſæ maieſtatis.*
37 *Barones an cognoſcere poſſunt de crimine læſæ maieſtatis.*
38 *Pœna inferentis iniuriam curialibus aſſiſtẽtibus in curia regis, & ſic regiis familiaribus.*
39 *Iniuriam famulum Capitanei & Poteſtatis an teneatur, ſicut ſi offendiſſet Capitaneum & Poteſtatem.*

1 VNDECIMVS caſus † eſt, in crimine læſæ maieſtatis, in quo
crimine condemnatus non appellat, vt not. in l. Pantonius. §. rei
perduellionis. ff. de acquir. hæred. & in c. felicis. ſecundum vnum
intellectum, & ibi, per Archid. & Ioan. Andr. de pœn. in vj. Item
2 hoc † crimen hæreſi æquiparatur, & in ea non admittitur appella
tio, vt in c. vt inquiſitionis. de hæret. in vj. ergo nec in iſto. Facit
3 conſtit. † reg. inconſutilem. vbi per omnia adæquatur hæreſis
crimini læſæ maieſtatis, & not. ibi glo. Sed æquiparatorum æqua eſt d. ſpoſitio. l. j. &
ibi doct. ff. de leg. j. ergo ſicut in hæreſi non appellat. d. c. vt inquiſitionis. ita & in iſto.
Item per d. conſtitu. in conſutilem. in fin. & ibi not. gloſ. in crimine hæreſis non licet
ſupplicare, & in crimine læſæ maieſtatis, nec etiam licet ſupplicare, per l. quiſquis. §.
4 denique. C. ad leg. Iul. maie. & pro † hoc facit text. in l. conſtitutiones. ff. de appell. vbi
committens factionẽ non appellat, quæ factio cadit in hoc crimine, vt in l. quiſquis.
in princ. C. ad leg. Iul. maieſt. & in conſtit. ad reprimendum. ibi, factionibus. Ergo ſicut
in d. l. conſtitutiones. faciens factionem non appellat, ita nec in hoc crimine cùm inſit
in eo factio: ita tenent per hæc Imo. & Roma. in d. §. perduellionis. & Alexan. poſt
Bart. in l. ſi quis. §. hi autem. ff. de iniuſ. rup. teſtam. & Angel. in opere male. in glo. præſente
Caio & appella. & Mar. in l. de minore. in princ. ff. de quæſtio. ſed glo. in d. §. perduellionis.
tenet contrarium quòd appellare poteſt, & eam ſequitur ibi Areti. &
Auguſt. poſt Ang. in d. glo. præſente Caio & appell. tum quia non reperitur lege pro-
5 hibitum appellare; tum † quia diſpoſitio d. §. perduellionis. non loquitur in crimine
læſæ maieſtatis, ſed in perduellione qui hoſtis publicus appellatur, & ibi, quis ſit &
dicatur perduellio. & in l. quos nos. ff. de verbo. ſignific. & Card. in clem ij. xv. not. v.
quæſt. de re iudi. dicuntur enim hoſtes populi Romani cum quibus bellum indicitur,
tanquam cum hoſtibus populi Romani. & eſt perduellio crimen læſę maieſtatis,
contra populum Romanum, vt per Card. ibi, & docto. in d. §. perduellionis. & per
6 Math. in d. conſtit. inconſutilem. xvij. not. vbi qualiter puniantur. Et licet † crimen
ſit læſæ maieſtatis, tamen duellum locum habet in perduellione non in crimine læſæ
maieſtatis, vt per Capi. in deciſi. cxxx. circa fin. Reſpondet Aretin. ad contraria: nam
in d. l. conſtitutiones. ratio fuit accelerandæ executionis, non vindictæ minuendæ,
ideo vt euitetur maius malum in factione acceleratur executio, quod ſecus eſt in crimine
læſæ maieſtatis, cùm hæc non fuerit ratio, vt ibi per eum. nec in omnibus par
ratio eſt in hoc crimine, & hæreſi, cùm quandoque plus in vno diſponatur, quàm in
alio crimine: conſtitutio etiam inconſutilem quæ per omnia adæquat vtrunque cri-

men loquitur in perduellione non in ſimplici crimine læſæ maieſtatis, & ſic non ob-
ſtat cùm in eo expreſſum reperiatur. Nec in omnibus capitibus criminis læſæ maie-
7 ſtatis, æqualis extat diſpoſitio: nam † publicatio bonorum, & memoriæ damnatio
non fit niſi quando contra principem & rem publicam Romanorum: in cæteris verò
non damnatur memoria, vt not. in l. fin. & in l. eorum. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in l. pen.
& vlti. C. ad leg. Iul. maieſt. not. glo. in § item lex Iulia. inſtit. de public. iudi. doct. in c.
cùm à nobis. de præſcrip. Angel. in glo. che hai trad. la tua. patr. gloſſ. in conſtit. reg.
contingit interdum. Deci. in conſi. xj. in nouiſsimis. & per Capi. in d. deciſi. cxxx. in ij.
dub. & x. ſpeciali. vbi in tribus capitibus damnatur memoria, & locum habet pu-
blicatio bonorum, vt in primo & ſecundo capite, quando contra principem, & rem-
publicam Romanorum, vt in d. iuribus, & quando contra conſiliarios principis aſſi-
ſtentes ad eius latus, vt in d. l. quiſquis. in princ. Ergo non indiſtinctè arguitur de vno
crimine ad aliud niſi in æquiparatis, nam ſi in aliis criminibus & capitibus non datur
bonorum publicatio, ergo non æquiparatur hæreſi in omnibus, cùm in ea detur pu-
blicatio bonorum, & memoria damnatur, vt in d. conſtit. inconſutilem. & plene infrà
in ſuo loco, & tractatu, & ſic ſe habent vt excedentia, ergo non ſequitur conſequen-
tia, & ſimilitudo ſimpliciter. c. ſicut vrgeri. j. quæſt. iij. Bar. in l. ſi quis ipſi prætori. ff. de
8 oper. nou. nunt. Præterea † appellatio inducitur, vt ſe defendat cùm ſit defenſio, &
vbi cadit defenſio cadit appellatio, & econtra, vt not. in l. excipiuntur. ff. ad Sylle. ſed
9 in hoc crimine poſſet cadere defenſio in aliquibus capitibus, ergo. Quod † patet,
nam licet occidens officialem Regis committat crimen læſæ maieſtatis, vt in l. j. ff. ad
leg. Iul. maieſt. ibi, quo quis magiſtratus populi Romani occidatur, & in conſtitut.
quoniam. qui ſint rebel. & in conſtit. reg. humanitatem. & in d. l. quiſquis. & in conſti.
eos tantum officiales. & in conſtit. vt participatio. Andr. in c. j. in verbo, committen-
tium crimen læſæ maieſtatis. in tit. quæ ſint rega. & per Math. in d. conſtit. vt partici-
patio. & in d. conſti. eos tantum. & Par. in tra. ſind. in verbo, iniuria. in fi. verſ. vt idem.
Guido Pape in deciſi. parla. cccxliij. & idem in occidente familiarē Regis, vt per Mar.
in conſil. j. & in conſil. xij. tamen locum habet quando occidens feciſſet, vt Rex care-
ret tali officiali & familiari: ſecus tamen ſi odio, & priuata inimicitia occidiſſet, nam
non incidit in crimen læſæ maieſtatis, vt per præfatos in d. locis. & habetur in dicta
conſtit. eos tantum. & per Capi. in d. deciſi. cxxx. ver. item ex lege quiſquis. & ibi, quid
in dubio præſumitur an odio priuato, poſt Par. in d. verbo, iniuria. & idem in princi-
pe ſi occidatur ob inimicitiam vel ſe defendendo, non tenetur hoc crimine. ecce ergo
quòd poteſt ſe defendere, & allegare quòd odio & inimicitia vel ſe defendendo oc-
cidit, non autem vt Rex tali officiali careat, & ſic non incidit in crimen læſæ maieſta-
tis, ergo cùm habeat defenſionem, admitti debet in appellatione, cùm in cauſa appel-
10 lationis poſſet hoc probare. Et ſic † poſſet fortè dici aut conſpiratur contra princi-
pem & rempublicam Romanorum, & contra eius conſiliarios, & ſic in tribus capi-
tibus non appellet: quando verò contra alios, appellet: quæ diſtinctio poſſet proce-
dere ſi per conſtit. ad reprimendum. nulla fieret diſtinctio, vt ibi, in quocunque crimi-
11 ne læſæ maieſtatis, & ibi glo. Prima † tamen opinio tenetur quòd non appellet, nam
ſi in aliis criminibus ratione immanitatis ſcæleris non appellatur, vt l. j. C. de falſa
mon. quæ ſpecies crimini læſæ maieſtatis eſt, & in l. j. C. de rap. virg. & in l. cum reis.
C. de pœn. & in l. prouinciarum. C. de feriis. & in d. l. conſtitutiones. & Angel. in d. glo.
præſen. Caio & appellan. ergo multo magis in hoc crimine, vbi ſtatus publicus lædi-
tur, & intereſt eius puniri tales, & per Guido. Pape in tract. de appell. caſu cxx. & per
12 Capi. in d. deciſi. cxxx. xij. ſpeci. Andr. tamen † in d. c. j. in d. verſic. bona commit. in vij.
ver. diſputando & arguendo ad partes, concludit appellare poſſe, cùm tantum lege

non reperiatur,niſi interueniat conſpiratio , & factio,nam tunc non appellat per d.
l.conſtitutiones, aliàs admittitur,& reſpondet ad obiecta vbi etiã tradit an & quãdo
Princeps poſsit tollere appellationem,& an ſit de iure diuino,maxima eſt auctoritas
13 Andr.in regno,ideò tenenda eius opinio,vide † aliquid per Math.in conſtitu.reg.in-
tentionis.xij.not.& in prælud.conſti.in xxj.q.an appelletur ad Papam in tali crimine
14 à ſententia Regis,& † vide glo.in ca.reg.nuper apud Tranum.vbi notorius & mani-
feſtus proditor de facto punitur,& non auditur in ſuis defenſionibus,occultus verò
auditur:& ſic ſi notorius eſt non appellat,ſi occultus cũ poſsit ſe defendere poſſet ap
pellare. Andr.in d.c.j.in fi.d.ver.bona cõmittẽtium.& per Tho.Gra.in deciſ.cv.Quot
15 autem † modis cõtrahatur crimen rebellionis.& de pœna.in conſt.quoniam. qui ſint
rebelles.& ibi in ver. tenore.quid ſit rebellare.& per Guid. Pape in deciſ parla.cccc-
lxxxix.vbi de pœna rebellis.& per Boni.in opere male.in ti.de crim. læſæ maieſta.&
per Bar.in d.conſt.quoniam.in verb.rebellando.vbi ponit pœnas rebellionis. & per
eundẽ Guido. in deciſ.cxcj.quis dicatur proditor Regis.& per Cor. in conſ xcvj.iiij.
16 vol. per totũ.plenè.& vide † per Math.in deciſ.cccxliiij.de machintein mortẽ Regis,
vel eius officialis.Et an dicatur rebellis ſi mãſerit in loco ſuę originis occupato ab ho
ſtibus Regis.ſi contra Regem nõ ſit machinatus,aut operatus, aut opem præſtiterit,
ꝙ non,vt per Oldra.in conſ.xliij.& per Tho.Gram.in conſ.xxxj, vbi quando cõmit-
titur hoc crimen,& quæ requirantur,& quæ excuſant ab hoc crimine,& an metus,
& violẽtia hoſtium excuſet,& per Math.in conſti.dubitationem.& vide nouiter per
17 Thom.Gram.in deciſ.vj.qualiter,& quando † cõmittatur crimẽ rebellionis:vt por-
tando ad hoſtes victualia,& reuelando aduentum contra hoſtes,& cũ armis ſeruien-
do hoſti Regis,& aliter:vt per eum ibi.& quid ſi in ſententia bona non publicantur,
nec memoria damnatur,ſed declaratur commiſiſſe delictum an amittat bona, & ibi
quod per præſtationem homagij committitur crimẽ rebellionis, & ſeruiẽdo perſona
liter,& quid ſi erat cum hoſtibus,an dicatur rebellis,in deciſ.xv.& vide in deciſ.xvij.
an habens amicitiam cum hoſtibus ob ſui ſalutem & non cõtra dominum commit-
tat rebellionem , & an per præſtationem homagij teneatur pœna capitis , & ſi nõ eſt
18 feudatarius an locum habeat hoc crimen.in deciſ.cv.nu.25.& nu. 33. Et quot † mo-
dis cõmittatur hoc crimen,per Math.in d.c.j.quæ ſint rega.& in conſtitu. ſtatuimus.
iij.not.& in conſti.humanitate.x.not.& in conſt.proſequentes.xvj.no.& in conſti. hi
qui ponit.xxx.ſpecialia in hoc crimine,& in d.c.j. & in conſt.incõſutilem .xvj. not.&
19 de ſpecialibus per Capi. in deciſ.cxxx.circa fi.& per Mar. in l.de minore. in prin.ff.de
quæſt.vbi etiam ꝙ in tali crimine indicia requiruntur,& inimici ad teſtificandũ non
20 admittuntur.Et quot † modis hoc crimen pleniſsimè per Capi.in d.deciſio.cxxx.vbi
declarat omnia capita criminis læſæ maieſtatis,& de pœnis,hoc crimen committen-
21 tium in omnibus dictis capitibus.Sed an † cõtra nõ ſubditos cõmittatur hoc crimen
læſæ maie.ꝙ non,vt per gl.& Imo.in cle.paſtoralis.de re iud.& in d.conſtit.quoniam.
in ver.rebellando.& Tho.in vol.x. vbi etiam de hoc crimine: & transfuga ad hoſtes,
22 quando teneatur,& quãdo excuſetur :& an † cõtra ciuitates alias, extra Romanam
rebellando committatur hoc crimen.per Ang.in §.interdum.inſtit.de hæredi.quæ ab
inte.deferun.& in opere male.in glo.che hai tradito la tua patria.ꝙ non,niſi in reco-
23 gnoſcentibus ſuperiorem.& an † iſtud crimẽ cõmittatur quando conſpiratur contra
Regem,an verò quando cõtra Imperatorẽ.Andr.in d.c.j.in ver.bona cõmittentium.
ver.voluerunt autẽ.& Math.in prælud.q.xiiij.ꝙ ſic, quãdo cõtra Regẽ.& per Bar.in
24 d.conſt.quoniam.in ver.rebellando.Et † an cõmittatur quando conſpiratur contra
Duces & Barones.per Io.Fab.in prohe.inſtit.in ver.maieſtatem.& per Guid. Pape in
deciſ.cccxliiij.& per Tho.Gram.in deciſ. vj. vbi contra dominos nõ recognoſcentes

ſupe

25 ſuperiorem.& † an ſi quis rebellaret contra vicariũ,& officialẽ Regis,& contra pręſidem ob malos mores ipſius præſidis & vicarij:& grauamina indebita ſubditorum,
tenendo tamen fidelitatẽ Regis,dicantur cõmittere hoc crimen.Math.in conſtit.pœnam eorum . in x.requiſit.verſi.quid ergo dicam. dicit non committere hoc crimen
retinendo fidelitatem Regis.vbi etiã ꝙ aliter punitur cõmittens crimen lęſæ maieſta.
26 contra officiales Regis,quã contra Regem, & eius conſiliarios. Et † de conſpirante
contra ſecretarios,& conſiliarios,& milites Regis,contra vicarios,an & quãdo com
mittatur hoc crimen,per Andr.in d.c.j.§.bona committẽtium. quæ ſint regal. & per
Capi.in d.deciſio.cxxx.vbi ꝙ quando conſpiratur cum hoſtibus,vt tali conſiliario,&
viro ſtrenuo careat,& non aliter,& per Guido.Pa.in deciſio.cccxliij. poſt Salyc. in l.
27 quiſquis.C. ad .leg. Iul.Maieſta.& † an contra officialis Baronis conſpirantes committatur hoc crimen:ꝙ non,vt per Math.in conſti.ſi quis aliquem.x.q.& in conſt.vt
28 participatio.vbi ꝙ nec etiã punitur pœna dictæ conſti.& an † in omnibus capitibus,
& in quib⁹ detur publicatio bonorũ in hoc crimine læſæ maie.cũ vitę amiſsione,an
verò in j.& ij.ca.tantùm.dic,& proſequere.vt per Capi.in d.deciſ.cxxx. ꝙ in j.& ij.ca.
& quando contra conſiliarios & milites Principis:vt per eum,in ij.iij. & iiij.dubio.&
per Tho.Gra.in deciſ.vj.vbi plenè gl.in d.conſtitu.contingit.interdum dicit hodie in
omnibus capitibus eſſe publicationem bonorum , & memoria non damnatur, niſi
quando contra Principem & rempublicam Romanorum,& hoc per illum tex. Tamen Andr.tenet contrarium,ibi ꝙ non in omnibus criminibus & capitibus, ſed in
primo & ij.cap.vt in d l.quiſquis.nec illa conſti.hoc ſtatuit expreſsè. ſed refert ad crimina infligentia pœnam mortis ,& amiſsionis bonorum. Math.ibi ſequitur Andr.
niſi etiã fuiſſet condẽnatus ad pœnã amiſsionis bonorum,aliàs non,& per Math.in d.
29 conſti.ſi dubitatio.in fi.iiij.not.& vide per Guido.Pa.in deciſ.cccxlj.Sed † qualiter dãnatur memoria,& proceſſus fieri debet,practicam ponit Ang.in d.§.interdum.Inſtit.
de hære.quæ ab inteſt.defer.& in d.gloſſ.che hai tradita la tua patria. & de iſtis bonis
proditorum extant c.reg.per quæ ipſo iure & abſq; ſententia ad fiſcum perueniunt,
vt in c.reg.nuper apud Tranum.& in c.reg.bona proditorum.& in c.reg.& ſi frequẽter.& alia diſpoſita:vt per gl.in d.c.nuper apud Tranum.Et no.ꝙ ibi ſi notorie commoratur in locis rebellibus,& tranſuolat ad hoſtes,ſtatim abſq; alio proceſſu , furca
ſuſpenditur, vt ibi,& de pœnis receptantium.& de filiis.& vide per Tho.Gra.in deci.
vj.an ob rebellionem bona publicentur,& dãnetur memoria, & an ipſo iure,an per
ſentẽtiam,& an ſaltim declaratoria requiratur crimen commiſſum eſſe per eundem
in deciſ.xv.vbi etiam contra notoriũ rebellẽ requiritur declaratoria,& an citatio requiratur,& an bona ipſo facto ſint cõfiſcata,ſplenè per Thom.Gra.in deciſ. cv.vbi ꝙ
præfata c.reg.locũ habẽt in notorio rebelle:in aliis requiritur ſentẽtia , & ibi an credatur principi aſſerẽti rebellẽ eſſe,& nu.48.an in notorio tantũ, & an ſentẽtia requi-
30 ratur,nu.56.cum ſeq.& ibi an citatio.Cætera † in materia huius criminis,per Mar.de
Lau. in ſuo tracta. cri.læſæ maieſt.per Ang.in d.gl. che hai tradita la tua patria. per
Math.in d.c.j.quæ ſint rega.& per Boni.in tra.male.in tit.de crim.læſæ maieſt. & per
Mar.in conſ.j.& per Capi.in d.deciſ.cxxx.& in cõſti. quoniã.qui ſint rebe. & in cõſti.
31 ad reprimendũ.& per tot.tit.ff.& C.ad l.Iul.maie. & an † reuelans ſecreta Regis,vel
Reginæ dicatur proditor,& commiſerit crimen lęſæ maie.& an cõmiſſum in Reginã
32 dicatur crimẽ læſæ maie.ſicut cõtra Regem,& per Mar.in cõſ.j.& † no. ꝙ Baro prohibẽs vaſſallũ accedere ad ſuperiores pro exponẽda querela de grauaminibus,& carcerans tenetur crimine lęſæ maieſta.vt per Par.in dicto tract.ſind.in verbo, excedunt
Barones.ver.an Baro.vbi niſi prohibeat ratione priuilegij ſecundarũ cauſarũ : vt per
33 eum,& † an miles deſerendo dominũ in militia cõmittat hoc crimen.Par.in d.tract.

34 in ver.excedunt milites.& de †reuelante ſecreta Regis qua pœna puniatur, per eun-
dem Par.in ver.excedũt cõſiliarij. vbi niſi de licentia Regis, & per Bal.in l.j.C.de teſti.
35 & per Bal.in c.j.de noua for.fideli.Et an†cõſpirans contra notariũ principis, aut can-
cellariũ incidat in hoc crimẽ, ꝙ ſic,vt per Par.in d.ver.excedunt cõſiliarij.in fi.vbi niſi
36 odio priuato,& ibi,de And.de Yſer.& eius morte.Itẽ†tenẽtur aduocati crimine læſę
maieſtatis,ſi in publico legerint falſum in tabulis publicis ad læſionem publicam.l.ij.
& ibi gl.ff.ad leg.Iul.ma.& per Par.ver.aduocati cauſarum.de exceſſu aduocat. Et an
37 Barones † poſſunt cognoſcere de hoc crimine,Par.in d.ver. excedunt Borones.de ex-
ceſſ.Baro.facit,nã hoc crimen ſpectat ad iuſticiariũ regionis,& ipſe cognoſcit,aut ma
gna curia,vt in conſt. iuſticiarij nomen & normã.ſed Barones in terris ſuis ſunt iuſti-
ciarij, vt tradit Math.in conſtit. pœnam eorum. immò vidi nonnulla priuilegia Ba-
ronum in quibus fiunt iuſticiarij Barones, ergo poſſunt cognoſcere: dic, vt per Par.
vbi ẽ.quòd nõ poſſunt,cùm ſit de regalibus,vt in d.c.j.quæ ſint reg. in ver.bona com-
38 mittentium.de†inferente iniuriã curialibus Regis qua pœna puniatur:dic,vt in con-
39 ſtit.reg.vt participatio.& declara quando locum habeat, vt ibi, per Math. Et † an in-
iurians famulum capitanei teneatur ſicut ſi offendiſſet capitaneum, dic vt per Boni.
in tract.male.in rub.de inſultu & percuſſ.de cæteris,vt ſuprà.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur vbi periculum eſt in mora,nec retardatur exequutio.*
2 *Amici & conſanguinei ſi procurant tumultum quo condemnatus liberetur, poteſt iudex facere renunciare defenſionibus, decapitare & accelerare executionem.*
3 *Homicida inquiſitus ſi inſtat ad defenſiones, vt res ad longum protrahatur, poteſt decapitari & poſtea inquiri.*
4 *Familia poteſtatis ſi timet condemnatum ab eius manibus auferri, poteſt ipſum occidere, intellige.num.6.*
5 *Condemnatus iniuſtè aut ſi pendet appellatio, poteſt auferri de manibus familia impunè etiam occidendo.*

1 DVODECIMVS Caſus †eſt vbi periculum eſt in mora: nam ap-
pellatio nõ admittitur,ſed executio acceleratur,vt per Specu.in tit.
2 de appell.§.in quibus.ver.vij.doct.in c.qua frõte.de appell.Et †ideò
dixit Bal.in l.cum reis. C.de pœnis.per illũ text. & gl.quòd ſi amici
aut conſanguinei accuſati, vel inquiſiti procurant tumultum quòd
liberetur,ꝙ tunc iudex poteſt facere conuictũ renunciare defenſio-
nibus, & ipſum propter periculũ decapitare, & ſic tunc acceleratur executio, & non
admittitur appellatio, vt in d.l.cùm reis. & Rom.in ſing.ccccclxxxix.Ang.in glo.qui
iudex ſtatuit terminũ ad fa.ſuas defen.ver.ſi autẽ aliquis.Mar.in pra.in §.examinanda.
ver.vlterius.& in l.qui cædem.in fi.ff.de ſicar.Ang.in conſ.xiiij. Par.in tra.ſind.in ver.
latro.in fi.j.ver.vbi acceleratur executio poſt tamen ſententiã, non ante condẽnatio-
3 nem.Facit †dictũ Bal.in c.quoniã contra.de proba.ꝙ ſi homicida inſtat ad defenſam,
vt res ad longũ protrahatur,debet interfici & poſtea inquiri,refert & ſequitur Phil.in
4 c.paſtoralis.§.quia vero.de off.deleg. & per Tho. in conſ.xlix. Immò †plus dixit Bal.
in d.l.addictos.ver.ſed pone ꝙ qui.quòd ſi familia videt & timet ductũ ad ſupplicium
auferri,poteſt ipſum impunè occidere. Alex.poſt Bar.in l.eiuſdem. §.transfugas.ff.de
ſicar.Math.in cõſt.terminũ vitæ.xxij.fallẽ.Bal.in l.fi. C.de male.& Mathe.& in l.fidei-
commiſſa.§.ſi quis.ff.de leg.j.Bar.in l.cuiuſcunq;.ff.ad leg.Iul.mai. Mar.in l.j.in princ.
ff.de ſicar.quod procedit ſi iuſtè fuiſſet condẽnatus, & non appellaſſet:ſecus ſi iniuſtè

aut

5 aut appellaſſet, nam nõ poteſt occidi: immo † tunc cõſanguinei & amici & etiã clerici poſſent eum de facto auferre à manibus familiæ, nec tũc incidunt in crimẽ læſæ maie. vt per Bal. ibi. & in d. l. addictos. & per Mar. plenè in l. j. in princ. ff. de quæſt. & in l. j. in prin. ff. de ſicar. nec tenentur pœna d. l. cuiuſcunq;. vbi Bar. ff. ad l. Iul. maieſt. Tempera
6 & † intellige, quando familia habuiſſet in mãdatis à iudice, vt occidat, & non aliter, vt ſentit Bal. in d. l. addictos. ita Mar. in d. l. j. ver. amplia etiam hunc text. ff. de ſicar.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Debitor fiſcalis condẽnatus non appellat, maximè, ſi debitum eſſet, & pœna manifeſta.*
2. *Condemnatus de ſpreta defenſa portationis armorum, & vſuraria pœna poteſt appellare facta declaratione, & à declaratoria quòd inciderit in pœnam.*

1 TERTIVSDECIMVS Caſus † eſt in debitore fiſcali cõdemnato qui non appellat. l. abſtinendũ. & l. fi. hoc tit. quod tamen dic & declara, vt per And. in conſti. intentionis. & ibi per Math. & in conſtit. ſi quis
2 in poſterum. xvij. nor. vbi † cõdemnatus de ſpreta defenſa portationis armorum, & pœna vſurariorum, à declaratione poteſt appellare, vt quia iudex declararet incidiſſe. Sed ſi debitum fiſci, & pœna eſſet manifeſta poſt ſententiam non appellat, cùm eſſet appellatio fruſtratoria, vt ibi per Andr.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Citatio verbalis non admittit appellationem, ſed à reali appellatur.*
2 *Appellatur à citatione per edictum in caſu non permiſſo.*
3 *Carceratus ex quo ſemper grauatur ſemper poteſt appellare.*
4 *Carceratus iniuſtè, impunè poteſt aufugere, & cuſtodes occidendo, et nõ habetur pro cõfeſſo.*

1 DECIMVSQVARTVS Caſus eſt † in citato, nam ſi quis citatur pro aliquo crimine à tali citatione non appellatur, quod tamen intellige in citatione verbali, & non in citatione reali per capturam: nam ſemper etiã per menſem appellare poteſt, vt per Bal. in l. ij. C. de epiſ. aud. Lanfr. in c. quoniã contra. §. interlocutorie. ver. & vt perfe-
2 ctius. de prob. Bar. & poſt eum Alex. in l. ij. ff. de appel. Fallit † in citatione per edictũ in caſu nõ permiſſo, vt p Bar. in conſt. ad reprimendũ. verſ. per edictũ. & per Alex. poſt Bart. in d. l. ij. & in l. iiij. §. prætor. ff. de dam. infe. nam tunc appellat.
3 Et de † materia carcerati ꝙ poteſt appellare etiam ſi ſtaret per longũ tempus, ex quo quotidie dicitur grauari, dic vt per Par. in tra. ſind. in verbo, carcer, & carceratus. & in verbo, captura. & per Mar. in pra. in §. attingã. & in §. diligenter. & in §. opportunè. & in l. j. in prin. ff. de ſicar. Ang. in gl. qui iudex iuſsit carcer. & per Thom. Gra. in vo. pen.
4 In quibus † ſi iniuſtè ſit carceratus poteſt aufugere, & nõ habetur pro cõfeſſo, & eximens eum de carcere non tenetur, & occidens cuſtodes nõ punitur, & fideiuſſores de ſecuro carcere non tenentur ad pœnam fideiuſsionis, vt per Thom. in d. vol. pen.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Condemnatus in crimine raptus non appellat.*
2 *Socij & complices in crimine raptus condemnati, an appellent.*
3 *Condemnatus de crimine quod conſtat per indicia & probationes dubitatus, etiam tortus an appellat.*
4 *Raptor eſt hoſtis publicus & perduellio, ideo non appellat.*
5 *Condemnatus non per claras probationes poteſt appellare, aut à iure non approbatas.*
6 *Pœna raptus non habet locum ſi rapta non fuit cognita, vel cognita & non rapta, & quando locum habeat. num. 7.*

DECIMVSQVINTVS Caſus † eſt in raptoribus virginum qui condemnati non appellant: vt in l. prima. C. de rapto. virgi. & in l. raptores. C. de epiſcopis & clericis. & in conſtitut. ſi quis rapere. & per Speculat. in titulo, de appellationib. §. in quibus. & per Alexan. poſt Bartolum, in l. conſtitutiones. ff. de appellationib. Angel. in dicta gloſſ. præſente Caio, & appella. & Andreas in capitulo primo. in verbo, committentium crimen læſæ maieſta-
2 tis. in titulo, quæ ſint regalia. vbi † intelligit habere locum in ipſo raptore, & non in ſociis, & auxiliatoribus, nam hi poſſunt appellare: vt per And. in dicta conſtitutione, ſi quis rapere. & per. Math. in conſtitutione, capitalem. primo notabi. quod intelligit Math. in dicta conſtitutione, ſi quis rapere. decima quæſtione. ſi fuiſſet conuictus, & confeſſus, aliás appellat, & ita intelligit dictá l. primá, vbi dicit probari quatenus,
3 ibi dicitur debere capi in flagranti, aut conuinci per legitimas probationes. Et † ideò ſi per indicia probetur: vt fuga & contumacia, vel ſine indiciis tortus & confeſſus, non prohibetur appellare ſi condemnaretur. Dic tamen contrarium, nam textus in dicta l. prima, dicit aut conuictum per legitimas probationes, aut captum in flagranti ad mortem condemnandum, nec appellare poteſt, & ſic alterum ſufficit, aut quòd conuincatur, aut quòd confiteatur, aut quòd in flagranti capiatur, ſi condemnatur non appellat. Præterea ſi hoc eſſet verum, eſſet ex regula huius legis, vt conuictus, & confeſſus non appellet, & non ex immanitate ſcœleris, quam conſiderat d. l. prima, & ita omnes ſentiunt Doctores, quid ſuprà dicentes eſſe ſpeciale in hoc crimine propter
4 immanitatem: vt condemnatus non appellet. Præterea † raptor eſt hoſtis publicus: vt in dicta l. prima. dicitur ibi, hoſtili more. vbi no. Bal. Sed hoſtis reipublicæ dicitur perduellio: vt declarat Augu. poſt Angel. in dicta gloſſa, præſente Caio, & appella. Reſpondendo ad dictum §. perduellionis. ſed perduellio non appellat: vt ibi notat glo. in dicto §. perduellionis. & per Aug. vbi ſuprà. Ergo nec etiam in hoc crimine raptus.
5 Fateor tamē † quòd ſi probationes non eſſent claræ, & à iure approbatæ, quòd ſi condemnetur appellare poſſet, cum l. prima requirat conuinci per legitimas, & à iure approbatas probationes: & ita intelligitur dictum Math. Et ſi plenæ & legitimæ, & à iure approbatæ ſint probationes, & ex eis condemnetur, vel capiatur in flagranti
6 condemnatus non appellet. Intellige † tamen, vt per Ioannē de Anania, in capitulo primo. de adulter. & in capitulo, cum cauſa. de raptor. Bald. in conſilio xxx. ſecundo volumine. Cuma. in conſil. lix. Mar. in dicta l. prima. & in l. is qui cum telo. C. de ſicar. in caſu quo fuerit rapta mulier & cognita, aliâs ſi rapta & non cognita, aut cognita, & non rapta, non punitur pœna dictæ l. primæ, ex conſequenti appellare poſſet. Vide
7 tamen † Bald. in dicta l. ſi quis non dicam rapere. & Cepo. in conſil. lvij. & plenè Mar. in dicta l. prima, verſiculo, vlterius quæro. & de materia dictæ l. primæ, an & quando locum habeat, vide per Martin. & Math. in dicta conſtitutione, ſi quis rapere. & in conſtitut. capitalem. Cano. in dicto capitulo primo. de adulter. & Mar. in conſilio cv. & conſilio lx. & ſequenti. & dicetur infrà.

## SVMMARIVM.

1 *Monetam falſificans non appellat.*
2 *Monetam falſificans quando puniatur, & quid ſi erat reprobata, vel alterius domini.*
3 *Bagattinos falſos expendens, & minutam monetam falſam an puniatur.*
4 *Monetam falſam expendens, quam credebat bonam & alius dederat, an puniatur, an verò excuſetur.*
5 *Monetam refutans in qua imago Regis eſt inſculpta an puniatur.*

*Monetam*

6 *Monetam plumbeam vel de ſtagno cudens vel expendens qualiter puniatur.*
7 *Moneta falſa quando reperitur in poſſe alicuius an præſumatur per eum fabricata.*
8 *Monetam falſificans in regno & ſocij qualiter puniantur.*
9 *Monetam tondens & radẽs in regno qualiter puniatur, & de tondente carlinos. num. 10.*
11 *Monetam tondens & expẽdens in regno, alterius quàm Regis, an & qualiter puniatur.*
12 *Monetæ falſificationis ſpecialia quæ ſint.*
13 *Monetam falſificare attentans & præparans ſi pœnituerit an puniatur.*
14 *Litteras Regis & ſigillum falſificans qualiter puniatur. & num. 15. & 17.*
16 *Litteras Papæ falſificans an pœna capitis puniatur.*
18 *Notarius conficiens falſum inſtrumentum an pœna capitis puniatur, an vero pœna manus.*
19 *Inſtrumento falſo vtens in regno qualiter puniatur. & num. 25.*
20 *Proteſtatio quòd intendit vti quatenus vera dixerint teſtes, & ſcriptura vera ſit, an releuet, & quid in regno. num. 22.*
21 *Articulum producens falſum, an poteſt renunciare, vt de falſo non teneatur.*
23 *Teſtem inſtruens vt falſum dicat qualiter puniatur, & quid iure communi. num. 24.*
26 *Accuſatio de falſo an ſuperſedere faciat in cauſa principali, & quando.*
27 *Pœna falſi quæ ſit.*
28 *Teſtis falſum deponens in criminalibus an eadem pœna puniatur. num. 34. & 35.*
29 *Teſtem falſum producens an pœna falſi teneatur. & num. 30. ſi dictum teſtis non fuit validum.*
31 *Falſitatem conſulens mandans, inſtruens & perſuadens an puniatur ſicut faciens.*
32 *Deportationis pœna an hodie ſit in vſu, & quid in regno.*
33 *Teſtis ſi depoſuit falſum, vt condemnetur inquiſitus qui poſtea fuit abſolutus an teneatur.*
36 *Falſi crimen non comprehenditur in generali indulto.*

1 DECIMVSSEXTVS Caſus † eſt in falſificante monetam Regis, nam conuictus & condemnatus non appellat: vt eſt text. in l. j. C. de falſa moneta. Ang. & Augu. in glo. præſente Caio, & appella. Alexand. poſt Bart. in l. conſtitutiones. ff. de appell. Boni. in tracta.
2 male. ſuper rubric. de pœna fal. monet. Et † an & quando puniatur falſificans monetam, & quid ſi erat reprobata, vel erat alterius domini, proſequere: vt per Dyn. in conſilio xxxvij. Gand. in rubrica de falſ. Bel. in practica. in gloſſ. falſarium. Angel. in gloſſ. falſario. Boni. in dicta rubrica, de pœna falſ. mone. Cepo. in conſilio lxxviij. Cuman. in conſilio cxxxviij. & Thom. Grama. in deciſi. lxxiiij. in fin. Mar. in conſi. lxxj. & plenè in l. qui falſum. ff. de
3 falſ. & Alexand. † in conſilio ciiij. primo volum. vbi de expendente monetam vilem, & minutam falſam, vt falſos bagactinos, & de his per Math. in conſti. reg. adulteri-
4 nam. & ibi † de expẽdente monetam falſam quam credebat veram, & bonam, & quod alius dederat ſibi, an puniatur pœna aliqua, an verò excuſetur: dic quòd ſi ſcienter, tenetur, ſi ignoranter, & conſtet qualiter alius dederat ſibi, excuſatur: vt ibi per Math.
5 poſt Cyn. & Saly. in l. maiorem. C. de falſ. Et † qua pœna punitur refutans monetam, in qua impreſſa eſt imago regis, dic quòd extra ordinem: vt not. in l. j. C. de vet. nu. po.
6 libr. xj. & per Math. in conſtit. ſi quis campſor. & de † pœna expendentis falſam monetam, vel vendentis monetam plumbeam vel ſtagneam, dic vt per Boni. in d. rub. de pe. fal. mo. & vide per Bart. in l. lege Cornelia. ff. de fal. & Ange. in gloſſ. falſario. verſi. quæro, an ille qui expendit. & per Bal. in conſ. xxxiiij. v. vol. & vide per Mar. in conſi-
7 lio lij. an † ſi reperiatur moneta falſa in poſſe alicuius præſumatur illam fabricaſſe,

& de expẽdente monetam falſam, an puniatur ſicut fabricans, per Mar. in conſi. xlvij.
8 In regno † verò falſificans monetam & conſentientes, & eam accipientes pœna capi-
tis puniuntur, cum publicatione bonorum, vt in conſti. reg. adulterina. de qua & eius
intellectu, & an locum habeat in falſificante monetam in qua non erat ſculpta ima-
go Cæſaris, per Thom. Gram. in deciſi. lxxiij. in princ. & per totum. puniuntur etiam
campſores detinentes monetam vitioſam, & aurum aut argentum vitioſum ſi curiæ
non tradiderint, vt in conſtit. ſi quis campſor. vt quia detinuerit aurum aut argentum
9 non de liga, & per Bart. in d. l. lege Cornelia. Extat † etiam alia conſti. puniens ton-
dentem aut radentem pecuniam auream, aut argenteam, ſimili pœna, vt in conſen-
tiente falſam monetam, quia pœna capitis cum publicatione bonorum, vt habetur.
10 in conſti. qui nummos. ſic & iure antiquo, vt in l. vniuerſos. C. de vete. nu. pote. & † ſic
puniuntur illi qui rotundant, & minuũt carlenos in regno, vel ducatos, vt in d. cõſti.
& ibi Math. & ibi, an puniatur conflans aurum aut argentum, vt occultet & illud de-
tineat, non tamen faciat aliquod vas, quòd ſic, pœna falſi, vt per Bar. in d. l. lege Cor-
11 nelia. Extant † etiam & cap. reg. punientia tondentes & fabricantes monetam, & ex-
pendentes aliam quam Regis, vt in c. reg. cùm ex diuerſis. & in c. reg. eam ſæpe ad nos,
an autem pœna d. c. interpretetur mors naturalis: quod ſic, vide per Tho. Gra. in deci.
lxxij. & in c. inci. perpenſa deliberatione. & in c. item permittimus atque ſtatuimus. &
in c. incip. vtq; ab excellentia noſtra. & per And. de materia. in c. j. in ver. monetę. in tit.
12 quæ ſint rega. Et de † nonnullis ſpecialibus in hoc crimine per Boni. in d. rubr. de pœ-
na falſ. mon. & Math. in d. conſtit. adulterinam. & per doct. in d. l. j. C. de falſa mo. per
quam l. j. & conſt. adulterinam. puniuntur etiam conſcij & participes, & de facili per-
uenitur ad torturam ad eos indicandos, vt dicit d. l. j. & ſic cùm eadem pœna punian-
tur non debent hi appellare. Sed dic vt dictum eſt de raptore, quoniam hi ſimiliter
13 puniuntur, ideo dic vt ſ. proximo caſu. Et de † attentante & præparante falſificare, &
pœnitente an dicta pœna puniatur, per Math. in d. conſt. adulterinam. & vide etiam
in materia tradita per Bel. in pra. in gloſ. falſarium. vbi etiam de refutante monetam
qualiter puniatur, & per Math. in deciſi. xxj. & per Thom. Gra. in deciſi. lxxiiij. de at-
14 tentante & falſificãte monetam an pœna capitis puniatur. Extat † etiam in reg. conſti.
incip. qui litteras. per quam falſificans litteras Regis, & eius ſigillum capite punitur,
dũmodo fuerint perfectæ, & ſigillatæ, & ſic exierint de cancellaria, & nõ aliter, vt ibi,
per Math. & dixit Tho. Gra. in vol. xxv. quòd ad hoc vt falſificãs litteras Regis capite
teneatur, neceſſe eſt, quòd etiam falſificet ſigillum poſt And. in d. conſti. qui litteras. &
in c. j. de vaſſa. qui contra conſti. Lotha. & vide per Math. latè in deciſi. xxj. & in deciſi.
cccciiij. vbi etiam quid iure cõmuni, qua pœna puniatur: vbi etiam quid ſi in totum
15 litteras falſificauit, ſed non ſigillauit, an teneatur pœna illius conſti. Quæ † conſti. in-
diſtinctè locum habet, ſiue gratiam contineant, ſiue iuſtitiam, ſiue fiat per notarios, &
ſcriptores cancellariæ, ſiue per partem, ſiue talis ratio & falſitas ſit alteri nociua, ſiue
non, vt requiritur iure communi, vt de falſo teneatur, ſiue ſit modica, ſiue magna,
ſiue in loco ſubſtantiali an non, ſiue eis vſus fuerit, ſiue non, ſiue fuerint iuſtæ, vel in-
iuſtæ: licet Panorm. in c. olim. de reſcrip. dicat quando iniuſtæ mitius puniri, tamen
conſtitut. loquens indiſtinctè his non obſtantibus pœnam capitis irrogat, vbi etiam
Math. ponit ſpecialia in hoc crimine falſi, & cæteras quæſtiones, vide vt per eum, in
tali litterarum falſificatione. & per eundem Math. in deci. cccciiij. & ibi, an habeat lo-
cum in mandante falſitatem & raſuram, & per Thom. Gram. nouiter in deciſi. xxvij.
vbi quod d. conſtitu. non cõprehendit mandantem, & ibi, quid ſi falſificat litteras
magnæ curiæ vel proregis an locum habeat, quod non pœna mortis naturalis vbi
16 fuit condemnatus in vita ad remigandum. Et de † falſificante litteras Papæ an pœna
mortis

mortis puniatur, & qua pœna, dic vt traditur in cap. ad falſariorum. de falſi. & in c. ij.
eodem. & in c. ij. de reſcri. & per Ana. in d. c. ad falſariorum. per Salyc. in l. maiorem
C. de falſ. & per Philip. in dicto c. ij. de reſcript. vbi dixit præcedente degradatione, eſſe
pœnam mortis, & per Capi. in deciſi. xxx. & Thom. in d. deciſi. xxvij. & Math. in dictâ
17 deciſi. xxj. & in d. deciſ. cccciiij. vbi pœna capitis quomodo intelligitur. Extat † etiam
de falſificante litteras Regis, & ſigillum. c. reg. incip. vt quæ ab excellentia noſtra. per
quam imponitur pœna mortis cum publicatione bonorum contra falſificantes ſigil-
lum Regis tam in priuilegiis, quàm in litteris clauſis & patentibus, & per Math. in d.
18 deciſi. ccccuij. De † notario verò conficiente falſum inſtrumentum qua pœna punia-
tur, diſcutitur per Boni. in titu. de falſi. & Gand. in rub. de falſa. & Bel. in gl. falſarium.
& Angel. & Auguſt. in glo. falſario. & dicunt in vſu eſſe iure. Longob. pœnam manus
eſſe: Iure verò regni pœnam mortis naturalis, & vltimi ſupplicij, vt ſtatutum reperi-
tur per conſti. reg. iudices. vbi non vt olim pœna manus intelligenda eſt, ſed pœna vlti-
mi ſupplicij, & ita intelligit Capi. d. conſti. in deciſi. clij. per quam notarius conficiens
inſtrumenta falſa fuit furca ſuſpenſus, & ſic pœna vltimi ſupplicij condẽnatus. Math.
verò in d. conſti. iudices. tenet non puniri pœna mortis, ſed pœna l. j. §. fi. ff. de falſ. &
ſic deportatione cum publicatione bonorum, & intelligit d. conſtit. loqui. & locum
habere in notariis actorum, & in falſificante acta publica iudicij: & ſic non in notario
conficiente falſum contractum aut inſtrumentum, & ſi conſuetudo eſſet quòd pro
pœna falſi in notario pœna manus imponatur, illa imponenda eſt, ſecundum Bal. in l.
Romanæ. C. quæ res expor. poſſ. tamẽ in regno pœna conſti. imponenda eſt, cùm tum
conſuetudinaria imponenda eſſet, vbi conſti. non reſiſteret. vt dicitur in d. conſti. iudi-
ces. & in prohe. conſti. & in conſti. puritatem. Nec procedit interpretatio Math. vt in-
telligatur in notario actorũ, nam reſiſtunt verba illius cõſti. ibi, in conficiendis publi-
cis documentis: acta enim dicuntur iudicij non documenta. Item in conſti. præceden.
occupatis nobis. dicitur notarium eſſe perpetuum, licet iure cõmuni dicit gl. ibi, offi-
cium tabellionũ durabat triẽnio, & ſic intelligit illam gl. in notario publico & tabel-
lione. & poſtea in d. conſt. iudices. dicit notarium in conficiendis publicis documen-
tis ſi falſitatem conſcripſerit puniri pœna vltimi ſupplicij: cùm ergo in d. conſtit. de
fide notarij dicatur, & ſupra dixerat de notario tabellione, & non actorum, ergo ſe-
quitur quòd intelligitur de notario cõficiente inſtrumẽta publica, & non acta: & ita
intelligunt ibi gl. & And. vide nouiter per Thom. Gra. in deciſi. xxvij. & ibi, an d. cõſt.
locum habeat in notariis actorum falſificantibus acta, & quid ſi non ſint valida nec
aliis noceant. Cæteras quæſtiones de notario falſum committente, vide per ſupradi-
ctos docto: vbi ꝫ. maximè Angel. in gloſ. falſario. & Boni. vbi ꝫ. & alios in d. rubricis.
19 Et de † vtente falſo inſtrumento extat conſti. reg. qui falſo. vbi ſi ignoranter non tene-
tur pœna falſi, idem in teſtibus falſi ſi ignoranter vtatur, non tenetur pœna falſi, niſi
ſcienter & dolosè vſus fuerit, vt tradunt dicti doct. vbi ꝫ. maximè Ang. & Boni. ideò
inoleuit practica, vt pars ſemper faciat interrogari partẽ ſi vult vti teſtibus vel inſtru-
mentis præſentatis ad hoc, vt ſi dicat ſe vti velle, & appareat falſitas, puniatur, vt di-
20 cit Math. in d. conſtit. qui falſo. ſecus ſi deſiſtit: & an † valeat proteſtatio quòd inten-
dit vti quatenus vera ſint, & non aliter. Boni. dicit quòd ſic & aliter cogi non poteſt,
& Math. in d. conſti. qui falſo. dicit dari terminum ad deliberandum, & dat cautelam,
vt non dicat, non intendo vti cùm fateretur falſum, ſed reſpondeat non curo de tali
inſtrumento; & practica prædicta fuit ſumpta à doctr. Bart. in l. ſi falſos. C. de falſ.
& vide per Felin. de dicta reſponſione quatenus vera dicunt, poſt Parnom. in præſenti-
21 tum. de teſti. vbi etiam quòd datur terminus ad deliberandum, vbi etiam † dicit ſecus
eſſe in producente falſum articulum, nam non ſufficit renunciare, vt euitet pœnam

22 falſi,vt in ſecunda concluſ.per eum,& in tertia concluſione. In † regno verò eſt ex-
peditum:vt ſimpliciter reſpondeat,& non cum proteſtatione prædicta , vt per prag.
incip.teſtem fa ſum.& fuit deciſum in ſacro conſilio:vt per Math.in deciſio.clxxxix.
23 Et † de inſtruente teſtem,vt falſum dicat, qualiter puniatur:dic vt in conſtitu.reg.
qui falſitatem.vbi pœna falſi punitur,iuxta dictā l.primā.§.fina.ff.de falſ.non autem
24 pœna manus ratione periurij:iuxta conſtitut.eos qui ſcienter. & † an iure communi
talis inſtruens falſum teſtem puniatur pœna falſi,dic vt per Math.ibi in dicta conſti-
tutione,qui falſitatem.poſt Saly cet.in l.prima. C. de raptor.virgi.& locum habet di-
cta conſtitutio,etiam ſi poſtea teſtis depoſuerit veritatem , nam inſtruens , pœna
falſi punitur per illam conſtitutionem : vt ibi per Math.licet alias, tunc extrà ordi-
25 nem puniretur,extrà illam conſtitutionem.& † not. per illam pragmaticam : quòd
vtens falſa ſcriptura , & falſis teſtibus amittit cauſam,& de falſo punitur , niſi facta
publicatione infra octo dies renūtiauerit vſui teſtium &,ſcripturę, nam aliâs cauſam
non perdebat, vt proſequitur Math.in dicta conſtitutione,qui falſitatem. in fin.& in
26 dicta deciſione clxxxix. Sed † an tunc ſuperſederi debet in cauſa principali accuſa-
tis teſtibus,& parte proſequere:vt per Math. in deciſione ciij.& in deciſione. ccxxix.
& per Capi.in deciſio.xxv.vbi limita quatuor modis,& an in cauſa poſſeſſorij, vt per
eum,& per Thom.Gram.in deciſio.lx. in fin.extat in reg pragma.incip. Raymundus.
per quam ſuper vtrūque proceditur,& cauſa principalis terminatur per ſententiam,
præſtita cautione in caſu retractitionis conſtito de falſitate.Sed ſi ex eiſdem actis al-
legauerit falſitatem,proceditur donec iudici de falſitate conſtiterit, & tunc ſuperſe-
detur,vt ibi.Cætera de falſitate teſtium.vide vt per Angel.in dicta glo.falſario.Boni.
Gand.& Bel.in locis vbi ſuprà, de materia falſitatis , quos vide:ſufficit contingentia
27 in facto,& in regno ſtatura referre. Et † quia dicta pragmatica punit teſtem de fal-
ſo, pœna falſi quæ ſit tam in ciuilibus , quàm in criminalibus iure communi tradit
Alexand.plenè in conſilio lv.ſeptimo volumi.in regno verò eſt pœna manus , ſiue in
iudicio deponat falſum,ſiue extra iudicium:vt in conſtitu.reg.eos qui ſcienter.& ibi
per Math. in ſexta quæſtione. Intellige quando falſitas eſt in ſubſtantia negotij
principalis, nam in circunſtantiis,vt per Thom.Gram.in deciſione xliij. & deciſione
28 lx.nume.16.& ſequenti.& vide † per Mar. in conſilio xxvij. de teſte falſo deponente
in criminalibus,an eadem pœna puniatur,& quid ſi non condemnatus , ſed fuit tor-
29 tus ex eius dicto.& in l.j.§.præterea.ff.de ſicar. & † dicta prag.locum habet etiam ſi
vnum teſtem falſum produxit ex his quæ tradit Gand.in dicta rubric.de falſ.& Boni.
30 eo.& Angel.in dicta glo.falſario.Habet † etiam locum ſi eius dictum fuerit validum,
ex his quæ tradit Bart.in l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſ.dic vt per Gand.& Ang.& alios
31 vbi ſ.& Tho.in volu.xxv.& Boni vbi ſ.& Mar.in d.§.præterea.& an † conſulens,in-
ſtruens,mandans,& perſuadens falſitatem teſti,eadem pœna manus puniatur , quòd
non per Math.in dicta conſtit.eos qui ſcienter.& in conſti.qui falſitatem.quòd pœna
deportationis & non manus,cùm non iurauerit,& ita dicit Math.exequutum,maxi-
mè quia d. conſt.qui falſitatem, dicit,falſitatē inſtruentem puniri pœna falſi, quæ eſt
32 deportatio,quæ † pœna licet in vſu non ſit:vt per Alexan.in d.conſ.lv.vij.volum. &
Capi.in d.deciſ.cliij.attamen habere poſſet locum in regno,cùm in eo ſint inſulæ , vt
dicit Capi.aut ad remigandum condemnabitur,licet pœna remigationis ſuccedat in
locum pœnæ damnationis in metallum,vt per eum poſt Imo.in l.ſecunda ff.de publ.
33 iudi.Et † quid ſi falſum depoſuit teſtis ad effectum , vt condemnetur de homicidio,
inde fuit abſolutus,an puniatur pœna homicidij & mortis,quòd ſic per Bald.in titu.
de pace Conſtantiæ.no.in c.hæc imago.xxxiij.q.v.& per Archidia.in §.qui falſa.iiij.q.
34 tertia.gl.in capit.nihilominus.tertia,quæſt.nona. vide † per Phili.in cap.ſicut.in prin.

de

deteſtibus.vbi an & quando teſtis in cauſa capitali deponit falſum, an eadem pœna
35 puniatur, & † tunc locum non habet dicta conſt.eos qui ſcienter.quando dolo teſtis falſum deponit,vt condemnetur ad mortem,quoniam ſi ex eius dicto fuerit condemnatus,vt homicida punitur,per ſupradicta, & non pœna manus. Sed quando aliter falſum deponit periurando in iudicio vel extra: non ſecuta morte ex eius dicto. Et
36 not.† quod dicit Math.in deciſio.cccciiij.circa finem. quòd in generali indulto conceſſo per Principem,non comprehenditur falſarius,nec ex eo poteſt iuuari. poſt Alb. in rubri.C.de falſ.& per Thom.nouiter in deciſione ſecunda. & an in cauſa falſi admittatur compoſitio per Thom.in deciſ.xliij.& in deciſ.lxxiiij.num.18.

## SVMMARIVM.

1 *℣ Caporalis manifeſtam faciens violentiam condemnatus non appellat.*
2 *Coadunati qualiter puniantur ob violentiam, & an ſicut caporalis, & an caporalis teneatur ad damna coadunatorum.*
3 *Caporales qui dicantur & quando teneantur principales & caporales.*

1 DECIMVSSEPTIMVS Caſus † eſt in caporali coadunāte gentes & vim inferente,nam ipſe caporalis tenetur de eo quod alij faciunt & condemnatus non appellat,vt eſt tex.in l.quoniam multa. C.ad leg.Iul.de vi publi.& in hac lege,quæ ita intelligitur ſecūdum glo.quatenus declarat manifeſtam violentiam, allegando d.l.quo-
2 niam. Alij † verò tenentur de ſimplici violentia, & de eo quod ipſi fecerunt,vt per Bart.in d.l.quoniam.& in l.ij.§. ſi quis non ipſe.ff.vi bonorum rapto.& ibi an teneatur principalis ad damna coadunatorum: & quæ ha-
3 bentur poſt eum in apoſt. Qui † autem dicantur caporales, vide Bald. in l.prima.C. de ſer.fugit.& Barto.& poſt eum. Alexand.in l.ſecunda.§.ſi quis homines.ff.vi bono. raptorum.Bald.in conſil.xxix.quarto volum.Boni.in rubr.de accuſat.& in rubri. de inſul.verſi.ſed quid ſi in rixa.in quibus quando etiam tenetur caporalis.Cepo. in conſilio xxx.& ſeq.& conſil.xxxvj.& ſeq.& Mar.in conſi.lxvij. vbi etiam an locum habeat in mandante d.l.quoniam multa.

## SVMMARIVM.

1 *℣ Latro famoſus condemnatus non appellat, & an debeat eſſe conuictus & confeſſus.n.2.*
3 *Latrones famoſi & inſignes qui dicantur, qualiter puniantur, & qualiter contra eos procedatur.num.4.*
5 *Latronem famoſum eſſe quem conſtare an debeat ad vt tanquam contra famoſum procedi poſſit.*
6 *Tortura qualis debet eſſe contra inſignes latrones, & an ſeruetur ius commune. num.8.*
7 *Latronibus quomodo credatur, & de ſtatutis in regno aduerſus inſignes latrones.*
9 *Procedatur nè contra fures ſicut contra latrones, & an ex ſimplici confeſſione condemnari poſſint.num. 10.*
11 *Pœna furti iure communi & iure regni, quæ ſit.*
12 *Fur an condemnari poſſit ad mortem pro pluribus furtis, licet minimis.*
13 *Fur an ſtatim quod fuſtigatur liberandus eſt, an verò rem reſtituere debeat.*
14 *Iudex an poſſit temperare pœnam mortis in fure furante vltra vnciam.*
15 *Cap.reg. ad hec.an ſit ſublatum per capit.reg. tormentis.*
16 *Furtum ob magnum an inquiri poſſit ex officio, & an crimen erit publicum, licet pœna mortis imponatur, & de materia furti. num.17.*

1 DECIMVSOCTAVVS Caſus eſt † in inſigni & famoſo la-
trone, nam condemnatus non appellat ex quo intereſt reipubli-
cæ ſtatim puniri, vt in l.conſtitutiones. ff.de appellat. in primo
exemplo. Andr.in c.j.§.publici latrones. de pa.tenen.Par.in trac.
ſind.in verbo,latro.j.& ij.verſi. Ang.in glo.præſente Caio.And.
2 in c.j.verſi.bona committentium, quæ ſint rega. Sed † an iſti de-
beant eſſe conuicti & confeſsi. Par. vbi s. j.verſicu.ſentit quòd
ſic, inquantum dicit quòd latrones conuicti & confeſsi non appellant, ſed dic quòd
ſiue ſint conuicti condemnati,ſiue confeſsi condemnati non appellant; intereſt enim
ſtatim eos puniri per d. l.conſtitutiones. & ſi requireretur quòd eſſent conuicti &
confeſsi, nullum eſſet ſpeciale, ſed ex diſpoſitione & regula huius legis, & ita tenent
in d.l.conſtitutiones.& traditur in l.ſi quis filio.§.hi autem. ff.de rup.teſta.vbi famo-
3 ſus latro non appellat.Ang.in d.glo.præſente.Caio. Qui † autem dicantur famoſi &
inſignes latrones plenè Bart.& Alexan.poſt eum in l.capitalium.§.famoſos. ff.de pœ-
nis. & per Bald. & alios in authen. ſed nouo iure. C.de fur. And. in d.c.j. §.publici la-
trones. Par.in d.verbo,latro.ij.verſi. & in verbo,tortura. lo iij. verſi. quidam latro fa-
moſus.per Iaſ.in §.ex maleficiis.Inſtit.de actio.ij.not.vſque ad fin.vbi multa de his la-
tronibus, & qualiter puniri debent, & ibi etiã qualiter intelligitur quòd in his liceat
iura tranſgredi, & per Math.in conſtitut. iuſticiarij non per Calendas. v.not. Mar. in
4 conſi.xxij.& per Thom.Gra.in conſil.lix. Qualiter † autem contra iſtos procedatur,
& an ſeruari debeat iuris ordo, & vbi puniendi ſint & qualiter, & an dictum eorum
faciat indicium contra ſocios, & an poſsint renuntiare defenſionibus ſuis, dic vt per
Par.in d.verbo,latro.cum duobus ſequent.verſi.& ibi, an fama exiſtente quòd ſit fa-
moſus latro ſufficiat, vt puniatur tanquam famoſus latro. & Iaſ.in d.§.ex maleficiis.
& Math. in dicta conſtit. iuſticiarij non per Calendas. Andr. in dicto §.publici latro-
nes.Mar.in d.conſil.xxij. Math.in conſtit.pacis cultum.ij.glo. Ang.in glo.veſtem ce-
leſtem. Gand.in rubr.de fur.& latr. Boni.in titu.de fur.& roba. Iacob.de Bel.ea.rubr.
5 in pra.crim. Mar. in pra.in §.examinanda. Thom.Gram.in d.conſil.lix. Not. † tamen
vnum in hoc quod dicit Andr. in dicto §.publici latrones. quòd ſi procedatur contra
aliquem tanquam contra famoſum, & inſignem latronem, neceſſe eſt prius hoc con-
ſtare, videlicet, ipſum eſſe famoſum ad hoc, vt tanquam contra famoſum proceda-
tur, niſi fuerit captus in flagranti, & ibi, quid ſi conſtat famoſum eſſe, & tortus non
6 confitetur, an abſoluatur. Et quid † ſi non probatur talis qualitas an abſoluatur, &
ibi, qualis debet eſſe tortura contra famoſum latronem, & an ſæpius poſsit, & debeat
reperi in tortura, & per Par. in dicto verbo, tortura. lo tertio. in verſi. quidam latro
7 famoſus. Circa † iſtos publicos latrones in regno reperitur ſtatutum per multa cap.
& primo circa fidem adhibendam dicto latronis contra ſocios & receptatores, ha-
betur in cap.reg.frequens & in effrenata.vbi ſtatur dicto trium latronum ſegregatim
interrogatorum poſt torturam, & non, inſimul, & quòd ſint concordes inſimul in
eorum dicto, & quòd perſeuerent in eorum confeſsionibus, vt plenè de intellectu
8 huius cap. tradit Thom.in d.conſil.lix. Et † vide aliud c.incip. conſtitutionem diuæ
memoriæ. & de tortura inferenda, vt non ſeruetur contra eos ius commune, dic vt
in cap.incip.in accuſatis autem. & in cap.tormentis. & in cap.idem prouiſa iuris ſan-
ctio. & in cap.ſequen.incip.idem maieſtas. & vide aliud cap.incip. diu iam. vbi quòd
vbique capiatur, & vide per Math. in dicta conſtit. pacis cultum. in ij.gloſ. allegat
9 c.reg.incip.de iuris cenſura. vbi de pœna ſuſpendij furcarum: contra † verò alios fu-
10 res non ita proceditur, ſed iuris ordine ſeruato, vt per Thom.in d.conſi.lix. Et † not.
quòd ex ſimplici confeſsione de furto ſi aliter non conſtat, non poteſt condemnari,
vt per

vt per Angel.in glo. veſtem celeſt. verſic.quid ſi quis confiteatur.Par.in tract.ſind.in
verbo,confeſsio.Auguſt.poſt Angel.in d.glo.& in gl.fama publica. Deci.in c.dilecti.
in princ.de iudi.Mar.in l.j.in princ. ff.de quæſtio.& in pract.in §.poſtquam.& conſil.
viij.conſi.xxxv.conſi.xl.conſ.xlix.conſi.liij.conſi.lxxvj & conſil.cxxx. Thom.in con-
11 ſil.xxxvij. & conſi.lx. Pœna † autem furti iure communi traditur per Bald. & Salyc.
in d.authen.ſed nouo iure.C de ſer.fug. & per Ang. in d.gloſ. & veſtem celeſt. Gand.
& Bel.vbi ſuprà,& Iaſ.in d.§.ex maleficiis.& in l.j.C.de preci.imper.offeren. In regno
verò extat cap.incip.ad hoc.de fur. vbi pro primo furto fuſtigatur, auris amputatur,
bullatur in fronte,& bannitur à prouincia ſi res furata non excedat auguſtalem.i.va-
lorem quindecim carlenorum,vt declarat Math. in conſtitu.quicunque mulierem.ij.
not.ſubripiens verò rem valentem vltra auguſtalem infra vnciam, manus ei ampu-
tatur: ſupra vnciam vel in vncia furca ſuſpenditur, & nobilis decapitatur. Eodem
modo in rapina,vt in c.reg.incip.placuit de conſilio.& vide glo.in d.c.ad hæc. & ibi,
12 an †pro pluribus minimis furtis imponatur pœna capitis,quòd ſic, vt per eam,& per
Iaſ.in d.§.ex maleficiis.& Andr.in conſtit.ſuper inciſionibus,vbi Math.quòd pro fur-
to trium gallinarum ſuſpenditur, vt per eos: intellige quando diuerſis temporibus,
non inſimul, nam vnum eſſet furtum licet plures res furetur, vt per Mar.in l.fi.nu.19.
13 ff.de ſicar. Et †not.quòd licet fuſtigetur rapiens & furans rem infra auguſtalem,non
tamen liberatur, & relaxatur à carcere niſi reſtituat rem furatam, vt per Steph. Aufr.
in addit. ad cappell.toloſa. deciſi.xxij. & per Bald. in l.quod euitandi. C.de condi. ob
turp.cau.& in l.ea quidem.C.de accuſat.& per Bart.in l.j.§.hoc ædictum.ff.vi bonor.
rap.& in l.j.C.quãdo ciui.actio. nam iudex ex officio ſuo ſupplet ex eadem inſtantia.
& per Arno.in epit.xxxj.& plenè per Par.in tract.ſind.in verbo,condemnatio. verſic.
ſequitur modo.vbi quando conſtat per confeſsionem furis, & non aliter, vide vt per
14 eum. Sed an † iudex poſsit temperare pœnam mortis in furante rem valentem vltra
vnciam,quòd ſic,ex his quæ tradit Rom.in conſil.cccxxix. vbi ſi ex diſpoſitione ſta-
tuti pro paruo furto furca ſuſpenditur, iudex poteſt temperare pœnam ſtatuti, quod
dictum refert & ſequitur Auguſt.poſt Ang.in glo.quas ſi non ſoluerit.& Mar.in l.j.§.
15 diuus Hadrianus. C.de ſicar.Arno.in dialo.xxxviij. & † licet Arno.in cõmen.cxxxiij.
teneat d.c.ad hoc.fore ſublatum per c.reg.ſubſequens,incip. tormentis. nam fuſtiga-
tio eſt tortura,vt dicit Ang.in l.Imperator.ff.de ſtatu.homini.ſed circa torturam pro-
uidit d.c.tormentis. quod eſt poſterius,ergo. Tamen talis ratio non procedit,nam c.
tormentis.prouidit in procedendo,& circa torturam inferandam.c.verò adhoc.pro-
uidet in puniendo, & imponendo pœnam fuſtigationis, & ſic ambo Capi.prouident
circa diuerſa,ergo primum non tollitur per poſterius, & fuſtigatio ad pœnam infli-
gitur, non ad torturam: immo dicerem ſi cap.adhoc ſtatueret pœnam torturæ, non
eſſet ſublatum per d.c.tormentis.per quod tortura adhibetur ad probationem,& in-
16 quiſitionem veritatis,& non ad pœnam. An †pro furto magno inquiri poſsit ex me-
ro officio non obſtante quòd crimen ſit priuatum. Ioan.de Ana. in conſi.xxxij.tenet
quòd ſic,& per Bald.in l.iubemus.C.de proba.& in tit.de pace Conſt.in verbo,crimi-
nalibus.vbi etiamſi imponitur pœna furcarum,crimen eſt priuatum,non publicum.
17 Cætera †in materia dic,vt per doct.criminaliſtas in locis ſuprà allegatis,maximè Bel.
Gand.Boni.& Angel.in rubr.de fur.& in glo.veſtem celeſtem. vide,vt per eos.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Seditioſus condemnatus de ſeditione non appellat.*

2 *Seditioſus dicitur dux factionis.*

3 *Seditioſi qui dicantur, quando committatur crimen ſeditionis, quid ſit ſeditio, & quid*

*iudicibus quomodo de ſeditione cognoſcant .num. 4. & 11.*
5 *Crimen ſeditionis qualiter contrahatur, & an mulieres teneantur hoc crimine.*
6 *Pœna ſeditionis quæ ſit, & qualiter puniantur ſeditioſi.*
7 *Seditioſus an repellatur à teſtimonio.*
8 *Seditio ſi incidenter & conſequenter fuerit ſequuta an puniatur.*
9 *Seditio ſi ſit contra principem ob priuatum odium an dicatur fieri contra rempublicam.*
10 *Seditio ſi ſit contra malum regimen tyranni an ſit punibilis.*
12 *Homicidium ſi non eſt commiſſum in ſeditione, ſed ſimplex tumultus qualiter puniatur, & accurrentes ad videndum an puniantur, & de materia vide num. 13.*

1 DECIMVSNONVS Caſus † eſt in ſeditioſis, & cócitantibus
ſeditioné in patriam vel alios, ná ſi conuincatur, aut confiteatur,
& condemnetur non appellat: vt dicitur in l. conſtitutiones. ff. de
2 appel. Iſte enim † dicitur dux factionis, vt per Andr. in c. j. §. ſi no-
luerit. de capi. qui cur. vend. qui non appellat. vt ſtatim dicetur.
Bar. & Ang. in d. l. conſtitutiones. Alex. poſt Bart. in l. ſi quis à fi-
lio. §. hi autem. ff. de rup. teſt. & in l. Pantonius. §. rei perduellionis.
ff. de acquirend. hæred. Arch. & Ioan. andr. in c. felicis. de pœnis. in vj. Tamen Bar. in l.
j. ff. de offic. eius. & Alexand. in d. §. hi autem. Marti. de Lau. in trac. crimi. læſæ maieſta.
§. ſeptimo. & Nicola. Boer. in tract. de ſedi. ſeptimo præſuppo. dicunt quòd licet non
recipiatur appellatio, tamen differtur executio, & reſcribitur ad ſuperiorem. Sed qui
3 dicantur † ſeditioſi: dic vt per Bart. in dicta l. conſtitutiones. & in l. capitalium. §. ſo-
lent. ff. de pœnis. & in l. ſi quis aliquid. §. authores. ff. eodem. & in l. iij §. qui ſeditionem.
ff. de re milit. & in l. j. C. de ſedi. & ibi per Saly. & in l. ij. C. eodem. Boni. autem in tracta.
male. in titu. de ſedi. dicit illum committere ſeditionem, qui ſeditionem, aut proditio-
nem tractat de aliqua ciuitate vel caſtro habendo, vel dando cauſa faciendi guerram
contra publicam vtilitatem, vel tractat facere nouitatem in ciuitate, vel contra pu-
blicum ſtatum ciuitatis, vel tractat ſe fieri dominum terræ, vel loci alterius ad
tumultum populi, vel ſimilia faciendo contra publicam vtilitatem, & quietum ſta-
tum reipublicæ. dicta l. prima & ſecunda. C. de ſeditio. vel tractat proditionem de ter-
ra, & dare eam inimicis. l. proditores. C. de re milita. l. penultima. ff. ad legem Iu-
liam maieſtat. Ludouicus verò montal. in ſuo tractatu de reprobatio. ſentent. pila. in
principio ſecundi articu. dicit ſeditionem fore quandam concitationem populi, ad
aliquid illicitum perpetrandum, etiam quòd non fiat directè contra patriam, ſeu
rempublicam. l. tertia. §. qui ſeditionem, vbi gloſſ. ff. de re milita. Capi. verò in deciſio.
cxxx. dicit illum committere ſeditionem qui concitat populum ad tumultum, gri-
dando, viuat talis, aut moriatur exclamationibus, & vociferationibus: vel dicat ex-
clamando populo populo, poſt Lucam de Penna, in rubrica. C. de publ. lætit. libro. ſe-
4 cundo, vel aliter concitando: vt per eum ibi. & † quid ſit ſeditio, & quis dicatur ſedi-
tioſus, plenè dic: vt per Nicola. Boer. in dicto tracta. de ſeditio. ſecundo præſuppo.
& ibi per eum, de materia ſeditionis. & per Capi. in dicta deciſio. cxxx. vbi etiam di-
xit non teneri hoc crimine qui facit ſeditionem contra Principem ob inimicitias pri-
uatas, vel ſe defendendo, & ibi quòd pro ſeditione vnius ciuitatis non poteſt cogno-
ſcere iudex alterius ciuitatis, ſed ibi remitti debet: vt per Angel. in authent. de mand.
5 princi. §. fina. & ibi quòd ex officio procedi poteſt in tali crimine. Sed † qualiter &
quando contrahatur tale crimen ſeditionis, dic vt per Decium in conſilio cclvj. Qui
autem teneantur & an mulieres crimine ſeditionis, dic vt per Angel. in gloſſ. che hai
tradita la tua patria. & Augu. poſt eum. & poſt gloſſ. in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam
maieſta

maieſtat.. Aretin.in conſilio xxxix.Paul.de Caſtr.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdictio. omnium iudic.Nicola.Boer.in dicto tract.de ſeditio.quòd ſic,tamen ex aliqua modica cauſa excuſantur,vt per Oldra.in conſil.cccxcj.circa finem.& per Nicol. Boer.vbi
6 ſuprà. Sed ✝ qua pœna puniantur ſeditioſi, dic quòd pœna capitis, maximè ſi ad id tendat ſeditio quod pœnam mortis mereatur:vt ſi interuenerit homicidiū, aut quid ſimile:vt in dicta l. capitalium.§.ſolent.& §. hi quoque.ff. de pœnis. capitu.ſeditionarios.decimaſexta diſtinct.& capi.conſpirationum.ij.quæſt.prima. & l.denunciamus. C.de his qui ad eccl.confug.& cap.primo.§.conuenticula. de pa.iur.firman. Montal. in dicto tracta.de reproba.ſen.pi.in ſecundo verſi.Anan.in capi. cùm ex iniuncto. de hære.Nicola.Boer.in dicto tractat u, ſeptimo præſuppo.Boni.in dicto tract.dicit puniri iuxta qualitatem perſonæ, aut quòd furca ſuſpendantur, aut quòd beſtiis ſubiiciantur,aut deportentur.l.ſi quis aliquid.§.ſi autores.ff. de pœnis. & Bartol. in dicto §.ſolent.& per Capi.plenè in dicta deciſio.cxxx.& ibidem dicit Boni. agentes & con-
7 ſentientes,& dantes opem & auxilium eadem pœna puniuntur. Item ✝ ſeditioſus à teſtimonio repellitur.vt per Bald. in capit.primo.§. conuenticulas.de pace iura.firm. Innocen.in cap. cùm I. & A. de re iudica.Montal.in dicto tracta.ſecund.articu. Tem-
8 pera ✝ autem prædicta, & intellige vbi hoc animo committendi ſeditionem principaliter,ſeditionem,& tumultum fecerit, non autem ſi incidenter, & conſequenter cauſata fuerit ſeditio & tumultus, puta ob aliquod factum ciuili diſſentione, & ideo in hoc dixit Bald.in l.prima.§.fin.ff.de iuſtitia & iure,quòd ſi ſtatutum puniret capitaliter turbantem quietum ſtatum ciuitatis & reipublicæ, intel ligitur ſi principaliter dictam turbationem faceret,non autem ſi in conſequentiam alterius delicti. & per Capi.in dicta deciſio.cxxx.xiij.ſpeci.& per Thom. Gramma.in volum.xix.& plenè per Mar.in l.prima.§.diuus.ff.de ſicariis.& in l.prima. C. eodem. & in ſingul.clxx. & in ſingul.ccxlvj & per Felin.in rubrica,de treuga,& pace. Angel.in l.ſecunda. C.de ſedi. Alexand. poſt Bartol. in l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de cap. & poſtlimin. reuer.Felin.in capit.fin.de teſtib.Nicola.Boer. in dicto tracta.de ſeditio. ſeptimo præſuppo.Bald.in l.prima.§.fin.ff.de iuſtitia & iure. Angel.in l.metum. §. animaduerten-
9 dum.ff.quod met. cau.Idem ✝ intellige quando contra Principem, & rempublicam ſeditio fit:vt non fiat priuata inimicitia:nam non tenentur tanquam ſeditioſi contra rempublicam.dicta l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.Bart.in l.hoſtes.ff.de cap.& poſtlimin.re.Martin.de Lau.in tractatu,crimin.læſæ maieſt.§.xxj. Nicola.Boer.in dicto
10 tractatu,quarto præſuppo.Item ✝ limita niſi fecerit ſeditionem ad turbationem regiminis tyranni:vt per Archidiaco.Floren.in ſua ſum. ſecunda parte,quarti tit.capi.
11 viij.§.primo.Nicol.Boer.in dicto tracta.in quinto præſuppo.& ✝ vide dicta per eundem in ſeptimo præſuppo. quòd indicia ad torturam debent præcedere,& quòd ex officio procedi poteſt,& quòd iudex alterius ciuitatis non poteſt cognoſcere de ſeditione alterius ciuitatis poſt Cyn.& alios.Bald.& Angel.in l.ſi quis alicui.ff. de adulte.
12 Item ✝ præmiſſa intellige vbi aliquod maleficium fuerit ſecutum, aliàs ſi nihil mali fuerit ſecutum pro prima vice, & vnico actu non pœna mortis indicitur, ſed aut virgis cæduntur, aut eis ſpectaculis interdicitur. l. capitalium. §.ſolent. & l.ſi quis aliud. §. actores. ff. de pœnis. niſi ſæpius fiat talis concitatio, aut à præſide moniti, non deſtiterint.vt per Capi.in d.deciſione cxxx. poſt Lucam de Penna in rubrica, C. de publi.læti.libro vndecimo,ad idem etiam per Salyce.in l.prima.C.de ſeditio.quòd non puniuntur ſi accurrerint homines ad tumultum per laſciuiam nihil vltra pec-
13 cantes, nec facientes. Cætera ✝ de hoc crimine per Martinum de Lau. vbi ſuprà, Boni.vbi ſuprà, Nicolaus Boerius in dicto tractatu. de ſeditio.Montal.vbi ſuprà.& Capi.in dicta deciſio.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Factionis dux condemnatus non appellat, & quis dicatur. nu. 2.*
3 *Factionum duces ſeu caporales qualiter puniantur.*
4 *Factionis dux & proditor contra regem qualiter puniatur, & an abſque ſententia & iuris ordine.*
5 *Manifeſtus & notorius proditor regis an appellat condemnatus & an ſe defendit, & quando.*
6 *Manifeſtus proditor dicitur ſi tenet terram rebellatam contra Regem.*
7 *Proditores qui dicantur, & quot modis dicitur fieri proditoriè. & nu. 12. & nu. 8.*
9 *Proditores qualiter puniantur. & nu. 13.*
10 *Forindicatus & bannitus an occidi poteſt proditoriè, & veneno.*
11 *Occidens proditoriè an gaudeat immunitate eccleſiaſtica.*

1 VIGESIMVS Caſus † eſt in duce factionum, nam condemna-
tus non appellat, vt in d. l. conſtitutiones. ff. de appellat. & in l.
2 ſi quis. §. hi autem. vbi doct. ff. de iniuſ. rup. teſta. Dux † autem fa-
ctionis dicitur caput proditionis, ille enim eſt qui principalis eſt,
in aliqua proditione ſiue Regia, ſiue vniuerſitatis, aut loci, ſiue
particularis perſonæ ad eas offendendas, vt ibi, dicit Bart. per l.
quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & in d. l. conſtitutiones. per Alber.
in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi pu. facit tex. in extra. ad reprimendum. & Ang.
3 in d. glo. præſente Caio. Andr. in c. j. §. bona committen. quæ ſint rega. Not. quòd † iſti
caporales factionum pœna capitis puniuntur, cæteri verò ad emendam damni. l. iij.
§. qui autor ſeditionis. ff. de ſicar. & d. l. conſtitutiones. Bald. in conſi. xxiiij. iiij. volum.
4 Nicol. Boeri. in tract. de ſedit. vij. præſuppo. De † proditore verò Regis, & duce fa-
ctionis contra Regem quando eſt manifeſtus & notorius, poteſt condemnari abſque
ſententia, & abſque iuris ordine, vt in c. reg. nuper apud Tranum. & in c. reg. bona
proditorum. quod intellige, vt ibi, per glo. quoad bona quæ publicantur abſque ſen-
tentia, ſublata iuris peritorum dubitatione, vt per Andr. & Math. in conſtit. contin-
Iul.de vi pub.ſed ſi vltra inſultũ percutit,& vulnerat tenetur ad pœnam manus tan-
tùm,cũ vna in aliã transfundatur,& ſub maiori cõprehẽditur,ita gl. ibi in cõſt.ſi quis
aliquẽ.in ver.amittat.& And.& Math.in fi.vbi plura allegat & limi.vt ſuprà diximus,
niſi diuerſo tempore arma portauerit,& percuſſerit vtraque pœna tenetur,& vide re-
miſsiones vt per eum:& ſupra diximus.& per Boni.in rubrica,de inſultu,& percu.&
50 ſic ex † officio procedi poteſt vbi inſultus fit cum armis ex quo pœna legis Iuliæ
tenetur quæ eſt deportationis, & ſic mortis ciuilis : vt comprehendatur ſub caſibus
51 in capitulo,reg.vt delatas.& tradit Thom. in dicto conſilio xliij.& ſic etiam † poterit
ad torturam deueniri propter inſultũ cum armis,cũ pœna ſit vltra relegationem, iu-
xta ca. reg.tormenta.ideò non rectè dixit Par.in verbo,tortura.lo tertio.verſiculo,an
in cauſa pecuniaria.quòd in inſultu facto cum armis non ſit locus torturæ, hoc ta-
men intelligas ſi procedatur ad pœnam conſtitut.aſperitatem.vt puniatur duplicata
pœna armorum , at ſecus vbi de vi publica inquiritur , nam tunc eſſet locus tortu-
52 ræ. An † armatus exiſtens ſi prohibeat alicui ne vtatur re ſua teneatur de vi publica.
And.in dicta conſtitutione,intentionis. dicit quòd ex ſola prohibitione non puni-
tur pœna dict. l.Iuliæ. niſi effectualiter non ſinat vti re ſua ſtans armatus , & prohi-
bens,vt per Math.ibi in fin.ſecundo notab.Cætera in materia inſultus vide per Bo-
ni.in rubrica,de inſul.& percu.& per Bel. in pract.in gloſ. & dictus Titius.& Ang. in
53 gl.fecit inſul.& in gl.admenauit.de † percuſsione verò & vulnere,licet iure commu-
ni vulnerans cum enſe tenebatur de ſicariis.l.prima.§.diuus.ff.de ſicar.& l.is qui cum
telo.C.eodem. tamen in regno punitur pœna manus , nam ſi aliquis facit inſultum
contra aliquem,& ipſum vulnerat punitur pœna manus : vt in conſti.reg.ſi quis ali-
quem.& in capit.reg.ſi quis cum roncha.& in capit.primo.§.ſi quis alium.de pace te-
nenda.per quæ iura punitur ea manu cum qua percuſit,& ſic punitur in ea parte cor
poris,in qua deliquit: ſimilia vide per Math.in prin.& in fin.poſt gloſſ.in dicta con-
ſtitut.ſi quis aliquem. quæ conſtitutio non habet locum in mandante,ſed in facien-
54 te,vt per multa trad t Thom.Gram.in deciſione xxviij.in fine.Sed † quid ſi condem-
netur ad pœnam manus,nec tamen iudex dicit in ſententia quæ manus ſit amputan-
da,an intelligatur de dextra,& ſic de validiore, an de ſiniſtra, & ſic de debiliore,dic
quòd

de debiliore in mitiorem partem:vt per Bart.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fugiti.&
in l.vulgaris.ff.de furt.& Alexand.poſt eum.& in l.inter ſtipulantem. §. primo. ff. de
55 verbo.obligat.Et † quid ſi fuiſſet condemnatus,vt ſibi amputetur manus dextera,&
executor per errorem amputauit manum ſiniſtram: ſic de oculo, vt quia facta fuit
executio in oculo ſiniſtro, cùm dexter erui deberet virtute ſtatuti, an iterum fienda
eſt executio in dextera manu, & dextero oculo, dic ꝙ non, ex quo ſiniſtra manus,
& oculus ſiniſter nõ poteſt reſtitui,ita per Bar.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig.
56 actio.& per Par.in tracta.ſind.in verbo,executio.in prin.& ibi † quid ſi non reperia-
tur manus dextera,an ſiniſtra amputabitur,an vero commutabitur pœna, dic quòd
commutari poteſt:vt per Bald.in cap.primo.§.iniuria.de pace iura.firm. & in l.com-
uenticulam.C.de epiſcopis & clericis. Alexand. poſt Bartol.in dicta l.vulgaris.& per
Par.in d.verb.executio.& Boni.in rubr.quid ſit accuſatio.ver.ſed quid Martiuus fuit
accuſatus.dicit puniri ad ſimilem,tamẽ loquitur de membro,vt per eum. Idem ſi ma
57 nus † fuiſſet arida,vt per Ange.in l.ij.ff.de publi.iud.Alexan.poſt Imol.& Bald.in d.
auth.ſed nouo iure.Alexand.poſt.Barto.in d.§.qui reprobos.& Bald.in l.ij. C. vt j̃.
cer.tem.Ang.in gl.membrum.Gand.in rubr.de pœn.Nell.in tracta. banni. in ij.par.
ij. temp.q.lj.& q.lxij.licet Imo.in d.l.ij.C.vt j̃.cer.tem.quòd arida amputanda ſit,ta-
men contrarium tenetur,vt per Ang.in d.gl.verũ ſi cum arida percuſsit, arida ampu
58 tanda eſt,per d.conſti.ſi quis aliquem.ſi verò † non conſtat cum qua percuſsit,in re-
gno pręſumitur percuſsiſſe cum validiore,& validior amputanda eſt,ita ſtatutum re
peritur per c.reg.ſi quis cum roncha.& per Math.poſt And.in d.conſti.ſi quis aliquẽ.
in iij.not.& in c.j.§.ſi quis aliquem.de pa.ten.per And. & ſic ceſſat ratio predictorum
59 in d.auth.ſed nouo iure.& ibi per Math. quid ſi † in vno impetu & inſultu quis duos
vulnerauit,an duæ manus ſint amputandæ,remittit ſe ad Albe. in tra.ſtatu.iij.par. q.
60 lj.quã no.quia ſæpius poteſt contingere, & † plenius tradit in v.q.vbi ſi plures per-
cuſsit diuerſis tẽporibus,& pro prima percuſsiõe fuit ſibi amputata manꝰ dextera,an
ſiniſtra ſit amputanda:arguit & refert doc.diuerſa ſentire.maximè Sal.in d.l.ij.C.vt j̃.
cer.tem.ꝙ ſiniſtra:quod tamẽ eſſet cõtra d.conſt.ſi quis aliquẽ.nam cũ debeat puniri
manꝰ dextera, quę fuit amputata,nõ debet ſiniſtra amputari,quæ nõ peccauit:tamẽ
Maht.dicit iudicẽ bñ facere ſi cõmutet in pecuniariã,vel aliter,attẽta qualitate cauſæ
& perſonæ,ſed nõ aduertit ad Par.in d.ver.executio.qui dicit,ſi manũ dexterã nõ re-
61 periri debere cõmutari pœnã & ſiniſtrã nõ amputari.Fallit † niſi percutiẽs fuiſſet man
cinus, nam manus ſiniſtra deberet puniri cũ qua peccauit & deliquit, & nõ dextera:
vt ibi per Andr.in d.conſti.ſi quis aliquẽ. Fallit etiam niſi amputata dextera percutit
cum ſiniſtra, nã etiam ſiniſtra amputabitur.& ita fuit deciſum, vt per Tho.Gram.in
62 deciſ.xciiij.per totum.Et † no.quòd d.conſt.ſi quis aliquem.locum habet in vulnere
magno lædente & apparẽte cicatrice in quauis parte corporis fuerit illatum, nec lo-
cum habet in modica cutis ſciſſura non cadente, & in vulnuſculo:aliud enim eſt
vulnus magnum, aliud paruum.l.vulneris magnitudo. vbi Ang. ff.de iniur.& in l.
j.§.potuiſſe.in fi.ff.ad Sille.pro hoc tex.in l.j.in §.vitium quidẽ. ff.de ædil. edicto. vbi
63 modicum vulnus non habet in ſe delictum,& † facit dictum Bald.in l.fi.C.de ædili.
acti.vbi ſindicus nõ tenetur denunciare percuſsiones,vbi leuis eſt cutis ſciſſura,& per
Angel.in l.extat. ff.quod met.cau.Alexan.in conſil.ciiij.j.volum. & ita dixit Ang.in
gl.vna alia percuſsione, vbi non venit leuis ſcorticatura,licet cum ſanguinis effu-
ſione,vt licet pro vulnere per ſtatutum puniatur,non venit tale vulnuſculum, & ita
fuit practicatum, & multa tradit Martin.in practica.in §.& qui.i.in princ. vbi multa
adducit ſimilia.& ita in regno fuit interpretatum.& iudicatum,vt dicit glo.& Andr.
in d.conſtit.ſi quis aliquem. & And in dicto cap.primo.§.ſi quis alium.de pace tenen.

dicit ita interpretatum per peritos regni, vt d.conſtit.locum non habeat, vbi inſultus
fit cum armis & modicè læditur, vt non remaneat cicatrix, nam de iſtis vulnuſculis
non eſt curandum, & etiam tradit Math.in d.conſti.ſi quis aliquem.in j.quæſt.& vide
per Boni.in rubr.quid ſit accuſatio.verſi.quid ordinatum eſt quòd ſi quis percuſſerit.
64 Sed quid † ſi vulnus non apparet, ſed cum baſtono, aut enſe ad plactum fuit percuſ-
ſus in capite, aut alia parte corporis vt vulnus non appareat, ſed tumefactio, an pœna
d.conſtit.puniatur, dic quòd non: cùm vulnus dicatur carnis ſciſſura, vel ſeparatio in
aliqua parte corporis, vt habetur in l.ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe. ff.ad leg. Aquil. vbi
Bart.& Bald.& Bart.in l.prætor.§.rem atrocem. ff.de iniur. & dicit And. in d.§.ſi quis
alium.quod d.conſtitut.locum habet vbi fit vulnus cum ſanguinis effuſione, tamen
Bar.in d.§.rem atrocem.& Bald.in d.§.rupiſſe. dicunt ſi neceſſe ſit aperire tumefactio-
nem, & fiat vulnus quòd comprehenditur ſub ſtatuto vulneris, & per Mar.in d.§. &
quia.vbi vide.& Math.in d.conſtit.ſi quis aliquem.in ij.quæſt.qui dicit tunc compre-
65 hendi, & vide Ang.in glo. & ipſum Titium percuſſit. Quid † autem ſi baculo & ba-
ſtono, aut lapide, aut pilea plumbea percuſſit aliquem, non tamen cum ſanguinis
effuſione, an puniatur pœna manus. Andr. in d.conſtit.ſi quis aliquem, & in conſtit.
intentionis.dicit non puniri pœna d.conſtit. Math.verò ibi, in iij.quæſt. & in ij.glo.§.
refert Bartolo. de cap.dixiſſe puniri in ducatis aureis, decem parti, & viginti fiſco, &
iudici: ipſe autem extra ordinem puniret iuxta qualitatem perſonarum, loci, & tem-
66 poris. Ad idem per Thom. Gram. in vol. xv. niſi † cum communitiua armatorum,
tunc licet percutiat cum baſtono pœna legis Iuliæ teneretur, & eſſet locus torturæ,
& foriudicationis, vt ibi, per Thom.& per eundem, in deciſi.xvij. Sentit ergo Math.
non teneri pœna manus quando percuteret baculo abſque ſanguinis effuſione, ergo
ſi cum ſanguine maximè vulnere apparente in capite, erit pœna manus, idem ſi eſſet
tumefactio, & fuiſſet neceſſaria ſciſſura tumefactionis, niſi ex tali percuſſione eſſet
leuis carnis inciſio, & vulnuſculum, vt dicit ibi Math.in ij.glo.vbi ſi percuſſit, & ſcin-
dit veſtes & non vulnerat, aut modicè non teneri pœna manus poſt Angel. in glo.&
ipſum percuſſit.& per Boni.in tit.quid ſit accuſatio.ver.ſed quid ordinatum eſt quòd
65 ſi quis percuſſerit. Quid autem † ſi dentibus percutit, aut vnguibus cum ſanguinis
effuſione an pœna manus puniatur, quòd non, cùm dentes aut vngues non ſint prin-
cipaliter ordinati ad offendendum: ita per Angel. in l.ſi pignore.§.furem. ff.de fur.&
in l.iij.§.armis. ff. de vi & vi arm. & dentes non dicuntur arma, ſed pars corporis, vt
plenè per Bart. in conſil.cxxvj. incip.ſtatuto caſtri plebis, vt non comprehendantur
in ſtatuto, & per Mar. in d.§.pro complemento. vbi idem dicit ſi percutiat cum am-
phora, aut vaſe vitreo, & phiola plena vino, ita etiam per Math.in d.conſti.ſi quis ali-
quem.iiij q. licet de Mar.non faciat mentionem & eius autoritates alleget. Quid au-
68 tem † ſi aliquis inſequatur aliquem, & inſequendo cecidit & ſe percuſſit an puniatur
pœna d.conſtit. & quid ſi percuſſit in ceruellaria quam habebat ad caput, & illa in
fronte fecit vulnus, an puniatur pœna d.conſtit.in primo caſu quòd non, in ſecundo
caſu propter vulnus factum cum ceruellaria puniatur de vulnere: in primo vero tan-
quam fieri faciens vulnus, vt per Angel.in gloſ. & ipſum percuſſit. & Mar.in d.§. &
quia.verſi.vlterius.& Math.in d.conſti.vij.& viij.quæſt.de Mar.nullam faciente men-
tionem. Alias quæſtiones in hac materia percuſſionis videas, vt per Boni.in rubr. de
inſul. & percu.& in rubr. quid ſit accuſatio. & Bel.in pra.in glo. & ipſum percuſſit,
& Ang.in ea.glo.cum ſequen.& ſeq.& in glo.in platea communis. & ſeq.& Mar. vbi
69 ſuprà.& Math.in d.conſtit.ſi quis aliquem. vbi † not. illam quæſtionem. in vj.quæſt.
quod quidam dederat fideiuſſionem de non offendendo quandam meretricem, & iu-
rauit in promiſſione, deinde percuſſit eam, & vulnerauit eam in facie, an puniri poſ-
ſit pro

ſit pro periurio pœna manus ſiniſtræ iuxta conſtit. eos qui ſcienter. & pro percuſsione, manus dexteræ. Refert Regem Ferdinandum ordinaſſe vtramque manum ampu-
70 tari, & ita fuit executum, quod not. quia poſſet euenire. Sed an † commutari poſsit pœna huius conſtit. in pecuniariam, dic quòd aut eſt ſolitus ſimilia vulnera inferre, aut vulnus erat læthale, aut membrum aliquod fuit debilitatum, vt brachium, pes, manus, aut facies deturpata per cicatricem, & tunc commutari non poteſt, ſed pœna manus punitur, aut eſt homo bonæ opinionis & famæ, & non ſolitus talia facere, nec membrum aliquod eſt debilitatum, nec facies deformata, & vulnus non fuit læthale, & tunc poteſt pœna commutari, ita ſtatuitur in reg. per c. incip. ad peruerſorum. Nam licet per præcedens c. incip. ne quis de ſua prohibeatur commutatio pœnę corporalis, tamē per d. c. mitigatur in homine bonæ famæ, & vbi vulnus nō fuit læthale, & membrum non eſt debilitatum, quod intelligitur parte concordata, ſecundum ritum magnæ curiæ, & per Math. in d. conſtit. ſi quis aliquem. in ij. not. vbi quòd etiam ſi pars fuerit requiſita, & noluerit concordari, tamen poteſt commutare, vt per eum, & vide de iſta commutatione pœnæ per Par. in verbo, compoſitio. in prin. vbi de dicto c. reg. & dicit fuiſſe ſtatutum per reginam Ioannam, vt condemnandus ad pœnam manus, ſoluendo duodecim vncias, liberetur, ideo inoleuit dictum vulgare, dodeci onze o la mano, ita per Par. ibi, & per Math. in conſtit. ſancimus. in §. niſi. viij. not. de iur. proto-
71 miſeos. & in conſtit. ſummo periculo. Sed † quando dicitur membrum debilitatum, vt non fiat commutatio, dic vt per Bartol. in l. j. §. is autem. ff. ne quid. in flu. publ. & in l. ij. in fin. ff. de public. iud. & per Bald. in l. fin. xiij. oppo. C. de ædili. actio. vbi dicitur debilitatum ſi amiſit ſolitum exercitium, & quando perdit proprium officium,
72 immò tunc dicitur mortuum, vt ibi. Quæ † autem dicatur cicatrix, tradit Angel. in glo. cicatrix. poſt Floria. in l. fin. ff. de noxa. & Bald. in l. ſi quis in metallo. C. de pœn. vbi dicit eſſe ſciſſuram carnis apparentem ex parte exterioris partis cutis cum defor-
73 matione, quæ poſt ſanatum vulnus remaneat. Quid autem † veniat appellatione membri, & an manus, dic quòd ſic, vt per doct. in d. authen. ſed nouo iure. & doct. in l. ij. ff. de pub. iud. & Angel. in glo. membrum. & doct. in c. in quibuſdam. de pœnis. & an veniat digitus, vt ſi digitus debilitetur in inſultu, & percuſsione, an puniatur pœna manus. doct. vbi ſuprà. & Ang. in d. glo. dicunt conſiderari qualitatem perſonæ debilitatæ, nam ſi eſt magnus artifex ſeu pictor, vel ſcriptor comprehenditur ſub ſtatuto de debilitante membrum, aut quòd per debilitationem digiti amittat manus officium, vt per Bonif. in rubr. quid ſit accuſatio. verſic. ſed quid ordinatum eſt quod ſi quis percuſſerit. & Math. in conſti. vt dignitatum gradus. & an barba, dic vt per Ang. ibi, & in gl. in facie. & ibidem per Auguſt. an mamilla mulieris, & an naſus, oculus, auris, & lingua, & pes, dic quòd ſic, cùm quilibet habeat proprium officium, & ideo ſi quis oculum eruerit, aut obcæcauerit, vel naſum, aurem, aut linguam truncauerit, vel pedem debilitauerit, punitur pœna manus. Quid autem ſit membrum, tradunt doct. in ſupradictis locis, & plenè Bertach. in ſuo reperto. in ver. membrum. ij. verſic. & per Bonif. in rubr. quid ſit accuſatio. verſi. ſed quid ordinatum eſt. vbi ſentit contrarium niſi vt propter deformitatem non poſsit conſecrare, licet maiori pœna puniri debeat propter oculum & naſum quàm propter digitum Et de oculo intellige ſi erat ſanus, & non cæcatus, nam ſi eum eruerit non tenetur pœna manus & ſtatuti, vt per Bald. in l. conuenticula. C. de epiſc. & cleric. Card. in c. j. qui cleri. vel vouen. Alexand.
74 poſt Bart. in l. vulgaris. ff. de fur. & an † membrum ſit debilitatum, & an cicatrix remanſura ſtetur iudicio medicorum, vt per Ang. in glo. membrum. & in glo. cicatrix. niſi ſit notorium, & appareat per inſpectionem, tunc ex quo notorium per facti euidentiam non requiruntur medici, in dubio autem ſic, vt ibi, vbi etiam an vnus ſuffi-

ciat, & quid ſi diſcordant, vt per eum.quæ conſtitutio prædicta ſi quis aliquẽ comprehendit etiam fœminã vulnerantem, vt maſculinum concipiat fœmininum, ita Boni.in rubr.quid ſit accuſatio.in duplici loco.& per Mar.plura in l.j.C.de rapt.virg. quando in delictis procedat,& traditur in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.vide per eos.
76 & not.† quòd pro vulnere vltra pœnam manus tenetur ad emendam operum,& expenſarum,vt in l.ex hac lege.ff.ſi quad.paupe.fe.di.& per Math. in conſtitut. pœnam præced.in vj.not.vbi ſi culpa leui,vel leuiſsima vulnerat,tenetur ad expenſas & operas.Secus ſi caſu vulnerauerit,nam non tenetur.& d.conſtitut. compræhendit etiam ſeruum nedum liberum hominem.nam ſeruus vulnerans hominem liberum pœna manus punitur,vt per Thom.Gra.in deciſ.xvj. Limita niſi percutiatur in domo detentoris aleam ratione ludi,nam percuſſor non tenetur, vt per eundem Thom.in deciſ.xl.& d.conſti.compræhendit vulnerantem ſeipſum,vt per Thom.in deciſio.xliij. an autem compræhendat mandantẽ,per eũdem in deciſio.xxviij. per totam: declara
77 per Math.in d.conſtitut.Redeundo † ad materiam legis Iuliæ, vt in eam incidit iudex prohibens appellationem in capitalibus, nam hac lege tenetur.l.lege Iulia.ff.eodem.Bald.in l.ſi quis à filio.§.hi qui.ff.de inru.rupt.teſta.& per Anchar.in cle.prima. de exceſ.prælat.per Barto.& alios in l.iudices.C.de appellat.& Alexand.poſt Bart.in d.l.lege Iulia.& per Par.in tra.ſind.in verbo,appellatio.ver. ſubiicio.in fi.& per Bal.
78 in l.addictos.C. de epiſcop.aud. Immò † dominus prohibens, aut carcerans vaſſalos ne accedant ad ſuperiores ad appellandum, aut querelandum contra dominum de grauaminibus contra eos illatis,tenetur crimine læſæ maieſt.vt per Luc.de Pen.in l.j. in fi.C.vt nemo ad ſuum pa.& per Par.in tract.ſind.in rub.de exceſſu Baro. in ver.an Baro teneatur.vbi limitat niſi Baro qui haberet merum & mixtum imperium, & ſecundas cauſas,ſi hoc fecerit pro tuitione priuilegij primarum & ſecundarum cauſarum,non tenetur hoc crimine,& refert & ſequitur Capi.in deciſ.cxxx. ver. item ex l. iiij.& per Math.in deciſ.cclxv.verſ.xxij.& per Tho.Gra.ciiij.plenè quando dominus malè tractat vaſallos indebitè vexando & carcerando quod priuatur iuriſdictione.&
79 ibi an requiratur monitio ſuperioris antea.Item † conuocans homines ad vim faciendam alicui,vel cauſa ſeditionis faciendæ,nam congregans tenetur hac lege, & homines congregati.l.qui cœtu.& l.qui dolo.in fi.ff.ad leg.Iul.de vi.& in l.fi.C.eo.Cœtus
80 autem † & turba dicitur congregatio decem, aut quindecim hominum.l. prætor.§. j.ff. vi.bon.rapto.& ibi Bart.vbi de turba, cœtu, multitudine,& populo.& Boni.eo.
81 tit.& † licet pro verberibus non ſit pœna corporis afflictiua, tamen quando fit hominibus coadunatis tenetur lege Iulia.de vi pub. vt d.l.qui dolo. in fi. & l.iij.C.eod.& in l.ij.ff.de vi pri.& per Bar.in d.l.lege Iulia.& ibi quando ambaſciator verberatur,&
82 quando fecerit animo occidendi.In regno † autem pro verberibus imponitur pœna iuxta qualitatem perſonæ verberantis, aut verberati, vt in conſti.reg.vt dignitatum gradus.vbi ſi Burgenſis,aut ruſticus,aut valletus verberauerit, aut tentauerit verberare militem,aut nobilem,pœna manus punitur.ſi verò nobilis nobilem, priuatur militis honore,& per annum extra regnum exulat.Idem ſi minus nobilem tẽtauerit verberare,& ſi Burgenſem,aut ruſticum pro qualitate iniuriæ & iudicis taxatione punitur.Si miles militem,extra regnum pet annũ exulat, & amiſsione omnium equorum
83 ſuorum punitur,vt ibi dicitur.& † not.quòd verberatus debet articulare quòd ſcienter nobilem verberauit,vt puniatur pœna d.conſt. ita dixit Ang.in l.j.C.de Nili agge. non rump.vbi dicit ſe obtinuiſſe in accuſatione: quia nobilem percuſsit.& non fuit dictum ſcienter.faciunt dicta per Philip.in c.ſi quis epiſcopus.in princ.de hære. & per
84 Arno.in comment.xlj de † pœna verberantis alium cum baſtono, per Mar.in conſil.
85 lxvij.nu.51.& de baſtonante † & dante pugnum,aut alapam,& qualiter fiat ſatisfa-

ctio

ctio parti, & maximè quando ignobilis nobilem verberauerit, plenè tradit Par. in
verbo, compoſitio. verſiculo, quia plures. vbi ponit ſatisfactionem. & idem de ſatiſ-
factione mulieris in facie per alium deformatæ, & pro ſatisfactione debilitati, & læſi
86 qualiter fiat emenda proſequere, vt per eum. vbi multa. De † aliis verò iniuriis proſe-
quere, vt per Bel. in practica in prima parte. per totam rubricam, de iniuriis. Boni. in
rubrica de iniuriis. & Ange. in gloſſ. verbo, contumelioſa. & Maram. in ſpec. aur. in vj.
parte, in verbo, inquiſitio. vide per eos. & in regno vide conſtit. varietates pœnarum.
vbi fit æſtimatio iniuriæ per partem cum iuramento, deinde taxatur, & moderatur
per iudicem in ſententia, & à tali taxatione poterit appellare, vt ibi dicitur, & proſe-
87 quere, vt per Math. ibi, vbi de libello. & † an ſit criminalis cauſa, an ciuilis, vt per eum.
& ex hoc an interuenire poſsit procurator, quòd ſic: vt per Arno. in ſingul. xlj. & an
compromitti poſsit quando inter coniunctas perſonas per eundem in commenta.
88 cvij. in quibus de intellectu dictæ conſtitutio. varietates pœnarum. & † an ſi iniuria
facta ſit conſanguineo per conſanguineum, remitti poſsit à patre conſanguinei. dic
quòd non, vt per eundem in dialog. xlviij. & qualiter remittatur iniuria, dic vt per
eundem in dialo. lx. vbi propter ſequens ſeruitium, quæ not. pro intellectu d. conſtit.
89 varietates. De † pœna expilatis barbam, & baſtonantis, & capientis per crines abſque
ſanguinis effuſione, dic vt in ca. j. §. ſi quis aliquem cœperit. quòd in decem libras auri
parti, & xx. iudici, & ſic in ducatis aureis decem parti, & viginti iudici, vt per Math. in
conſtit. ſi quis aliquem. in ij glo. poſt Barto. de cap. & ſimiliter de percutiente pugno,
aut alapa, & de male tractante aliquem abſque percuſsione, vt quia manu eleuata, &
aliis verbis, & contumeliis, dic vt in d. c. j. §. ſi verò temerarius. quòd in quinque libris
auri parti, & decem iudici, & ſic in quinque ducatis aureis parti. & decem curiæ. iuxta
interpretationem Bart. de cap. de qua per Math. in d. conſti. ſi quis aliquem. tamen iu-
xta dictum Math. ibi de baſtonante, eſſet puniẽdus iuxta qualitatem perſonæ, & loci
factæ contumeliæ arbitrarie in plus vel minus, & dic vt per Roma. in ſing. dlxiij. &
Arno in dialo. lxj. vbi pro alapa fuit condemnatus ad exilium per bimeſtre tẽpus, vt
90 per Tho. Gra. in deciſ. xiij. Item † cõmittit vim publicam retinens aliquem ne ad iu-
dicium veniat. l. lege Iulia. ff. eo. & l. legis Iuliæ. ff. ad l. Iul. de vi pri. vbi Bar. §. arripiant.
91 in auth. vt omnes obed. iud. De † arripiente autem condemnatum à manibus familiæ
tenetur crimine læſæ maieſtatis, vt per Barto. in d. l. legis Iuliæ. & in l. cuiuſque. ff. ad
92 l. Iul. maieſt. Iaſ. in l. j. §. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & de occidente † cõdemna-
tum ductum ad ſupplicium per Bal. in l. addictos. C. de epiſc. aud. Monta. in tra. de re-
93 prob. ſen. pila. ver. & hæc ſufficiant. & ver. ad hæc omnia. Ro. in ſing. incip. Bald. & † de
eximente vide per Guid. Pape in deciſ. ccxxxiij. & ibi de ſubripiente literas ſuperio-
rum à manibus ſeruiẽtis, & lacerãte litteras ſuperiorũ, qua pœna puniatur. Eripiens
autem non condemnatũ tenetur de vi publica: vt diſtinguit Bar. in d. l. legis Iuliæ. &
94 in d. l. cuicunque. Item † mittens aliquem mitratũ ad iudicẽ, vel epiſcopum tenetur
lege Iulia. de vi publ. vt per Bar. in l. lege Iulia. per illũ text. ff. ad leg. Iul. de vi publ. &
per Par. in ver. remiſsio. vbi plene an, & quando teneatur Cæteros caſus proſequere,
95 vt per Boni. in rub. ea ad leg. Iul. de vi pub. & ff. & C. eo. per totum. Pœna † autem
huius criminis eſt pœna deportationis, & publicationis bonorum, vt Inſtitut. de pub.
iud. §. item lex Iulia. de vi. & hoc ſi homicidium non interuenerit, aliàs tenetur pœna
capitis propter homicidiũ, vt per Boni. vbi ſ. in tit. de lege Iulia. de vi pub. vbi etiam quod
reſiſtentes tali vi. & etiã occidentes, inferentes vim nõ puniuntur per l. quoniã multa.
96 C. eod. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. l. j. C. vnde vi. Hodie † verò publicatio bonorum
non datur, vt in authen. bona damnatorum. C. de bonis damna. & in authent. vnde
ſumitur. & in l. fina. §. fina. ff. de falſ. vbi gloſſ. & Mar. & tractat Capi. in deciſio. cxxx.

97 Remanet ergo ſola pœna deportationis. Quæ † hodie non eſt in vſu, ſed perpetuò
bannitur. l. amiſsione. ff. de capi. dimi. gl. in l. relegati Inſtit. quibus mod. ius pa. po. ſol.
98 Barto. in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. preſi. & per † Guido. Pape in deciſi.
ccccxxxvij. vbi quòd detinens homines armatos & congregatos in domo, aut alibi
tenetur lege Iulia de vi publica. & per Barto. in d. l. j. ff. ad legem Iul. de vi publ. & de
primo per Bald. in l. j. in prima quæſt. ff. de hæred. inſtit. Bonif. in tit. de ſedit. in fi. Tho.
Gram. in vol. xix. & in conſil. xxxv. in fin. & de pœna legis Iuliæ per eundem Thom.
99 in conſil. xlvj. & in conſi. lv. & Math. in conſtit. intentionis. xj. quæſt. & licet † dicatur
pœnam deportationis non eſſe in vſu, procedit quia non erant inſulæ, vt dicit Imol.
in l. ij. ff. de pu. iud. at vbi extant inſulæ locum habet, & maximè in regno in quo ſunt
multæ inſulæ, ideo locum habet pœna deportationis, ita tradit Capi. in deciſi. cliij.
in materia falſitatis, & videmus in regno multos deportari in inſulas perpetuò, & ad
100 tempus. Serui † verò violentiam committentes vltimo ſupplicio afficiuntur. l. ſer-
uos. C. eod. ſi domino ignorante, ſi autem mandante, dominus efficitur infamis, &
ſeruus damnatur in metallum, vt ibi, & Bonif. vbi ſ. vide per Thom. Gram. in deciſi.
101 xvj. an ſeruus pœna capitis puniatur pro violentia & vulnere. Quæ pœna † damna-
tionis in metallum hodie non eſt in vſu, ſed in eius locum condemnatur ad rem gan-
102 dum in triremibus Regiis, vt per Capi. in d. deciſi. cliij. Prædicta † procedunt quando
vis fiat perſonæ, ſi verò fiat rebus & poſſeſsioni, dic vt in l. quoniam multa. & in l. ſi
quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul. de vi publi. & locum habet titulus ff. de vi & vi
103 arm. vt l. j. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi arm. & per totum tit. C. vnde vi. Et † not.
vnum quòd licet de iure communi per vim expellens aliquem de poſſeſsione amittat
dominium, vt in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. tamen in regno mitigatur pœna, &
punitur pœna dimidiæ æſtimationis rei à qua deiicitur, vt in conſti. violentias. & ibi,
104 per Math. quæ requirantur vt locum habeat d. conſti. & limit. † vt per Arno. in c. xi.
iiij. niſi occupet rem ratione præſumptionis iuris quod habet in re ipſa, & per Mar in
105 ſing. clxvij. & † cui applicetur dicta medietas, parti, an fiſco, perſequere vt per Math.
poſt Andr. ibi, in dicta conſtitut. violentias. concludentes quòd fiſco, & non parti. &
106 ſic † criminalis eſt actio, ideo locus & tempus violentiæ & ſpolij debet inſeri in li-
bello, aliàs non procedit niſi in regno. per c. deteſtantes. vt proſequitur Math. in deciſi.
107 ccl. & per Arn. in comment. xxxix. Sed † quid ſi accuſatur de vi publica facta cum
armis, & non conſtat quòd cum armis fecit inſultum & violentiam, an condemnetur
de vi priuata, dic vt per Bart. & Alexand. poſt eum, in l. denunciaſſe. §. quid enim. ff. de
adult. & Salyc. in l. ij. C. ad legem Iul. de vi publ. & per Mar. in pra. in §. pro comple-
mento. & per Math. in conſtit. intentionis. in fin. ij not. & per Mar. in pra. in §. & quia.
vbi de qualitate probanda, vide Panor. in conſ. lxxviij. ſi facta eſt accuſatio quod cum
armis percuſsit, & cum ſanguinis effuſione, & non conſtat de tali qualitate licet con-
ſtet de delicto abſolui debet, vide multa per Ioan. de Amicis. in conſi. xxvij. vbi etiam
108 ſi adſit clauſula, ſuper quibus omnibus & ſingulis, tamen abſolui debet. Priuata † ve
rò vis committitur quando prædicta fiunt ſine armis, nam cum armis fit vis publica,
ſine armis vis priuata, & ideo ſi homines conuocantur, & fit cœtus ad vim inferen-
dam ſine armis tenetur lege Iulia de vi priuata. l. ij. & ſequen. ff. ad leg. Iul. de vi priu.
l. legis. & l. ſi quis. & per totum. ff. eod. & in l. non ideo minus. C. de accuſat. Boni. eod.
109 tit. de vi priu. Item † tenetur hac lege, ille qui ius ſibi dixit propria autoritate. l. pen.
110 ff. eod. l. extat. ff. quod met. cau. An autem † diſpoſitio d. l. extat. in regno ſit correcta.
per d. conſtit violentias. vide ibi per And. & Math. in j. not. & ibi, an ipſo iure, an per
ſententiam amittat debitum, proſequere vt ibi, per Math. & per Bart in l. penul. ff. eo.
111 & in l. creditores. C. de pign. vbi fallit, & per Math. in conſtit. pacis cultum. In † regno
autem

autem extat c.incip.contra effrenatas.quòd ſi quis ius ſibi dixerit propria autoritate,
capite punitur,limita tamen vt per Arno.in cau.xxix.& in commen.clxxvj. & in tan-
112 tum † non licet ius ſibi dicere, quòd nec etiam licet facere repreſalias pro debito,
aliâs eas faciens propria autoritate punitur publicatione bonorum,vt in conſti.pacis
cultum.& extat reg prag.ſuper repreſaliis faciendis puniendis, incipit ad audientiam
noſtram.per quam punitur faciens, & ius ſibi dicens propria autoritate pœna publi-
cationis medietatis omnium bonorum, & alia pœnæ arbitraria, intãtum quòd dixit
Andr.in d.conſtit. quòd nec etiam licet facere repreſalias exactoribus fiſcalium fun-
ctionum,licet malè ſeruetur,& de materia repreſaliarum per Bart. in ſuo tract. repre-
ſa.& Bald.in authen.habita.C.ne vxor pro mar.& Par.in tract.ſing.circa princ.verſic.
113 quidam de regno Siciliæ. & in verbo,repreſaliæ.In quibus † autem caſibus liceat ſibi
ius dicere propria autoritate,proſequere caſus,vt per Math.in d.conſti. pacis cultum.
114 & Boni.in ti.quis alium po.offen. Pœna † autem legis Iuliæ de vi priuata,eſt publica-
tio tertiæ partis bonorum cum infamia, & priuatione honoris, & dignitatis,& ſi ho-
micidium ſequatur capite punitur. l.j. & ij. ff.eod. l.quoniam multa. ſeruus verò vlti-
mo ſupplicio punitur.d.l.ſeruos.C.eod.Bonif.in d.tit.de vi.priu. inſtit. de public.iud.
§.item lex Iulia de vi. vbi de pœna vtriuſque vis publicæ, & priuatæ:hæc quoad cri-
mina. Sequitur proceſſus criminum, licet etiam infrà de nonnullis aliis criminibus
in progreſſu ſubiiciatur.

## SVMMARIVM.

1 *Argumenta & indicia indubitata plenam fidem faciunt, & quando.*

2 *Indiciis ex indubitatis an & quando deueniri poteſt ad condemnationem, & ſi deueni-tur an poſſit ad pœnam corporalem, & ad quam pœnam ibi.*

3 *Pœna ordinaria quando minoratur ex cauſa, erit pecuniaria.*

4 *Pœna ſi ſit à iure determinata, licet ex præſumptionibus condemnetur, tamen pœna de-terminata imponi debet.*

5 *Condemnatus ex violentiſſima præſumptione, poteſt corporaliter puniri.*

1 IN TEXTV. Ergo, ibi, *Argumentis conuictus*. Not. † quòd argumentis & indiciis conuincitur accuſatus ſeu inquiſitus, & ſic no.in capitalibus argumenta & indicia facere plenam fidem: intellige tamen quòd argumenta & indicia ſint talia prout in l. fin.C.de probat. vbi per Bald. & Salyc. quòd ſint indubitata & luce clariora.& per Bald.in l.ea quidem.C.de accuſat. Specul.in tit.de præſumpt.Gand.in rubr.de indi. & præſump. ad condemna.Ang.in gloſ.fama publica. verſic. quæro an vnum.& per Auguſt. poſt eum. & in glo.compareant inquiſiti. & ro.reg. Cano. in c.afferte. & in c.quia veriſimile. de præſump.Paul.de Caſt.in conſi.cxcvij.Alexand.in conſi.xv.j.vol. & in conſil.xiiij.iij.vol. & in conſil.xxiiij.ij.vol.Ana.in conſi.lix.Oldr.in conſil.cxcij.Cepo.in conſil.xxxij. & conſil.xxxix. Anchar.in conſi.ccliiij.Panor.& Felin.in c.iij loco.de probat.Ioan.And. in ſpec.in tit.de probat.§.fin. verſi.xiij.Math. in conſtit.ſi quis in poſterum.iiij not.& in conſtit.terminum vitæ.& in conſtit.humanitate.Mar.in pra.in §.diligenter.& in §. quoniam.& in §.ſecunda quæſtio.& in princ.pra. & in l.repeti.ff.de quæſt. & in rubr. C.de proba.& in conſi.cxv.& in conſi.cxxxv.& in l.j.§.diuus.ff.de ſicar.& in l.j. C.eõ. tit.& in pract.in §.poſtquam. Panorm.poſt Innoc.in c.auditis. de præſcrip. & in c.accedens.de accuſa. Deci.plenè poſt alios in cap.cùm venerabilis.de except.Bolog.poſt Guilel.de Suza.in tract.de indi.& tortu.circa fin.verſi.eſt videre aliud indicium Phili-

in d.c.afferte.& in c.veriſsimile.Brun.in tracta.indi.iiij.q.princ.Par.in verbo,tortura.
lo iij.verſic. quidam latro. & ſeq.in verbo,tortura.lo primo.in prin. Thom.Gram.in
2 vol.x.in fi.& in vol.xv.& in vol.xxj.& in vol.xxiij.Ex ✝ quorum omnium dictis col-
ligitur quòd poteſt ex his indiciis deueniri ad condemnationem,maximè in occultis,
& difficilis probationis, exiſtentibus, & tractatibus ſecretis, & delictis occultis, &
quando aliter veritas haberi non poteſt,vt plenè per Mar.in §.diligenter. & cõmuni-
ter tenetur per eoſdem, maximè Gãd.in d.rub.de iud.& præſump.in dub.ꝙ locũ ha-
beat,& cõdemnari poſsit in pœnis pecuniariis,aut corporalibus leuibus:vt per Bru.
vbi ſ.non autem in capitalibus,nã in eis non poteſt deueniri ad condẽnationem, ſed
ad torturam,& ſi deueniatur ad condẽnationem,non tamen vt ponatur pœna ordi-
naria corporalis & capitalis, ſed minor pœna. Nam tunc iudex debet tẽperare ſuam
ſententiam in condemnando,& mitiorem imponere,& ſic non corporalem, ſed pe-
cuniariã,aut leuẽ corporalem,& exilium tẽporale. Et per Tho. Gra.in deciſ.xxxviij.
in fi.& an ex indiciis & præſumptionibus violentis condẽnari poſsit in capitalibus,
& an pœna ordinaria imponi,an verò mitior, & quæ pœna,plenè vide nouiſsimè per
Tho.Gra.in deciſ.xlij.vbi per quadriennium fuit condẽnatus ad remigandum.& per
eundẽ Tho.in deciſ.lvj.in fi. & in deciſ.xcvj. vbi per triennium condemnatus fuit ad
remigandũ,licet contrariũ Mar.in pra.in §.ſecunda quæſtio.nu.37.quòd pœna mor-
3 tis.Nam ✝ quando ex aliqua cauſa pœna ordinaria minoratur reducitur ad pecunia-
riam,vt plenè per Mar.in pra.in §.quoniã.& in §.poſtquã.& in l.j.§.diuus.ff.de ſicar.&
in l.in lege.ff.e.& in l.j.C.eo.& in l.diuus.ff.de par.& in conſ.xxiiij.& ſeq.& conſ.xxx.
& conſ.xxxix. & conſ.xlvij & in conſ.cxxxij & in aliis locis.ſ.& per Tho.Gra.in vo.
xxiij.& in vol.v.Par.in tra.ſind.in verbo,torturam.lo j.in prin. Alex.poſt Bar.in l.ab-
ſentem.ff.de pœ. Math.in d.conſt.humanitatẽ.& per Tho.Gra. in deciſi. xcviij. in fin.
4 Limita ✝ tamen niſi pœna ſit à iure determinata, nam tunc deueniendo ad condẽna-
tionem,nõ minoratur pœna,ſed pœna determinata imponitur.l.generaliter. in prin.
ff.de decurio.ita per Bal.in l.fi.in fi.C.de proba.Panor.in c.accedẽs.de ſimo.Aug.poſt
Ang.in gl.fama pub.ver.quæro.& ita intelligitur doctr.Panor.in c.j.de iud.vt locum
habeant prædicta in arbitrariis pœnis,non certis,& limitatis à iure,vt per Brun.in d.
iiij.q.princ.in fi.vbi etiam limitat,niſi ageretur de puniendo aliquem pœna pecunia-
ria,aut leui corporali,vt fuſtigationis.per l.iij.§.quia plerunque. ff.de offic. præfe.vig.
5 & per Augu.poſt Ang.vbi ſ.Limitat ✝ etiam niſi ex violentiſsima probatione,& prę-
ſumptione fuerit condemnatus, aut eſſet condemnandus,nam ordinaria pœna eſſet
puniendus,vt per Brun.in d.quarta quæſtio.princ.in fin.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicium indubitatum quid ſit, & eius exempla.num.2. & 3.*
4 *Indicium indubitatum vt deueniatur ad condemnationem per conſti.in quæſtionibus.*
5 *Indiciũ eſt indubitatũ ſi quis viſus eſt aufugere per plateã enſe euaginato in cõſpectu populi.*
6 *Teſtes ſi dixerint vidiſſe duos rixantes, & ſedata rixa alterum vulneratum, aut occiſum, licet non dicant vidiſſe vulnerare, aut ocidere, probant homicidium.*

1 INDICIVM Autem ✝ indubitatũ dicitur, & diffinitur, ꝙ ſit demon
ſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam in
exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat.l.indicia.C.de rei vend.
ita diffinit indicium indubitatum ſeu plenum.Bal.in l.ea quidem. C.de
accuſa.& Brun.in d.tract.iiij.q.princ.ij.exemplo.& per Pau.Gril.in tra:
de q[illegible]t.iij.q.Par.de pu.diffinit in verbo, tortura. lo tertio. ver.mandauit Rex.poſt
2 med[illegible]m.Exempla ✝ autem indicij indubitati tradit Gand.in d.rubri. de iudi.& præ-
ſump.

ſump.indub.& Boni.in rubr.de iud. & Brun. plenè in d.iiij.q.prin. Ang.in d.gl.fama
pub.ver. quæro an vnũ indicium. Bal.& Sal.in d.l.fi.C.de prob. Panor.in d.c.iij.loco
de prob.& ibidem per Feli. Oldr.in cõſ.cxlij. Ang.in d.gl.cõpa.inqui.& to.neg. Anto.
de Cana.in tra.tortu.xj.q.Pau.in d.conſ.cxcvij.Par.in d.ver.tortura. lo j. Ale.in d.cõſ.
xv.Mar.in l.repeti.ff.de quæſt.& in pra.in d.§.diligenter.& in §.quoniã.& in rub.C.de
3 pro & in cõſ.xxxj.& per Tho.Gra.in deciſ.xxxiiij n.38.vbi vide in quib⁹ † ponũt exẽ-
pla indicij indubitati,& maximè ſi viſus fuerit pallidus exire cũ enſe ſanguinolẽto de
aliqua domo,vel camera quæ nõ habeat niſi vnũ oſtium,& viſus fuerit aufugere,&
intus domũ fuit viſus occiſus homo,nã indiciũ erit ex his plenũ,& indubitatũ ad cõ-
condemnandum & Par.vbi ſ.verſi. mandauit Rex in duplici loco. & in ver.an ſtetur
dicto torti.vbi idẽ ſi in domo mulieris fuerit deprehenſus,põt cõdẽnari de adulterio.
& in ver.confeſsio ſociorũ.Ang.tamẽ in d.gl.fama pub.& Bru.in d.iiij q.prin.dicunt
illud indiciũ ꝙ fuit viſus cũ ſanguinolẽto enſe non ſufficere ad condẽnandum,ſed ad
torquendũ tantũ,niſi cõcurrant alia,vt minæ,inimicitia,aut fama,vt per Pan.& Aret.
4 in d.c.iij.loco.de prob.& Ang.in l.ij.C.de quæſt.& † vide vnũ indicium ex quo deue-
niri poteſt ad condẽnationem,vt in conſtit.in quæſtionibus.& ibi per Math.viij.not.
vbi tribus illis concurrentibus,videlicet denũciatione ne attẽtet pudicitiã mulieris,
clamore,& acclamationibus ſubſequẽtibus petẽdo auxiliũ, & fuga prope domũ,vel
in domo inuẽtus,ex his probatur violẽtia,vt ibi.Idem ſi viſus fuerit ſub ſe tenere mu
lierẽ tẽtans ipſam corrũpere etiã nõ præcedẽte denũciatione probatur violẽtia,ſed ta
mẽ ex his dicit Andr.nõ poſſe cõdẽnari,ſed procedi ad torturã,& ſi nõ cõfitetur trãſ-
mittuntur acta ad Regẽ,& ex his pro ſua cõſcientia condemnabit,& ſic ex prædictis
5 condẽnat Rex,nõ autẽ inferior. Et † dixit Par.in d verbo,tortura.ver.an ſtetur dicto
torti.ꝙ ſi quis fuerit viſus aufugere per plateã cũ enſe euaginato in cõſpectu populi
dicitur indiciũ notorium & manifeſtũ,vt per Ange.in l.cognitionaliter. C.de quæſt.
& per Bal.in l.addictos.C.de epiſ.aud & idem Par.in verb.tortura. lo iij. ver. aduer-
6 tendũ.vide per Tho.Gra.in d.deciſ xlij.Itẽ † notãdũ eſt ꝙ homicidiũ ꝓbatur licet te-
ſtes nõ dixerint eos vidiſſe vulnerare,vt puta ſi videãt homines armatos rixãtes in cõ-
flictu & admenãtes ad inuicẽ,nã licet nõ deponãt qualiter viderũt percutere, tamẽ ſi
taliter deponãt,& ꝙ poſt rixã ſedatã fuerit ibi homo repertus mortuus,ꝙ taliter depo
nẽtes plenè probãt,ita dixit Sal.in l.fi.C.de prob.quod dictũ refert & ſequitur Socy.
in cõſ.liiij.iij.vol & Bru.vbi ſ.& plenè Mar.in rubr.C.de prob.n. cxxxiiij. & in d.l.re-
peti.& in ſing.cclxxxviij.& in conſ.cxv.& in pra.in §.quoniã.tñ Sal.ibi ponit pro in-
dicio indubitato.Cętera exẽpla indicij indubitati vide per Sal.ibi.& Bru. & alios vbi
ſ.& Par.in d.ver.an ſtetur d.torti.& P.Gri.in d.tra.de quę.iij.q.Mar.in d.rub.C.de ꝓb.

## SVMMARIVM.

1 *Indicium dubitatum quid ſit.*
2 *Argumentum, præſumptio, ſuſpicio, coniectura, & fictio quid ſint.*
3 *Indicium ſimplex, vrgens, & indubitatum, & qualequale, & adminiculum, & motiuum.*
4 *Indicium vnde dicatur, & de materia indiciorum.num.5.*

1 DVBITATVM Et † ſemiplenũ indicium eſt præſumptio for-
titer mouens animum iudicis ad aliquid credendum.vel non cre
dendum.l.cùm probatio.ff.de proba.ita diffinit Bal.in d.l.ea qui-
dem.C.de accuſa.vide plenè per Brun.in prin.primæ par.tra.ind.
& Boni.in rub.de ind. Gand.in rubri. de indi.& præſumpt.dubi.
Ioan. Andr.in ſpecu.in tit.de proba.§.fi.ver.item indicia. Ang.in
2 gl.fama pub.Et quid † ſit argumẽtum,pręſumptio,ſuſpicio, con

iectura & fictio per Bald.in d.l.ea quidem.& per Tho.in deciſi.xxviij.& Brun.vbi ſ.&
per Pau.Grill.in tra.de quæſtio.iij.quæſt.poſt Bald.vbi ſ.& per Par. in verbo tortura.
lo j.verſi.an ſtetur dicto torti.poſt medium, & in verbo,tortura.lo iij.verſi.mandauit
Rex.& in verſ.animaduertendũ.& in ver.confeſsio ſociorũ.in fi. & in verſ.an in cauſa
pecuniaria.& in verbo,tortura.lo j.in fi.primi verſi.dixit indiciũ eſſe notabile ſignum
maleficij,vt per Edo.in tra.de quæſt.verſi.iiij.& per Bar.in l.ij.ff.de excuſa.tuto.& per
3 Phil.in c.quanto.de præſump. Et de † triplici indicio ſimplici vrgenti & indubitato,
per Bart.in l.fin.ff.de quæſtio. Anton.de Cana.in tra.de quæſtio.iij.quæſt. Io.And.in
Specu.in tit.de noto.cri.§.vt autem.& per Bal.poſt gl.in l.non hoc.C.vnde cogna.vbi
de leui indicio,& graui.& declarat quale ſit,& per Alexã.poſt Bart.in l.maritus.ff.de
quæſt.& per Bal.& Alex.in l.ſi duo patroni.ff.de iureiur.& in l.milites.C.de quæſtio.
& in hac lege,& per Alexã.in d.l.maritus.de qualiquali indicio, & de adminiculo, &
4 motiuo vbi declara.& de multiplici ſpecie indiciorum,per Pau.Grill.vbi ſ. Et † vnde
dicatur indicium dic vt per Gand.in rub.de quæſt.quòd ab indicando:quia per ea ve-
5 ritas indicatur.Et quia † materia indiciorũ ſatis late tractatur per doct. vbi ſ.& maxi-
mè criminaliſtas,vt per Gãd.in d.tit.de præſum.& indi.dub.ad tor.& in rub.de quæſt.
per Bel.in pra.in tit.de quæſt.Boni.in tit.de indi.Ang.in glo.fama publ.Brun.in j.par.
indi.Bald.& Imol.in l.fin.ff.de hæred.inſti.& in l.excipiuntur. ff.ad Sille.ſcribentes.in
l.admonendi.ff.de iureiur.Par.in verbo,tortura.per totum. Alex.in conſi.xlj.ij.vol. &
in conſi.lxxvij.j.vol.& conſi.xciij.eod.vol.& poſt Bart.in l.ſufficit.ff.de quæſtio.Phil.
in c.cùm dilecti.de accuſa.& in c.iij.loco.de proba.& in c.quia veriſimile.de præſum.
& Mar.plenè in pra.in §.diligenter.& in l.j.in princ.ff.de quæſt.& poſt Bart.in l.fin.de
quæſtio.& in variis ſuis conſiliis,& Cepo.in multis ſuis conſi.& Thom.in multis vo-
tis & conſiliis ſuis,ideo ad eos materia indiciorum & torturæ erit remittend.a.Aliqua
tamen per doct.reg. tradita, & per alios modernos perſtringamus breuiter, & ſub-
ſtantialiter,& tantùm referamus quæ in palatiis verſari ſolent, & quæ in regno etiam
ſtatuta videantur poſt diſpoſita in vtroque iure: breuem ergo tractatum indicio-
rum,& deinceps torturæ inſeramus congruenter.

## SVMMARIVM.

1 *Indicium qualiter probetur.*
2 *Indicium remotum probari debet per duos teſtes,amplia.nu.3.*
4 *Teſtes ad probandum indicium debent veriſimile deponere,ideo ſi deponant contra mercatorem portantem ſub mantello aliquid non præſumitur ſuratum eſſe.*
5 *Teſtibus non veriſimiliora deponentibus non creditur.*
6 *Teſtibus contrariis magis creditur veriſimiliora deponentibus.*
7 *Teſtes deponentes de remotis à maleficio an debent eſſe omni exceptione maiores.*

1 VISO Ergo † quid ſit indicium,& vnde dicatur indicium,quali-
ter probetur,& quotuplex ſit videamus.Qualiter ergo probetur
indiciũ dic quòd duplex eſt indiciũ,vt hic per Bal.& in l.fi.in fin.
C.fam.her.proximũ maleficio,vt teſtis deponẽs de viſu.de quo j.
& tũc cõcurrentibus qualitatibus de quibus j.vnus teſtis ſufficit
vt j. Extat & indicium remotũ à maleficio de quibus j.vt fama,
inimicitia, fuga, viſus cũ enſe euaginato in loco vbi mortuus &
2 occiſus reperitur & alia de quibus j.& tunc † tale indicium remotũ probari debet per
duos teſtes,& vnus non ſufficit,ita gl.& Bal.& Bart.& Saly.in l.fi.C.fam.her. Innoc.
in c.ſicut.de ſimo.Bart.& Mar.in l.fi.ff.de quæſt.Ang.in l.fi. C.quod me.cau.& in l.ij.
C.de quæſtio.Anton.de Cana.in tra.de torm.xj.q.Cepo.conſil.xl.& conſi.lxvij.Ang.
in gl.

in gl.fama publ.circa prin. Alex.in conſi.xviij.j.vol.Mar.plenè in l.j.§.idem Cornelio.
circa fi.ff.de quæſt.& in l.fin.& in l.vnius facinoris.§.teſtes torquendi. ff.eo.& in ſing.
cclxv.& conſi.xij.cõſi.xv.conſi.viij.conſi.xx.cõſi.xxij.conſi.xxix.conſi.lix. cõſi.lxxix.
conſi.lj.& ſeq.conſi.lxxij.conſi.lxxx.conſi.lxxxviij.conſ.cxxx.& in pra.in §.diligẽter.
& per Brun.in d.tra.indi.& Par.xvij.not.Alex.in conſi.ij.vij.vol. Panor.in conſil.xvj.
Ang.conſi.iij.Fulg.in conſ.cvij.lo.de Ami.conſi.vij. Par.in verbo,tortura.lo iij.verſi.
aduertendũ.& ver.mandauit Rex. in medio ibi indicium. & in verſi.dicitur commu-
3 niter.Tho.Gra.in vol.xxij.& conſi.lvij.Amplia † etiam ſi per ſtatutum ſtari debeat in-
dicijs quoad plenã probationem, tamẽ debet probari indicium per duos teſtes, vt per
4 Bru.in d.tra.viij.q.prin.xvij.no.& limita,vt per Mar.in d.ſing.cclxix. Et † intellige &
declara,vt per Ang.in l.milites.p illũ tex.C.de quęſt.refert & ſequitur Aug.poſt Ang.
in d.gl.fama publ.& Brun.in d.tra.ſi veriſimiliora deponant non aliter,& ideo ſi duo
teſtes viderint exire quendam magnum mercatorem à domo alicuius habentem ali-
quid ſub mantello nõ eſt veriſimile quòd ipſe fuerit furatus,& ideo tales teſtes depo-
nentes ſuper tali indicio remoto nõ probant vt ex hoc torqueatur,niſi alia concurrãt,
licet probarent in alio quàm mercatore,de quo dic vt per Par.in ver.tortura.lo j.in fi.
verſ.j.& in verbo,tortura.lo iij.verſi.an ſtetur dicto torti.poſt medium,ibi,an ad tor-
5 turã. Teſtibus † enim deponentibus non veriſimilia non creditur,vt per Cepo.in cõſ.
xxxij.per Mar.in conſi.xx.in conſi.xxxj.& ſeq conſi.lij.conſi.lxv.conſi.lxxiiij. & cõſi.
lxxviij.& conſ.lxxxiij.& conſi.cj.& conſ.cix.& conſ.cxiij.& in l.j.in prin. ff.de quæſt.
& in rub.C.de prob.vbi ꝙ ſuſpecti ſunt de falſo teſtes non veriſimiliora deponentes,
6 ideo iuramentũ ſuppletorium non poteſt deferri. Immò † quãdo teſtes ſunt cõtrarij
creditur teſtibus veriſimiliora & aptiora deponentibus,vt p Cepo.in cõſ.j.& in cõſil.
7 lxij.Mar.in ſing.cclxxviij.& vide p Tho.in vo.xiiij.vbi plenè,& in vol.xxij. An † aũt
tales teſtes deponentes de remotis à maleficio debeant eſſe omni exceptione maiores,
dic vt per Bru.in tra.indi.j.par.& per Mar.in pra.in §.diligenter.quòd nõ,dic vt infrà.

## SVMMARIVM.

*1 ☞ Indicia quæ & qualia eſſe debent vt ſufficiant ad torturam.*
*2 Indicia licet arbitraria ſint,tamen arbitrandum eſt in mitiorem partem.*
*3 Iudex torquens ex indicijs arbitrarijs an peccet.*
*4 Indicia licet ſint arbitraria, tamen arbitrari debet iuxta iuris diſpoſitionem, & de teſte de viſu & ſingulari.*
*5 Singula quæ nõ proſunt & ſimul iuncta coadiuuãt,debẽt eſſe perfecta in genere ſuo,vt fama probata per duos teſtes,& inimicitia et alia remota nõ ſi per vnũ teſtẽ,nã nõ iunguntur.*
*6 Teſtes ſingulares deponentes de remotis mouentibus animum iudicis probant indicium.*
*7 Probationes plures ſemiplenæ,vnius ſemiplenæ probationis iunguntur ad faciendũ indiciũ.*
*8 Teſtes ſingulares notabiles,& magnæ autoritatis probant.*
*9 Teſtes ſingulares licet non probent faciunt indiciũ, & qñ vna præſumptio iuuat altam.*
*10 Indicia licet arbitraria ſint tamen debent eſſe conformia cum iuris diſpoſitione.*
*11 Teſtes ad torquendum non interrogati debent reddere rationem ſicut ad condẽnandum.*
*12 Teſtes debent deponere cum cauſa ad faciendum indicium ſicut ad condemnandum.*
*13 Teſtes in generali inquiſitione & per informationem recepti non probant, nec indicium faciunt. fallit in blaſphemia & alijs c.& conſtit.regni.*
*14 Teſtes examinati parte non citata non faciunt indicium.*
*15 Proceſſu informatiuo poteſt torqueri ex preeminentia magnæ curiæ.*
*16 Preeminentia magnæ curiæ locum habet in vilibus & leuibus perſonis & concurrente leuitate vitæ,& an copia danda ſit ibidem.*

17 *Praeminentia magna curia vnde fuit ſumpta.*

18 *Praeminentia non habet locum, nec proceditur ad torturam, quando allegatur tale quid quo probato debet tortura ſuperſederi.*

19 *Praeminentia locum non habet, vbi pars allegat teſtes receptos fuiſſe ſibi inimicos capitales, nec locum habet tortura.*

20 *Praeminentia locum habet quando teſtes ſunt recepti per eam.*

21 *Praeminentia magna curia locum habet in prima tortura, non autem quòd repeti poſſit ex proceſſu informatiuo.*

22 *Diffamatus quis dicatur, & an ſi dicatur ita dici, an verò conuictus eſſe debet, & quid requiritur.*

1 QVÆ Autem & † qualia eſſe debeât indicia ſufficientia ad torturam, dic ꝙ in hoc certa doctr. dari non poteſt, ſed relinquitur arbitrio iudicantis, vt circũſpectus iudex ex circunſtantiis, & aliis qualitatibus deductis in proceſſu diligentius arbitretur. l. iij. §. in magis. & §. eiuſdem. ff. de teſt. Bar. in l. ii. ff. de quæſt. & per Bal. hic. Io. And. & Pan. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. per Bal. in l. cũ probatio. ff. de prob. Ang. in gl. fama pub. Alc. in conſ. lxxvij. j. vol. & conſil. lxv. eo. vol. Dec. in conſ. ccclxiij. Mar. plenè in pra. in §. diligẽter. Io. de An. in conſil. cxxiiij. Tho. Gra. in conſ. xiiij. & conſ. xvij. Pau. Gril. in tra. de quæſt. iij. q. & quæ iudex conſiderabit per Par. in verbo, tortura. lo j. ver. eſt aduertendũ. & ver. officialis. in fi. & in verb. tortura. lo j. ver. mandauit Rex. in medio. & ibi, indicia ſunt
2 vbi qualia eſſe debent indicia. Et † licet indicia arbitraria ſint, tamen ſemper debet ar-
3 bitrari taliter ꝙ inclinet in mitiorẽ partẽ, vt per Io. de Ann. in conſi. cxxiiij. & † an ſtante dicto arbitrio circa dicta indicia ſi iudex torquet ſtantibus indiciis peccet, dic vt per Par. in d. tra. in ver. tortura. lo iij. ver. quia ſæpe. poſt medium, ibi, & an iudex ex
4 vera. Et † licet ſint arbitraria indicia, nõ tamen iudex paſſim ex quolibet indicio arbitrabitur ad torquendũ, ſed talia eſſe debẽt indicia quæ de iure ſubſiſtãt. & à iure approbẽtur, & nõ aliter, & ideò ſi eſſet ſolus teſtis de viſu nõ omni exceptione maior, vel indiciũ remotũ non probetur legitimè per duos teſtes, ſed vnũ tantum, vt quia ſit vnus de fama, vnus de confeſſione extraiudiciali, vnus de inimicitia, & vnus de fuga, & ſic de ſimilibus, ex hoc iudex nõ arbitrabitur ad torquendũ cũ hæc indicia non ſint perfecta in genere ſuo, ideo nõ poteſt ex his torqueri, cũ nõ cõiunganiur ad faciendũ indicium ſufficiẽs ad torturã, ſed quodlibet eſſe debet perfectũ in genere ſuo, vt fama ꝓbata per duos teſtes, inimicitia, & alia remota indicia ſimiliter probata: tũc enim ex quo perfecta in genere ſuo iungũtur ad faciendũ ſufficiens indiciũ ad torturã. ita dixit Bal. in l. ſi quis ex argẽtariis. poſt princ. ff. de eden. qui ita intelligit gl in l. ij. ff. de excuſa. tut. Ant. de But. in c. licet ex quadã. de teſt. Pan. & Feli. in c. cũ cauſam. de probat. Iaſ. & alij in l. admonẽdi. ff. de iureiu. plenè per Mar. in ru. C. de pro. & in l. de minore. §. pluriũ. & in l. vnius §. teſtes ff. de quæſt. & in pra. in §. diligẽter. & in conſi. xviij. & cõſ. lj. Alex. poſt Bar. in l. j. §. idẽ Cornelio. ff. de quæſt. & ibi per Mar. & in §. diligẽter. ver. quæro vlterius, an duo teſtes. & in ſing. ccccclxxxv. incip. probationes. & in d. §. teſtes. tradit an, & quãdo teſtes ſingulares iungãtur ad faciẽdum indiciũ. & per Tho. Gra. in
5 deciſ. xj. & † ꝙ ita, vt ꝫ. intelligitur, id quod dicitur ſingula, quæ nõ proſunt ſimul iuncta coadiuuãt, vt intelligatur quãdo ſunt perfecta in genere ſuo, tradit Ale. in cõſ. cj. iiij. vol. & in conſ. xviij. & conſ. xx. eod. vol. & per Bal. in l. j. C. de confeſ. & per Tho. in conſ. iij. & per Io. de Ann. in conſ. vij. vbi ita declarat, aliâs teſtes ſingulares non pro-
6 bant, nec indicium faciunt deponãtes de quolibet remoto. quod † limita niſi tales teſtes ſingulares deponerent de aliquibus indiciis, quæ mouerent animum iudicis. &

depo

deponerẽt de pluribus præſumptionibus,vt quia vnus teſtis dicat ſe vidiſſe Seiũ vul-
neratum,& in terra proſtratum,& interrogatus dixit quòd fuit Titius: alius teſtis di-
cat ſe vidiſſe Titium aſperſum ſanguine,& aufugientem, & euntem enſe euaginato
ſanguinolento, alius dicat vidiſſe Titium fugientem, & ſe latitantem in nemore.
Certe ex iſtis teſtibus licet ſingularibus deprehenditur moueri mens iudicis ad tor-
quendum,ita dixit Fulgoſ.in dicta l.fin. C. famil. hercıſcun. quem etiam refert & ſe-
quitur Socyn.in conſilio.liiij.tertio volu.& Brun. ſequitur in dicto tract. primę par.
7 & per Thom Gram.in deciſ.xxxiiij.nu.35.allegat †etiam Ioan.de Mon.Spere.in repe.
l.admonendi.ff.de iureiu.dicentem, licet plures ſemiplenæ probationes vnius ſemi-
plenæ probationis,non probet ſemiplenè, tamen coniunguntur ad faciendum indi-
cium ad torturam.refert & ſequitur Cacialu.in d.l.admonendi.& per Mar.in d. §. di-
ligenter.ver quæro vlterius an duo teſtes ſingulares.& in ſingul.cciiij.& per Thom.
8 Gram.in conſil.xxxij.& in conſil.lvij.multo † magis procederet hoc ſecundum Ca-
cialu.& Brun.vbi ſ.vbi tales teſtes examinati eſſent magnæ authoritatis, & multum
notabiles:item in aliis caſibus teſtes ſingulares probant,de quibus per Mar. in conſi.
9 primo.& conſil.xxxix.& conſil.lxxiiij.Et † dixit Alex.in conſ.lxxvij.in fi.in j.volu.ꝙ
licet teſtes ſingulares non probent,intelligitur quo ad plenam probationẽ,ſecùs quo
ad indicium,nam vna præſumptio iuuat aliam,quod dictum refert & ſequitur Mar.
in d.§.diligenter.quod intellige vt ſ.quando deponerent de proximis maleficio, non
autem quando de penitus remotis,nam cũ ſint imperfecta in genere ſuo, iungi non
poſſunt ad indicium faciendũ,nam licet vna præſumptio iuuet aliã:procedit quandò
quælibet præſumptio probatur per duos teſtes, aliâs non eſſet perfecta in genere ſuo
10 vt patet ex prædictis ne hoc dictum eſſet cõtra præfata. Et † licet ſint arbitraria indi-
cia,tamen debẽt eſſe conformia cũ dipoſitione iuris,& à iure approbata,vt per Rom.
in conſ.ccclxxvj.& voluit Bal.in quęſtione incip.ſtatuto cauetur.& per Ro.in l.cùm
circa.C.de iure do. Ale.in conſ.ccxvij.ij.vol.Phil.in c.ſignificaſti.lo j.de homi. Par.in
in tra.ſin.& per Mar.in d.§.diligẽter.&in cõſ.viij.& in cõſ.v.& cõſ.xiiij.& ſeq.in fi. &
cõſ.xviij.in fi.& conſ.xx.& cõſ.xxiiij.& conſ.xxxiiij.latè in conſ.xlij.per totũ. & cõſ.
xlvj.& conſi. l.& conſ. lxiij.& conſ.lxix.& conſ.lxxxviij.& conſ.cj.& conſ.cxx.& per
Tho.Gra.in vo.xxx.vbi etiam habens arbitrium non torquet ſine legitimis, & à iure
11 approbatis indiciis.& per Par.in conſ.clj.iij.vol. Item † ſicut teſtes non probant ad
condemnandum, niſi etiam non interrogati reddant rationem & cauſam ſcientiæ in
criminalibus,aliâs non probant:ita & ad torquendũ debent reddere cauſam ſcientiæ
etiam nõ interrogati,vt per Sal.in l.ſi.C.de prob.& Alex.in conſ.xv.j.vol.Iaſ.in l.ad-
12 monendi.ff.de iurein.& Dec.in conſ.xxvij. Item † ſicut teſtis debet deponere cũ cauſa
in criminalibus,aliâs non probat ad plenam probationem, ita etiam ad faciendum
indiciũ,ita Ro.in rub.ff.de arbit.ver.ſcias tamen.ita Mar.in d.§. diligenter. & in ſing.
dcxxj.& ſingula. dclviij. vbi limita quando deponunt contra reum, ſed pro eo pro-
13 bant ad defenſam,licet cauſam non reddiderint. Item † ſicut teſtes ad informandum
plenè non probant,etiam ſi fuiſſent mille parte non citata.l.ſi quando.C. de teſtibus,
niſi in regno per ca.incip. ſubiungendo. vbi quatuor teſtes de viſu deponentes in in-
quiſitione generali vel ſpeciali, ſi ſint omni exceptione maiores,plenè probant, vt
condemnari poſſit inquiſitus, ſi verò per pauciores,non condẽnatur, ſed indicium
faciunt & præſumptionem in alio proceſſu, & ſic in ſpeciali inquiſitione, repetitis
tamen teſtibus parte citata,vt per Math.in conſtitutio.ſi damna clandeſtina. ix. nota.
vbi ponit practicam.& in caſu conſti.reg.hi qui.quando probatur per x. teſtes bonæ
opinionis condemnatur,licet capti ſint in inquiſitione generali parte non citata.& in
caſu blaſphemiæ. nã ſi cõtra blaſphemantẽ conſtat per duos teſtes.omni exceptione

maiores de blaſphemia abſque alio proceſſu & defenſione, condemnatur ad pœnam
amputationis & abſciſionis linguæ irremiſsibiliter vt componi non poſsit, & ſic ſi
conſtat per duos teſtes captos per informationem condemnatur, vt in prag. incip. hac
14 perpetua futura lege. ſub rub. de blaſphemia. ita etiã † ſi fuiſſent mille teſtes examina-
ti parte non citata ſed ad informandum non faciunt indiciũ ad torturam, vt per Bart.
& Mar. in l. fin. ff. de quæſtio. Ang. in gl. fama publ. Brun. in d. tract. Mar. in l. j. in princ.
ff. de quæſtio. & in conſi. cxx. & conſi. cxxiij. & conſi. cxxx. & conſi. lxxxij. & conſi. xv.
& conſi. xxxv. & conſi. lix. & per Ioan. de Ami. in conſil. lxxv. & conſi. lxxxvj. Thom.
Gra. in conſi. lxiiij. vbi etiam ſi eſſent mille, & in vol. iij. & in vol. xxx. & in conſi. xv. &
per Math. in d. conſtit. ſi damna clandeſtina. ix. no. & ibi, in iij. q. ſi iudex proceſſerit ex
talibus teſtibus captis ad informationem ad torturã, & confeſſus fuerit, & etiam rati-
ficauerit talis confeſsio etiam ratificata non nocet, vide ibi practicã. in d. ix. not. vide
per Thom. Gra. in deciſi. xj. vbi quòd ſi ſunt duo teſtes licet non repetiti, ſed capti ad
informationem faciunt indicium, dic vt per eum, & in deciſ. xxxiiij. num. 33. Quod li-
15 mita † in regno niſi ex præeminentia magnæ curiæ vicariç, nam poteſt ex proceſſu in-
formatiuo procedere ad torturam, vt per Par. in verbo, tortura. lo j. in fin. verſ. & an ſi
quis. & per Andr. & Math. in conſti. ſi damna clandeſtina. ix. no. iij. quæſt. quæ præemi-
nentia locum habet concurrẽte leuitate vitæ, & diffamatione inquiſiti, & in perſonis
diffamatis, & publicis latronibus & diſrobatoribus ſtratarum, & not. gl. in d. conſtit.
& per Math. in conſtit. duram & diram. in fin. j. lib. & in deciſi cccxcj. & per Thom. in
conſi. xvij. & conſi. xxxiiij. & in vol. xxx. & in vol. iij. & in vol. xxxij. quæ diffamia eſſe
debet in eodem genere mali, de quo inquiritur, & non ex alio genere, vt per Thom. in
16 d. vol. xxx. ver. item ad hoc. Immò etiam † de iure communi cõcurrente leuitate vitæ
contra homines malæ famę procedi poteſt ad torturam ex proceſſu informatiuo non
datis defenſionibus, & copia repertorũ, vt per Guid. de Suza in tract. ma. in rub. qua-
liter fiat inquiſi. in prin. & Gand. eo. tra. in rub. quo modo cogno. de male. per inquiſi.
verſi. ſed quæro facta & cõpleta. & per Augu. poſt Ang. in gl. fama publ. ver. item ad-
uertas. vbi intelligit & limitat procedere quando iudex ex officio procedit nõ ad par-
tis inſtantiam. nam tunc dandæ eſſent defenſiones & copia repertorũ, & per Mar. in
l. j. verſi. & inquantum. ff. de quæſt. vt per Tho. in d. conſi. xxxiiij. & in d. vo. iij. tamen ʒ.
fuit concluſum in materia inquiſitionis dandam eſſe copiã repertorũ, & defenſiones
etiã homini malę famæ per d. conſti. durã & diram. Erit ergo ex præeminentia magnę
17 curiæ in regno, dic vt ibi diximus, quæ † præminentia fuit ſumpta ex c. reg. ſi cum ſce-
leratis. & ex c. reg. prouiſa iuris ſanctio. & in c. reg. creſcit culpa. quæ locum habent in
perſonis diffamatis, & multiplicantibus, & reiterantibus delicta, ibi, aggreſsiones ge-
minãt. & ibi, quos crebra cõmiſsio criminum reddit inſignes. & ibi, quos notabiliter
fama grauat, non autem locum habet in homine bonæ vitę, & famæ, & in delictis non
notoriis, vt intelligas in delictis notoriis locũ habere, vt per Par. in d. ver. & an ſi quis.
in fi. & per Math. in d. deciſ. cccxcj. & ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro cõſilio nõ habere
18 locum dictã præeminentiã in homine bonæ famæ & vitæ. Item † locum nõ habet vbi
quis allegaret aliquid, quo probato eſſet ſuperſedendũ in tortura. & ad eã non poſſet
procedi, iuxta dictũ Bar. de Cap. in c. reg. ſi quis iuſtè appellauerit. & per Gand. in rub.
de quæſt. verſi. ſed quid erit. & Pau. de Eleaz. in c. j. de depo. & per Par. in verb. tortura.
19 lo j. ver. & an ſi quis. & Tho. in voto xxx. & Alex. in cõſ. lxv. j. vol. Itẽ † locũ non habet
dicta pręeminentia, vbi allegaſſet pars teſtes examinatos fuiſſe ſibi inimicos capitales,
& offerat id incontinẽti ꝓbare, nã eſſet ſuperſedendũ in tortura, ita dixit And. in cõſt.
reg. humanitaté. & per Felin. in c. ex parte. de teſti. & ꝑ Tho. Gra. in deci. xxxiiij. nu. 10.
& declara nu. 48. quando offerat incõtinenti probare & non aliter, & in deciſ. lxxxvj.

Item

20 Item locum † habet quando teſtes fuerint examinati in magna curia, & non aliter,
21 & ita ſeruatur in magna curia. Item locum † habet in prima tortura, vt procedi poſ-
ſit ex proceſſu informatiuo ad torturam, non autem locum habet vt repeti poſsit
in tortura ex proceſſu informatiuo, & reiterari, ita per Thom. in conſi. lxiij. & in d.
vol. iij. in fin. Ita vt ſuprà limitat ipſe Thom. in d. vol. i j. vbi ponit nouem limitatio-
22 nes ad dictam præeminentiam. & † ibi, quòd non dicitur diffamatus ſi probetur ita
dici vel dictum fuiſſe, ſed quòd fuerit conuictus de crimine, aut confeſſus, ita dixit
And. in c. j. in verſi. publici latrones. de pa. tenen. Immo dixit Ancha. in conſi. clxxxix.
requiri confeſsionem factam eſſe in iudicio, nec ſufficere probationem criminis, &
quòd fuerit condemnatus. & per Mar. in pra. in §. aggredior. verſic. pro quo etiam fa-
cit. & in conſi. lij. cum aliis. per Thom. in d. vol. iij. & alibi infrà. & de dicta præemi-
nentia in vol. xxx. vbi aliqua ex prædictis.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicia plura an requirantur, & an, & quando vnum ſufficiat ad torturam.*
2 *Indicia remota ſi leuia ſunt, ſola non ſufficiunt ad torturam.*
3 *Indicium vnum ſufficit in perſona vili, ſecus in graui.*
4 *Indicia plura quando requiruntur, debent eſſe veriſimiliora, & vero proxima.*
5 *Indicia grauia & leuia quæ ſint.*
6 *Indicium vbi eſt leue, arbitrium iudicis ad torquendum non operatur.*

1 SED An vnum † indicium ſufficiat ad torquendum, an vero plu-
ra requirantur. Dic quòd Bart. in l. maritus. ff. de quæſtio. & in l.
fin. eod. & Saly. in l. fi. C. eod. dicunt totum hoc relinqui arbitrio
iudicis, nam quandoque vnus ſufficit vt vnus teſtis de viſu con-
tra quem nihil opponi poſsit: confeſsio etiã extraiudicialis ſuffi-
cit, idem quodlibet aliud indicium propinquum, & proximum,
vt viſus exire vel aufugere cum gladio pallidus, & ſe latitare, &
viſus ibidem in loco vulneratus, & occiſus aliquis, vel vt dicit And in conſtit. in quæ-
ſtionibus ad probandam violentiam, vt colluctatio cum muliere acclamante, nam
2 eam æquiparat dicto vnius teſtis. In aliis † verò remotis ſi leuia ſint, & non grauia
non faciunt indicium, & ſic non ſufficit vnum, ſed plura eſſe debent, vt ſingula quæ
non proſunt, ſimul iuncta faciant indicium, adeò quòd ſi ſit malæ famæ ex hoc non
poteſt torqueri, niſi alia concurrant indicia quę iudex arbitrabitur vt inimicitia, fama,
fuga, & his ſimilia, ita etiam Angel. in glo. fama publ. verſi. quæro an vnum. Io. And.
in ſpec. in tit. de præſump. §. ſpecies. verſic. violentia. vbi vnum ſufficit propinquum,
& vnum remotum iuuat aliud ad torquendum. Par. in tract. ſind. in verbo, tortura.
verſi. an ſtetur dicto torti. circa fin. ibi, relinquitur. & in verſi. mandauit Rex. in fi. & in
verſic. tortura. lo j. verſic. an ſtetur. ibi, an ad torturam. & Mar. in pra. in §. diligenter.
verſi. quæro modo vlterius. & in d. l. maritus. & plenè in l. fin. ff. de quæſtio. & plenè
arguit Math. poſt And. in d. conſtit. ſi damna clandeſtina. ix. not. ij. quæſt. & in conſtit.
monarchiam. iij. not. Alexand. in conſil. lxxvij. primo vol. Cepo. in conſi. xl. Limita &
3 intellige † in homine & perſona vili, nam vnum indicium ſufficit, non autem contra
grauem perſonam, vt per Bald. in fin. C. de probat. Alexan. poſt Bart. in l. fin. ff. de quæ-
4 ſtio. & per Capi. in deciſ. cxxvj. Et † quando plura requiruntur, talia eſſe debent quæ
ſint veriſimiliora, & aptiora, & vero proxima, & non aliter. l. j. ij. reſpon. ff. de quæſtio.
l. milites. §. opem. C. eod. Brun. in d. tract. in d. ij. par. in v. quæſt. prin. verſic. tertio debet
5 aduertere. Quæ autem † ſint indicia grauia & leuia docet glo. in l. non hoc. C. vnde

cogna.& ibi Bal.vbi ſi frequenter & facile, hoc ab illo contingit abeſſe leue eſt indi-
cium:ſi verò frequenter contingit adeſſe & facile,eſt graue:in dubio verò eſt in arbi-
trio iudicis. Anto.de Cana.in tra.de torm.vj.q. Alex.poſt Bart.in l.fi. ff.de quæſtio.&
6 Bal.ibi dicit indicia leuia eſſe fugã,& colloquium. Et not. † quòd quando indicium
eſt leuè non operatur arbitrium iudicis,cum arbitrari non poſsit ad torquendum, ſi
verò non leue, operatur, vt per Anton.de Cana.in dicto tractatu,de tormen.d.vj.q.
Idem operatur arbitrium in dubio:vt ſuprà proximè.

## SVMMARIVM.

*1 ☞ Indicia ad torturam quæ ſint.*
*2 Teſtis de viſu an & quando faciat indicium ad torturam.*
*3 Teſtis de viſu tunc facit indicium vbi eſt omni exceptione maior.*
*4 Teſtis de viſu facit indiciũ concurrente leuitate rei, licet nõ omni exceptione maior fuerit.*
*5 Teſtis non omni exceptione maior etiam cum tortura non facit indicium.*
*6 Teſtis de viſu vt faciat indicium debent concurrere aliæ circunſtantiæ.*
*7 Teſtis de viſu vt faciat indicium, aliæ circunſtantia non debent reſiſtere.*
*8 Teſtis de viſu vt faciat indicium, non debet deponere de facto à ſe contra alios.*
*9 Teſtis vnus an faciat indicium contra mandantem.*
*10 Teſtis non omni exceptione maior facit indicium aliis concurrentibus.*
*11 Teſtes repulſati faciunt indicium ſi fama concurrat probata per teſtes non repulſatos.*
*12 Iudex habens arbitrium an torquebit cum teſte non omni exceptione maiore.*
*13 Teſtis non omni exceptione maior facit indicium in criminibus exceptuatis.*
*14 Meretricis dictum an faciat indicium, vt dominus ex eo torquere poſſit.*

1 QVÆ Autem † ſint iſta indicia ad torturam ſufficientia diſſera-
mus:de his plenè Gand.in rub.de præſumpt. & indi.dubi.ad tor-
turam.Bel.in pra.in tit.de quæſt.Boni.in rub.de indi. Ang.in glo.
fama pub.Brun.in d.tra.in prima par.iij.q.prin.Mar.in l.j.in prin.
ff.de quæſt.& in l.fi.vbi Bar.& Alex.poſt eum ff.de quæſtio.& in
pra.in §.diligenter.Math.poſt Andr.in conſtitu.ſi damna clande-
ſtina.& Par.in verbo, tortura.per diſcurſum,& maximè in verſi.
mandauit rex.& in ver.an ſtetur dicto torti.& conſulentes in variis eorum conſiliis,
vt per Cepo.in cõſiliis ſuis criminalibus. & Mar.in cõſiliis ſuis criminalibus.&Tho.
in votis,& conſiliis ſuis,ex quibus varia indicia colligũtur,nos autem breuiter fim-
2 brias non dilatando magis & frequentius in vſu verſantia referemus.Primo † maius
indiciũ quod eſſe poteſt, teſtis eſt de viſu qui ſit omni exceptione maior, & interfue-
rit maleficio,& viderit talem commiſiſſe tale delictum , tunc talis teſtis vnicus ſuffi-
ceret ad torquendum,vt per gloſſ.in l.ſi quis. C.ad leg.Iul. maieſta.Gand. in rubr. de
quæſt.Sal.in l.fi.C.de quæſt.doc.in l.admonendi.ff.de iureiu.& Bal.& Saly.in l.in bo-
næfidei. C.eo.doct.in c.cùm in contemplatione.de reg.iur Bar. Alex.poſt eũ & Mar.
in l.j §.idem Cornelio.& in l.maritus.ff.de quæſt.& in l.fi.eo.Ang.in d. gl.fama pub.
ver.an vnum indicium.Andr.& Math.in conſti.ſi damna clandeſtina.ix.no ij.q.& in
conſti.humanitate.v.not.ver.quæro pro declaratione.Mar.in d.§.diligenter. in prin.
Bru.in d.tra.Tho.in vo.iij.& in vol.xxx.& in vo.xxxiiij.Ale.in cõſi.j iiij.vo.Cepo.in
conſ.xl.Tho.in conſi j.conſil.xlv.& conſ.xxxvij. Ioan.de Ann.in conſ. xxxvj. & per
3 Capi.in deciſ.cxxvj.Quod † tamẽ intellige tribus concurrentibus , primò q. ſit omni
exceptione maior, aliàs minima qualitas, & defectus impedit teſtem,vt non faciat
indicium,vt per prædictos docto.vnde dixit Alex.in conſil. xiij.iij. vol. ꝙ teſtis vni-
cus

cus non facit indicium ad torturam,ſi inimicitia ſit magna. Et Par.in verb. tortura.
lo iij.ver.an ſtetur dicto torti.ibi,dictum vnius teſtis.circa fin.& in ver.quia ſæpe.ibi,
4 an teſtis.Hoc † limita niſi concurrat leuitas vitę rei,nam tũc facit indicium,licet non
ſit omni exceptione maior,ita And.in d.conſt.ſi dãna clãdeſtina.vbi ſi teſtis eſt omni
exceptione maior,nõ requiritur leuitas vitæ ad torquendum,aliâs requiritur , vt per
5 eum. Amplia † etiam, cũ tortura non facit indicium, ſi non eſt omni exceptione maior,vt dixit Bru.in d.tra.iiij.q.prin.ibi,& ideo ſi de maleficio vnus teſtis.ſed contradi-
cere videntur dicta per Iaſ.in l.j. C. de ſum.tri.vbi dixit infames admitti cũ tortura,&
facere indiciũ.ſed dic in ſubſidiũ procedere.de quo j. ſuo loco.& ꝙ minima qualitas
impedit teſtẽ,tradit Math.in d.conſt.ſi dãna clandeſtina.in ij.q. vbi quærit an vnus te
ſtis ſufficiat.& Mar.in d.§.diligenter.Par.in d.trac.in verb.tortura.lo iij.ver.an ſtetur
dicto torti.ibi,an teſtis qui nõ debuit examinari.vbi limita niſi alia concurrant,& in
ver.tortura. lo j. ver. an ſtetur dicto torti.circa fi.& in ver.dicitur cõmuniter.vbi li-
mita niſi iudex haberet arbitrium.& alia cõcurrant ex meritis proceſſus , in ver. tor-
tura.lo iij.Amplia etiam ſi vnus teſtis deponat de facto & de confeſsione,etiam quod
cõcurrat alter ſuper cõfeſsione,non probat plus quã ſemiplenè,vt per Alex.in conſ.
clij.v.vol.refert & ſequitur Tho.Gra.in deciſ.xxviij.in prin.quod eſt contra Math.in
quadã ſua deciſ.qui dicit ſi vnus teſtis ſuper facto deponat etiam de fama cũ alio teſte
6 de fama plenè probat.Secundo † requiritur ꝙ aliæ circũſtantiæ nõ reſiſtant , nã tunc
eis reſiſtentibus non faceret indicium vnus teſtis,licet omni exceptione maior, ſecun
dum Ioan. And.in noue.in c.cùm in contemplatione.de regu.iur.& ibi per Panor.&
per Bal.in hac lege,& Brun.vbi ſ.in princ.& in quinta q.princi. & Math.poſt Andr.
in conſtit.ſi damna clandeſtina.ix.notab.ij.q.& Alex.in conſil.cxxiiij. vj. vol.Fulg.in
conſil.lxxj. Augu. poſt Ange.in glo.fama pub.Mar.in d.l.fi.ff. de quæſt.& in pra.in §.
diligenter.Thom.in vol.iij.vol.xxx.& vol.xxxiiij.Mar.in ſing.ccccLxxvj.Tho.in con-
7 ſil.lxxxiij.Tertio † requiritur ꝙ aliæ circunſtantiæ, qualitates & indicia concurrant,
aliâs ſolus teſtis de viſu non faceret indicium,vt per Cyn.in l.fi.C.de quæſt.& per Iaſ.
in l.admonendi.ver.x.prædicta regula.ff.de iureiu.& per Tho.in deciſ.xxviij.ſub nu.
24.& per Mar.in practi.in §.diligenter.& in ſingul.cccxlij.& conſil.cj.& in l.j.§.idem
Cornelio.ff.de quæſtio.& in conſ.lxxiij. Tho.in conſil.xxj.& pro hoc tex. in l.mari-
tus.ff.de quæſt.vbi vnius hominis teſtimonia admitti non oportere.ibi, pronuncia-
uit quæſtione ilicita habita vnius teſtimonio non eſſe credendum:niſi dicatur,vt ibi
per gl.quòd vnus teſtis non erat habilis: quia familiaris, vel quòd prius tortura fuit
data abſque indiciis,& ſic illegitimè , vt teſtis vnus ſuperueniens non ſufficiat,vt ibi.
contrarium diſputando tenet Math.in d.conſt.ſi damna clandeſtina.ix. notab.ij.q.&
concludit ꝙ abſq; aliis indiciis teſtis de viſu dummodo ſit omni exceptione maior,&
deponat de delicto, & nõ remoto facit indiciũ,& per Mar.in d.§.diligẽter.& per Par.
in locis proximè allegatis:nec Cyn.in d.l.fin.dicit non facere indicium,ſed ꝙ non fa-
cit ſemiplenam probationem.Idem in l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.in quibus ſim-
pliciter dicit facere indiciũ,& ita tenetur,niſi quando non eſſet omni exceptione ma-
ior,tunc alia requiruntur,vt j. licet Rom.in conſ.ccccLj. & Alex.in conſi.v. & conſil.
xliij.ij.vol.& conſ.xj.j.vol.& Cepo.in conſ.xl.& Mar.in conſ.cij.& conſ.cxvij.& cõſ.
8 cxvj.& conſ.cj.& conſ.lxxiiij.dicãt alia requiri,& cõcurrere. Item † ꝙ nõ deponat de
9 facto à ſe contra alios,vt per Mar.in d.conſ.cj.Amplia † ꝙ vnus teſtis facit indiciũ ad
torquendũ etiã contra mandantẽ ad probandũ mandatũ:nã ſi vnus teſtis deponat de
mandato ad occidendũ,ſi inquiritur de mandato torqueri poteſt, vt per Par.in verb.
10 tortura.lo iij ver.dicitur communiter.Limita † prædicta in teſte nõ omni exceptione
maiore: niſi alia indicia cõcurrant & adiuuẽt, nam tunc licet nõ ſit omni exceptione

maior teſtis, tamen ex eo & aliis indiciis torqueri poteſt, vt per Roma.in conſ.cccclj. & per Bald.in l.maritus.ff.de queſtio.Bern.poſt Ang.& Aug.in d.gl.fama pub. Bal.in l.ij.C.de accuſa.& in l.j.C.de ſum.Trin.& fid.cathol.Iaſ.in l.j.C.de ſer.fugi.& in d.l.j. C.de ſacroſan.eccl.Par.in verbo, tortura.lo iij.verſi.an ſtetur dicto torti.& per Mar.in d.conſi.cij.& Alexan.in conſi.v.& conſ.xlj.ij.vol.& conſi.xj.j.vol.& per Mar.in ſing. cccxliij.& in ſing.cccclj.vbi teſtis nõ idoneus ſi deponat veriſimilia, vel habeat aliam
11 præſumptionem pro ſe efficitur idoneus,& ſic tunc facit indicium Et ideo† ſi teſtes, eſſent repulſati & probetur de aliquo indicio, vt de fama, per teſtes non repulſatos poteſt torqueri, vt per Tho.Gra.in conſi.j.& conſil.xxxij.& in deciſi.xj.plenè. Limita
12 etiam †niſi iudex haberet arbitrium, nam poſſet torquere ex vno teſte, licet non omni exceptione maiore, ſecundum Alex.in d.conſi.xlj.ij.vo.& Par.in verbo, tortura.lo iij. verſi.dicitur communiter. & per Tho.Gra.in deciſi.xxxiiij.nu.31. & ſeq. de quo contrarium dixit And.Sicu.in conſi.xxxv.incip.ſcribitur apud eccleſiaſtem.& ita limitat Bernar.poſt Ang.in d.glo.fama pub. verſi.quæro an vnum.& Deci.in conſi.ccclxxij.
13 & per Mar.in d.§.diligenter.& in l.fin.ff.de quæſtio. Limita† etiam in criminibus exceptuatis, vt in crimine læſæ maieſtatis, per l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maieſt.no.glo.in l.iij. §.lex Iulia.ff.de teſti.& in c.licet.lo j.de ſimo.& in c.per tuas.eod. Contrarium tamen dixit Alexan. in d.conſil.xj.j.vol.vbi quòd ſi non eſt integer non poteſt torqueri: vide
14 per Mar.in d.§.diligenter. & in d.conſi.cj.& ſequen.cij.& ſic potius amplia ac† etiam amplia ex dicto Alexand.in conſi.lj.j.vol. quòd dominus & ſuperior non poteſt torquere aliquem ad ſimplex dictum meretricis.

SVMMARIVM.

1 *Fama publica an & quando faciat indicium ad torturam.*
2 *Iudex ſi ex ſola fama torquet, & confitetur, confeſſio non nocet.*
3 *Fama an faciat indicium contra hominem malæ famæ.*
4 *Viles perſonæ quæ ſint, & an ex actis debeat apparere.*
5 *Fama mala debet eſſe in eodem genere mali, & non diuerſo.*
6 *Fama vehemens an faciat indicium.*
7 *Fama vehemens quæ dicatur.*
8 *Fama ortum habens à perſonis honeſtis & fide dignis, an faciat indicium.*
9 *Fama ſi ortum non habuerit à fide dignis, an aliis concurrentibus faciat indicium.*
10 *Fama legitimè probata ex cauſa probabili, & veriſimili an faciat indicium.*
11 *Fama an faciat indicium ſi concurrat dictum ſindici.*
12 *Fama vt faciat indicium debet eſſe orta ſtatim, & non ex interuallo.*
13 *Opinio varia gentium, & fama varia non operatur, quia vnus dicit vnum, alius aliud.*
14 *Fama vt operetur debet eſſe talis quòd tergiuerſari non poſſit.*
15 *Fama vt operetur factum debet dilucide probari.*
16 *Fama mala probata bona fama parum operatur.*
17 *Fama qualiter probari debet, & teſtes debeant deponere.*
18 *Fama ſi probetur per decem teſtes etiam ſi non formiter deponant, operatur.*

1 SECVNDVM Indicium † eſt fama publica, nam fama facit indicium ex quo in ciuilibus facit ſemiplenam probationẽ, vt per doct. in l.admonendi.ff.de iureiur. & in c.veniens. de teſti. & in l.in bonæ fidei. C.de iureiur.Mar.in cõſil.xliiij.& licet Gand.in rub.de queſtio. verſi.de vno quoque dicat, aſſeſſores ex fama ponunt ad torturam. & per Mar. in conſil.lxxij. tamen communiter concluditur contrarium quòd ex ſola, & nuda fama abſque aliis adminiculis, & indiciis non torquetur, nec

nec fama ſola ſufficit, ita ibidem per Gand. & in rub. de indi. dubi. ad tor. & in tit. quis
ſit effectus famæ. & per Bel. in pra. in tit. de quæſtio. Barto. & Mar. plenè in l. ſin. ff. de
quæſtio. & in l. de minore. §. tormenta. ff. eod. Bald. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. Anton.
de Cana. in tract. de torm. in vij. quæſt. & Pau. Grill. in tract. de rela. car. in tit. de fuga
car. plenè Angel. in glo. fama publ. Brun. in d. tract. in d. j. par. verſi. an fama. doct. ma-
ximè Iaſ. in d. l. admonendi. & per Felin. latè in d. c. veniens. Mar. plenè in pra. in §. dili-
genter. & in ſing. xcvij. Par. in verbo, tortura. verſi. an fama. & in verbo, fuga. §. j. Alex.
poſt Bart. & ibi. Mar. in d. §. tormenta. Thom. Gram. in vol. xxxiiij. & in conſi. xxxj. &
in conſi. xlij. & in conſi. xlvij. cum aliis ergo adminiculis facit indicium, aliâs non: &
dixit Bald. in l. voluntatis. C. de fideicomm. & Felin in d. c. veniens. iij. limi. quòd fama
2 cum fuga ſufficit ad torquẽdum. Immò † ſi iudex ex ſola & nuda fama poneret reum
ad torturam, & ille fuiſſet confeſſus, talis confeſsio non noceret, ſed haberetur ac ſi
fuiſſet extorta abſque indiciis vt proſequitur Mar. in d. §. tormenta. aliâs, ſi plurium.
3 & in l. penult. ff. de quæſtio. & in d. ſing. xcvij. & in conſil. xliij. Limita † ſecundo in
diffamato, & homine malæ famæ, & conditionis, nam tunc ex ſola fama poterit tor-
queri, vt per Gand. vbi ſuprà in fin. & in tit. à quo vel à quibus fama. verſic. ſed pone
quæſtionem quæ ſæpe. & præceden. quæſt. aliâs ſecus. Immò contra taliter diffama-
tum, & vilem admittuntur teſtes viles, vt per Bald. in d. cap. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. &
quòd contra diffamatum, & vilem facit indicium, vt per Alexand. poſt Bart. in l. fin.
ff. de quæſtio. & Ang. in l. milites. C. eod. vbi contra honeſtam, grauem, & bonæ famæ
perſonam non facit indicium, ſed contra vilem, & diffamatum facit indicium, & per
Andr. & Math. in d. conſtit. ſi damna clandeſtina. per illum textum. x. not. in princip.
4 Vbi etiam † ponit quæ dicantur perſonæ viles; & malæ conditionis, & famæ & pro
hoc quòd ſint viles debeat apparere ex actis, & proceſſu & non aliter, vt per Alex. in
conſil. lxxxix. iij. vol. & in conſil. v. j. vol. Auguſt. poſt Angel. in glo. fama publi. & per
5 Brun. in d. tract. d. verſi. an fama. Et declara † vt per Bernar poſt Ang. vbi ſuprà. quòd
ſit malæ famæ in eodem genere mali non in alio, vt per Thom. Gram. in volum. xx. &
6 Bern. poſt Gand. in d. tit. à quo vel à quibus. Tertiò limita † niſi fama eſſet vehemens,
vt per Bar. in conſi. clxxx. nam faceret indicium, & per Bal in d. c. j. §. iniuria. & per Fel.
& alios in d. c. veniens. & per Iaſ. in d. l. admonendi. Auguſt. poſt Angel. vbi ſ. & Brun.
in d. verſic. fama. & Mar. in d. §. diligenter. & in d. §. plurium. & in d. ſingu. xcvij. & in
conſi. iij & in conſi. xcix & Thom. Gram. in conſi. lvij. Alexand. poſt Bart. in l. penult.
7 & in d. §. ſi plurium. ff. de quæſtio. Quæ † autem dicatur fama vehemens relinquitur
arbitrio iudicis, vt per Mar. in d. §. ſi plurium. & in d. ſing. xcvij. poſt Salyc. in l. fin. C. de
quæſtio. & per Bart. in d. conſi. clxxx. incip. Pau. de Burgo. & per Thom. Gra. in deciſ.
xxxiiij. nu. 52. & ſeq. & in deciſ. xlij. vbi coniuncta cum aliis ſufficit ad condẽnandum.
8 Quartò † limita niſi fama habuerit ortũ à perſonis fide dignis, & perſonis honeſtis,
vt per Mar. in d. §. ſi plurium. & in d. ſing. xcvij. & in conſi. iij. & in conſi. xxxj. Ang. in
glo. non à maleuplis. & Gand. in d. rubr. quis ſit effe. fa. & in rubr. à quo vel à quibus.
9 & in rub. qui fam. proba. Limita † tamen hoc niſi concurrant alia indicia etiam leuia,
nam licet non à fide dignis orta facit indicium ſecundum Bart. in d. conſi. niſi pro reo
etiam concurrant alia indicia, vt per Anton. de Cana. vbi ſ. in tract. de tor. vij. quæſt.
10 Item limita † hoc dictum, vt per Ang. in d. l. fin. C. de quæſtio. niſi fama fuerit legitimè,
probata, & ex cauſa vrgenti, probabili, & veriſimili ortum habuerit vt dicant teſtes
famam eſſe quòd Titius occidit, quia erat inter eos inimicitia ex tali cauſa, vt quia
ambo aſpirabant ad dignitatem aliquam, vel erant riuales, vel quia prius offenderat,
vel ex alia cauſa veriſimili: tunc fama faceret indicium ſola, aliâs non: quia eſſet vana,
vox populi, ſemper tamẽ intelligas aliis concurrentibus, vt per Bel. & alios vbi ſuprà,

11 & ſic quintò eſſet limitandum. Sextò † limita niſi cum fama concurreret dictum ſindici denunciantis maleficium cum iuramento, vt per Bart. in conſil. lxxxvj. & Brun.
12 vbi ſ. & per Bar. in l. excuſantur. §. ætas. ff. de excuſa. tuto. Not. † etiam vt effectũ famæ operetur, & faciat indicium, quod eſt neceſſe, vt ſtatim poſt delictum ortum habeat, non ex interuallo poſt delictũ, vt per Gand. in d. rub. à quo vel à quibus. & per Mar. in d. §. ſi plurium. & in l. vnius. ff. de quæſtio. & per Thom. Gra. in vol. iij. & ante accuſationem, vel inquiſitionem, & non poſt, vt per Ancha. in conſil. cluj. & Tho. in vol. xxxiij. & in conſil. xlij. contrarium dicit Alex. poſt Barto. in d. §. plurium. iiij. q. vbi q ſufficit ſi pendente accuſatione, & per Sal. in l. ea quidem. C. de accuſat. & per Bald.
13 & Imol. in l. is poteſt. ff. de acquirend. hæred. Not. † etiam quod dixit Bald. in l. iij. §. eiuſdem in add. quòd vbi eſt varia opinio gentium: quia vnus dicat vnum, alius aliud, & diuerſi nominent talis fama nõ facit indicium, cũ ſit fama variabilis, & non certa, & ſequitur Bru. in d. tract. verſi. an fama publica. Ang. in glo. non ſemel tantùm. & per Bernar. poſt Ang. in d. gl. fama pub. ver. quæro, quæ fama. i. vbi quòd habere debet cer-
14 tum authorem. & per Aretin. in conſil. lxxiij. Item † eſſe debet talis quòd tergiuerſari non poſsit, vt ibi per Ang. in d. gl. ver. & benè nota. aliàs non operatur vt ibi; & in glo.
15 non ſemel tantùm. Not. † etiam quòd niſi dilucidè probetur factũ infamia non operatur, nec facit indicium: vt per Alex. poſt Bar. in d. §. ſi plurium. aut tormenta. & Bal. in l. Caſsius. ff. de ſenat. & ibi, ſi teſtis non dicat eſſe malæ famæ, & communis opinio ſit in contrariũ, an ſit probata mala fama, & per Inno. in c. per inquiſitionem. de elect.
16 & in c. qualiter & quando. de accuſ. No. † etiam quod dixit Inno. in c. cùm oporteat. de accuſ. quòd probata mala fama non admittitur ad probationem bonæ famæ, nec prodeſt probatio bonæ: habetur poſt Bart. in d. §. tormenta. in apoſt. & ibi in alia apoſt.
17 verſicu. quæro qualiter probetur infamia. Qualiter † autem probetur fama, & teſtes debeant deponere, vt probent per Gand. in rubri. quali. fa. probe. & per Salycet. in l. ea quidem. C. de accuſat vbi multa. & per Bartol. & poſt eum Alexan. & alios apoſti. & Mar. in dicto §. ſi plurium. vbi pleniſsimè cumulat Mar. & multa refert & cumulat conſilia. & per eundem in conſilio xx. & conſilio xliiij. & conſilio lxxij. & conſilio lxxvj. & conſilio lxxxviij. Thom Gra. in conſilio xxvj. & conſil. xlij. vbi quòd neceſſe eſt quòd teſtes deponãt de cauſa ex qua fuit orta fama, & quòd cauſa ſit probabilis, & per Cor. in conſilio cxxx. iiij. vol. & Salicet. in d. l. ea quidem. & Panor. in d. c. veniens, vt quia dicatur ex inimicitia præcedente offenſa, aut minis: & plenè qualiter teſtes debent deponere, vt per Thom. in vol. xxxiij. & maximè debent dicere à quibus audierunt, & nominare aliquos etiam non interrogati ad hoc vt videat iudex, an à maleuolis, vel fide dignis & grauibus, & à quibus traxerit originem fama, & quòd ita audierunt dici & affirmari per maiorem partem populi, & hominum vniuerſitatis loci aut ciuitatis, & cauſam probabilẽ famæ allegare, & deponere ex qua fama ortum habuit, & quòd ortum habuit ſtatim perpetrato delicto, & ante accuſationem aut inquiſitionem, & non poſt, & aliter vt per præfatos docto. in locis ſuprà. & dixit Dec. in conſilio xxxvij. quòd debet conſtare ex proceſſu quòd ortum habuerit fama à fide
18 dignis. No. † tamen vnum quod dixit Alexand. poſt Bartol. in dicto §. ſi plurium. in apoſt. ſed quid ſi decem teſtes depoſuerint de fama, licet formiter non depoſuerint, vt ſuprà, & vt requiritur, tamen probant famam, & operatur effectum famæ, ex quo decem teſtes faciunt populum, & vniuerſitatem, vt ibi per eum, & ſentit Mar. in ſing. cccclxxvij. & ideò cautela eſt vt ſemper examinẽtur decẽ teſtes aut plures ſuper fama, qui deponant eam eſſe ſuper tali crimine, nam tunc fama probatur, & operatur effectum, licet non formiter depoſuerint, & per Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſic. quidam latro quod not.

Fuga

## SVMMARIVM.

1 ☞ Fuga an & quando faciat indicium.
2 Fugatus cum rumore facit indicium.
3 Fugiens poſt delictum per loca inuia facit indicium.
4 Fugere attentans facit indicium licet non fugiat.
5 Fuga colorata non facit indicium, vt quia timeat partialitates, vel eſſet mercator abſens ad negotiandum, & ſtatur eius iuramento. nume. 6. & nume. 7. idem quia de facto erat capiendus. num. 8.
9 Fuga non operatur ſi aufugiſſet etiam à manibus familiæ, & citatus comparuit.
10 Fuga non operatur in homine bonæ famæ.
11 Fuga etiam iuncta cum fama non operatur, ſi non concurrat leuitas vitæ.
12 Fuga tunc facit indicium, vbi eſt certa & manifeſta, quòd propter delictum ſe abſentauerit.
13 Fuga poſt accuſationem non operatur, etiam ſi in domo latitet, & num. 14.
15 Fuga non operatur quando præceſſerint minæ de accuſando.
16 Fuga etiam poſt accuſationem operatur aliis concurrentibus.
17 Contumacia & bannum an, & quando faciant indicium.
18 Contumacia vt faciat indicium debet eſſe legitimè contracta, & citatus perſonaliter.
19 Abſentans ſe ad ſuperiorem ſi remittatur ad iudicem, contumacia & bannum præcedens non facit indicium.
20 Contumacia & bannum, an hodie faciant in regno indicium.
21 Contumacia facit indicium in perſonis leuibus, & non grauibus.
22 Viles torquentur in regno, & non graues.
23 Bannum an faciat indicium ſi bannitur ab vno officiali, & capitur ab alio, vel propter vnum delictum, & capitur ex alio delicto pro quo non bannitus eſt.
24 Reſiſtentia facta familiæ dum capitur an faciat indicium, & quando.
25 Fuga à carcere an, & quando faciat indicium, & quid ſi rediit.
26 Statutum puniens à carcere fugientem an comprehendat fugientem animo redeundi.
27 Fugiens à carcere ſi ſtatim redit non operatur fuga, ſecus ſi ex interuallo.
28 Aufugiens à manibus familiæ ſi poſtea citatus compareat non facit indicium fuga.
29 Probatio qualiter fiat quòd diſceſſit animo redeundi.
30 Fideiuſſio de ſecuro carcere non eſt rupta, ſi aufugit, deinde rediit non requiſitus.
31 Fugiens à carcere etiam oſtio aperto animo non redeundi facit indicium.
32 Carceres rumpere attentans facit indicium.
33 Fugiens à carcere ruptis carceribus, an, & quando faciat probationem, & haberi pro confeſſo.
34 Aufugiens in hæreſi, abſque conſpiratione à carcere habetur pro relapſo in hæreſim.
35 Fugiens à carcere quando non habetur pro confeſſo.
36 Iniuſtè carceratus ſi aufugit non habetur pro confeſſo.
37 Iniuſtè carceratus aufugiens non rumpit fideiuſſionem de ſecuro carcere.
38 Fugiens à carcere ob iudicis ſæuitiam non rumpit fideiuſſionem, idem ſi eius dolo & facto. num. 39
40 Fugiens à carcere ruptis cippis & carcere, abſque conſpiratione, an teneatur de effractoribus.
41 Fugere attentans à carcere cum conſpiratione torqueri poteſt.
42 Fuga an & quando faciat probationem.
43 Carceratus ſi abſcindit ſibi linguam ne confiteatur, habetur pro confeſſo.

1 TERTIVM Indicium † eſt fuga poſt delictum commiſſum,
nam ſi poſt commiſſum delictum aufugerit, & non comparue-
rit, ſed vadit latitando, talis fuga facit indicium, vt traditur in l.
lex Cornelia. ff. ad Sill. doct. plenè maximè Roman. & Iaſ. in l. ad-
monendi. ff. de iureiur. Bart. tradit in l. j. ff. de bo. eo. qui ſibi mor.
conſci. Bald. & Salyc. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Bart. Rom.
& alij in d. l. lex Cornelia. Iacob. de Bel. & Angel. in §. ſi vero. in
authen. de exhib. reis. Ang. in glo. famæ pub. & ibi August. & Berna. poſt eum pleniſ-
ſimè. Brun. in j. par. verſi. item poteſt eſſe aliud indicium. Ang. in l. fin. C. de quæſtio. &
Felin. in c. nullus. de præſump. Cuma. in conſi. xliij. Ana. in conſil. j. Oldra. in conſi. lxv.
Alexan. in conſi. lxv. & in conſi. lxxvij. iij. vol. Bel. in rub. de quæſtio. plenè Mar. in pra.
in §. diligenter. verſic. modo quæro vlterius. & in rubr. C. de probat. & in l. j. in princ.
ff. de quæſtio. & in ſingu. cxix. & in ſing. ccccxcvij. & conſil. xlix. & conſil. lxxij. Paul.
Grill. in tract. de quæſt. iij. quæſt. Math. in conſtit. in quæſtionibus. viij. no. & in conſti.
vniuerſos. viij. no. & in conſti. clementiæ. ij. no. Cepo. in conſi. xxxj. & conſ. xxix. Io. de
Ami. in conſi. vij. & conſi. lxxxv. & conſi. lxxxvij. & cõſi. cxxxij. Dec. in conſ. ccxxxiiij.
Thom. Gra. in conſi. xiiij. & conſi. xvij. & conſi. xlij. & conſi. xxxij. Par. in verbo, tortu-
ra. lo j. verſ. viſo de indiciis. Corn. in conſi. lviij. ij. vol. Par. in d. verbo, tortura. verſi. an
teſtes. ex quorum omniũ dictis diſtingue aut aufugit ſtatim facto delicto, & ſe abſen-
tauit ante accuſationem: aut aufugit poſt delictum & poſt accuſationem & citatio-
nem emanatam. Primo caſu concluditur authoritate Bart. in d. l. j. ff. de bon. eo. quòd
ſola & nuda fuga non facit indicium, ſed ſuſpicionem inducit, & per Alexã. in conſil.
2 lxv. j. vol. Limita niſi † fuiſſet fugatus rumore perlato, vt per Bald. in l. fin. ff. de quæſt.
& Brun. in d. tract. & acclamationibus & vociferationibus, vt quando à loco malefi-
cij taliter aufugit, & viſus eſt aufugere, vt per Bel. in pra. in rub. de quæſtio. Andr. &
Math. in conſti. in quæſtionibus. vbi viſus aufugere prope domum præcedentibus ac-
3 clamationibus facit indicium: item ſi † aufugerit per loca inuia & nõ ſolita, vt per Io.
de Pla. per illum text. in l. ij. C. de cur. pub. lib. xij. iuncta vero fuga cum aliis admini-
culis vt fama, & inimicitia, & aliis circunſtantiis & coniecturis, facit indiciũ. Amplia
4 etiam † tunc in præparante & attentante aufugere, nam facit indicium ſicut fuga in
actu, vt per Mar. in d. §. dilĩgẽter. & in d. rub. C. de probat. & in d. l. j. in prin. ff. de quæſt.
dixit enim Bald. in l. pignoris gratia. C. de pigno. actio. idem operatur fuga in actu ſi-
cut fuga in promptu. Amplia etiam in fuga ſocij criminis, nam facit indicium contra
ſocium inculpatum, & inquiſitum, vt per Thom. in d. conſil. lv. in fin. amplia nedum
in fuga propria, ſed etiam in fuga ſocij criminis, nam ſocius aufugiens facit indicium,
5 vt proſequitur Tho. Gra. in deciſi. xlij. Limita tamen † niſi fuga poſſet modo aliquo
colorari ex aliqua probabili cauſa, nam tunc non facit indiciũ, & ideo ſi dicat timuiſ-
ſe ne occidatur à conſanguineis occiſi, vt quia ab ipſis fuerit inculpatus, & tunc ex
quo ei locus tutus non eſt, abſentauit ſe à loco & aufugit, non facit indicium ſi de his
conſtat, ita loquitur Bal. in d. l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & Anton. de Cana. in d. tra.
6 de torm. vij. quæſt. Idem ſi † aſſerat ſe receſſiſſe propter mercantias, nam ſi aliis ſoli-
tus erat vagari in diuerſis locis pro mercantiis excuſatur, & fuga & abſentia nõ facit
indicium, vt per Brun. in d. tract. j. par. idem ex aliis probabilibus cauſis. Immò tunc
ſi probationes non habeat, ſtaretur eius iuramento ſi dixerit ſe ex his aut aliis cauſis
probabilibus abſentaſſe: cùm ea quæ in animo conſiſtant directè per alios probari
non poſſent niſi ſolo iuramento cui creditur, vt per glo. in §. ſed iſtæ. inſtit. de actio.
vbi plenè Iaſ. & multa in hoc cumulat Mar. in pra. in §. diligenter. & in rubr. C. de pro-
7 bat. & in ſing. cxv. & in l. qui falſam. ff. de falſ. & per Anto. in probl. lxx. Et † quòd ſi
ex

ex aliqua cauſa probabili coloretur fuga, vt propter timorem partialitatis, & ne offendatur, plenè Ioan. de Ami. in conſil. vij. vbi etiam propter verba minatoria à parte aduerſa, & d. conſil. viij. & d. conſi. lxxxvij. & per Anton. de Cana. in d. tract. de torm.
8 quæſt. vij. & per Mar. in conſi. xlix. & Philip. in c. nullus. de præſumpt. Idem † quando aufugit ad euitandum facti violentiam, vt quia de facto erat capiendus, vt dicit Tho. Gram. in vol. x. in addit. & per Ioan. de Amic. in dicto conſil. vij. & per Bart. in l. quid ſit fugitiuus. §. j. ff. de ædilit. edi. & Bald. in l. j. C. de ædil. actio. & per Par. in verbo, car-
9 cer. verſi. qualiter. & vide per Math. in conſtit. clementiæ. iij. not. Idem † ſi aufugiſſet à manibus familiæ, & poſtea citatus comparuiſſet, nam non facit indicium talis fuga,
10 vt per Philip. in dicto cap. nullus. Idem † ſi aufugiens per prius reputabatur homo
11 bonæ vitæ, conditionis & famæ, vt per Mar. in dicto conſil. xlix. Immò † fuga etiam iuncta cum fama ſeu aliis indiciis non facit indicium ad torturam, niſi concurrat leuitas vitæ præterquam in teſte de viſu, ita dixit Andr. in conſtit. ſi damna clandeſtina. verſic. magis mouetur iudex. & de prædictis vide per Brunum in dicto tract. j. parte, poſt Archidiac. in cap. decernimus. iij. quæſt. ix. vbi etiam quòd ſtatur eius iuramento,
12 Limita tamen † prædicta & tempera, vt faciat fuga indicium, quando fuga fuerit ita certa & manifeſta per vehementem præſumptionem quòd ſe abſentauerit ex cauſa delicti, ita dixit Archid. in cap. nihilominus. iij. quæſt. viij. & in cap. cum contumacia. de hæreti. in vj. & Brun. in dicta tract. niſi per claras contrarias probationes de cauſa
13 vera abſentiæ, & non colorata & affectata probaſſet. Secundo caſu † quando aufugit poſt accuſationem vel inquiſitionem, dic quòd aut ante citationem, aut poſt citationem emanatam aufugit. Primo caſu nullum facit indicium nec ſuſpicionem, vt per
14 Bart. in d. l. j. C. de bon. eo. etiam ſi † reus ſtaret cautus in domo vel alibi ne capiatur, vt per Bart. & poſt eum Alexand. & Angel. in l. fin. ff. de quæſtio. & Roman. in d. l. lex
15 Cornelia. Et nedum † procedit quando fuiſſet accuſatus, ſed etiam ſi adhuc non fuiſſet accuſatus, ſed præceſſiſſent minæ de accuſando, vel eſſet veriſimilis ſuſpicio de accuſando, nam tunc idem operatur ac ſi accuſaſſet, vt proſequitur Mar. in dicto §. diligenter. & in d. rubr. C. de probat. & in dicta l. j. in princ. ff. de quæſtio. & in ſingu. cccccxcvij. Angel. in d. glo. fama publi. Roma. in dicta l. lex Cornelia. Brun. in d. tract. Decius in conſil. ccxxxiiij. Ioan. de Ami. in conſi. xxxvij. & tunc nec etiam facit indicium, potuit enim dubitare vtroque caſu ne à familia caperetur, vt not. Bart. in dicta l. quid ſit fugitiuus. §. ſcienti. ff. de edili. edi. ſi tamen poſtea citatus comparuerit, vt ibi,
16 per Bart. & Brun. in dicto tract. aliàs ſecus, vt infrà. Limita † tamen prædicta niſi alia ſuſpicio laboraret, nam tunc faceret indicium, vt per Angel. in d. gloſ. fama publica.
17 Si verò † aufugit poſt citationem & tunc aut erat liber, aut in poſſe curiæ carceratus. Primo caſu ſi citatus non comparuerit, ſed in contumacia perſeuerauerit & fuerit bannitus, tunc talis contumacia & bannum, & fuga facit indicium ſecundum Nicol. de Math. & Bald. in l. prima. C. de hæred. inſtit. & per Paul. de Caſtr. in l. raptores. C. de epiſc. & cler. & Math. in conſtit. in quæſtionibus. viij. not. vbi dicunt, ex tali fuga non condemnatur, ſed torquetur. idem dicit in conſtit. ſi quis rapere. ij. not. x. quæſt. Brun. etiam tradit in dicto tract. verſic. addo alium notabilem caſum, & per Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſic. ſequitur quæſtio. in fin. vbi ſecundum qualitatem perſonæ. Mar. in pract. in §. diligenter. in fin. verſi. quæro vlterius an contumacia, & in l. prima. in princ. & in l. penult. in fin. ff. de quæſtio. & in ſing. cxvij. & conſil. cxvij. & per Arno. in epit. xcj. & in comment. cxj. & Thom. in conſi. xxxiiij. & in conſi. xlv. & in conſi. lv. & conſil. lvij. verſic. item decimo. & de tali fuga poſt citationem, & contumacia per Thom. in conſil. xxxij. & in deciſi. xj. in fin. vbi plenè. & in deciſi. xxxiiij. numero 50. licet contrarium dixit idem Thom. in conſil. xxxvij. quòd ex ſola contumacia non

torquetur abſq; aliis indictis,cùm ibi dicat niſi vltra contumaciã cõcurrat bannum.
18 & ita intelligit dictam doctinam Bal.in d.l.j. Limita † tamen & intellige quando con-
tumacia fuiſſet legitimè contracta,& non aliter,vt per Thom.Gra.in d.conſi.xxxvij.
& locum etiam habet in vero contumace quãdo perſonaliter fuiſſet citatus. & non
domi, vt per eundem Thom.in conſi.xlv.pro hoc faciunt tradita per Bar.& Iaſ.in l.j.
§.fi.ff.ſi quis ius di.non obtemp.& per Capi.in deciſ.cxlj.in quibus nunquam multa-
tur,& pœna imponitur ratione contumacię,niſi fuiſſet in vera contumacia, & dolo:
19 quia citatus perſonaliter noluiſſet cõparere. Limita † etiam,vt per Math.in conſt.cle-
mentiæ.iij.no.vbi abſentia & fuga fuiſſet colorata ex cauſa probabili,vt quia citatus
ſe abſentaſſet ad Regẽ,nam licet fuerit bannitus,ſi poſteà Rex remiſiſſet ad iudicem
bannientem vt prouideat de iuſtitia,tale bannum & fuga nõ faceret indicium,vt ibi
20 per eum. Sed † mirandum eſt,nam ſi per dictam cõſti.clementiæ.bannitus habet tem-
pus ad comparendũ,& infra duos menſes nõ poteſt capi,nec offendi,ſed ſpontè com-
parens relaxatur fideiuſſoribus,& auditur in ſuis defenſionibus.quomodo ergo talis
contumacia & bannũ in regno faciat indiciũ contra ſpontè cõparentẽ? niſi fortè pro-
cederet ſi in banno fuiſſet captus,vt ex hoc ſolo poſſet torqueri. faciunt dicta per gl.
in conſti.humanitate.vbi captus in banno non relaxatur fideiuſſoribus, vt arguatur
quid doli,cùm poterat comparere,& non comparuit,ſed permiſit ſe capi in fuga: ta-
nem ſupradicti doc.loquũtur in caſu quo per ſtatutũ poſſet cõparere & purgare con-
tumaciam,nã etiam ſpontè cõparens poteſt torqueri ex præcedẽti cõtumacia abſque
aliis indiciis,& ſic loquũtur iuxta diſpoſitionẽ d.conſt.clementiæ.vt poſsit cõparere,
21 & tunc torquetur. Dic † non paſsim locũ habere,ſed in perſonis leuibus, non in aliis,
vt ſentire videtur Bal.in d.l.j.C.de hære.inſti.quatenus dicit ſecundũ qualitatẽ perſo-
22 næ poſſe torqueri,& ſentit Par.in d.ver.ſequitur quęſtio,& † tanto magis locũ habet
in regno in quo viles torquẽtur,& nõ graues,vt dixit Andr.& Math. in d.conſtitu. ſi
23 damna clãdeſtina.& dicetur ſuo loco. Sed † quid ſi bannitur ab vno officiali.& capia-
tur pro alio delicto,vel eodem ab alio officiali maiore, vel minore , an illud bannum
& cõtumacia faciat indicium, vt ex eo torqueri poſsit coram iudice non banniente,
dic quod decidi poteſt ex dictis per Math.in conſti.humanitatẽ.xiij.no.ver. ſed iuxta
24 præmiſſa,vbi ponit an ſe defendat extra carceres. Idem † dicas ſi dum capitur à fami-
lia iuſtè,nam ſi reſiſtat in capiendo,talis reſiſtentia facit indicium,ſecùs tamen ſi iniu-
ſtè capiatur,nam nedum non facit indicium,vt per Ioan.de Anan.in conſil.cxxxiiij.
Immò occidere poteſt,vt per Par.in verbo,reſiſtentia.& Mar.in l.j.in prin. ff.de ſicar.
25 Secundò † caſu quãdo erat carceratus,& aufugit,dic quòd aut iniuſtè detinebatur,
& tunc aufugiens à carcere non torquetur ex hoc,cùm talis fuga non facit indicium
vt per Alex.in conſil.cxliiij.ſecundo volum.& Math.in d.conſtit. clementiæ.in fin.iij.
notab.vbi optimè,& ibi ſi accedit ad ſuperiorẽ talis fuga non facit indicium,nec con-
tumax reputatur. aut iuſtè detinebatur , & tunc ſi animo redeundi receſsit,vt quia
poſteà rediit,& tunc nec etiam facit indicium,vt per Bar. in l.quid ſit fugitiuus.§.j ff.
26 de ædili.edict.& † dixit Bald.in l.j.C.de ſer.fugit.quòd ſtatutum puniens fugientem
de carcere non includit illos qui exierunt animo redeundi. arg. not. in §. Pauonum.
27 inſtitu. de rer. diuiſ.Bru.in d tra.& per Mar.in conſil.cxxij.in princ. Intellige † dum-
modo cito rediit,non ſi ex poſtfacto per aliquod ſpatium temporis. & maximè ſi ita
in fuga capiatur,vt per Bald.in d.l.prima.C.de ſer.fug.& in dicta l.j. C. de ædil. actio.
28 idem intelligas † ſi aufugiat à manibus & poſſe familiæ , nã ſi citatus ſpontè compa-
reat,non facit indicium,vt per Bar.in d.l.quid ſi fugitiuus.& in l.aut facta §. tempore.
ff.de pœnis.idem ſi à carcere.& poſteà ſpontè rediit,nullum facit indicium ſecundum
Bald.in d.l.prima. C. de ſer.fugit.verſ.quarto quid de errore. refert & ſequitur Iaſ.in

l.admo

l.admonendi.ff.de iureiuran.& per Ioan. de Anan.in conſil.vij.Quod intellige ſi ſta-
tim, non longe poſt,vt per Thom.Gra.in conſi.lvij.vbi ſi diu,habetur pro confeſſo.
29 Qualiter † autem conſtet quòd animo redeundi diſceſsit,tradit Paul.Gril.in tracta.
30 de relaxa.car.in ti.de fuga car.& vide† per Cauen.ſuper prag.reg.inoleuit.vbi ponit,
ſi quis datus eſt pro carcerato alicui aſsignãdo domum aut alium locum pro carcere,
ſi diſceſsit,deinde rediit,non eſt rupta fideiuſsio,vt ad pœnam teneatur,not.quia ha-
31 bui in facto.Aut † diſceſsit animo non redeundi, & tunc aufugiens à carcere facit
indicium ſiue oſtio aperto, ſiue non. tamen non habetur pro confeſſo,vt per Thom.
in vol.xxxvij.& conſil.lvij.& per Phili.in d.c.nullus. & Mar.in d.§.diligenter.idem ſi
effractis carceribus, aut cippis, cùm idem ſit: vt per Bald.in l.ſuccurritur.ff.quib.ex
cau.ma.Bru.in d.tract.nam facit indicium,non tamẽ habetur pro cõfeſſo abſque con-
32 ſpiratione.ad idem Iaſ.in d.l.admonendi.num.172.& ſeq idem † ſi tentabat aufugere,
vel præparabat fugere attentando rumpere carceres, vt ſolet multoties fieri per car-
ceratos, nam facit indicium per ea quæ ſupradicta ſunt, & per Mar.in d.§.diligenter.
& in d.rubri.C. de probat. cùm idem operaretur fuga in promptu ſicut in actu per
dictum Bald.in d.l.pignoris gratia.dummodo carcer fuerit publicus.& per Bald.in d.
33 l.admonendi.& Brun. vbi ſuprà. Si † verò aufugit ruptis carceribus cum conſpira-
tione,& tunc nedum facit indicium, ſed plenam probationem, & habetur pro con-
feſſo,& pœna capitis punitur.l.in eos.vbi Bart.ff.de cuſto.reo.quam legem ita intel-
ligunt doct.vt procedat quando quis aufugit à carcere ruptis ferris & cippis & car-
cere cum conſpiratione, & non aliter. nam abſque conſpiratione non habetur pro
confeſſo nec locum habet,d.l.in eos.vt ibidem per Alber.de Roſa.& per Par.in verb.
carcer. verſiculo, qualiter. & plenè per Thom.Gram. in vol.xxxvij.& Par.in verbo,
carcer.ver.qualiter.Alex.poſt Bart.in d.l.in eos.& per Feli. in d.c. nullus.& per Tho.
34 in conſil.lvij.Limita†in hæreſi,nam ſi eſſet carceratus, & ſimpliciter etiam abſq; con-
ſpiratione aufugiſſet ex carcere,ex tali fuga habetur pro relapſo in hæreſim, vt per
35 Feli. in c.excommunicamus. lo ij.de hære. &†vide & limita etiam multis modis per
Pau.Gril.in d.tit. de fuga car.j.q.& per Bel.in pract. in tit. de quæſt.& Par.in d.verb.
carcer.verſi.qualiter.Ioan.Andr.in Specul.in tit.de præſump.§.ſpecies. ver.violenta.
vbi de arreſtato in ciuitate vel palatio ſi aufugit an habeatur pro confeſſo,quòd non,
36 & per Iaſon.in dicta l.admonendi.quod†tamen limita,vt ſuprà niſi iniuſtè fuerit de-
tentus & carceratus,nam aufugiendo non habetur pro confeſſo,immò tunc licet oc-
cidere cuſtodes carceris impunè, vt proſequitur Mar. in d.§. diligenter.& in §.attin-
gam.in pra.& in d.rub.C.de probat. & in l.j. in princ.ff.de ſicariis. & Par. in d.tracta.
& in verbo,captura,verſicu. ſi iudex.in fin. vbi quòd non licet iudicem aut cuſtodes
occidere, ſed latrunculos vel hoſtes detinentes carceratos. & ita intelligitur l. nihil.
ff.de cap.& poſtlim.reuer.per quam ita dicunt prædicti doct. quòd licet occidere cu-
ſtodes, vt non intelligatur de cuſtodibus carcerum delinquentium, ita intelligit
37 Par.vbi ſ.& vide Thom.in conſil.lj.& in vol.xxxix. & in vol. xl. Immò † tunc aufu-
vel vtilitate confitentis, vt not. in d. l. capite quinto. & per Bal. in l. in bonæ fidei. C. de
7 iureiur. Limita † niſi fuiſſet reuocata prætextu erroris, etiam ſi de errore non docea-
tur, & ideo cautela datur vt ſemper confeſsio extraiudicialis reuocetur tanquam er-
ronea, nam tunc non faceret indicium licet de errore non probauerit, ita ſingulariter
dixit Bald. in l. j. C. de confeſſ. & Brun. vbi ʒ. in fi. d. verſi. Math. in d. conſti humanitate.
Iaſ. plenè in d. l. magiſtratibus. vbi dat cautelam, & dicit ſingulare vt euitetur amici
tortura, & Deci. arguit ibidem & conatur reſpondere ad Bald vt loquatur in confeſ-
ſione facta coram incompetente, vt reuocata non noceat coram competente, tamen
tenetur etiam in confeſsione extraiudiciali. & per Mar. in d. §. diligenter. & in d. ſing.
cccx. & in pra. in §. examinanda. Felin. in c. olim. verſ. ſecundo. de reſcript & per Arno.
in ſingu. xciiij. Thom. Ferra. in cautela xxvij. Thom. Gram. in vol. xvj. & per Felin. in
cap. cùm dilecti. de accuſat. & per Felin. in cap. at ſi clerici. de iudi. & Deci. ibidem, licet
8 in dicta l. magiſtratibus. conetur impugnare. Limita † etiam niſi fuiſſet probata per

teſtes ſingulares:nam non facit indicium cùm tantùm probent mille teſtes ſingulares,
quantum vnicus de vnica confeſsione,vt proſequitur Mar.in pra.in §.diligenter.facit
9 dictum† Dec.in cõſ.cccx.vbi dixit minus probare plures teſtes ſingulares,quã vnus.
10 Limita † etiam in crimine ciuiliter moto,vt per Panor. & Philip. In dicto capitulo,
11 olim.& Iaſ.in d.l.magiſtratibus.Limita † etiam in clerico,nam contra eum non facit
indicium confeſsio extraiudicialis,vt per Felin.in d.c.de hoc.de ſimo.quod not.quia
decipiuntur iudices eccleſiaſtici ex vulgari concluſione.glo.in d.l. capite quinto.&
12 dicit Iaſ.in d.l.magiſtratibus.Sed † an ex tali confeſsione extraiudiciali cogatur confitens
perſeuerare in cõfeſsione per torturam.Bar.in l. clarum.C. de auto. præſt. dicit
quòd ſi eſt veriſsimilis talis cõfeſsio cogi poteſt ad perſeuerandum,non aliter de quo
13 dic vt per Bru.vbi ſ.ver.aliud eſt indicium. Quid † autem de confeſsione facta corã
iudice incompetente an faciat indicium corã competente,& an cogatur perſeuerare
in dicta confeſsione corã competente,dic vt per doct.in d.c.at ſi clerici. de iudi.Ang.
in glo.necnon ad denunciã. ver. quæro an confeſsio.& ibidem poſt eum per Bernar.
& in glo.comp.inqui.& to,con.& per Bel.in pra.in rub.de cauſ.cri. & per Brun.in d.
ver.eſt aliud indicium.ver.ſed quid ſi confeſsio.Capi.in deciſ.clxxix. vbi an valeat, vt
extraiudicialis.& Math.in d.conſt.humanitatem.vj.not.& Iaſ.in d.l.magiſtratibus.in
quibus quòd facit indicium , & cogitur perſeuerare.& per Tho.in conſ.xlij tamen in
hoc cõcluditur quòd aut cõfitetur corã penitus incompetenti,vt quia laicus corã eccleſiaſtico,vel
eccleſiaſticus corã laico,& tunc nõ valet talis confeſsio,nec nocet , nec
facit indicium,nec cogitur perſeuerare:aut fit coram eccleſiaſtico per clericum,tamẽ
aliàs incompetenti,& tũc facit indicium,& cogitur perſeuerare coram competente,
& valebit,vt extraiudicialis,ita per doct.in d.l.magiſtratibus, & in d.c.at ſi clerici.vbi
14 ita dixit Barba.ver.capio nunc. & ibi per Feli.& Dec.quod† limitatur,niſi corã competenti
reuocauerit confeſsionem factam coram incompetenti,maximè ſi non oppoſuit
de incompetentia timẽs ſæuitiam iudicis,idem ſi oppoſuit, & non fuit admiſſus
ad incompetentiam allegatam.ita per Blan.in l.fin.ff.de quæſtio.in ver.confeſsio.ſub
15 nu.218.& per Iaſ.in d.l.magiſtratibus,& Bru.vbi ſ.& † an valeat,vt extraiudicialis,vt
ſufficiat ad torturã proſequere, vt per Feli.in capit.qualiter & quando.el ij.ver.licet.
de accuſa.& Alexand.in conſi.xiij.primo volu.Math.in conſtit.ſi damna clandeſtina.
ix.notab.iiij.q.vbi quando per clericum coram laico non valet , vt extraiudicialis ad
torquendum.& per Felin. in d.c.at ſi clerici. & dicit Math. vbi ſ. quòd ſi reuocauerit
coram eccleſiaſtico & competenti , licet non doceat de errore, ſufficit, & non nocet
cùm non valuerit facta coram laico & incompetenti,vt per Bald.in d.l.j. C.de confeſ.
& dat cautelam,vt reuocet corã competenti.& per Brun.vbi ſ. quòd facit indicium,
niſi reuocetur.& per Tho.in conſ.xlij.vbi ſi reuocat nihil operabitur: & nõ reuocata
talis cõfeſsio, & facta coram non penitus incompetente,vt quãdo per laicum coram
laico:& clericum coram eccleſiaſtico concurrẽtibus aliis iudiciis coram competente
16 dãnari poteſt,vt per Iaſ.in d.l.magiſtratibus. Et † no.de confeſsione extraiudiciali,ꝙ
poteſt condemnari ex tali confeſsione probata tanquam ſe iactãs, & glorians de delicto
extra ordinem , vt dxit Par.in verbo.tortura.lo primo.verſi.quia communiter.&
per Mar.in d.§.diligenter.& in l.eos.ff.de falſ.& in l.de minore. in princ.ff.de quæſtio.
17 Item † dicta confeſsio cũ iuramento plenè probat, vt per Thom. in conſi.xl.immò ſi
cõcurrant aliquæ coniecturæ condemnari poteſt pro delicto, vt per Capi. in d.deciſ.
18 clxxix.poſt Felin.in d.c.olim.viij.limit.de reſcript. Limita † niſi talis confeſsio extraiudicialis
fuiſſet facta coram ſindico maleficiorum , & denunciante maleficia, nam
operatur indicium coram ordinario & cogitur perſeuerare, vt per Ange.in gloſſ.nec
non ad denunciã.in verſi.quæro an confeſsio facta coram tali officiali. poſt Innocen.

in

in dicto capit.at ſi clerici.facit dictum Panorm.in conſil.xxv.primo volum. in fin.vbi cogitur perſeuerare coram competente & ordinario facta coram delegato. & per
19 Cald.in conſi.vj.in tit.de confeſ.Limita † etiam tribus modis,vt per Augu. poſt Ang. in d.gloſſ.dicto ver.quæro.an confeſsio. Primò,niſi fuiſſet facta calore iracũdiæ.nam non præiudicat,vt not gloſſ.in cap.ex literis.de diuor. ita Panorm. in d.ca.at ſi clerici. Secundò limitat niſi confeſsio fuiſſet emanata ad alium effectum. vt per glo. in auth.
20 item poſſeſſor.C.qui pot.in pign.habe. Tertiò † limitat vt ſ. quando fuiſſet facta coram iudice penitus incõpetenti, vt per clericum coram laico,licet alleget cõtra, tex. in authent.de ſanct.epiſcop.§.ſi verò crimen.in ver.priùs.quem ita ibi ponderat Ang. & an valeat,vt extraiudicialis facta coram incõpetenti. per Aretin.in conſil.cl. circa fin.Ang.in conſil.clxxviij.& conſil.ccxcviij.Cepo.in conſil.xj.Bolo.poſt Ana.in conſilio xij.Alex.in conſil.xiij.& conſil.xcvj. primo volum.

## SVMMARIVM.

1 Confeſsio ſocij criminis an faciat indicium contra nominatum,& quando interrogari poteſt de ſociis.num. 2.
3 Dictum trium latronum an,& quando probet.
4 Socius interrogari poteſt de ſociis in aſſaſſinio.
5 Socius interogatur de ſocio in crimine leſe maieſt.
6 Serui interrogantur de ſociis & ex conſuetudine ſocius de ſocio.num.7.
8 Socius interrogatur de ſociis quando proceditur ex officio.
9 Interrogatus tanquam principalis & teſtis quo ad alios an faciat indicium nominatis.
10 Dictum ſocij facit indicium aliis concurrentibus,declara vt num.11.
12 Dictum ſocij criminis an faciat indicium abſque aliis in his quæ ſunt difficilis probationis.
13 Dictum ſocij criminis facit indicium contra inculpatum male vita & fame.
14 Dictum ſocij criminis an noceat inculpato bone fame.
15 Dictum ſocij criminis facit indicium quando de veriſimili deponit.
16 Dictum ſocij criminis in tortura facit indicium,intellige vt perſeueret.num.17.
18 Tortus ſi primò nominat aliquem, deinde negat,vel primò non nominat deinde nominat an faciat indicium.
19 Teſtis in tortura ſi primò dicit vnum deinde aliud cui dicto ſtetur.
20 Teſti vario an credatur. & cui magis credatur primo dicto an ſecundo.
21 Dictum ſocij qui non poterat torqueri an faciat indicium.
22 Confeſſio ſocij criminis non iurata an noceat.
23 Dictum ſocij criminis facit indicium quando de aliis delictis non ſit diffamatus.
24 Dictum ſocij criminis inimici inculpati non nocet.
25 Dictum latronis aut alterius deliquentis non nocet, ſi nominat capientem.
26 Confeſſio ſocij vt noceat non debet eſſe extorta per ſuggeſtionem.
27 Tortus ſi nominat aliquem ſua ſponte antequam interrogetur an noceat.
28 Oppoſitio quòd eſt ſocius criminis ne confiteatur qualiter ſiat.
29 Exculpatio ſocij criminis an proſit exculpato.

1 OCTAVVM. Indicium † eſt cõfeſsio,& dictum ſocij criminis,nam ſi interrogetur & maximè in tortura, & dicat talem fuiſſe conſocium in delicto tale dictum facit indicium contra ſocium, vt torqueri poſsit de quo tamen dicto an faciat indicium per Gand. in rubr.de quæſt.Bel. in pract.in rub.de quæſtio.Bartol.in l.j.§.ſi ſeruus.& in l.repeti.§.j.ff.de

quæſtio.Bonif.in rubr.quæ præcede.de b.tor. Ang.in glo.fama publ. verſic.quæro an
particeps.& in x.quæſt.& ibi Auguſt.& Bernar.Brun.in d.tract.verſi.addendo ad ſu-
pradicta.vbi plenè.& Par.in verbo,tortura.lo primo.verſi.an ſtetur dicto torti.Alex.
poſt Bart.in l.repeti. §.j. ff.de quæſtio.& in l.j.§.ſi ſeruus. ff.eod.Cyn.Bald. & Salyc.in
l.fin.C.de accuſat.poſt glo.ibi.Alexand.poſt Bart.plenè vbi ſuprà.& in conſil.cxxvij.
vij.vol.& in conſi.cxxxij.j.vol.& in conſi.lxix.ij.vol.& in conſi.cxx.vij.vol.& conſil.
lxxxviij.iij.vol. Iaſ.in l.j.§.ſi tibi. ff.de condi.ob turp.cau.plenè Mar.in pract. in §.dili-
genter.verſ.vlterius quæro an ſocius criminis.& in l.j §.diuus Antoninus.ff.de quæſt.
& in conſi.ij.& in conſil.xij.& in conſi.xv.& conſi.xx.conſil.xxij.conſi.xxviij.conſil.
lxj.conſi.lxxiiij.conſ.cix.conſi.cxxx.& in l.qui falſam.ff.de falſ.& in l.is qui cum telo.
& in l.ſi ſortè. C.de ſicar. & in l.j. §.qui cùm latrones. & in l.de minore. §.tormenta.
ff.de quæſtio.& in ſing.cccix.& in ſing.cccxcix.Fulgo.in conſi.lxxj.Ana.in conſi.lxix.
Cepo.in conſi.xxxj.Roma.in conſi.cliiij.Dec.in conſil.ccxxxiiij. Pau.de Caſt.in conſ.
ccxxiiij.Math.in conſtitut.ſi damna clandeſtina.ix.not.v.quæſt.Thom.in vol.iij.& in
conſi.xxxv.& in conſil.xxxviij.& conſi.lxj.conſi.lxvj.conſil.xlix conſi.lxx. conſil.xxj.
conſi.lix.conſil.xl.conſil.xxxvij.conſi.xliiij. & in vol.vj.& in vol.xv. & in vol.xxxiiij.
Ioan.de Ami.in conſi.xxvij.& in conſi.cxxxviij. & Par.in verbo,tortura.lo j. verſi.an
ſtetur dicto torti. & in verſi.confeſsio ſociorum. ex quorum omnium dictis talis de-
præhenditur concluſio, quòd dictum ſocij criminis, & confeſsio non facit indicium
ad torturam,ſed ad inquirendum tantum,& ita communiter tenetur, vt per Auguſt.
poſt Ang.in glo.fama publ.verſi.quæro an particeps.poſt Angel.in l.& ſi certus.ff.ad
2 Sillenia.& per Thom.in conſi.xxxviij.& Mar.in d.§.diligenter. Fallit † prædicta con-
cluſio in caſibus in quibus interrogari poteſt de ſociis de quibus. per gloſ. & doct.in
l.fin. C.de accuſat. & Gand.in rubr.de quæſtio. & enumerat. Brun. in d.tract. indi.in
verſi.addo aliud indicium.poſt Bart. in l.repeti. §.j. vbi plenè per Mar. & in d.§.diuus
Antoninus.& Tho.in conſi.xxj.& conſi.xxxviij.& nouiter in deciſi.xxviij.ſub nu.11.
vt in delictis quæ committuntur propter commodum proprium, & non principali-
ter in offenſam,vel odium alterius,vt falſam monetam committere, & in aliis delictis
in quibus veriſimiliter concurrunt plures,& vnus non poteſt faciliter committere, in
his enim interrogari poteſt de ſociis, in his verò quæ committuntur principaliter in
odium & offenſam alterius, vt in homicidio & furto, & aliis huiuſmodi non licet de
ſociis interrogare.d.l.fin.& d.l.repeti.§.j.de falſa moneta. & quòd licet,extat text. ex-
preſſus.in l.j. C.de falſa moneta.quia in tali miniſterio plures ſunt neceſſarij. vide per
Thom. Gram.in deciſi.xxxiiij.nu.37. ratio aſsignatur: quia quando ad alterius iniu-
riam, eſt qui poteſt delinquẽtes accuſare:at quando propter commodum proprium,
nemo eſt: ideo iudici permittitur inquiſitio de delinquentibus & ſociis, ita per Bart.
in d.l.repeti.§.j.& Brun. vbi ſuprà. Hanc rationem reprobat Salyc. in d.l.fin. C.de ac-
cuſat.cùm attenta iſta ratione idem eſſet in latronibus,cùm habeat & ſit qui accuſare
poſsit ob res derobatas, & tamen latrones interrogantur de conſociis. l. prouincia-
rum.C.de feriis.vnde diſtinguit aliter, qualitatem perſonarum & delictorum eſſe in-
ſpiciendam, nam aut eſt ſeruilis conditionis, & tunc interrogari poteſt de ſociis. l.j.§.
fin. ff.de quæſtio. & l.ſi prius.ff.ad Sille.aut liberæ conditionis, & tunc in criminibus
quæ ſine ſociis regulariter committi non poſſunt de ſociis interrogari poteſt, vt pro-
uincia eis purgetur.l.congruit.ff.de offic.præſi. ideò latrones interrogantur de ſociis
cùm hi ſint ſtratarum publici diſrobatores qui ſoli non ſunt vt plurimum; idem in
falſantibus monetam & committentibus crimen læſæ maieſtatis, cùm vt plurimum
multi conueniunt,& abſque ſociis non perpetrantur. aut eſt delictũ quod conſueuit
committi ſine ſociis, vt homicidium aut furtum, aut alia huiuſmodi delicta, & tunc
de ſociis

de ſociis non interrogatur, niſi ratione publicæ vtilitatis, vt in l.fin.C.de male.& math.& quòd ratione publicæ vtilitatis poteſt de ſociis interrogari per Alexan.poſt Bart.in d.l.repeti.& hac de cauſa latrones interrogantur, & non fures cùm alius ſit
3 fur, alius latro, vt proſequitur Mar.in conſi.xxij.& plenè † per Thom.in d.conſil.lix. vbi de duobus cap.regni incip.ſtatuit.& in c.incip.frequens & ineffrenata. & in cap. in accuſatis.in quibus dictum trium latronum à remotis interrogatorum contra ſocios,& receptatores nedum facit indicium ad torturam, ſed plenam probationem vt puniantur dummodò ſint conformes in ſuis dictis, item quòd perſeuerauerint in confeſſione & non aliter, vt per plura Thom.in d.conſi.lix. extra autem iſtos latrones ſi fuerint plures inculpantes & nominantes alium quòd fuerit ſocius eis non creditur, vt dixit Andr.in conſtit.ſi damna clandeſtina.& Thom.refert in d.conſi.lix. quod intelligas ad plenam fidem non ad indicium, maximè concurrentibus infrà ſcriptis.
4 Item limita † in crimine aſſaſsinij, nam de ſocio,& mandante interrogatur & licet interrogare, vt per Alexan.poſt Bart.in d.l.repeti.& per Mar.in d.§.diligenter.& alibi j.
5 Item limita † in crimine læſæ maieſtatis humanæ & diuinæ, nam licet de ſociis interrogare, vt per Ang.in d.gl.fama publ.verſi.quæro an particeps.& per Brun.in d.tract. verſi.addendo.& per Mar.in conſi.j.& conſi.cix.Ioan.de Ami.in conſ.xxvij.& Math.
6 in conſti.ſi damna clandeſtina.& per Capi.in deciſi.cxxx. Item limita † in ſeruis, nam ex natura ſenatuſconſulti Sillen. ſerui prius interrogantur de eorum criminibus & poſtea de conſociis.l.ſi prius.ff.ad Sille.& per Bart in dicta l.repeti.ff.de quæſtio. Item
7 limita † ex generali conſuetudine per quam de aliis delictis interrogari poteſt, nam & de ſociis poteſt interrogari, vt per Gand.in rubr.de quæſtio.& per Bel.in pract. in
8 rubr.de quæſtio.& Ang.in glo.fama publ.in fin. Item limita † niſi ex officio procedatur & per inquiſitionem, nam poteſt de conſociis interrogari non ad partis inſtantiam, nam ex generali conſuetudine in quocunque caſu inquiri poteſt, vt dicit Gand. in rubr.quomodo de male.cog.per inquiſi.verſic.ſed hodie. In regno autem ſunt determinati caſus in quibus ex officio procedatur, vt in c. reg. vt delatas.& ſ. diximus. merito ad eius officium ſpectat purgare prouinciam malis hominibus. dicta l.congruit.& pro hoc tex.in l.diuus.la ſecunda.ff.de custo.reo.& in l.fi.C.de male.& math.
9 Item limita † niſi tanquam teſtis deponeret contra alium & tanquam principalis quoad ſe prout practica inoleuit, nam ſi talis teſtis contra alium deponeret & nominaret, eius dictum facit indicium contra nominatum, aliis tamen concurrentibus, vt per Thom.in conſi.xiiij.& vide per Blan.nouiter in rep.l.fin.ff.de quæſtio.in materia
10 ſocij criminis vbi de hoc,& per Brun.in tract.ind.j.par. Sed intellige † concluſionem communem iuxta glo.& doct.in d.l.fin.C.de accuſa.quòd in caſibus illis exceptuatis liceat interrogare de conſociis, vt faciat eius dictum indicium ad torturam contra nominatum concurrentibus infra ſcriptis,& non aliter ſecundum Salyc. in d.l.fin.& Brun.vbi ſ.& alios. vt j. Et primo quòd contra inculpatum præcedat, & concurrat aliqua præſumptio, aliâs non facit indicium, nec ex ſola confeſsione ſocij torqueri poteſt aliis non concurrentibus, ſed aliis concurrentibus facit indicium vt torqueri poſsit.ita per Gand.in d.tit.de quæſtio.Auguſt.poſt Angel.in d.glo.fama publ.verſi. quæro an particeps. Imol.in c.j.de confeſſ. Mar.in d.ſing.ccix.& in d.§.diligenter.& d.conſi.xxviij.& d.conſ.lxxiiij.& d.conſi.cxxx.& d.conſi.cix. Math.plenè in d.conſti. ſi damna clandeſtina.ix.not.v.quæſt.Thom.in d.conſi.xxj.& in conſi.xxxviij.& conſ. xxxv.& conſi.lxj.& in deciſi.xxviij.& conſi.lxvj.& in vol.iij.& in vol.vj.Ioã.de Ami. in conſil.xxvij.& in d.vol.vj. erit adminiculum ſi inculpatus habuerit conuerſationem cum inquiſito, idem ſi concurrit fama, vt per Imol.in d.c.j.& a'ia indicia. idem ſi fuga, vt plura tradit Thom. nouiter in d.deciſi. xxviij. vbi ita ſe habet communis

opinio,& ibi quæ dicantur præſumptiones & argumenta , & quod in ſpecie contra
inculpatum,& per eundem Tho.in deciſ.lvj.in princ.vbi alijs concurrentibus & non
11 aliter.Et † intellige quòd teſtes examinati ſuper talibus indicijs concurrentibus, ſint
examinati legitime inculpato citato,aliàs nõ facit indicium dictũ ſocij, vt per Math.
in d.conſtit.ſi damna clandeſtina.ix.not.v.q.& ſic audito inculpato & non aliter.Li-
12 mita † tamen hoc niſi in caſibus exiſtẽtibus difficilis probationis,nam tunc admitti-
tur & facit indiciũ dictũ ſocij criminis abſq; alijs indicijs cõcurrentibus,vt per Math.
in d.conſtit.ſi damna.d.ix.not.v.q.allegat Paul.de Caſtr.in conſil.cxx. quod intellige
13 cum tortura, vt per eum,& per Mar.in conſil.lxj.Item † intellige,& requiritur quòd
inculpatus fuerit malæ vitæ,& famæ,& conuerſationis,vt per Gand.vbi ſ. & Augu.
vbi ſ.& per Math.in d.conſti.ſi dãna.vbi ſi eſt bonæ vitæ,& famæ non facit indicium.
niſi eſſent plures cõfitentes,& tũc datur copia , vt ſe defendat aduerſus confeſsiones,
& ſic eo audito & non aliter.& per Thom.Gra.in deciſ.xxviij.ſub num.17.& 18.poſt
Alex. in conſ.lxxxix.iij.vol.licet etiam Fulg.referat quẽdam tenere quòd etiam tunc
quando eſt malæ vitæ & famæ,quòd faciat indicium in caſibus nõ exceptuatis, vt per
eum in conſ.lxxj.& per Bernar.poſt Ang.vbi ſ.& Gand.in rubr.de quæſt.dicit vidiſſe
ſeruari conſuetudinẽ,quod tamen non tenetur niſi in caſibus exceptuatis, de quibus
in d.l.fi.C.de accuſa.& per Bel.in rub.de quæſt.Thom.Gram.in conſil.xxj. & conſilio
xxxvij.& ſeq.& conſ.lxj.& conſ.lxx.& conſ.xliiij.vbi etiam ſi eſſet malæ conditionis
& famæ non ſufficit,niſi alia concurrant,& in vol.iij.in princ.vbi limita in occultis,
nam facit indicium,& licet de ſocijs interrogare.Par.in verbo,tortura.lo j.verſicu. an
ſtetur dicto torti.in prin.vbi ſi eſſet malæ famæ, vitæ,& conditionis facit indicium.&
14 per Math.in d.conſt.ſi damna.v.q.ix.not. & † dixit Thom.in conſil.xxj.quòd ſi con-
currat bona fama inculpati non nocet talis inculpatio. & in d. conſil.lxj.& conſ.lxvj.
15 Item † requiritur quòd ita deponat quòd veriſsimile ſit eum nõ mentiri,vt per Ang.
in l.ij.C.de quæſtio.per text.in c.in fidei fauorem.de hære.in vj.& per Mar.in d.§.dili-
genter.allegat hoc dixiſſe.Aret.in c.cùm P.manconella.de accuſ. & per eundem Mar.
in conſil.lxxiiij.& in ſing.cccxcvj.& per Thom.in conſil.xxxv.& conſil.xlviij.& no-
uiter in deciſ.xxviij.& ibi multa de teſtibus non deponẽtibus veriſsimile. & in deciſ.
16 lvj.nu.8.Item † requiritur quòd illud dicat in tortura & non aliter,vt per Alber.in d.
l.fi.C.de accuſ.& Fulgo.in conſil.lxxiij & Alex.in conſil.xj.primo vol.& Mar.in d.§.
diligenter.& in conſil.xxij.& in conſil.lxxviij.& conſil.cix.& conſil.cxxx.& per Tho.
in conſi.xxj.etiam in criminibus exceptis,vt per eos & per Arno.in ſolilo.lx.& ſolilo.
lxiiij.& ibi niſi concurrant alia non facit indicium, etiam ſi in tortura, & per Thom.
17 d.conſ.lxj.Et † intellige quòd in tortura perſeueret , & non aliter, vt per Io. de Ami.
in d.conſil.xxvj.& per Par.in d.verbo,tortura.lo tertio.ver.teſtis.& plenè per Mar.in
d.§.diligenter.ver.quæro vlterius de alio dubio.& in l.repeti.ver.his viſis.ff.de quæſt.
vbi ſi in tortura dicat,& poſtea in ratificando neget, & perſeuerat in negatione , non
18 facit indicium ad torturam contra ſocium. Sed † quid ſi primò tortus inculpat Ti-
tium cum iuramento,deinde repetitus contrarium dixit, vel primò non nominat Ti-
tium deinde repetitus nominat, an talis variatio obſtet,vt non faciat indicium,& cui
dicto magis ſtetur primo an ſecundo in tortura, dic vt per Tho. in vol.vj & in volu.
xxxiiij.vbi quòd ſtatur primo dicto,& non ſecundo in tortura , & variatio operatur,
vt non ſtetur eius dicto,vt per eum in d.volu.vj.vbi vide. & in conſil.lix. quòd ſtetur
primo dicto,& in conſi.xxxv.in fi.& an requiratur perſeuerantia,vt torqueri poſsit,
dic per Par.in d. verbo , tortura. ver.viſo de repetitione torturæ.& ibi de principali
19 in alium torto.Et † de teſte primò dicente vnum,& aliud poſtea in tortura, cui dicto
magis ſtetur primo,an ſecundo,dic vt per Brun.in d.tract.in iiij.quæſt.princ.ver.item

notan

notandum, quòd ſi teſtis. vbi ſi primò dixit vnum ante torturam, & poſteà dixit aliud,
ſtatur ſecundo dicto & non primo, ſecus ſi abſque tortura. nam ſtatur primo dicto
poſt Bar. & Ang. in l. ſi poſtulauerit. §. pen. ff. de adul. & per Bald. in l. non ſolum. C. eo.
& Soc. in conſi. ccliij. ij. vol. & per Cepo. in conſ. lxj. ij. dub. & per Par. in d. verſi. viſo.
de repetitione torturæ. & vide plenè per Capi. in deciſio. cxlij. vbi de teſte vario, & an
torqueatur ex tali variatione, & cui dicto magis credatur. & quid in clerico & reli-
20 gioſo teſte vel cõſtituto in dignitate, proſequere, vt per eũ per totã. Et † de teſte vario
& cui magis credatur, & an requiratur perſeuerẽtia, per Par. in d. verb. tortura. ver. te-
21 ſtis. & per Mar. in pra. in §. quoniã. Item † requiritur ꝙ inculpãs potuerit torqueri, vt
eius dictum in tortura faciat indicium, aliàs non præiudicat, nec facit indicium, vt
per Bald. in dicta l. fin. C. de accuſatio. Alexand. poſt Bartol. in l. maritus. in princip. ff.
de quæſtio. Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſiculo, an ſtetur dicto torti. circa me-
dium. Bartol. & Mar. in l. prima. §. ſeruus bona fide. ff. de quæſt. Bel. in practica. in rubr.
22 de quæſtio. Mar. in dicto §. diligenter. verſic. quæro. etiam an. Item † requiritur quòd
eius confeſsio fuerit iurata, & non aliter, vt per Mar. in dicto §. diligenter. verſi. modo
in propoſito. Par. in dicto verb. tortura. lo tertio, verſi. confeſsio ſociorum, vbi quòd
23 iurata & ratificata. Item † requiritur quòd de alio delicto non ſit diffamatus, nec
infamis ſit inculpans, vel alios defectus non patiatur, vt per Mar. in conſilio lxxiiij. &
per Thom. in volumine xxxiiij. & in conſilio lxj. & conſilio lxx. & conſilio xxxviij.
quod intelligas in infami infamia iuris, vel per confeſsionem, aut ſententiam, & non
per probationem facti tantùm, vt per Anchar. in conſilio clxxxix. & Mar. in practica
in §. aggredior. & per Thom. in volumine tertio. & in volumine xxx. & in conſilio
xxxiiij. & conſilio xlv. & per Mar. in rubrica. ff. de falſ. licet Thom. in dicto volumine
xxxiiij. ſentiat eſſe in infami infamia facti, & in volumine xxxviij. quòd ſufficit quòd
24 ſit conuictus. & per eundem in conſilio primo, inter deciſio. ſuas. num. 61. Item † re-
quiritur quòd inculpans nõ ſit inimicus inculpati, aliâs ei non creditur ad torturam
inferendam etiam ſi in tortura inculpauerit. l. prima. §. præterea. ff. de quæſtionibus.
vbi teſti inimico non creditur in tortura, vt per Boni. in rubrica, quæ debent præce-
25 tor. & Thom. Gram. in dicto conſilio xxxviij. Facit † tex. in l. prima. §. cùm quis latro-
nes. ff. de quæſtionibus. vbi non creditur latroni, aut alteri delinquenti in tortura ca-
pientem aut accuſantem inculpando per odium, niſi contra inculpatum concurre-
26 rent indicia, vt in l. ſicuti. C. de quæſtionib. Item † requiritur quòd confeſsio non ſit
extorta per ſuggeſtionem in ſpecie interrogando de tali ſocio, ſed in genere interro-
gari debet, nam tunc quando in genere nominat, facit indicium, & non aliter, niſi
concurrant indicia contra inculpatum, nam his concurrentibus poteſt interrogari
in ſpecie, licet Salycetus in dicta l. fin. C. de accuſationibus, dicat in ſpecie interrogan-
dum eſſe: & non in genere, tamen communiter tenetur contrarium, vt per Brun. vbi
ſuprà, verſiculo addendo ad ſupradicta. & per Bartolum & Mar. in l. prima. §. quæ-
ſtionem. ff. de quæſtionibus. Angel. in gloſſ. fama publ. circa finem. & Math. in dicta
conſtitutione, ſi damna clandeſtina. nono notab. quinta quæſtio. Thom. in dicto vo-
27 lumine xxxiiij. Sed † quid ſi in tortura nominat aliquem abſque eo, quòd interroge-
tur in genere, nec in ſpecie, ſed de per ſe ſpontè nominat alium. an faciat indicium, dic
quòd non, vt per Brun. in dicto tractatu, verſiculo, qualis autem ſit modus. & per
Thom. in dicto conſilio lxvj. niſi alia concurrant, & in conſilio xxxv. & nouiter in
28 deciſio. xxviij. ſub nu. 10. & ſeq. Sed † qualiter fiet oppoſitio quòd ſit ſocius criminis
ne confiteatur. dic vt per Specula. in titu. de accuſa. verſi. cauè tamen. & per Bald. in l.
ſi filium. C. de lib. cau. & Brun. in dicto tractatu. verſiculo, addendo ad ſupradicta. Sed
29 an † exculpatio ſocij criminis proſit exculpato, dic quòd ſic, ſi dicat talem non fuiſſe

participem in delicto, vt per Bald.in c.j. §.iniuria.de pace tenen. Alexand.in conſilio xxiiij.ij.vol.Math.in d.conſtit.ſi damna.d.quæſt.v. in fin.Thom.in vol.xj. plenè Mat. in pract.§.reſtat.Thom.in vol.iij.

## SVMMARIVM.

1 *Mandatarij aſſertio, an noceat mandanti.*
2 *Teſtis qui deponit de mandato ſolus an faciat indicium contra mandantem.*
3 *Aſſaſſinus an poſſit interrogari de mandante.*
4 *Exculpatio mandatarij quòd fecerit ob inimicitiam an proſit.*

1 NONVM Indicium † eſt aſſertio & cõfeſsio mandatarij contra mandantem, nam facit indicium ſi dicat maleficium factum de mandato talis: de quo tamenper Bal.in conſi.xcvij.v.vol.& per Mar.in prac.in §.diligenter.verſi.quæro igitur.& verſi.modo incidenter.& in l.j.§.diuus Antoninus. ff.de quæſt.& in conſi.xxij. Par.in verbo,tortura.lo iij.verſi.dicitur communiter. in fi.Tho. in vol.xxxiiij.in princ.per quos concluditur ſolum dictum mandatarij non facere indicium ad torturam, niſi alia concurrant & in tortura, cùm particeps ſit criminis,& per Math.in conſtit.ſi damna clandeſtina. & nouiter per Thom. Gram.in deciſi.xxviij. vbi etiam cum tortura, & an & quando faciat indicium. Fallit
2 niſi eſſet †teſtis qui deponeret de mandato, vt quia dicat audiuiſſe Titium mandaſſe Sempronio vt Caiũ occideret, nam talis teſtis deponẽs de mandato facit indicium ad torturam contra mandantem ſi de mandato inquiritur,vt per Par.in d.verbo, dicitur
3 communiter.vbi ponit caſum,& maximè aliis concurrentibus. Fallit †etiam in aſſaſſino,nam aſſaſsinus poteſt de mandante interrogari, & eius dictum facit indiciũ contra mandantem,vt per Mar.in d.§.diligenter.verſic.modo incidenter.& per Thom.in
4 d.vol.xxxiiij.de quo tamen ĩ.in tra.homicidij,in materia mandati. An †autem exculpatio mandatarij quòd fecerit ratione propriæ inimicitiæ & odij, & nõ vt adimpleat mandatum excuſet mandantem, dic vt per Mar.in d.§.diuus Antoninus.& in ſingu. cxij.& in conſ.lxj.Par.in tra.ſind.Cepo.in cau.xxxix.de quo etiam infrà, tandem concluditur quòd ſtantibus aliquibus præſumptionibus pro mandante excuſatur mandans,licet eſſent indicia contra mandantem, ſi verò non concurrant, non excuſatur.

## SVMMARIVM.

1 *Inculpatio offenſi in mortis articulo, an faciat indicium, & quid cum iuramento. numero 2.*
3 *Inculpatio ſola non nocet etiam ſi offenſus teneat Corpus Chriſti in manibus.*
4 *Inculpatio offenſæ mulieris in crimine raptus facit indicium.*
5 *Exculpatio offenſi in mortis articulo an proſit exculpato.*

1 DECIMVM Indicium † eſt inculpatio,& confeſsio offenſi maximè in mortis articulo, nam ſi interrogatur per iudicem aut alios de percuſſore & vulnerante, & dicat Titium vulneraſſe hoc dictum facere poſſet indicium ad torturam, de hoc per Angel.in l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens.ff.ad Sille.per illum tex.vbi dixit hoc ſolum non facere indicium, & ita tenet, & concludit Brun. in tract. indi. verſi.ſed an aſſertio iniuriati. ſed facit quandam leuem ſuſpicionem ad inquirendum, & per Bel.in pract.in rubr.de quæſtio.xij.indi.& per Dec.in conſi.cccl xiij.& per Petr. Girar.

Girar. in ſing.lv.& per Par.in verbo,tortura.lo primo. ver.officialis.ibi, dubitatur.&
2 per Felin.in cap.exhibita. de indi.vbi alia.& per Arno.in problema.xlix.quod † tamen
limitat Angel. & Thom. in dicto §. ſi quis moriens. niſi illud deponat cum iuramen-
to. Mar.verò in dicto §.diligenter. verſi.quæro vlterius de importanti dubio arguen-
do & diſtinguendo.tandem concludit quòd ſi eſt in plenitudine intellectus, & homo
bonæ vitæ & famæ, & non ſint aliæ probationes, nec eſſe poſsint maximè in diffici-
libus probatu, quòd facit indicium ad torturam, ne delicta remaneant impunita, &
per eundem Mar.in conſil.v.& in conſil.xx.& in ſing.xxij.& conſil.cix.& faciunt tra-
dita per eundem in conſi.lxxviij.& per Angel.in glo.qui iudex ad probat. ſuæ inquiſ.
vbi quòd ei non creditur. Thom.verò in conſil.xlij. & in conſilio lvij. & in conſil.lxx.
dicit non credi niſi alia concurrant,& per Par.in dicto verbo,tortura.lo tertio. verſic.
officialis. poſuit Alexand. in conſilio xiiij.iij.volum. & conſil.xxiiij.iij.volum. in qui-
bus ita concluditur quòd cum aliis, vt inimicitia vel ſimilibus facit indicium: aliâs
3 etiam † ſi teneat Corpus Chriſti in manibus ei non creditur, vt per Alexand. in dicto
conſi.xiiij.vide nouiter multa per Thom.Gram.in deciſi.xlij.vbi quòd cùm fama, aut
4 inimicitia facit indicium. Limita † tamen in crimine raptus, nam dictum raptæ facit
indicium.de quo per Math. in conſtit. ſi quis rapere.& in conſtit.aſperitatem legum.
5 iij.libro poſt Cyn. Sed an † exculpatio offenſi in mortis articulo proſit aſſerendo non
fuiſſe talem qui eum vulnerauit, quòd ſic,vt per Gand.in rubrica de tranſact. & per
Brun.in dicto tract.in fin.primæ par.& in fin.v.quæſt.princip.& infrà, plenè in tract.
de homicid.

## SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſeu inſtrumentum pacis an faciat indicium, & cautela vt non faciat, numero 2.*

1 VNDECIMVM Indicium † extat tacita confeſsio per pacem
vt ſi producatur inſtrumentum pacis ex eo poſsit torqueri, vt
per doct.in l.tranſigere.C.de tranſa.per Gand.in rub.de tranſact.
& per Bald.in cap.j. §.iniuria.de pa.iur.fir. & in l.quoniam. C.de
infami.per Par.in verbo, tortura.lo primo. in princ. & in verbo,
compoſitio.verſi an officialis.Brun.tradit in d.tract.verſi.quæro
quid de confeſsione tacita.plenè Mar.in dicto §.diligenter. verſi.
quæro vlterius.vbi diſtinguit aut accepta pecunia, & tunc facit indicium, aut gratis
2 & non facit indicium,& per Gand.in d.rubr.de tranſact.Tamen † Brun.& Mar.vbi ſ.
dant cautelas,vt per inſtrumentum pacis non inducatur confeſsio, & non faciat indi-
cium, vt proteſtetur quòd non gratia confitendi delictum præſentat inſtrumentum
pacis,ſed expenſas euitandi, & litium grauamina, & per doct.in d.l.tranſigere.in qui-
bus per eos dantur etiam aliæ cautelæ,& vide j.alibi, & j.in trac.homici.an per præ-
ſentationem indulti probetur delictum vt torqueri poſsit.

## SVMMARIVM.

1. *Minæ an & quando faciant indicium ad torturam.*
2 *Minæ aliis concurrentibus faciunt probationem.*
3 *Minans dicens quòd intendebat de aliquo facere vindictam an faciat indicium ſi reperiatur mortuus.*
4 *Teſtis vnus qui interfuit minis an faciat indicium contra minantem.*

5 *Iactationes an faciant indicium.*
6 *Pax rumpi ur ex minis præcedentibus, ſed non promiſſio de non offendendo.*
7 *Fideiuſſio & promiſſio de non offendendo an; & quando rumpatur per ſimplicem inſultum, & an per furtum, & quid ſi ſcindat veſtes, vel inferat iniurias verbales. nume. 8.*
9 *Minans an occidi poteſt impunè.*

1 DVODECIMVM. Indicium † faciunt minæ, vt ſi quis minatus fuerit aliquem velle occidere iactando ſe, tales minæ & iactationes faciunt ſufficiens indicium ad torturam, vt per Specula. in titulo, de præſumptionib. §. ſpecies. verſic. ſed pone quòd minatus eſt. Gand in rubrica de aliqui. quæſtio. var. in male. verſicu. ſed pone. & in titu. de indi. dubi. ad tortu. in octauo indicio. vbi de verbis minatoriis etiam non directis & claris. Imol. in l. fin. ff. de hæredib. inſtitu. Bald. Alexand. & alij in l. metum. C. quod metus cau. Salyce. Ange. Paul. & Iaſon. in l. prima. C. de his quibus vt indign. & in l. prima. C. de ſeru. fugi. Ang. & Auguſt. in gloſſa fama publica. Anton. in capitulo tertio loco. de probationibus. Panorm. in capitulo, ſcribam. de præſumptionibus, cum aliis plenè traditis per Brun. in tractatu. and. verſiculo, quæro vlterius. Felin. in capitulo primo. de officio delegati. & in capitulo cum oporteat. de accuſat. & per Mar. in practica. in §. diligenter. verſic. quæro nunc de quotidiano. verſicu. ſcias etiam in materia indiciorum. & in conſilio lxxij. & conſilio tertio. & in ſingula. dcxl. in quibus locis diſtinguitur communiter, quòd aut minans erat homo potens qui de facili potuiſſet mittere minas ad effectum, vel erat ſolitus minas ſuas ad effectum perducere, & vir malæ famæ in eodem genere mali, ſi poſt minas fuiſſet factum homicidium, tunc faciunt minæ indicium ad torturam, idem ſi alia concurrant indicia, & ſi plura, vt inimicitia & fama, & alia tunc ſufficerent ad condemnandum, vt per Brun. vbi ſuprà, aut minans erat homo impotens ad talia facienda, vel homo bonæ conditionis & famæ, nec ſolitus minas exequi, & tunc non faciunt indicium, & maximè ſi calore iracundiæ prorupiſſet ad tales minas: vt per Mar. in dicto conſilio lxxij. & per Math. in conſtitutio. ſi damna clandeſtina in xiiij. notabili. in fine. vbi hoc indicium purgatur ſi probetur, quòd non
2 erat ſolitus mittere minas ad effectum, nec erat potens. Si † tamen alia concurrant vltra minas, de quibus per Brun. vbi ſuprà. verſiculo, item licet. ex minis fit indicium indubitatum, & vide per Felinum in capitulo, afferte. de præſumptionib. quòd etiam
5 in conſolito facit indicium, & vide † plenè per Par. in verbo, tortura. verſicu. & an ſi quis dixerit. vbi de verbis minatoriis, quòd intendebat facere vindictam de aliquo qui poſteà fuit repertus mortuus, an ex his torqueri poſſit poſt Salycet. in l. prima. C. de his quibus vt indign. & in verbo, tortura. lo tertio. verſiculo. mandauit Rex. circa medium, vbi refert fuiſſe tortam quandam mulierem minantem ex dictis verbis, quæ confeſſa extitit, & ſuſpenſa. & poſteà fuit reperta innocens. & per Alexand. poſt Bart.
4 in l. fin. ff. de quæſtionibus. vbi ſi dicat ſe vindicaturum. Et † quid ſi minæ probarentur per vnum teſtem qui interfuit minis, & audiuit talem minaſſe, an talis teſtis faciat indicium ad ad torturam, dic quòd non, ſed per alios probari debent minæ, iuxta gloſſ. in l. fin. C. famil. herciſcund. ita per Par. in dicto verbo, tortura. lo tertio. verſicu.
5 dicitur communiter. Et † de iſtis verbis minatoriis & iactatione an faciant indicium per Bel. in practica. in rubrica, de quæſtionibus. quarto indi. verſiculo, idem ſi ſe iactauit accuſatus. & per Bald. in conſilio cclxxv. ſecundo volumine. & Alexand. in conſi. clxxxj.

clxxxj.ij.volumine. in quibus quòd iuxta qualitatem perſonæ nocet iactatio,non tamen ſola ſufficit ad torquendum,vt etiam per Alciat. in l. fugitiuus. ff. de verborum
6 ſignificatio. Et † not. quòd ex minis præcedentibus rumpitur pax,vt per Mar. in dicto
7 §.diligenter.& in l.is qui cum telo.C.de ſicariis.non † tamen rumpitur promiſsio & fideiuſsio de non offendendo, nam offenſa propriè dicitur in perſonam, nec ſufficit inſultus & admenatio,niſi perſonam percutiat, vt not. in l.prima.§. hoc autem. ff. de his qui deie.vel effu.& per Guil. de Cun. in l.ſi quaper calumniam. C. de epiſcopis & clericis.dic tamen vt per Barto.in l.licitatio.§.quod illicitè. ff.de publicationibus.vbi diſtinguit, vt per eum, quòd autem facta eſt promiſsio de non offendendo in perſonam,& tunc ex ſimplici inſultu non eſt contrauentum, cùm non ſit offenſio in perſonam propriè,& ſi fiat furtum in re offenſi non dicitur rupta promiſsio, & fideiuſſio,niſi dicatur in bonis,& in perſona non offendere.ſi verò ſimpliciter dicatur de non offendendo, nec adijciat in perſona, & in bonis,per furtum non eſt rupta fideiuſsio, & ſi faciat inſultum & admenauerit,dicitur rupiſſe fideiuſsionem, ex quo dicitur offenſus per talem inſultum, & ſic melius eſt quòd detur fideiuſsio de non offendendo ſimpliciter,quàm ſi dicat in perſona,vt ibi per Bartolum & Alex.poſt eum, &
8 ibi,† quid ſi rũpat veſtes & laceret,an dicatur offenſio in perſona & quid ſi inferat iniurias verbales, vbi ꝙ perſonæ dicitur facta iniuria, & non in perſonam, & per Ang. in gloſſ. per capucium capiendo. & doctores in l.prima. §. hoc edictum. ff. de operis noui nunciatio. maximè Alexand. poſt Bartol. in dicto §. quod illicite. & ſic ſi fiat promiſsio de non offendendo ſimpliciter per minas & verba iniurioſa erit rupta pax & fideiuſsio. Si autem dicatur, non offendat in perſona, non dicitur rupta fide-
9 iuſsio. Item † ex minis poteſt minans occidi, vt per Baldum per illum textum. in l. prima. C. quando liceat vnic. ſine iud. & per Mar. in dicta l. is qui cum telo. C. de ſicariis. & in d. ſingul. dcxl. & in l. prima. C. de raptor. virg. & per Thomam in conſilio xlij. & in conſilio lxix. & notiſsimè etiam vide multa per eundem Thomam in deciſio. v. vbi,an & quando liceat propter minas occidere, & an incontinenti, an etiam ex interuallo, vbi quòd etiam ex interuallo, vt pœna minuatur, & non mortis imponatur,& ibi vide quòd minæ probantur etiam per teſtes ſingulares.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Solitus conuerſari in loco in quo mortuus reperitur, an faciat indicium, & quando intellige, vt num. 4.*
2 *Corpus mortuum ſi reperiatur ante domum alicuius an faciat indicium. & nu. 5.*
3 *Vicinitas an faciat indicium ſtante alterius inimicitia. & num. 15.*
6 *Mortuus ſi reperiatur in domo pluribus exiſtentibus præſumitur ab eis occiſus.*
7 *Carceratus mortuus in carcere præſumitur occiſus à cuſtodibus.*
8 *Securitate alicui data ſi mortuus reperitur, præſumitur ab eo mortuus.*
9 *Fideiuſſione præſtita de non offendendo ſi mortuus reperitur præſumitur à dante fideiuſſionem.*
10 *Locus ſolus vbi corpus mortuum fuit repertum, an faciat indicium.*
11 *Firmatus viſus cum enſe coram corpore mortuo, an faciat indicium.*
12 *Mortuus ſi reperiatur pluribus in domo exiſtentibus à ſolito tortura eſt inchoanda, & etiam ab homine male vitæ & ſoluto. num. 14.*
13 *Locus maleficij ſi inueniatur in eo, & ſi eſt ſolitus & male famæ facit indicium.*
16 *Socius ſi reperitur mortuus in domo ſocij præſumitur à ſocio mortuus, maximè ſi tacet ſocius.*
17 *Maritus ſi in domo mortuus reperitur præſumitur contra vxorem ſi tacet.*

1 DECIMVMTERTIVM Indicium † eſt ſecundum Roma.
in l.j.§.ſi quis in villa.ff.ad Sillen.poſt Rayn.& Bart. & Angel.in
l.iuſtè.ff.de vſuca.in princip. & Alexand.poſt Bart.in l.fin. ff.de
quæſtio.& Mar.in pract.in §.diligenter. videlicet, ſi quis erat ſo-
litus conuerſari in aliquo loco, & ibi poſtea reperiatur homo
mortuus, & quòd erat ſolitus talia cómittere, vel malæ opinio-
nis & famæ, vel concurrente inimicitia, præſumitur ab illo occi-
2 ſus vt torqueri poſsit ex hoc. Idem ſi † ante domum alicuius reperiatur corpus mor-
tuũ, concurrente inimicitia, pręſumitur à domnio domus occiſus, per Bar.in l.ędiles.
ff.ne quid in loco publ. Alexand. poſt Bart. in d.l.fin. ff.de quæſtio. & per Bald. in l.j.
C.loca.& Angel.in l.milites. C.de quæſtio.& Math.in conſtit.in quæſtionibus. in fin.
& per Felin in c.afferte.de præſumpt. vbi limita in ſolito talia facere, & non aliter, &
3 per Par.in tract.ſind.in verbo, tortura. verſi.ſi quis inuentus eſt. Item † niſi occiſus re-
periatur habere alium inimicum, nam tunc illa vicinitas non facit indicium, vt per
Innoc. in cap.cùm oporteat. in gloſ.inimicos. de accuſat. quod relinquitur arbitrio
4 iudicis. Et de † ſolito conuerſari in loco, intelligitur quando non erat antea ſolitus
conuerſari, ſed parum ante delictum commiſſum; aliàs ſi erat ſolitus conuerſari non
5 facit indicium conuerſatio, vt per Ioan.de Ami.in conſil.vij. Limita † etiam niſi eſſet
probatæ vitę dominus domus & conuerſans, vt per Bald.in dicta l.j.C.locat.& Math.
in d.conſtit.in quæſtionibus. & de his vide per Par.in verbo, tortura. lo tertio.verſic.
an ſtetur dicto torti.pòſt medium. & in verſi. mandauit Rex.ibi, vicinitas.vbi de his.
6 Vbi idem † ſi plures erant in domo, & ibi mortuus reperiatur, præſumitur mortuus
ab his qui erant in domo, & ideo omnes poſſunt torqueri, aut incipi à ſolito talia
committere, vt per Roman.in d.§.ſi quis in villa.& per Ang.in glo.fama publ. verſic.
quid autem ſi ſint quinq;, & ibi, an omnes puniantur capitaliter, & per Mart. in rubr.
7 C.de probat.in materia incertitudinis.& in l.fin. ff.de ſicar.& de † carcerato mortuo
in carcere, quòd præſumatur à cuſtode carceris occiſo per Par.in dicto ver. mandauit
8 Rex.ibi, vicinitas.& in verbo, carcer & carcerarius. Et vide † per Guilel.de Cuneo in
tract.de ſecurita.circa fin.verſi.ſed nunc quæro. vbi ſi data fuit ſecuritas ſi poſtea fue-
9 rit mortuus, an præſumatur ab eo qui dedit ſecuritatem, & ſic † etiam de eo qui de-
dit fideiuſsionem de non offendendo, an ſi offendatur, præſumitur mortuus ab eo
qui dedit fideiuſsionem. & per Catald. in tract. ſind. ſub numero 18. niſi probet con-
trarium, vt per Guido.Pap.in tract. de præſumpt. Et de præmiſsis an præſumatur ab
eis mortuus, per Par.vbi ſuprà, dicto ver.mandauit Rex.ibi, quando delictum.& per
Angel.in glo.fama publ. verſi.quid autem ſi reperiatur mortuus.cum ſequen. & poſt
10 eum per Auguſt.& Bernar.& Alexand.poſt Barto.in d.l.fin. Solus autem † locus vbi
corpus mortuum reperitur non ſufficit vt torqueatur, vt ibi per Auguſt. & Bald.in l.
11 iij.§.fin.ff.de offic.præfe. vigil. Sed quid † ſi quis in loco delicti fuerit viſus firmatus
cum enſe, an faciat indicium. Par.in d.verbo, tortura. lo primo. verſi.ſi quis eſt inuen-
tus.vbi dixit quòd facit quoddam argumentum delicti, aliis verò concurrentibus, vt
12 fama, aut inimicitia, facit indicium ad torturam. Et de † pluribus in domo exiſtenti-
bus quòd tortura à ſolito incipi debet. Auguſt.poſt Angel. vbi ſuprà, & Roman.in l.
excipiuntur.ff.ad Sillen.& per Par.in dicto verbo, tortura.lo tertio. d. verſi.mandauit
Rex.& Brun.vbi ſupra.verſi.eſt & aliud indicium, & Par.in dicto verbo, tortura.ver-
ſic.an ſtetur dicto torti.ibi, ſed an ſi reperiatur, & per Mart.in pract. in §.attingam. de
mortuo in carcere poſt Par. vbi ſuprà, in verbo, carcer & carcerarius. & in d.verſic.
13 mandauit Rex. Idem † ſi fuerit inuentus in loco propinquo maximè concurrente
mala fama, & quòd fuerit ſolitus, vt per Roman.in d.l.j.§.hoc reſcriptum.ff.ad Sillen.

& vide

14 & vide per Thom.in volum.xxiij.& in vol.xxxiiij.& in conſi.xxxij. vbi † quòd incipi
debet ab homine malæ vitæ & famæ in pluribus in domo exiſtentibus qui torqueri
poſsint, & in conſil.lj. vbi ſi contradicunt ad inuicem, & variant torqueri poſſunt in
15 pluribus proiicientibus lapidem de domo. Ad idem † nam vicinitas inducit indicium
contra vicinum, niſi aliter doceatur de maleficio, vt per Par.in d. verſi.mandauit Rex.
ibi, vicinitas.& ibi, ſequitur de reperto homine mortuo prope domum alicuius. Idem
16 ſi ſocius † reperiatur mortuus in domo ſocij, præſumitur à ſocio occiſus, ſi ſocius ta-
cet & nihil dicit, vt per Mart.in pract.in §.expedita.in fin. & in conſil.xxxj. & Thom.
in volum.xxxij.& Par.in dicto verſ.mandauit.poſt medium ibi, an ſi reperiatur. Idem
17 ſi maritus † reperitur mortuus intus domum, & vxor tacet, præſumitur mortuus ab
vxore, vel quòd in morte fuerit culpabilis, vt per Par.in verbo, tortura.lo primo.
quod procedit ſi tacet per aliquod tempus & nihil dicit, vt per Bald. in dicta l.exci-
piuntur.ff.ad Sillen.

## SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo delinquendi & ſolitum facit indicium & quando.*
2 *Diffamatio qualiter probetur, & quòd ſit ſolutus, & qualiter ſit purgata mala fama.*
3 *Fama mala aggrauat reum ſicut bona operatur pro reo.*
4 *Solitus offendere facit indicium tam ſi ſit ſolitus alios offendere, quàm ſi noviter of-
fenſum.*
5 *Inimicitia etiam precedens facto offendentis, vt quia aliàs eundem offendit, facit in-
dicium.*

1 DECIMVMQVARTVM Indicium † eſt conſuetudo de-
linquendi, quòd aliàs fuerit ſolitus committere ſimile delictum,
nam ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere ma-
li, vt in reg. ſemel malus.de regul.iur. in vj. & ideo licet ſit ſolitus
alia committere, & non illa de quibus inculpatur, non facit in-
dicium, ſed eſſe debent in eodem genere mali, & ideò ſi quis ſoli-
tus ſit verberare, non ex hoc facit præſumptionem in caſu homi-
cidij, vt per Thom.Gram.in deciſi.xxvi & quòd tunc facit indicium, gl.in l.iubemus.
C.de probat.Bart.in l.fin.ff.de quæſtio.Bald.in l.j.ff.de hæred.inſtit.Salyc.in l.fin.C.de
quæſtio. Alexand.in conſil.v.j.volum. & conſi.50.& conſi.lxxvij.eod.vol.Mart.in d.
§ diligenter.in pract. verſic.vlterius quæri poteſt. vbi diſputat per tres col. & conclu-
dit quòd hoc ſolum non facit indicium, licet faciat præſumptionem, quæ minus eſt
indicio, tamen tantum cum aliis facit indicium ad torturam.& per Mar.in conſ.xliiij.
per Gand.in rubr. de indi.dubi.ad tort. in fin. Par.in verbo, tortura.lo primo. verſic.
viſo de indiciis.& verbo, tortura.lo tertio.verſi.mandauit Rex.ibi, ſi contra aliquem.
per Brun.in tract.indi.ix.not.Arno. in dialogo lxvj.Thom.in volum.xx. & conſi.xlv.
2 & conſil.lv. & in volum.iij. verſi.nec ſuffragatur. & ibi † qualiter probetur diffama-
tio & diffamia, & qualiter teſtes debent deponere, vbi quòd non ſufficit quòd ita di-
catur niſi fuerit conuictus autoritate Andr. in cap.j.in verſic. publici latrones. de pa.
ten.& per eundem Tho.qualiter probetur qualitas infamiæ. quod not.& ibi in ad lit.
quòd ſi non apparet tribus annis retrò elapſis delinquiſſe cenſetur purgata mala fama.
allegat Iaſ.in l.ſi prius.ff. de operis noui nuntiat. & vide eundem Thom. in volum.iij.
3 qualiter probetur infamia. Et nota † quod dixit Bald. in l.j. C.de confeſſ. & habetur
poſt eum in l.fin.in fi.quòd ſicut bona fama operatur pro reo, ita mala fama aggrauat
4 reum in his in quibus non eſt infamatus nec inculpatus. Intellige † de iſto indicio

ſiue ſit ſolitus offendere & c ommittere tale maleficium in perſonam aliorum, ſiue in perſonam offenſi, nam ſi aliâs offendit, nunc offenſum præſumitur offendiſſe: ex
5 præterito enim facto futura metimur, ita Gandi. in rubri. de indi. dubi. in fin. Et † ex hoc decidi videtur dubium, de quo aliâs dubitabam, videlicet quòd inimicitia tunc facit indicium; & operatur iuncta cum alijs vbi inimicitia prouenit facto offenſi, vt quia offenſus aliàs offenderit nunc offendentem, ſecùs autem ſi præceſſerit facto offendentis: quia offendens nunc, aliâs antea offendiſſet, cùm nō ſequeretur veriſsimilis præſumptio contra offendentem, ſed per dictum Gand. vbi ſuprà, ſiue inimicitia fuerit cauſata facto offenſi, ſiue offendentis operatur: nam ſi aliâs offendit, præſumitur offendiſſe ex quo ſolitus, & ſentit Angel. in gloſſ. fama publica. in verſicu. quæro an vnum. in fine. vbi indifferenter & indiſtinctè dicit, iudex inueſtiget ſi offenſa & diſplicentia, & iniuria fuerit inter eos. & ſ. in indicio inimicitiæ diximus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Indicium facit ſi quis vltro ſe ingerat ad perquirendum de maleficio.*
2 *Inuentio hominis mortui facit indicium contra eum qui primò inuenit, ſi non conſtat de occidente.*

1 DECIMVMQVINTVM. Indicium † eſt ſi quis vltrò ſe ingerat & ſolicitet, vt inueniatur malefactor ſi ſua non interſit, vt refert Par. in verbo tortura. lo ſecundo. vbi dicit bis in magna curia contigiſſe in quibuſdam denunciantibus mortem alterius & ſollicitantibus quòd inueniatur delinquens, nam fuerunt capti, & poſiti ad torturam ex hoc, & confeſsi fuerunt delictum, & ita etiam accidit his diebus: vide per Mar. in l. vnius facinoris. §. ſeruo qui vltrò. ff. de quæſtio. & in practica. in §. diligenter. verſiculo, vlterius circa hanc materiam. Idem
2 dicit † Par. vbi ſuprà, & Mar. vbi ſuprà indicium eſſe contra eum qui primo inuenit mortuum, & dicat ſe vidiſſe maleficium committi, & denunciet, ſi non conſtat de alio delinquente præſumitur, quòd ipſe qui primo inuenit occiſum commiſerit delictum, ſi aliter non ſciatur quis fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Receptatio malefactoris ſcienter poſt delictum facit indicium, & quando.*
2 *Inculpatum defendens, aſſocians, & viſitans, aut dans munera facit indicium.*

1 DECIMVMSEXTVM Indicium † eſt ſi poſt delictum commiſſum ſcienter receperit malefactorem in domo ſua nulla coniunctus cum eo affinitate, nam præſumptio eſt contra eum, quòd mandauerit, aut aliter fuerit conſcius, vt per Bald. in fin. ff. de offic. proconſ. per Gand. in rub. de indi. dub. ad tor. in iij. indicio. Boni. in rubric. de indi. & per Mar. in pract. in §. diligenter. & in l. vnius. §. ſeruo qui vl-
2 trò. ff. de quæſtio. & per Felin. in cap. afferte. de præſumptionib. & † per Par. in verbo, tortura. lo ſecundo. vbi idem ſi defendit inculpatum viſitet, & aſſociet, aut det munera & in verbo, tortura. lo tertio, verſicu. mandauit Rex. & per Ang. in glo. fama pub. verſi. quæro an vnum indicium. & per Thom. Grain. in vol. xv.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Obuians ne capiatur malefactor, vel faciens aufugere facit indicium.*

Aſſo

2 *Aſſocians delinquentem vt fugat facit indicium.*
3 *Pater ſi libera filium, an ſit indicium contra patrem.*

1 DECIMVMSEPTIMVM Indicium † eſt ſi inculpatus de crimine obuiauerit, vel tale quid fecerit quò minus delinquens deprehenſus & captus ad iudicem ducatur, vel obuiauerit ne capiatur, & fecit eum aufugere, nam videtur cõſcius delicti, vt per Gand. in rub. de indi. dubi. in iiij. indicio. & per Boni. in rubric. de indi. Immò punitu l. Iulia. de vi publ. vel priua. vt ibidem, & per Alex. in conſ. xxxv. ij. vol. Cepo. in conſ. xiiij. idem ſi ſtatim com-
2 miſſo † delicto aſſociauit, vt fugiat, nam ex tali aſſociatione cauſatur indicium, ſecùs tamen ſi ex interuallo aſſociaſſet, nam teneretur pœna l. j. C. de his qui latr. occul. ita
3 diſtinguit Bal. in l. non ideo minùs. in fi. C. de accuſa. In contrarium † tamen videtur Par. in verbo, tortura. lo iij. verſic. mãdauit Rex. ibi, ſi probetur. vbi ſi pater liberauit filium poſt delictum commiſſum, & fecerit ne capiatur, non facit contra eum indicium, ſed intellige vt per eum exiſtente patre bonæ vitæ, & aliis ſignis innocentiæ, vt quia filium reprehendit, vt ibi.

vt per Thom.vbi ſuprà.& Mar.in pract.in §.poſtquam.verſi.modo poſt omnia.& in l.
vnius.§.cogniturum.ff.de quæſtio.poſt Bald.in l.accuſatoribus.C.de accuſat. & in l.j.
C.qui accuſ.poſſ.& per Ang.in gl. qui iudex ſtat.term.ad eor.defen. Cætera in mate-
ria confeſsionis,vide per docto.in locis ſuprà: hæc in prima parte literæ.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad offenſam recipi non poſſunt facta publicatione.*
2 *Teſtes ad deffenſam admittuntur poſt publicationem , ſed an quando per accuſationem
proceditur. & de materia & repulſata teſtium. num.3.*

1 IN Secunda † parte. In text.ibi , *teſtibus productis* : intellige quòd
talis productio fiat cõgruo tempore, videlicet ad offenſam ante
publicationem in cauſa,aliàs non probant , niſi ex officio curiæ,
& non ad partis petitionẽ & inſtantiam recipiãtur.cùm in iudice
ceſſet ratio impeditiua , quoniam ei ſemper teſtes ſunt publicati:
aut ſuper nouis,& non ſuper eiſdem recipiantur etiam ad partis
2 petitionẽ.Ad † defenſam verò indiſtinctè admittitur productio
teſtium , etiam facta concluſione nedũ publicatione,& vſq; ad ſententiam,& ſi iudex
noluerit admittere,teneretur in ſindicatu , & etiam ſuper eiſdẽ articulis , vt per Ang.
in gl.cõpa.inquiſ.& to.neg.& in gl.qui iudex dictũ proceſſ.pub.& ſeq.gl.& vide in gl.
qui iudex ſtat.ter.ad opp.& per Math.in cõſt.terminũ vitæ.per Mar.plenè in pra.in §.
ſequẽs quæſt.& in l.j.§.fi.& in l.vnius.§.cogniturũ.ff.de quæſt.& in conſ.lxxiiij.& cõſi.
cxxxvij.& conſ.xxxix.& cõſ. xlix.& conſ.lx.& conſ.lxxxj.& conſ.xc.& cõſ.cxxvij. &

conſ.vlt. Cepo.in conſil.xlj.& cõſi.lxj.Cuma.in conſi.cxxxiiij.Par.in tra.ſind. Iacõ.de
Bel.in pract.in rubr.de cau.cri.& per Arn.in cõment.cxlij. & per Capi.in deciſi.lxxxj.
& Maran.in Spec.au.in ij.par.in ii.in iij.actu.ex quorum dictis concluditur, vt ſuprà,
& limita quoad offenſam, vt per Mar. in locis §.videlicet quãdo extat accuſator non
3 recipit ex officio.poſt Saly.in l.fin.C.de quæſt.& de †repulſa contra teſtes in crimini-
bus,vide per Ang.in glo.qui ind.ſtatu.ter.ad oppo.& apoſti.& per Bel.in prac.in rub.
de cau.crim.& per Bonif.in tit.de teſtibus.& Math.in conſt.mores diſoluti.in quibus
traduntur multæ cauſæ repulſatoriæ contra teſtes, & ibi, de teſtibus in cauſis crimi-
nalibus quos vide,& nouiter ratione infamiæ,& quia luſores & blaſphematores per
Tho.in deciſi.v.Amplia tamen quòd etiam fiſcus facta publicatione, vel concluſione
non poteſt teſtes examinatos repetere,& proceditur ad cauſę deciſionem,vt per Tho.
Gram.in deciſi.xxviij.poſt Capi.in deciſi.xxxv.in fin.

## SVMMARIVM.

1 *Delictum an & quando probatur per inſtrumentum & ſcripturam.*

1 IN TEXTV Ibi, *Inſtrumentis productis.* Nota †in criminibus probari delictum per inſtrumentum & per ſcripturam, parem enim vim habent inſtrumenta & teſtes.l.in exercendis. C.de fide inſtr.& per Bal. hic,& in l.ſi.vbi text. C.de proba.Ang. in glo.compa.inqui.& to.neg. veri.poteſt etiam.Bar.& Alex.poſt eum in l.ſenatus.ff.ad Turpi.Saly. in l.ſinguli.C.de accuſatio.Oldrad.in conſi.cxcix.Gand.in rub.de pœn.Bel.in rubr.de quæſtio.Alex.in l.ij.§.prætor.ff.de eden.Bald.in l.contra negantem.C.ad leg.Aquil.& in l.ij.ff.de feri.Bart.in l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iure fiſ.in quibus locis declara, vt per eos qualiter maleficium probetur per inſtrumentũ,& ſcripturam,& declara vt quia producatur inſtrumentũ pacis,per tale inſtrumentum probatur delictum, vt per Catal.in trac.ſind.ver.dcxxv.verſ.adde an producens.Mar.in pra.in §.diligenter.verſ. poſtea quærit. vbi ſi pecunia fuit facta pax & remiſsio probatur delictũ, ſecus ſi gratis,& ibi per Mar.in verſi.prædictis.quòd non probatur delictum per petitionẽ venię & remiſsionis,quod no.& vide per eundẽ in pra.in §.& quia.in fi.& vide per Tho. gr. nouiter in deciſ.cv.in prin.ꝙ per ſcripturam non probatur delictũ niſi ſit authentica.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſsio facta formidine tormentorum non nocet.*
2 *Conſuetudo quòd valeat confeſsio facta metu tormentorum non valet.*
3 *Confeſsio facta metu tormentorum iurata non nocet.*
4 *Confeſsio quando dicatur facta metu tormentorum, & an ſi ducatur in locum tormentorum & quando,& quid ſi non ſit ligatus.*
5 *Carceratus cum frigore & fame an ſi confiteatur dicitur metu tormentorum confeſſus.*
6 *Confeſsio facta in carcere,& non ratificata an noceat.*
7 *Iudex ſi dicat reo, aut confitearis,aut ducam te ad torturam, an confeſsio dicatur metu tormentorum facta.*
8 *Suſpicio tormentorum probabilis operatur ſicut tortura.*
9 *Confeſsio dicitur facta metu tortura ex præſumptione c.reg.ſi iuſtè appellauerit.*
10 *Confeſsio facta in leui tortura dicitur ſpontanea,& non metu facta nec in tortura.*
11 *Confeſsio facta in tortura, vel metu ratificata nocet & per quantum tempus poſt torturam debet ratificari.*
12 *Confeſsio facta in tortura abſque indiciis non nocet etiam millies ratificata.limita, niſi expreſsè fuerit ratificata.vt num 13.*

Confeſſ

14 *Confeſſio facta in tortura nocet abſque ratificatione ſi praceſſerit confeſſio extraiudicialis.*
15 *Cōfeſſio facta per tortum relaxatum in priſtina libertate ex interuallo poſt torturā nocet.*
16 *Confeſsio extorta per ſuggeſtionem etiam ratificata non nocet.*
17 *Confeſsio non requirit perſeuerantiam quando non poteſt reuocari tanquam erronea, ut quia praceſsiſſet confeſsio extraiudicialis.*
18 *Confeſſio extorta in tortura pracedētibus indiciis indubitatis non requirit perſeuerātiam.*
19 *Confeſſio extorta ſub ſpe gratia de liberādo nō nocet, & an reuocari poteſt tanquā erronea.*
20 *Confeſſio facta per ſitem ſub ſpe liberationis ut oſtendat ſocios, an noceat.*
21 *Confeſſio ſi dicatur facta per metum tortura aut in tortura, & iudex dicat ſponte factam, quid in dubio praſumitur.*

IN TEXTV Ibi, *Formidine tormentorum territus aliquid con-*
1 *tra ſe dixerit.* Nota †confeſsionem factam formidine tormento-
rum non nocere confitenti, vt ex ea condemnari poſsit, multò
minus factam in tormentis, vt per Gand. in rub. de quæſt. Bonif.
in rub. quæ deb. præced. tor. & in rub. de perſeuer. Bel. in pract. in
rub. de quæſt. Bar. in l. j. §. diuus. ff. de quæſtio. Ang. in l. item apud
Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. Iacob. Butr. Cyn. & Salyc. in
l. ij. C. de custo. reo. & in hac lege. Ang. in glo. fama publ. verſi. poſtquam. Bru. in tract.
ind. ij. par. Ioan. And. & Panor. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. Bald. in l. j. C. de
confeſſ. & in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. Yſer. & Math. in conſtit. ſi damna clandeſtina. &
in conſtit. humanitate. Anch. in conſil. xxiij. Alex. in conſi. j. & in conſi. liij. ij. vol. & in
conſi. v. j. vol. Cepo. in conſi. xl. & conſi. lxxvij. Roman. in conſi. cccclv. Aret. in conſi.
xiiij. Mar. in pract. in §. expedita. & in §. ſecunda quæſtio. & in l. j. in prin. ff. de quæſt. &
in l. pen. eod. tit. vbi etiam ſi iurata, non nocet, & in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. &
conſil. viij. & conſil. xij. & conſil. xiiij. & conſil. xviij. vbi etiam iurata. & conſil. xxix. &
conſi. xlviij. & conſi. lxxxviij. & conſi. cxxiij. ſeq. & ſeq. Lanfr. in c. quoniam contra. §.
confeſsiones. de proba. Cur. in conſi. lx. Socy. in conſi. cclxiij. ij. vol. Alex. in cōſi. xlviij.
& conſi. clxxxiiij. ij. vol. & conſi. xciij. j. vol. & conſi. clxxvij. ij. vol. & conſil. j. iij. vol. &
poſt Bart. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſt. Math. in no. lv. Phil. in c. qualiter & quan-
2 do. §. licet. de accuſa. Cepo. plenè in d. conſi. xl. Vbi quòd † etiam non valet cōſuetudo
in contrariū quòd confeſsio valeat ad condemnandum facta metu tormentorū. Par.
in verbo, tortura. lo j. ver. an ſtetur dicto torti. vbi quòd nō nocet, nec facit indicium,
nec ſemiplenam probationem non perſeuerata. & ibi, an confeſsio quòd non nocet
niſi perſeuerata, & in ver. quia ſæpe. & in verbo, tortura. lo ij. & in verbo, tortura. lo iij.
ver. officialis. Tho. in conſi. xv. & in vol. vj. ex quorum omniū dictis concluditur con-
feſsionem factam in tormentis; aut formidine tormentorū non nocere confitenti, vt
ex ea dānari poſsit: fides enim quæſtioni adhibenda nō eſt nimis, fragilis enim & peri-
culoſa eſt, cùm multi duri tormenta contemnant, & alij impatiētia mentiantur varia
vario modo confitendo, tam quoad ſe, quā quoad alios. l. j. in prin. & l. quæſtionis mo-
3 dum. ff. de quæſt. Amplia † vt per prędictos ſ. etiam ſi fuiſſet iurata, & per Arn. in com-
men. cxj. & in cōmen. cxvij. vbi licet aliâs iudex excuſetur faciēs ſimulatè ad habdenā
veritatem, & terreat, tamen nō nocet confeſsio. & in commēt. lix. & in commen. xcix.
4 Et dicitur † facta metu tormētorum ſi fuerit ductus in loco torturę, & eius manus fue-
rint ligatæ retrò, idem ſi tātum ductus in locū tormentorū, idem ſi ſolum fuerit ſpo-
liatus in loco tormētorum, licet nō ligatus nec iudex minatus, vt per Ang. in gl. fama
pub. ver. poſtquā. & per Mar. in cōſi. xiiij. & Brun. in ij. par. indi. Par. in d. ver. officialis.
ibi, ſi iudex. & in d. verſi. an ſtetur dicto torti. vbi pulchrè quando dicatur facta metu

tormentorum.ibi, conſeſsio rei facta in torm̃etis,& per Mar. in pract.in §. expedita.
licet Ang.vbi ſuprà dixerit quòd dicitur leuis territio quæ poteſt fieri per iudicẽ attenta tamẽ qualitate perſonæ ſi fuerit audax & robuſta, an non.& per Par. in verbo, tortura.lo iij.ver.ſequitur quæſtio.Cæteri tamẽ ſequũtur Gand.vbi s̃. & Bar.in l.nouiſsimè.ff.quod falſo tut.& Alex.poſt eum, ꝙ dicitur facta metu tormentorũ, & non
5 nocet etiã ſi nõ ligatus. Item† ſi in carcere fuerit poſitus, & in frigore, & fame cũ minis ſi fuerit cõfeſſus,dicitur facta cõfeſsio metu tormẽtorũ,vt per Bar.in d.l.j.§.diuus Seuerus.& Bru.vbi s̃.& Par.in d. ver.quia ſæpe.& per Capi.in deciſ.cxlv. & per Tho. in cõſ.xv.& cõſ.xxxviij.& cõſ.lx. & per Ang.in d.gl.fama pub.iiij.q.in materia torturæ,vbi etiã ſi dentur ad comedendũ carnes ſalitæ in carcere negato cibo & potu dicitur extorta cõfeſsio metu torturę,& per torturã.ſed Bal.in l.j.C.de confeſ.dicit ꝙ cõfeſsio facta in carcere nõ negato cibo & potu nõ dicitur facta metu tormentorũ, ſed dicitur leuis territio quæ fieri poteſt per iudicẽ,idem tenet Bru.vbi s̃.ſed Mar. in pra. in d.§.expedita.& in §.attingam.& in d.l.j.& in conſ.xviij.& aliis,vbi s̃.dixit ſufficere eſſe in carcere,vt dicatur cõfeſsio metu tormentorũ facta, & per Alex.in conſ.xlvj.ij:
6 vol.& Par.in d.ver.quia ſæpe.& ſentit Ang.vbi s̃. An † autẽ cõfeſsio facta in carcere & non ratificata noceat in criminalibus, dic vt per Math.in conſtit. humanitate.xix. not.& ibi per illum tex.ſi cõfitetur habens vincula interrogatus ſuper capitulis & in litis conteſtatione an noceat,idẽ ſi retineat manicas ferreas in manibus,& cippos ferreos in pedibus,vt per Bal.in l.j.C de cuſto.reo.& Alex.poſt Bar.in d.§.diuus Seuerus.
7 Sed† ſi iudex corã hominibus dicat reo aut confitearis, aut ducã te ad locũ torturæ, & ponã te ad torturã inferendo ſibi terrorem, & cõfiteatur ex hoc,non dicitur facta metu tormentorũ,ſed ſpontanea,vt per Gand.vbi s̃.quẽ ſequũtur alij.doc.vbi s̃.nam tunc iudex poſſet terrere,vt hic per Bald.& Bart.& Mar.in d.l j.§.diuus Seuerus.licet Mar.in d.§.expedita.in princ.& in conſil.cxxiij.dixerit ꝙ ſi iudex incipit à minis, dici-
8 tur facta metu tormentorum.& † facit dictũ Tho.in conſil.lxv.vbi dixit ꝙ probabilis ſuſpicio tormentorum operatur ſicut tortura, vt dicatur confeſsio extorta metu tormentorum,tamen intelligitur vbi ad locũ torturæ ductus ſit, & ibidem minæ inferantur,ſecùs tamen ſi ſimpliciter fuerit minatus ꝙ torquebit ſi nõ confitetur extra tamen locũ tormentorum,nam talis territio admittitur,vt hic per Bald.& Gand.vbi s̃.& Augu.poſt Ang.in d.gl.fama pub.& per Par.in d.verbo, tortura.lo iij.ver.de repetitione.& ver. ſequitur quæſtio.Corn.in conſ.xxiiij.iiij.vo. Cepo. in conſ.xl. & ſic limita ſuperius dicta,vt locũ habeãt,vt dicatur cõfeſsio facta metu tormẽtorũ quãdo in tortura cõfitetur,aut formidine tormentorũ,non aũt terrendo, nã tunc nocet,&
9 dicitur ſpõtanea cõfeſsio & non metu torturæ.Item† dicitur facta metu tormentorũ ex præſumptione.c.ſi quis iuſtè appellauerit in regno. vbi ſi torqueatur forma illius c.nõ ſeruata,& etiã c.reg.habetur quæſtio,ꝙ cõfeſsio nõ nocet, & cẽſetur facta metu tormentorũ etiã ſi in actis dicatur ꝙ ſpontè cõfeſſus eſt,& quãdo dicatur cõfeſsio facta metu tormentorũ,dic vt per Alex.poſt Bart.in d.§. diuus Seuerus.& Amplia,vt s̃.
10 & per Cepo. in d.conſi.xl.vt nõ valeat cõſuetudo in contrariũ.Limita † tamẽ prædicta & intellige quãdo tortura fuiſſet legitima, non aũt ſi leuis, nã leuis tortura non habetur pro tortura,& ſic dicitur ſpontanea cõfeſsio.& non per metũ extorta quãdo leuiter tortus cõfitetur,vt per Bal.hic, & per Par.in verbo,tortura.lo iij.verſi.viſo de repetitione.& in ver.tortura.lo j.ver.an ex ſola cõfeſsione.& per Bru. in d.tra. ij.par. v.q.prin.& per Mar.in pra.in §.quoniã.& in §.& quia.& in l.repeti.in prin.ff.de quęſt.
11 vide per Tho.Gra.in deciſ.xxxiiij.nu.56.& ſeq.Limita † etiã niſi talis cõfeſsio in tortura vel metu tormentorũ facta,fuerit ratificata,& tortus ex interuallo ſaltim per diẽ, & noctẽ perſeuerauerit in ea. & eam ratificauerit ductus ad bancã iuris corã amicis

ſolu

ſolutus vinculis & catenis,vel aliter,ſi expectatum ſit iuxta arbitrium iudicis per in-
teruallum, & ſpatium temporis in quo veriſimiliter ceſſauerit dolor torturę, vt hic
per glo.& doct.in locis ſ.maximè Gand.vbi ſ.& Boni.in rubr.de perſeueran. Ang.in
d.gl.fama pub.& Bru.in ij.par.in vj.q.prin.& Par.in d.verbo,tortura.lo iij.in ver.rati-
ficatio.& ver.officialis.in fin.& ver.an ſtetur dicto torti.ibi,tortus.vbi qualiter ra-
tificat,& ibi,cõfeſsio dicitur.& in ver.ſequitur quæſtio.ibi,& ideò dixit Bal.& Math.
12 in conſt.ſi dãna.xiij.not.Mar.in d.§ expedita.& in d.§.diuus Seuerus.Hoc † tamen in-
tellige vt ſ.fuit dictũ quando iuſtè fuiſſet tortus præcedẽtibus legitimis indiciis,ſecùs
tamẽ ſi iniuſtè,non præcedẽtibus indiciis,nã tunc etiam ſi millies fuiſſet ratificata &
iurata nõ nocet,vt ſ.& per Mar.in d.§.expedita.& in d.§.diuus Seuerus.& in l.pe.ff.de
quæſt.vbi plenè.& in conſ.viij.conſ.xviij.conſ.xij.conſ.xv.conſ.xx.conſ.xxix.cõſ.xlv.
conſ.xiiij.conſ.xxij.& conſ.lij.vbi dat cautelã.conſ.lxiiij. conſ.xlvj.& Brun. vbi ſ.&
13 per Thom.in vol.vj.& per Capi.in deciſ.cxlv.cũ cæteris ſupradictis. quod † limita vt
ſ.fuit dictũ in prin.niſi expreſſe ratificaſſet,nã etiam abſq; indiciis nocet talis confeſ-
ſio,vt per Tho.in conſ.xl.& per Tho.in deciſ.xxxiiij.nu.50. vbi etiã ſi iurata.nu.59.&
14 per Mar.in d.l.pen.poſt Carald.de Viſo.in tracta.ſind.ver.clxv. Idem † ſi præceſsiſſet
confeſsio extraiudicialis,aut fuiſſet ſubſecuta,nam nocet, vt per Par.in d.ver.an ſte-
tur dicto torti.ibi,confeſsio dicitur.Iaſ.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.omn.iudi. & per
Tho.in d.conſil.xl.& per Arno.in ſing.xciij.& per Mar.in pra.in §.quoniã. verſi.vlte-
rius teneas menti.& in l.j.in prin.ff.de quæſt.& in d.§.diuus Seuerus.& in §.quæſtioni.
l.j.ff.de quæſt. & in l.eos.ff.de falſ.vbi etiam quando bina præceſsiſſet extraiudicialis
cõfeſsio,aut fuerit ſubſecuta.& in l.de vnoquoq;.ff.de re iud.& limita etiã vt fuit ſ.li-
15 mitatũ in prin.Limita † etiam prædicta niſi reus taliter tortus abſq; indiciis fuiſſet re-
laxatus in priſtina libertate,& denuo requiſitus à iudice ex interuallo cõfeſſus fuerit,
nam tũc diceretur ſpontè cõfeſſus,& non metu torturæ,ita dixit Bru.in d.tra.ij.parte
in v.q.prin.ver.ſed ponamus ꝙ quis eſt minus legitimè tortus.& per Catal. in d.verſi.
clxv.& Mar.in d.l.pen.verſic.modo.nam tunc ceſſat ratio timoris, & doloris torturæ
16 dum eſt in priſtina libertate,& ſic niſi expreſſe ratificaſſet.Limita † etiam quod ſ.dictũ
eſt de confeſsione perſeuerata,niſi fuiſſet extorta per ſuggeſtionem,nam talis confeſ-
ſio etiam ratificata non nocet,vt per Bar.& Mar.in l.j.§.qui quęſtionem.ff.de quæſt.&
Ang.in gl.fama pub.& per Tho.in vo.xxxiiij.vbi nõ nocet nec ſibi,nec aliis talis con-
17 feſsio.Limita † etiam quod ſuprà dictum eſt quòd requiritur perſeuerantia in confeſ-
ſione extorta per tormenta,vt non requiratur perſeuerantia in caſu quo non poſſet
dictam confeſsionem reuocare,vt quando præceſsiſſet confeſsio extraiudicialis,ma-
ximè geminata,deinde in tortura confiteretur,nam tunc nõ poſſet eam reuocare,nec
requireretur alia perſeuerantia,vt per Mar.in pra.in §.quoniam. & per Par.in d. verſi.
an ſtetur dicto torti.ibi,confeſsio dicitur.& per Brun.in d.tra.indi.ij.par.in ij.q. princ.
18 ij.q.& habetur poſt Bal.in l.fi.C.de prob.Limita † etiam quando præceſsiſſent indicia
indubitata,& ex his fuiſſet tortus & confeſſus,nã non poſſet cõfeſsionẽ reuocare,nec
requiritur alia perſeuerãtia & ratificatio cũ nõ poſſet eã reuocare, vt per Bar. in d.l.fi.
vbi nec etiã tunc cõfeſſus appellat. & in l.in bonæ fidei.C.de iureiu.& per Par. in ver.
tortura.lo iij.ver.ſequitur quæſtio.in duplici loco.& per Mar.in d.§.quoniã. & Ang.
19 in gl.qui iud.ſtat.term.ad co.def & ſ.circa prin.fuit dictũ.Amplia † etiã quod ſ.dictũ
fuit de confeſsione extorta,vt non noceat,nedũ quãdo extorta eſt per torturam, aut
metu tormentorũ,ſed etiã quando extorta eſt per promiſsionẽ & ſub ſpe gratię de li-
berando eum ſi confitetur,nã tunc non nocet , vt per Bel.in pra.in rub.de quæſtio.&
Imol.in conſil.cix.& Par.in d.verſi.ſequitur quæſtio.& verſi.aduertendum eſt.& per
Mar.in pra.in §.poſtquam.ver.alius præterea caſus.& in ſing.ccj.incip.in confeſſum.

& in ſing.lxxvij.incip.malitiis hominum.& in l.j.§.quæſtioni. ff.de quæſtio. & in rub. C.de probat.& in l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſ.& in conſi.xxxij. & in conſi.xiiij.in fin. nam tunc poteſt eam reuocare tanquam erroneam ſicut tanquam meticuloſam. & per torturam & eius metu extortam,nec ex ea condemnari poteſt, vt in additione ad Math.in conſut.inter cætera.& per Thom.Gram.nouiter in quæſt.iij.inter deciſi. vbi concludit damnari non poſſe & reuocari poſſe tanquam erroneam. & per Decium & apoſti.in l.ea eſt natura.ff.de reg.iur. & per Arno.in ſolilo.xlj. licet contrarium ſentit
20 idem Arno.in commen.lix.quòd valet,& damnari poteſt confeſſus, & vide † tradita per eundem in commen.cxlij. de promiſsione de liberando ſi dicat fures, quòd ex ea
21 damnari poteſt. Nota † vnum quòd ſi inquiſitus aſſerat confeſsionem per metum extortam,& iudex aſſerat ſpontaneè factam, nec aliter apparet,quòd in dubio præſumitur per metum extorta, vt per Par.in d.verſi.ſequitur quæſtio.ibi,ſi tamen curia dicat.Bald.in l.j. C.de confeſſ. Anch.in conſil.xxiij. Alexand.poſt Bart.in l.j. §.diuus Seuerus. ff.de quæſtio. & per Bald.in l.nouiſsimè. ff.quod falſ.tut. vbi ſemper in iudice metus præſumitur, & per Thom. in conſi.xxxvij. declara & dic vt per Brun.in dicto tract. ij.par.vj.quæſt. princ. verſic.iij.caſu. vbi concludit præſumi ſpontaneam ſi non conſtat de præcedenti tortura, & dat cautelam vt reuocet confeſsionem tanquam metu extortam,& per errorem,& non ſpontè.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſſus tantum aut conuictus per teſtes, aut formidine tormentorum appellat.*
2 *Confeſſus crimen an poſſit ſtatim condemnari, & exequi ſententia infrà decendium, aut poſt appellationem, & quòd conſuetudine vtuntur iudices, & an reſiſti poteſt per conſanguineos.*
3 *Probationibus plenis ſtantibus an torqueri poteſt, & quid ſi negat, an ſit liberandus.*

1 VLTIMO Nota † ex text. quòd conuictus tantùm, aut confeſſus tantùm, aut confeſſus formidine tormentorum condemnatus non excluditur à beneficio appellandi; niſi in caſibus ſupradictis, & traditur in l.non tantùm. ff.de appellat.& in l.ſi creditor. §.iuſſus. ff.eod. & in l.addictos.C.de epiſ. aud. & in l.addictos.C de appellat. & in c.cum ſpeciali. §.porrò.de appell.Par.in verbo,appellatio.Angel.in glo.præſen.Caio.& appellat.& in gl. & caput à ſpa.verſi.quæro an ſententia corporalis.Brun.in ij.par.in d.aliis locis ſuprà.
2 Conſuetudine † verò hodie iudices ſitientes ſanguinem humanum ſi habent ſpontaneam confeſsionem, aut extortam per tormenta & perſeueratam ſtatim ſententiam capitalem exequuntur non admiſſa appellatione, & infrà decendium de quo tamen an ſtatim fiat executio perſonalis, & ſi appellatur per condemnatum aut conſanguineos & amicos, quid facere debeat iudex, & an puniatur & qua pœna non admittendo appellationem, ſed exequendo, dic vt per Angel.in d.glo.præſen.Caio.& appellat. & in glo. & caput à ſpa.& doctor. proximè ſuprà, & per eos an amici & conſanguinei poſsint de facto eximere condemnatum à manibus familiæ & non teneantur crimine læſæ maieſtatis, dic vltra prædictos per Gand. in rubr. de pœn. & Bel. in pract. in rubr.de fure. Par.in dicto verbo, appellatio. & in verbo, latro. & in verbo, pœna. vbi de cauſa retardandæ exequutionis.& per Mar. in pract. in §.opportunè.& in l.j.in princ. & in l.qui cædem. ff.de ſicar. & in l.j. C.de rap.vir. de capto in flagranti.Oldra. in conſi.xvij.vbi de notorio vt ſtatim fiat executio.& per Mar.in conſi.xvj.& ſequen. & in conſi.xxxviij.& conſi.ciij. & per Panorm.in c.ij. de re iudi.in quibus locis traditur an

tur an & quando ſtatim fieri poſsit executio & quando non, & de appellatione admittenda, vel non, & ſi de facto fiat executio an eximi poſsit inpunè & quando, vt
3 per eos. Si autem † non habent confeſsionem, ſed probationes etiam claras, ponunt reum ad torturam vt extorqueant confeſsionem & ſit conuictus & confeſſus, & non appellet. Sed ſi bene faciant & poſsint facere non obſtantibus claris probationibus, & ſi perſeuerat in negatione an condemnari poſsit, dic vt per Bald. hic, & in l. ij. §. obſeruare. C. de iureiur. prop. cal. vbi Curti. plenè & Brun. in ij. parte indi. & Mar. plenè in pract. in §. nunc videndum. & Thom. in volum. ij. & Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſic. quidam latro famoſus. per Alber. & Mar. in l. edictum. ff. de quæſtio. & in prac. in §. quoniam. & in ſingu. cclxij. & Cepo. in conſilio xxxiij. & dictum fuit ſuprà, & dicetur infrà ſuo loco.

## SVMMARIVM.

2 *Tortura quid ſit ſeu queſtio, & vbi de materia torture tractatur. nu. 1. & nu. 6.*
3 *Territio l. nis non habetur pro tortura.*
4 *Queſtio vnde dicatur.*
5 *Tortura an & quando detur ad pœnam, & qualis eſſe debet.*
7 *Tormentum quid ſit & in quo differat à tortura.*
8 *Tortura eſt via extraordinaria probationis.*
9 *Tormentorum quot ſint genera.*
10 *Corda eſt in vſu torture.*
11 *Corda ſubtilis fortis magis infert dolorem quàm groſſa.*
12 *Tormentorum noua genera adhiberi non debent, nec carnes ſcindi.*
13 *Corda quando datur maior dolor ſentitur ſi parum altiatus pendet, quàm ſi ictus detur.*
14 *Tormentum ſtricture quid ſit.*
15 *Tormentum appoſitionis herbe in membro virili.*
16 *Tormentum ſtricture pollicum digitorum, & de incantationibus.*

1 SED Ex his † ſumpta occaſione ſequitur tractanda materia torturæ, in qua materia primò diſſeremus quid ſit tortura, ſecundò in quibus caſibus locus ſit torturæ, tertiò quæ perſonæ torqueri poſſunt, quartò qualiter ad torturam deueniatur, quintò quando ad torturam perueniendum ſit, ſextò de repetitione torturæ, ſexptimò & vltimò de effectu torturæ. Et licet præfata materia torturæ ſatis latè tractetur per criminaliſtas, vt per Gand. in titu. de quæſtio. & Bel. in pract. eod. & Guido. de Su. eod. Ange. in glo. fama publica. & pleniſsimè Par. in tract. ſind. in verbo, tortura. vſque ad finem operis. & Brun. in tra. indi. in ij. par. Anton. de Caña. in tract. de tormen. & per Pau. Grill. in tract. de quæſtio. & verboſiſsime per Mar. in pract. in §. nunc videndum. & in §. expedita. & in l. prima. & in l. repeti. & in l. edictum. & in l. penult. & per totum titu. ff. de quæſtio. & in conſiliis ſuis, & in variis locis per varios doct. & maximè cano. in cap. j. de depo. & in cap. cùm in contemplatione. de reg. iur. & alios doctores ſparſim & conſulentes, vt nihil dici poſsit amplius: attamen quia aliqua in regno ſtatuuntur in hac materia & per doct. reg. traduntur ea addendo poſt eorum terga ſpicas colligendo, & modernos addendo
2 non erit incongruum præſcriptam materiam compilare. Circa † itaq; primum quid ſit quæſtio ſeu tortura dic prout eam diffinit Azo. in ſumma in tit. de quæſt. & Odo. eod. tract. & Gand. eod. tit. in princ. & Bel. eod. & Bonif. eod. tit. & Brun. in ij. parte. in princ. & Mar. in rubr. ff. eod. Paul. Grill. in d. tra. in j. quæſt. quòd quæſtio eſt indagatio

3 veritatis,& inquiſitio per tormenta corporis,& cordis dolorē.Nuda † autem interrogatio & leuis territio abſque corporis tormento & cordis dolore non dicitur quæſtio,nec tortura.l.item apud Labeonem.§.quæſtionis. ff.de iniur. & §.quæſitum.ead.
4 l.& l.j.§. quæſtionem.ff.ad Sille.Bar.in tract.de quæſtio.in princ.& † dicitur quæſtio. à quærendo,vel inquirendo:quia per eadem inquiritur veritas negotij, cùm ad veritatem indagandā adhiberi debet,& nō aliter.l. cū falſum. & l.hoc quod placuit.C.de
5 quæſtio.Quandoque † tamen datur ad pœnam,& tunc qualis eſſe debeat,per Par.in verbo, tortura.lo ij.& Bru.in d.tract.ſecunda par.vij.q.princ.quòd moderata eſſe de-
6 beat & modica.Pau.† verò in dicto tract.diffinit.in j.q.breuiter,quòd quæſtio eſt tormentalis inquiſitio veritatis, quæ tamen ad idem tendit in effectu. torturā etiam diffinit Pau.vbi ſuprà poſt Panor.in d.c.cùm in contemplatione.eſſe corporis cruciatus
7 ad eruendam veritatem repertus.Tormentum † verò dicitur quaſi torquēs mentem, vt dixit glo.in cle.prima.de hære.& per Alex.in conſil.xlvj.ſecundo vol.Panorm.in d. cap.cùm in contemplatione.& Paul.in d.j.q.& in iiij.q.& ibi ponit differentiam inter torturam & tormentum,vt illa ad iudicem pertineat, aliud ad partem & reum.dicta l.item apud Labeonem.§. quæſtionem. licet quandoque vnum pro altero capiatur quæſtio,tortura,& tormentum,vt ibi not.& de his etiam per Par.in verbo,tortura.lo
8 tertio.verſic.de repetitione.ibi,an poteſtas poſsit torquere.& † dixit Bald. in l.ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.maieſt.quòd tortura eſt remedium,ſiue via extraordinaria probationis:ordinaria verò eſt quæ fit per teſtes & inſtrumentum.l. fi.C.de probatio. Quid
9 autem † contineatur appellatione quæſtionis,& quot ſint tormentorum genera, dic vt per Brun.in dicta ſecunda parte.in princ. ſecunda quæſt.prin. vbi ponit multa tormentorum genera, & pleniſsimè per Mar.in l.prima.in prin.ff.de quæſtio.vide vt per eum poſt Brun.vbi ſuprà.& Ang.in gloſſ.fama publ.poſt tertiam quæſt. & per Mart.
10 in dicta l.j. In † vſu tamen frequentius eſt tormentum cordæ.immò non reperitur iure cautum aliud tormentum quam cordæ,vt in l.nullus.C.ad leg. Iul.maieſt.vt per
11 Boni.in titu.quæ deb.præce.tor. No.† tamen,quòd corda ſubtilis fortis magis infert dolorem quàm groſſa,vt inquit Salycet.in dicta l. nullus. & Par.in verbo, tortura.lo tertio.verſic.de repetitione.& ibi quòd aqua frigida in dorſo pendenti in tortura non eſt adhibenda, niſi in caſibus enormibus, & Par.in fin.dicti verbi, tortura,lo tertio. dicit quòd abraſio pilorum corporis denudati facit confiteri in tormentis,vt ipſe ex-
12 pertus eſt.Et † dixit Bal.in l.prima.C.de his qui ad liber.perue.non po.quòd non poſſunt nec debent imponi noua genera tormentorum,& ſcindere carnes, niſi in graui-
13 bus,vt ibi,per Par.in dicto ver.de repetitione.Et † not.quòd in datione cordæ maior dolor infligitur torto, ſi parum altiatus à terra pendens detineatur, quàm ſi detur ictus cordæ,cùm per ictum tormentantur oſſa, & parum ſentit inde dolorem tortus, & ita vidi quendam iudicem facientem,& dixit paucos euaſiſſe cōfeſsionem. Aliqui
14 ſolent † corpus ligare cum fune perſtringendo admodum ballæ adeò perſtringendo, vt vix ſtet per horam quòd non confiteatur, & dicitur tormentum ſtricturæ. Aliqui
15 ſolent † ponere quādam herbam ſecātem intus membrum virile, quæ dicitur diſis,& deinde extrahere,nam ſcindit intrinſecus dictum membrum, & ſentit dolorem.alia genera tormentorum traduntur per Mar.vbi ſuprà.& Brun. vbi ſuprà. & Paul.Gril.
16 vbi ſupra,ſecunda & tertia quæſtione.Solent † etiam iudices perſtringere ambos pollices cum quodam inſtrumento ad modum vitis. & dicitur, li trapitelli. Traduntur autem nonnulla remedia & incantationes ad alleuiandum dolorem in tortura, vt non confiteatur tortus.de quibus per Paul.Gril.in dicto tracta.de quæſtio. in quarta q.princ.& ibi,in fin.de contrario remedio per iudicem, vt confiteatur,& per Mar.in pract.in §.expedita.aut,nunc videndum.& in l.repeti.ff.de quæſt.de his & aliis.

Tor

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Tortura in quibus cauſis & delictis adhibenda eſt.*
2 *Delicta grauia & leuia quæ ſint.*
3 *Seruus an in omni cauſa torqueatur, & in quibus caſibus habeat locum tortura in regno. num.4.*
5 *Tortura an locum habeat in inſultu facto cum armis, abſque percuſſione, & vi priuata, & percuſſione ſine armis.*
6 *Tortura an locum habeat in inſultu cum armis abſque turba, vt quia ſolus, & quando.*
7 *Tortura an locum habeat in crimine attentato.*
8 *Tortura an, & quando ad pœnam dari poſſit.*
9 *Tortura ſi inferatur in delictis citra relegationem, & tortus appellauerit, an puniatur iudex non admittendo.*
10 *Terrere an poteſt iudex in cauſis citra relegationem.*
11 *Tortura an locum habeat vbi locum habet pœna fuſtigationis, vt in furto paruo.*
12 *Fuſtigatio an ſit maior relegatione.*
13 *Pœna imponenda eſt maior in pœnis corporalibus ignobili quã nobili, ſecus in pecuniariis.*
14 *Cumulatio pœnæ an augeat delictum.*
15 *Furta plura modica committens capite punitur. limita. nu.16.*
17 *Tortura an locum habeat in cauſa blaſphemiæ, & an pœna pro vulnere reduci poſſit ad pecuniariam. num.18.*
19 *Criminis cauſa & origo an inſpiciatur in delictis, an verò finis.*
20 *Procurator an admittatur in criminalibus quando pœna commutatur in pecuniariam.*
21 *Torturæ in cauſa pecuniaria & ciuili an, & quando ſit locus. limita, vt in num.23.*
22 *Liber homo negans ſe facto interfuiſſe ſi conuincitur interueniſſe torqueri poteſt.*
24 *Tortura locum habet in cauſa ciuili habente crimen annexum.*
25 *Tortura locum habet quando ſtante indulgentia principis de delicto petitur intereſſe, ſi non probatur plenè de delicto.*
26 *Tortura locum habet in cauſa falſi, licet ciuiliter mota.*
27 *Tortura an locũ habeat ſi ex multiplicatione delicti pœna augeatur vltra relegationem.*
28 *Tortura an locum habeat in crimine vſurarum.*
29 *Tortura an locum habeat ſi inquiritur de inuentione theſauri.*

1 CIRCA Secundum † in quibus caſibus locũ habeat tortura, dic ꝙ tortura non paſsim pro vnoquoq; delicto, & qualibet cauſa adhibenda eſt, ſed in criminibus grauibus & non leuibus. l. edictum. & l. diuus Pius. ff. de quæſtio. Pau. Gril. in tracta. de quæſtio.
2 quinta quæſt. Quæ autem † ſint leuia delicta & grauia dic & declara, vt per Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & in l. leuia. ff. de accuſa. & ibi Ange. & per Ange. in gl. ſemper mand. & poſt eum per apoſtil. & per Brun. in dicto tracta. in iij. quæſtio. prin. vbi an pro iniuria perſonali, vt quia captus per capillos, aut pugno percuſſus, poſsit torqueri. & intellige ſiue delicta ſint publica, ſiue priuata, vt per gloſſ. in l. prima. ff. de quæſtio. & intel-
3 lige in liberò homine qui non torquetur niſi in grauibus. In ſeruo † verò in omni cauſa & crimine torquetur iuxta arbitrum iudicis. l. diuus Pius. & l. maritus. ff. de quæſtionibus. & l. interrogari. C. eodem. vbi maximè quando agitur de facto à ſe, vbi gl. fortè indiciis non præcedentibus. & per. Gand. in tit. de quæſtio. circa princ. & Bar. & Mar. in d. l. edictum. & in d. l. diuus Pius. & Bru. in ij. par. tertia quæſt. princip.

4 In regno † verò ſtatutum reperitur quòd non in omnibus criminibus tortura adhi-
beri poteſt ſed in caſibus, & criminibus infligentibus pœnam vltra relegationem
non infrà, nec in ea vt habetur in cap.reg. incip.tormenta. Andr. & Math. in conſtit.
ſi d.unna clandeſtina. & in conſtit. in quæſtionibus. viij.not. Par. in verbo, tortura.lo
tertio. verſi.an in cauſa pecuniaria, vbi dicit per illud c.modificari. diſpoſitionem iu-
ris communis vt non in omni cauſa criminali torquearur niſi, vt ſuprà, vbi veniret
imponenda pœna vltra relegationem, & per Thom. in conſilio xv. & in volum.xv.
5 Et ideò † in inſultu factò cum armis ſimplici abſque percuſsione & turba, & in vi
priuata facta abſque armis, & percuſsionibus ſine armis, & vbi venit imponenda
pœna publicationis bonorum tantum, non torquetur: ſecus in vi publica & ex co-
girato inſultu cum turba, cùm tūc veniret infligenda pœna deportationis, & ſic vltra
relegationem erit locus torturæ etiam cum baculo percutiendo, vt per Thoman d.
6 vol.xv. vbi in tali inſultu cum baculo. De † inſultu verò cum armis abſque turba an
ſit locus torturæ pendet ab his quæ ſuprà dicta ſunt in materia vis publicæ, an ſi vnus
enſe euaginato inſequitur alium, & non percutit, dicatur committere vim publicam
abſque ictu ex quo teneretur pœna duplicata annorum. per conſtit.reg. aſperitatem.
& ſic pecuniaria: fuit concluſum teneri de vi publica, ex conſequenti locus erit tor-
turæ maximè autoritate Andreæ quòd pœna vis publicæ non tollitur per pœnam
conſtit.reg. deportatione & armorum extractione, vt proſequitur in conſtit. inten-
tionis. & in d.conſtit.aſperitatem. & in conſtit. ſi quis aliquem. & ſuprà dictum fuit.
7 An autem † in cauſa attentati delicti ſit locus torturæ, Capi.tradit in deciſi.cxxvj.vbi
in libero & ſeruo an torqueantur, & ſic videtur contrariari prædictis, ſed dic quòd
non loquitur in caſu de quo ſuprà, concernente vim publicam, ſed in alio delicto at-
tentato, vt non torqueantur liber nec ſeruus in caſu illo, & per Par. vbi ſuprà an pro
delatione armorum torqueri poſsit vigore banni emanati ab officiali, vt quotidie fit
ſub pœna quatuor ictuum cordæ: concludit non poſſe niſi bannum eſſet regium &
ex magna cauſa & publica vtilitate emanatum. Multa tradit Thom. Gram. in deciſi.
xxxvj.j.dub.an & quando tale bannū valeat & emanare poſsit, maximè ſub pœna ca-
pitis, & an exequi debet, & an credatur emanatum de ordinatione regia ſi ibi dicatur,
in v.dubio & in vj.dub.nume.80. an ſtatim vigore banni ſub pœna quatuor ictuum
8 cordæ poteſt torqueri & exequi ſi capiatur in flagranti, quod ſic. Item † tortura da-
tur etiam ad pœnam quando condemnatur ad pœnam pecuniariam, & non poteſt
eam ſoluere poteſt torqueri ſi eſt vilis perſona, vt per Paul. Grill. in tract.de quæſtio.
vij.quæſt.& vide per Angel. in l.ſi quis id quod. in fin.ff.de iuriſd.om.iud. vbi dat cau-
telam. & per Fran. in c.repræhenſibilis. de appellat. an ſi non eſt ſoluendo pœnam pe-
9 cuniariam luat in corpus per torturam, & ſi † in pœna infligenda citra relegationem
inferatur tortura & appellauerit, & iudex non admiſerit appellationem punitur, vt in
10 c.reg. ſi quis iuſtè appellauerit. poteſt † tamē in aliis cauſis citra relegationem terrere,
licet non torquere, nec tenetur in ſindicatu, vt per Arno. in ſing.xcix. & de primo per
11 Maran. in ſpe.au.vj.par.xiiij.actu iudicij. Sed an † in cauſa vbi pœna fuſtigationis ve-
nit imponenda, vt in atroci iniuria iuxta l.fin.ff.de iniur. & in furto in regno infra au-
guſtale iuxta c.reg.incip. ad hoc per quod pœna fuſtigationis imponitur furanti rem
valentem infra auguſtalem an in tali cauſa ſit locus torturæ. de hoc ſæpius dubitaui,
Par. in d.verſi.an in cauſa pecuniaria. ſentit in furtis licet minimis eſſe locum tortu-
ræ, & Math. in conſtitu. in cauſa depoſiti. in fin. ſentit quòd ſi de furto agitur crimina-
liter eſt locus torturæ. Brun. verò in d.ij.par.iij.quæſt. dicit furtum commiſſum in re
12 parua licet dolo, dicitur delictum leue, & ſic non erit locus torturæ. Pendet † hæc
quæſtio an fuſtigatio ſit maior relegatione, an minor vel æqualis: & dum aliâs eſſem
in conſi

in conflictu ad oſtendendum quòd non erit locus torturæ in furto pro quo venit
pœna fuſtigationis, allegabam quòd fuſtigatio ſit minor relegatione, nam relegatio
eſt de gradibus paruis meri imperij, fuſtigatio verò eſt de minori gradu cùm ſit modi-
ca caſtigatio, vt proſequitur Bart. in l. imperium. iiij. & v. gradu. ff. de iuriſ. om. iud. vel
æqualis relegationi, nam pro furto pro quo fuſtigatur bannitur, bannum verò æqui-
paratur relegationi, & non deportationi cùm pro tali furto non deportetur, vt no. in
§. relegati. inſti. quibus mod. ius pa. po. ſol. ergo nõ erit locus torturæ, & maximè quia
Bald. & alij in l. tranſigere. C. de tranſact. dicunt fuſtigationem non connumerari in-
ter capitalia. Quidam doctor dum hæc allegaſſem dicebat fuſtigationem non modi-
cam fore maiorem relegatione, allegabat ita dicere Bart. nec tamen in quo loco, ergo
locus erat torturæ, inde volui locum perquirere in quo Bart. hoc dicit, vidi hoc di-
cere in authen. de inceſtis nup. in princip. per illum text. & per text. in l. fin. ff. de iniur.
vbi maior pœna imponitur humili quàm nobili inferenti iniuriam atrocem, vt humi
lis fuſtigetur, & nobilis relegetur, ergo fuſtigatio maior eſt relegatione. Quòd autem
13 talis pœna imponitur ignobili & humili loco vt maior. Facit, nam † in pœnis corpo-
ralibus maior pœna imponi ſolet ignobili quàm nobili, licet in pecuniariis maior
nobili quàm ignobili, vt proſequitur Gand. in rubr. de pœnis, & plenè Philip. poſt gl.
in cap. cùm quidam. de iureiur. & Math. in conſtit. intentionis. in ix. not. vbi multa, de-
inde nouiter reperi. Thom. Gram. neapoli. in conſil. xxxvij tenere quòd pro furto pro
quo fuſtigatur non eſſe locus torturæ, & idem ſentit Capit. in deciſi. cxxvj. in fin. vbi
pro fuſtigatione non decreuit ſeruum torqueri in illo attentato delicto, licet dixerit
potuiſſe fuſtigari, aut ad tempus condemnari ad remigandum: non. tamen aduertit
Thom. ad dictum Bart. in d. authen. de inceſt. nup. & ad d. l. fin. ff. de iniur. & idem ſen-
tire videtur Arno. in commen. cxxxiij. & pro hoc facit d. cap. adhoc. de fur. in reg. per
quod nedum imponitur pœna fuſtigationis, ſed relegationis, & bannitionis à tota
prouincia, & bullatur in fronte, & ſic vltra relegationem pœna imponitur. Niſi di-
14 xerit † cumulationem pœnæ non augere delictum per tradicta per Math. in conſtit.
iuſticiatij nomen, & normam. xviij. not. vbi dicit furtum per augmentum pœnæ non
immutare primam naturam, ideo non efficitur publicum, ſed priuatum remanet de-
lictum. Bart. in d. l. imperium. & alij loquuntur in modica caſtigatione, non autem in
magna vt pro furto imponitur in regno. Dicerem ergo ex prædictis torqueri poſſe
viſa qualitate perſonæ furantis, leuiter tamen per dicta per Par. in verbo, tortura. lo
15 ſecundo. verſi. viſo de indiciis. maximè † ſi ſolitus furari, licet modica furta commiſe-
rit, cùm tunc pœna capitis puniretur, per d. c. adhoc. vt ibi not. in furto trium galli-
narum diuerſis vicibus, & per Andr. & Math. in conſtit. ſuper inciſionibus. ad idem
Paul. Grill. in tract. de quæſtio. vij. quæſt. quòd pro furto leui torquetur, & de prædi-
cto dubio nouiter vide latè dicta per Rober. Maran. venus. in ſuo ſpe. au. in ij. princip.
diſtin. vbi plenè, & aliqua de prædictis refert, & tenet torqueri poſſe in furto minimo,
16 licet prædicta non referat. Limita † hoc dictum non habere locum in furto de quo in
conſtit. reg. peruenit. la ſecunda, nam in tali furto licet extent indicia non per hoc de-
17 uenitur ad torturam, vt dixit Math. ibi, in vj. not. Sed an † in cauſa blaſphemiæ locum
habeat tortura. dic ſecundum ius authen. nulli dubium eſt fore locum, cùm pœna
capitis puniatur, vt in authen. vt non luxu. contra natu. idem attenta conſtitut. reg.
blaſphemantibus. approbata per pragma. reg. quòd lingua truncetur pro blaſphemia.
At ex quo conſuetudine hodie nulla iſtarum pœnarum imponitur, ſed pœna perfo-
rationis, an erit locus torturæ? Thom. Gram. in conſi. xv. ſentit non eſſe locum tortu-
ræ, cùm pœna perforationis non ſit vltra relegationem: dicerem contra, cùm atten-
denda ſit pœna ordinaria à iure impoſita, & non minoranda ex conſuetudine, aliás

## SVMMARIVM.

1 *☞ Perſonæ quæ torqueri poſſunt, & an fœminæ, & an ſerui & aliæ perſonæ.*
2 *Seruus an & quando torqueatur contra dominum.*
3 *Libertus an & quando torqueatur in caput patroni.*
4 *Frater an torqueatur contra fratrem.*
5 *Teſtes an & quando torqueri poſſunt, quæ indicia requirantur, & an omnes aut quot torqueantur. num. 7.*
6 *Teſtis de viſu ſi non ſit omni exceptione maior, ſi torqueatur, non facit indicium, ſicut nec antea.*
8 *Teſtis vilis torquetur abſque indiciis.*
9 *Depoſitio teſtis torti abſque indiciis an valeat, & noceat inculpato.*
10 *Torti ſi ſint varij inculpantes, an noceant inculpato.*
11 *Domeſtici vicini & familiares an & quando torqueri poſſint.*
12 *Perſonæ conſtitutæ in dignitate non torquentur. & nume. 14. an reſiſti poteſt ſi de facto torqueantur.*
13 *Viles perſonæ torquentur in regno, & non nobiles.*
14 *Perſonæ leuis vitæ quæ dicantur.*
15 *Decuriones & eorum filij non torquentur nec eorum nepotes etiam depoſito officio.*
16 *Decuriones torquentur in criminibus exceptis.*
17 *Decurionum loco ſucceſſerunt hodie priores ciuitatum qui torqueri non poſſunt, aliàs tenentur.*
18 *Officialis finito officio non torquetur in memoriam priſtinæ dignitatis.*
19 *Milites etiam veterani non torquentur etiam milites noſtri temporis.*
20 *Doctores & aduocati non torquentur etiam depoſito officio aduocationis niſi in exceptuatis. num. 21.*
22 *Doctores torquentur in crimine falſi.*
23 *Doctores torquentur in crimine læſæ maieſtatis, priuato carcere, & in mathematicis.*
24 *Torqueri qui non poſſunt nec detineri in carcere poſſunt, maximè negato cibo & potu.*
25 *Torqueri qui non poſſint an debeant ante degradari, vt torqueantur in caſibus in quibus poſſunt.*
26 *Clericus in ſacris an & quando torqueri poſſit niſi etiam ſit de crimine diffamatus.*
27 *Laicus an vt torqueri poſſit debet etiam eſſe diffamatus de crimine.*
27 *Clericus teſtis an torqueri poſſit, & quid ſi varias.*
28 *Clericus diffamatus de vno delicto tortus ſi confitetur de alio, an puniatur.*
29 *Clericus an torqueri poſſit per laicum etiam de mandato epiſcopi.*
30 *Clericus torquendus an ſit prius degradandus.*
31 *Clericus vacillans vt teſtis an torqueri poſſit per eccleſiaſticum.*
32 *Vtilis reſpublicæ non torquetur etiam ſi contra eum indicia vrgeant.*
33 *Mulier prægnans non torquetur quamdiu ſit prægnans etiam poſt xl. dies partus.*
34 *Mulier non torquetur etiam ſi ſit prægnans de pauco tempore vt xx. dierum.*
35 *Mulier prægnans etiam ab alio quàm marito non torquetur.*
36 *Senex decrepitus non torquetur.*
37 *Minor xiiij. annorum an & quando torqueatur.*
38 *Minor an in caſibus in quibus admittitur ad deponendum faciat indicium.*
39 *Adultus an torqueatur cum curatoris authoritate.*
40 *Magiſtratus maior an torqueri poſſit.*
41 *Serui an & quando contra dominum torqueantur.*
42 *Confeſſio facta per perſonas quæ torqueri non poſſunt, non nocet.*

Perſonæ

43 *Perſonæ quæ torqueri non poſſunt an ſaltim poſſint terreri.*
44 *Liber homo an ſpontè & voluntariè torqueri poſſit.*
45 *Accuſator & reus torqueri poſſunt in crimine falſi.*
46 *Accuſator an & quando torqueri poſſit.*
47 *Reus ſi neget delictum & offerat ſtare ad torturam an abſque indiciis torqueatur.*
48 *Inſtigator & conſultor an torqueri poſſit.*

1 CIRCA Tertium † quæ perſonæ torqueri poſsint, dic quòd omnes torqueri poſſunt quæ à iure non reperiantur prohibitæ, tam maſculi quàm fœminæ, tam liberi quàm ſerui, & ſtatuliberi & liberti, vt patet in multis iuribus allegatis, per Gand. in tit. de quæſtio. & Bonif. eod. tit. & Angel. in glo. fama publi. vj. quæſt. Brun. in ij. par. iiij. quæſt. princ. tam laici quàm clerici, vt in c. j. de depo. & in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. etiam ſi ciuiliter agatur, vt per Panorm. & Fran. in c. dilectis. de appellat. & de ſeruo torquendo an indicia requirantur per Capi. in deciſi. cxxvj. vbi quòd indicia, licet non plena, & ibi an
2 dominus poſsit torquere ſeruum, vt oſtendat inſidiatores domini. Limita † in ſeruo vt non torqueatur contra dominum, & in eius caput intantum quòd ſiue spontè ſiue per torturam, non facit eius dictum indicium ad torturam contra dominum. l. prima. §. diuus Antoninus. & §. ſi ſeruum. & l. diuus Pius. & l. vnius. §. ſeruo. ff. de quæſt. & in l. j. §. Antoninus Seuerus. & §. cùm quidem. ff. eod. vbi etiam pretio ſoluto etiam ſi bona fide ſeruiat, licet dominum non habeat. d. l. j. §. ſi ſeruus bona fide. & quòd indicium non facit contra dominum. l. j. §. cùm quæſtio. l. diuus. §. ex quibus. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. l. j. C. eod. l. ſeruos. ff. de teſtib. & l. pridem. C. eod. Amplia etiam contra dominum volentem nedum inuitũ non torquetur ſeruus. l. ſeruos. C. de quæſt. Amplia etiam contra tutores & matrem domini, vt in l. ij. C. eod. Amplia in ſeruo patris, non torquetur in caput filij, nec econtra. l. de minore. §. j. ff. eod. Amplia etiam in caput emptoris non torquetur ſeruus ſi fuerit redhibitus. l. etiam. ff. eo. Amplia etiam lite pendente ſuper ſeruo non poteſt torqueri in caput vendicantis. l. ex libero. §. eum qui. ff. eod. Amplia etiam contra priorem dominum. l. vnius. §. ſeruus. ff. eod. Amplia etiam ſi ad non petatur torqueri, nõ interrogatur contra dominũ. d. l. vnius. §. ſeruus. Amplia etiam in ſtatulibero. l. edictum. & l. ſtatuliber. eod. & in pecuniariis non torquetur contra dominum. l. diuus Pius. in fin. ff. eod. Fallit contra vxorem domini, nam interrogari & torqueri poteſt. d. l. j. §. ſeruum mariti. ff. eo. Item fallit, niſi deſierit eſſe ſeruus inculpati. d. l. j. §. item nummio. Fallit in cauſa tributorum & fraudati cenſus. d. l. j. §. in cauſa tributorũ. l. j. C. eo. vbi in illis tribus caſibus torquetur contra dominum, videlicet, in crimine adulterij, fraudati cẽſus, læſæ maieſtatis, & niſi eſſent probationes contra dominum. l. j. C. eodem. Fallit niſi fuerit quæſitus ſeruus poſtquam proceſſum fuit contra dominum, nam torquetur ex quo antea alienus. l. j. §. ſed & eum qui cognitionis. ff. eod. Fallit niſi declaretur venditionem nullam eſſe, nam torqueri poteſt, non ante. d. l. j. §. ſi quis dicatur. Fallit niſi eſſet ſeruus vniuerſitatis, aut collegij, quoniam in caput particularium torquetur. dicta l. prima. §. ſeruum municipium. aliàs non, ſi eſſet plurium. l. conſtitutione. ff. eod. & l. hoc. C. eod. niſi in caſu, vt ibi in fin. & in l. extraneos. §. penult. ff. eod. Item fallit in crimine adulterij non in inceſtu ſimplici. l. de inceſtu. & l. extraneo. in princ. ff. eodem. niſi concurrat adulterium cum inceſtu tunc torquetur, vt ibi, & in l. ſi quis viduam. ff. eod. & in l. vim paſſam. §. fin. ff. de adult. Item fallit niſi de falſo teſtamento torqueatur: quoniam ſerui hæreditarij torquentur, & non aliter. l. patre vel marito. in fin. & l. hæreditarij. ff. eod. l. prima. §. diui. ff. eod.

& in l.cùm teſtamentum.C.eod.Item fallit niſi ſit quæſtio inter duos dominos de do-
minio ſerui,nam torquetur.l. quoties.C.eo. Item fallit niſi quæſtio ſit inter duos cō-
tendentes ſe hæredes eſſe,nam torqueri poteſt l.hoc quod.C.eo. ſecùs ſi agatur ſuper
rebus hæreditariis tantum , nam non torquetur ſicut nec ſeruus communis,vt ibi, &
l.hæreditarij.& l.extraneo.§.de quæſtione.ff.eo. & limita in rebus hæreditariis quādo
pro eis agitur inter hæredes,vt in l.fi.C.eo. Item fallit in caſu l.vnius.§.iudex.eo. Item
3 libertus † in patroni caput nō torquetur.l.j.§.ſed nec libertū.ff.eo.etiā ſi fuerit manu-
miſſus ne torqueatur . d.l.j.§.ſi ſeruus ad hoc. Item domeſticus non torquetur cōtra
4 dominū l.j.§.idem eſt & in libero.eo.Item † frater non torquetur in caput fratris neq;
cæteri qui inuiti non coguntur teſtificari.d.§.ſed nec libertū.& d.§.tormenta.& plenè
vide an,& quando ſeruus torquetur contra dominum,per Bru.in d ij.par.q.iiij.princ.
& in v.q.prin.& per Bar.in l.inter omnes.§.ſi certè.ff.de furt.& in l.quæro.in fin. ff. de
ędil.edi.& in l.cùm probatio.ff.de probat.Alex.in conſil.xxiiij.j.vol. Tho. in vol.iij.
5 & prædictæ † perſonæ torqueri poſſunt ſiue in ſe torqueātur ſiue in alios, tanquā te-
ſtes,vt per Bar.in l.ex libero.ff.de quæſt.vbi etiam per Mar.vt liber torqueatur quādo
vacillat & negat ſe facto interueniſſe,& de mendacio conuincitur ꝙ interfuit , vt per
Bar.in l.vnius.§.teſtes.ff.de quæſt.& Gand.in rub.eo.& per Pau.Gril. in tra.de quæſti.
viij. q. & ſi ſpontè teſtificetur,nā quādo ſpōtè & vltro teſtificatur ſuſpectus eſt, vt in
auth.de teſt.§.ſi verò ignoti,dic plenè quando teſtes torquentur ; vt per Bru.in d.tra.
in iiij.q.prin.qui melius loquitur quā alius,& ibi,an & qualia indicia requirantur , vt
teſtes torqueantur,& an diſcuſsio ſuper indiciis fieri debet, & contra quē præcedere
debent indicia,videlicet quando ſunt indicia contra teſtem,ꝙ ſciuerit factū,& ipſe ne-
gauerit,vt per Bar.in l.j.in prin.ff.de quæſt & in l.j.§.idem Cornelio.eo.tit. & in d.l.j.
§. quæſtionem.& ſic quando ſciunt factū teſtes, vel ſunt indicia ꝙ ſcire debebant &
negant,torquētur,vt ibi per Bru.vbi ſufficit probari per vnū teſtem,aut per indicia ꝙ
interfuit,& ſcit veritatē,& negat factum,& ibi ſi vnū dicit ante torturā teſtis,& aliud
in tortura cui magis credatur,ꝙ dicto in tortura.& ibi etiam ſi teſtis qui non debuit
examinari torqueatur,facit indicium,& de hoc vide in l.j.§.ad quæſtionē.ff.eo.vbi te-
ſtibus domeſticis accuſatoris etiam in tortura , & an omnes teſtes torqueri debeant,
& quot , dic , ꝙ non omnes,ſed duo aut tres ſcientes factum. Augu. poſt Ang.in glo.
fama pub.ver.quæro in quo caſu teſtis.& per Bald.in l.data opera.C.qui accuſ.poſſ.&
6 Bru.vbi ſ. vbi etiā dixit,† quòd ſi extat vnus teſtis de veritate, & non ſit omni exce-
ptione maior,ſi torqueatur non facit indicium,cùm examinatus nō faciat indicium,
quod eſſet notabile ſi eſſet verum , cùm aliâs teſtis qui non debit examinari examina-
tus cum tortura faciat indicium.Tamen pro dicto Brun.facit quod proximè dictū eſt
de teſte domeſtico qui etiam in tortura non facit indicium , & intellige quando peni-
tus reprobatur à iure.tunc enim examinatus etiam in tortura non facit indicium , vt
ſ.dictum fuit,at ſecus quādo de fide minuitur ex aliqua qualitate vt quia infamis in-
famia facti, & criminoſus,nam cum tortura facit indicium,vt ſ.dictū fuit.& per Tho.
7 in cōſ.lviij.& † de teſte torquēdo,vide per Mar.in d.l.ex libero.& aliquid in d. §. teſtes
torquendi & in pra.in §.expedita.& per Gand.in rubri.de quæſt.ver.an poſsint teſtes
8 torqueri.& Ang.in d.gl.fama pub.& Cepo.in conſi.lxj & Barba.in cōſi.xxxv.& † no.
9 quod dixit Bal.in l.milites.C.de quæſti.ꝙ teſtis vilis torquetur abſq; indiciis. & † an
10 valeat depoſitio teſtis torti cōtra inculpatū abſq; indiciis.per Tho.in vol.vj.& † quid
11 ſi torti ſunt varij an noceant inculpato.per Thom. in vo.xxxj.& † an, & quando do-
l.decuriones.no.& in crimine falſi.l.ſi quis decurio.C.de falſ.Item niſi ſint infames ſe-
17 cundum gloſſ. in dicta l. diuo Marco. loco † quorum decurionum hodie ſucceſſe-
runt anciani,conſiliarij, & priores Ciuitatum, qui eodem gaudent priuilegio ne tor-
queantur etiam depoſito officio,vt dixit Bald.in dicta l.decuriones. licet Odofred.&
Gand.vbi ſuprà dicant contrarium ſeruari de conſuetudine, & proſequitur Cepo.in
conſilio xl.Idem tenet Salyc.in dicta l.diuo Marco. quòd non torqueantur, & Ioan.
de Pla.in rubrica.de decurionibus.libro xij.& dixit Bald. in l.de quæſtionis. C.de de-
curio.quòd ſi poteſtas torqueat aliquem de prioribus tenetur in ſindicatu.& Angel.
in dicta gloſſ.fama publica. ſexta quæſtione.& plenè Thom in volumine primo. vbi
per multa dicit eos non torqueri etiam depoſitio officio,& in d. volu. xxxij. non ob-
ſtante d.Gand. & Odofr.aſſerentium conſuetudine non ſeruari.vide tamen Augu.&
Beroar poſt Ang.in d.gloſſ.fama publica.vj.q.& Brun.in dicta iiij.q.princip. & Par.in
18 d.verbo, doctor.Item † officialis finito officio non torquetur in memoriam priſtinæ

dignitatis niſi manus mundas non habuerit, vt per Par. in trac. ſin. in prin. de offi. ſind.
19 in verſi. per ſindicatores. Item † excipiuntur milites, & eius filij, & veterani dimiſsi à
militia quoniam non torquentur. l. milites. C. de quæſtio. quod etiam procedit in
militibus noſtri temporis, ſecundum Salyc. in l. j. C. de iur. & fa. ignor. & per Modern.
in l. centurio. ff. de vulg. & pup. licet Angel. in d. glo. fama publ. vj. quæſt. & poſt eum
Auguſt. contra: vt per Brun. in d. iiij. quæſt. princ. & Mar. in d. §. expedita. & in dicta
20 l. edictum. & per Paul. Grill. in tract. de quæſtio. Item † excipiuntur doctores, &
aduocati cauſarum, nam ad inſtar militum non torquentur: & licet aliqui dixerint
contrarium ſeruari conſuetudine, tamen ſupradicti doct. in locis ſuprà, maximè Bru.
in d. iiij. quæſt. princ. concludunt communiter teneri non torqueri, nec valere conſue-
tudinem in contrarium, & per Mar. in d. §. expedita. & in d. l. edictum. Roman. in ſing.
ſuis. Tho. in voto primo. Arno. in epit. lxvj. Iaſ. in l. de quibus. ff. de legi. Roch. de Cur.
in c. fin. de conſuet. Paul. Grill. in d. vj. quæſt. licet Auguſt. poſt Angel. in d. glo. fama
publ. teneat contrarium, tamen cõmuniter tenetur vt ſuprà, niſi in caſibus exceptua-
tis. Immò dicit Mar. vbi ſuprà, & alij, quòd ſi torqueantur doctores & confiteantur,
talis confeſsio non nocet cùm torqueri non debuerint, & vide per Par. in verbo, do-
ctor. & in verbo, tortura. lo primo. verſi. an ſtetur dicto torti. ibi, an iudices ſeu aduo-
cati. & in verbo, tortura. lo tertio. verſic. quia ſæpe. & in verſic. mandauit Rex. & per
doctor. in d. l. centurio. & plenè Thom. in d. vol. j. & in vol. xxv. vbi ita concludit poſt
21 multa. Amplia † etiam depoſito officio aduocationis, cùm retineat eandem dignita-
22 tem, vt proſequitur Mar. in d. l. edictum. Limita † in crimine falſi in quo etiam nobi-
23 les torquentur & aliæ perſonæ priuilegiatæ, vt per Thom. in vol. v. Limita † etiam in
crimine læſæ maieſtatis, & aliis criminibus exceptuatis hæreſis, ſimoniæ, in priuato car-
cere, & in maleficis, & mathematicis. nam in his ſupradictæ perſonæ priuilegiatæ tor-
quentur, vt proſequitur Brun. in d. iiij. quæſt. princ. & Mart. in dicto §. expedita. & in
dicta l. edictum. & de maleficis & mathematicis, per Pau. Grill. in tract. de ſortile. in xj.
quæſt. & in tract. de quæſtio. in iiij. quæſt. in v. gradu torturæ. Alios caſus vide vt per
Math. in conſtit. proſequens. in fin. poſt glo. ibi, in quibus nobiles torqueri poſſunt:
in aliis verò non torquentur, & confeſsio per eos facta in tortura non nocet, vt per
24 Mar. vbi ſuprà, & in ſing. clxxix. & Thom. in conſi. lx. Amplia † vt nec etiam iſti qui
torqueri non poſſunt, detineri poſsint in carcere, cibo negato, aut potu, vel data car-
ne ſalita ad comedendum negato potu, taliter quòd ſi confitetur non nocet, & dici-
tur facta in tormentis, vt dicit Angel. in dicta glo. fama publica. in materia torturæ
poſt tertiam quæſtionem. nec etiam terreri poſſunt, aut leuiter torqueri, vt ſequitur
Paul. Grill. in d. tract. de quæſtio. in v. quæſt. Limita quòd prædicti torqueri poſſunt
25 conſulto principe. text. in l. nullus. C. de quæſtio. Et nota † quòd vbi & in caſibus in
quibus iſti torqueri poſſunt (maximè doctor) debent antea degradari, aliàs non poſ-
ſunt torqueri, vt per Mart. in ſing. ccccclvj. vbi etiam quòd non valet conſuetudo
quòd torqueri poſsint. Item excipitur † clericus in ſacris conſtitutus, cùm priuilegia
militum ad eos extendantur, vt proſequitur Alexand. & alij in dicta l. centurio. cùm
miles dicatur cæleſtis militiæ: immò caſu quo torqueri debet, non torquetur, niſi ſit
infamis, & de crimine de quo agitur vel aliis diffamatus, etiam ſi contra eum mille
vrgeant indicia, ita dixit Paul. de Elea. & Abbas anti. & Anton. de Butr. in cap. primo.
de depoſi. & Ioan. Andr. & Panorm. in cap. cùm in contemplatione. de reg. iur. licet
Panorm. in dicto cap. primo. dubitauerit. Anan. in cap. primo. de cler. percu. Alexand.
poſt Bartolum in l. fin. ff. de quæſtio. Iaſ. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omnium iudic.
Par. in dicto verſic. mandauit Rex. vbi etiam ponit plenè qualis & qualiter debeat
eſſe tortura inferenda clericis poſt doctor. in cap. cùm in contemplatione. Stephan.
Aufre.

Aufre.in tract. de pote.ſecu.iij.reg.iij.concluſ.ibi, quòd clericus non poteſt torqueri.
Felin.in cap.veniens.de teſti.& in cap.vniuerſitatis.de ſentent. excommuni. & in cap.
de hoc.de ſimo. And. Sicul. in cap.ſi conſtiterit. de accuſat. Mart. plenè in pract. in §.
nunc videndum. & in §.expedita. & in dicta l.edictum. & in l.penul. ff.de quæſtio.&
in conſilio xiiij.& in rub. ff.de fideiuſſ. verſi. item materia. & in ſingu.lv.incip.aduer-
tas ad vnum.Thom.in volum.xj.& in conſi.lxv.& per Arno.in ſolilo.50.incip. intan-
tum. Idem videtur in laico torquendo, nam requiritur quòd ſit diffamatus & ſuſpe-
ctus,vt in l.prima.§.ad tormenta. ff.de quæſtio.ibi, cùm ſuſpectus eſt reus. & in capit.
27 reg.tormentis. Et quòd † clericus non torquetur tam in ſe quàm contra alios, nam
ſi producitur in teſtem, & variat,non torquetur, vt per Barto.in l.ex libero homine.
ff.de quæſtio.& Brun.in dicta iiij.quæſt.princ. Sed de falſo & periurio tenetur.l.preſ-
byteri. C.de epiſc. & cleri.& ibi per Bald. quid de iure canonico, & Brun. vbi ſuprà.
28 Sed quid † ſi clericus exiſtens diffamatus in vno delicto torquetur, & confitetur de
alio delicto de quo non erant indicia, an valeat talis confeſsio. quòd ſic, conſuluit
29 Anan.in primo conſil. & Cald.in conſil.xlv. Et nota † in hoc quòd clericus non po-
teſt torqueri per laicum etiam de mandato epiſcopi: immo torquens eſt excommuni-
catus,vt per glo.in cap.presbyteri.el ſecundo. v.quæſt.vj.vide per Panorm.& Felin.in
c.vniuerſitatis.de ſenten.excommunic.doct.in cap.vt famæ.eod. Deci.in cap.dilectis.
de appellat.in princ. Panorm. in d.c.vniuerſitatis. iij.not. Bene tamen poteſt laicus li-
gare clericum torquendum, & clerici inde torquere, & laicus non erit excommuni-
catus,vt per Philip.in d.cap.vniuerſitatis.& ibi,an valeat conſuetudo in contrarium.
Limita in aſſaſsinio qui torqueri poteſt à laico, vt per Capit.in deciſi.clv. in fin. Et an
30 ſi † clericus ſit torquendus prius ſit degradandus, aliqui tenent quòd ſic,per l.& ſi ex-
cepta. C.de maleſi.& mat. & per text.in l.proditores. ff.de re mili. vbi poſiti in digni-
tate antequam puniantur & torqueantur, priuantur dignitate, & ita tenet Angel.in
dicta l.excepta. & ſequitur Anan.in cap.j.de ſorti.& dicunt tenere. Alexan.poſt Barto.
in l.omnes.C.de decur.libro x. & Roman.in conſil.incip. manifeſtum eſt. Alij tenent
contrarium quòd non requiritur degradatio.& reſpondent ad dictā l.& ſi excepta.vt
intelligatur non obſtante priuilegio,vt ibi,per Bald.& Salyc.& Bonif.in rub. de ma-
leſi.& mathe. & ſentiunt Angel.& Anan. vbi ſuprà, plus dicunt militem degradan-
dum ad torturam,ſicut clericum ad ſupplicium, & ſic clericus ad ſupplicium degra-
31 datur,nec dicunt ad torturam. Et an † clericus vacillans in teſtimonio torqueri poſ-
ſit per eccleſiaſticum, Bald.in marga.in verb.clericus. tenet quòd ſic per text.in l.preſ-
byteri.C.de epiſc.& cler.vbi Alberic.quòd ſoli presbyteri non torquentur, ſed alij in-
feriores ſic,& glo.ibi, & Salyc.in ſummar.licet aliqui contra, cùm dicta l.presbyteri.
32 non potuerit diſponere contra clericos. Item † vtilis rei publicæ non torquetur,
etiam ſi contra eum vrgeant indicia.Par.in verbo,doctor.j.verſi.Mart. in d.l.edictum.
& in dicto §.expedita.& in l.qui falſam.ff.de falſ.vide per Thom.in conſi.xxix.de vtili
33 reipublicæ,vbi vt pœna minuatur, & per Paul.in d.quæſt.vj. Item † excipitur mulier
prægnans quamdiu ſit prægnans, vt not.in l.ſi prægnantis. ff.de pœnis.vbi gloſ.am-
pliat etiam poſt Par.per xl.dies, & ibi per Barto.& per Baldum in l. Imperator. ff.de
ſtatu homin. vbi dixit quòd ſi eo tempore torquetur & confitetur, talis confeſsio
34 ſibi non præiudicat, & per Paul.Grill. in dicto vj. quæſt. Quod † amplia etiam ſi ſit
prægnans de pauco tempore, vt decem, aut viginti dierum, vt proſequitur Brun. in
dicto iiij.quæſt.princ.circa princ.& per Par.in verbo, tortura.lo primo. verſi.officia-
lis. vbi ponit ſi iudex adhibuit medicum qui dixit non prægnantem quæ erat, & po-
ſuit ad chordam, & fecit abortum an excuſetur, & quid debet facere iudex ne delu-
datur à muliere,vt quia dicat ſe prægnantem vt euitet torturam.& vide Anan.in cap.

intelleximus.de pa.qui fil.occi.& Ange.in gloſſ.fama publica.vj.quæſt.& plenè Mar.
in dicta l.edictum.vbi multa,vbi etiam ſi non reperitur nutrix vt lactet puerum,tunc
differtur tortura ſi ex ea redderetur inhabilis ad nutriendũ authoirtate Ana. in d. ca.
intelleximus,& idem Mar.in l.prima.in princ.ff. de quæſtionibus.& in practica. in §.
35 nunc vidẽdum.Amplia † etiam ſi ſit prægnans ab alio quàm à marito.l. ex ſeruorum.
§.penultimo.ff.de ſtatu hom.& per Mar. vbi ſuprà.an autem mulier poſſit carcerari
36 pro delicto criminali.& in quo carcere,per Tho.Gra.in deciſi.xxxiij.Item † excipitur
ſenex decrepitus per l.iij.§.ignoſcitur.ff.ad Sille.ſecundum Gand.in rub.de quæſt.ibi,
quæ perſonæ ſunt torquendæ.poſt Odofre.& Brun.in dicta quarta quæſt.princip.
& Par.in dicto verbo, tortura.lo tertio.verſicu.mandauit Rex.Mar.in dicta l.edi-
ctum.& in dicto.§.expedita.& Pau.Gril.in d.vj.queſt.vbi plenè quòd torqueri poteſt
per rationes per eum.vbi de intellectu d.§.ignoſcitur plenè,& nouiſsimè per Thom.
37 Gra.in deciſ.xxxiiij.in prin.Itẽ † excipitur minor xiiij.annorũ & ſic impubes.l. impu-
bes. & l.excipiuntur.in prin.ff.ad Sille.Angel.in gl.fama publica.ſexta quæſtio.Brun.
in dicta quarta quæſtio.princ.Par.in dicto verſic.mandauit Rex.& in verbo tortura.
lo primo,verſiculo,officialis.Mar.in dicta l.edictum.& in dicto §.expedita.Thom.in
conſilio lx.& per Paul.Gril.in d.vj.q.Fallit in criminibus exceptis,in quibus admit-
titur ad teſtificandum,eodem modo ad torquendum.l.nullus.C.ad leg.Iul.maie.l.de
minore.ff.de quæſti.vbi per Mar.in crimine læſæ maieſt.& per Capi.in deciſ.cxxx.in
ver.octauum dubium.& ex hoc Brun.in dicta iiij.quæſt prin.operis dicit quòd vbi &
in caſibus in quibus minores & alij inhabiles admittuntur ad teſtificãdum in his erit
38 locus torturæ:quod dicit notandum.& † an in caſibus in quibus admittitur, faciat
indicium,dic vt per Bar.in dicta l.de minore.& Brun.vbi ſuprà, vbi quòd non plenũ
& ſufficiens ad torquendum,& in l.ex libero.§.de minore.ff.de quæſtionib.vbi quòd
non torquetur in caput aliorum,& maximè indiciis non exiſtentibus,& ſic non facit
39 indicium.Quid † in adulto cum curatoris authoritate, dic vt per Bald. in l.prima.C.
de confeſſ.& Ange.in gloſſ.compa.inquiſ.& totum confit.& Mar.in pract.in §.nunc
videndum.& quid ſi ſine curatoris authoritate.Par.in verbo,tortura.lo primo.verſic.
officialis.ibi,an confeſsio adulti.Mar.in l.prima.ff.de quæſtio.verſiculo octauo.Cor.
in conſilio.cxcviij.quarto volumine.Math.in deciſio.cclxxx.& in conſtitu.minorum
iura.& per doct.& Bald.in l.clarum.C.de auth.præſtan.Ang.in d.glo.compa.inquiſ.
40 to.con.Item † excipitur maior magiſtratus,vt per Ang.in dicta vj.q.& Mar.in dicta
l.edictum & in dicto §.expedita.Item excipitur mutus & ſurdus à natura ſecundum
Bru.in d.iiij.quæſt.prin.operis.authoritate Bal.in l.j.C.de confe.in quadam apoſtilla.
41 Item † ſerui non torquentur contra dominos niſi in caſibus l.j.C.de quæſtio.l.j.quaſi
por totam.ff.eo.proſequitur plenè Brun.in d.iiij.q.princ.vbi vide quia plenè, & Paul.
42 Gril.in d.v.quæſt.& ſuprà dictum fuit:vltimo † caſu quo prædictæ perſonæ prohi-
bitæ torqueri torqueantur de facto & confiteantur, talis confeſsio non nocet eis,vt
43 per Mar.in d.l.edictũ.& in d.§.expedita.& per Tho.in conſ.lx.& † not.quòd licet hæ per-
ſonæ nõ poſsint torqueri,poſſunt tamẽ terreri,vt per Bru.in d.tract.iiij.q.prin.xviij.
44 no.dic vt ſ.Sed † an liber homo poſsit volũtariè ſe dare iudici vt torqueatur,& an va-
leat conuentio inter duos,videlicet delatorẽ & delatũ,vt ambo torqueãtur,dic vt per
gl.& Bar.in l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.Par.in verbo,tortura.lo iij.verſi.quæro.
de vna notabili quæſtione.& ibi an valeat conuẽtio,vt torqueri poſsint ſine indiciis.
per Bru.in d.tract.vij.q.princ.ver.inſuper quæro.& per Mar.in l.pen.circa princ.ff.de
45 quæſt.& in pra.in §.expedita.verſi.quæro vlterius.& in rubr.ff.de fideiuſſ.Limita † in
crimine falſi in quo reus & accuſator torqueri poſſunt.Bald.in l.vbi.C.de falſ.Bru.in
46 d.iiij.q.prin.ij.par.& an † quando accuſator poſsit torqueri,dic per Par.in fin.operis,
ver-

ver. quidam vir leuis. vbi not. ea quæ ibi dicuntur per eum. & per Andr. in conſtitu. ſi damna clandeſtina, & per Bart. in l. cùm creditor. ff. de furt. & per Mar. in dicta l. pen. & per Boni. in rub. quæ debent præced. tor. vbi an ſpontè poteſt ſe ſubiicere tormen-
47 tis. Et † quid ſi reus dicat non commiſi tale delictum, ponatis me ad tortū, quoniam paratus ſum, an ex hoc ſolo abſque indiciis torqueri poſſit, dic vt per Brun. in dicta ſeptima quæſtione. princ. verſicu. inſuper. & an inſtigator & conſultor torqueri poſſit, dic vt per Brun. in dicto tractatu. viij. quæſt. princ. xiij. not.

## SVMMARIVM.

1 ☞ Indiciis non præcedentibus non deuenitur ad torturam.
2 Confeſſio in tortura abſque indiciis non nocet. & num. 4. & 5.
3 Confeſſio extorta in tortura abſque indiciis etiam ratificata non nocet. & nu. 6.
7 Indicia requiruntur in criminibus exceptis, vt aſſaſſinio & crimine leſæ maieſtatis. & num. 10.
8 Iura tranſgredi in enormibus etiam ſi liceat ſeruari, tamen debent ſolemnitates, in procedendo, ſecùs in puniendo.
9 Iura tranſgredi quibus magiſtratibus liceat.
11 Officialis habens arbitrium non poteſt torquere abſque indiciis, & ſi habeat, qualis eſſe debeat tortura.
12 Superior ſi mandat inferiori vt torqueat abſque indiciis, non poteſt torquere abſq; indiciis.
13 Tortura non legitimatur data abſque indiciis per ſuperuenientia indicia.
14 Tortura non valet abſque indiciis etiam ſi ita fuiſſet conuentum.
15 Terreri nedum torqueri non poteſt abſque indiciis præcedentibus.
16 Confeſſio etiam iurata non nocet in tortura abſque indiciis.
17 Indicia nedum præcedere debent torturam, ſed etiam mala fama, & quando infertur abſque indiciis. num. 18. & 27.
19 Indicia an requirantur & quæ in occultis tractatibus, & factis de nocte.
20 Præſumptionibus in occultis condemnari poteſt.
21 Seruus an torqueatur abſque indiciis.
22 Tortura ſuper facto à ſe datur abſque indiciis.
23 Indicia in publicis diſrobatoribus & latronibus an requirantur.
24 Tortura quando datur ad eruendam & habendam interrogationem non requiruntur indicia.
25 Contumax & bannitus torqueri poteſt abſque aliis indiciis.
26 Teſtis ſi eſt vilis perſona torquetur abſque indiciis.

CIRCA Quartum † qualiter & quádo ad torturam deueniatur, dic quòd à tortura & tormentis non eſt incipiendū gl. & Bal. in l. nullum. C. de his qui not. infa. l. j. in princ. & l. maritus. ff. de quęſt. per Mar. in cōſil. xxxvj. Paul. Gril. in tract. de quæſtio. in v. q. & per Mar. in l. diuus. ff. de quæſtio. & quando ad eam deuenitur, non deuenitur niſi indiciis & argumentis legitimis præcedentibus. d. l. j. in princ. & l. quæſtionis habendę. ff. de quæſtio. l. vnius. §. in ea cauſa. & in l. fi. eo. ibi, niſi aliquibus ſuſpicionib. vrgeantur. c. cùm in contēplatione. de reg. iur. l. milites. §. cùm oportet. C. de quæſtio. vbi quòd præcedentibus argumentis veriſimilibus & probabilibus, & iuxta perſonarum qualitatem & conditionem, & in l. cùm cognitionaliter. C. eo. vbi mulier torquetur ſuper venenatione viri veriſimilibus exiſtentibus argumentis. per Gand. in rubr. de quæſtio. Bel. in pract. eod. titu.

Boniſa.in tit.quæ deb.præced.tort. Brun.in v.quæſt.princ.ij.par. & in vj.quæſt.princ.
in princ. Mar.in dicta l.quæſtionis. & in dicta l.j.in princ.& in pract. in §.conſtante.&
in conſi.xxvij. Math.in conſtit.ſi damna clandeſtina. & in conſtit. in quæſtionibus.&
2 extat cap.reg.tormenta.& cap.reg.tormentis.In tantum† quòd ſi procedatur ad tor-
turam abſq; indicijs & confiteatur, talis confeſsio non nocet in aliquo ipſi confiten-
ti.Gand.in dicta rubr.de quæſtio. verſi.ſed pone.glo.iuncto text. in l.pen. ff.de quæſt.
vbi Bart.& alij doctor.Angel.in l.j. C.de confeſſ. Angel. in glo.fama publica.v.quæſt.
in materia torturæ.Brun.plenè in d.v.quæſt.circa fin.verſi.ſed ponamus. & ibi dixit ſi
à principio fuit iniuſtè tortus & confeſſus eſt, ſi millies ratificauerit præſumitur rati-
ficatio metu tormentorum præteritorum & futurorum extorta, & plenè per Mar.in
pract.in §.expedita.verſi.& ideo ſecundum eum.Par.in verbo,tortura.lo primo.verſ.
an ex ſola confeſsione.& in verſi. an ſtetur dicto torti. verſi.& dixit Bald.in l.fin.& in
verſi.datur regula. vbi etiam ſi ſit perſeuerata, & in verſi.viſo de repetitione. Arno.in
commen.cxj.& commen.cxvij.& commen.cxiij. vbi quòd nihil operatur etiam mil-
lies ratificata.Alexand.in conſi.v.j.vol.& conſil.clxxix.ij.volum. & in conſil.j.iij.vol.
& in conſi.xciij.j.vol.& in l.qui in aliena. §.fin. ff.de acquir.hæred.& poſt Bart.in d.l.
quæſtionis.ff.de quæſtio.vbi limita in duplici loco. Corn.in conſi.cxxxiiij.iiij.volum.
& in conſi.xx.eod.volum.& Par.in d.verſi.an ex ſola confeſsione. vbi limitat niſi ex-
preſsè fuerit ratificata,vt ibi per Par.pleniſsimè proſequitur Mar.in pract. in §.ſecun-
da quæſtio.& in d.l.j.in princ.& in d.l.quæſtionis.& in conſil.viij.& in conſil.xij.& in
conſi.xv.& conſi.xiiij.& conſi.xx.& conſi.xlv.& conſi.xviij.& conſi.xxij.& conſilio
lxiiij.& conſil.cxx. Thom.in vol.vj.vbi limita.& in conſi.xl. vbi nedum contra ſe ſed
contra alios contra quos poſſet eſſe teſtis,& conſi.xxj.vbi plenè.& in conſ.xxxvij. vbi
etiam ratificata & per ſuperuenientia indicia, quòd ſemper præſumitur violentia
contra iudicem quando torquet ſine indicijs,& per Math. in conſtitut.proſequentes.
3 Amplia etiam † ſi fuiſſet ratificata in banca iuris,vt per Math.in d.conſtitut.ſi damna
clandeſtina.ix.not.iij.quæſt.poſt And.& Thom.Gram.in deciſ.lvj.num.5. & Alexan.
in conſil.v.j.vol. & ſic ſentit etiam quando expreſsè nedum quando tacitè non reuo-
4 cando nec opponendo,dic tamen vt per doct.ſuprà. Amplia vt † nedum requirantur
indicia,ſed etiam legitima indicia, & ideo ſicut confeſsio eſt nulla nullis præcedenti-
bus indicijs, ita etiam præcedentibus, & minus legitimis, vt proſequitur Mar.in d.l.
quæſtionis habendæ. & probatur in d.c.tormenta. ibi, legitima indicia. & in d.c.tor-
mentis.ibi,ſufficientia indicia. & per Math.in d.conſtit.ſi damna.ix.not.iij.quæſt. vbi
ſi ex teſtibus ex proceſſu informatiuo fuit ad torturam proceſſum, & confitetur,
non nocet ex quo indicia, non legitima per teſtes non repetitos, niſi perſeueraſſet in
5 confeſsione, vt per Thom. in d.conſi.xl. & conſil.xlv. Item † quòd talia indicia ſint
veriſimilia aut verò proxima. l.j.ij.reſpon. ff.de quæſtio.& l.milites.§.oportet. C.eod.
& l.cognitionaliter.C.eodem. & per Brun.in d.v.quæſt. verſi.tertio debet aduertere.
6 Amplia †etiam ſi millies fuerit ratificata confeſsio in tortura extorta,abſque indicijs
vt per doctor.vbi ſuprà,& Brun.in d.v.quæſt.princ.& Capi.in deciſi.cxlv. & Par.in d.
verſi.ſed ponamus.niſi fuiſſet expreſſè ratificata, vt per Par.in d.verſic.an ſtetur dicto
7 torti.& dicto verſi.an ex ſola confeſsione. Amplia †etiam in criminibus exceptuatis,
vt crimine læſæ maieſtatis, & aſſaſsinio, quoniam in eis etiam indicia requiruntur,
vt per glo.Cyn.Bald.& Salyc.in l.ſi quis alicui.C.ad legem Iul.maieſt,Angel.in prin.
glo.che hai tradi la tua pa.& ibi Auguſt.& idem in gloſ.fama publi.& Capi.in deciſi.
cxxvj.vbi etiam contra vilem & ſeruum præcedere debent indicia.Boniſ.in tract.ma.
in rubr.de crimi.læſæ maieſt.Brun.in d.v.quæſt.princ.Mar.in dicta l.penul.& in dicta
l.j.in princ.& in dicta l.de minore.ff.de quæſtio.& in pract.in §.conſtante. & in §.dili-
genter

gentcr.& in d.conſi.xiiij.& conſi.xviij.& conſi.xlvj.& conſi.cxx.Arno.in dicto com-
8 ment.cxiij.Thom. in volum.xxxiij. Vbi etiam † in criminibus exceptis in quibus li-
citum eſt iura tranſgredi, nam in eis in procedendo ſeruari debent ſolemnitates iuris,
licet ſecus in puniendo, & ita intelligitur quòd in enormibus licitum eſt iura tranſ-
9 gredi,vt per eum qui loquitur in aſſaſsinio. Et qualiter † hoc intelligitur quòd liceat
iura tranſgredi in his per Mar. in pract. in §.diligenter. vbi quòd locum habet in ma-
ioribus magiſtratibus non in minoribus,& per Arno.in ſing.viij.in fi.incip.tu habes.
& per Thom in vol.xxx. verſi.quo verò ad ſecundum. vbi quando agitur de ſtatu rei
publicæ,& plenè per Iaſ.in l.j. C.de preci.impera.offer.vbi limita, & ibi qui dicantur
10 maiores magiſtratus. Et quòd † in his requirantur indicia maximè in crimine læſæ
maieſtatis,hodie eſt declaratum.in reg. per c.reg.tormenta. vbi ſufficientia pręcedere
debent indicia, licet ex dictis Bart.in l.de minore. ff.de quæſtio. & Brun. in iiij.quæſt.
princ.loquentis de minore videtur dicendum iure communi non requiri plenum in-
dicium,ſed qualequale ſufficiat, cùm dictum minoris & impuberis admittatur cuius
11 dictum facit aliquale indicium, vt ſuprà fuit dictum. Amplia † etiam ſi officialis ha-
beat arbitrium,nam non poteſt torquere ſine indiciis,vt per Gand.in d.rub.de quæſt.
Brun.in vij.quæſt.princ. verſic.quid ſi datum eſt arbitrium.& ibi,quid ſi habeat arbi-
trium torquendi abſque indiciis,qualis debeat eſſe tortura. & per Arno.in commen.
cxvj. Par.in dicto verbo, tortura.lo primo. verſic.an ſtetur dicto torti.ibi, licet iudex
habeat arbitrium.& in verbo,tortura.lo tertio. verſic.de repetitione.ibi, an iudex qui
hominem.Mar.in d.l.pen.ij.amplia.& in d.§.ſecunda quæſtio.in pract.& in conſ.cxx.
& conſi.xiiij.& conſi.xviij.& per Thom.in vol.iij.& vol.xxx. Alexand.in conſil.lxiij.
j.volum.Capi.in deciſi.cxxvj.Iaſ.in l.vt milites.C.de mili.teſta.& in l.j.C.de ſacroſan.
eccleſ. & de arbitrio per Thom.Gram. in deciſi.xxxiiij. & ibi quòd poteſt recipere te-
12 ſtes iuris ordine non ſeruato & ſe informare. Amplia † etiã ſi ſuperior mandaſſet infe-
riori vt torqueat etiam nullis indiciis præcedentibus,& de facto,nam non poteſt hoc
facere: ſed debet procedere iuris ordine ſeruato, & replicare principi & ſuperiori
mandanti, & non ita de facto procedere ad torturam abſque indiciis & defenſioni-
bus partis, vt plenè per Thom.in volum.xxxij.vbi fuit in facto, & tamen non paruit
mandato autoritate Andr.in d.conſtit.proſequentes.in fin.& ibi per Math.vj.no.ſed
ſæpius replicauit, non tamen fuit de mandato principis ſed eius vicarij, & ita in ſpe-
cie Math. in conſtit. duram & diram.in fin. & Par.in verbo,tortura.lo iij. verſic.man-
dauit Rex. & per Thom.in conſil.xlv. & in vol.xxx.vbi non abſque indiciis, & data
copia indiciorum ad ſe defendendum:licet in hoc extet c.reg. incip.in accuſatis. in fi.
vt excuſetur exequens mandatum ſuperioris ſi de facto proceſsit, & vide per Thom.
in deciſi.xxxiiij.ſub num.8.& ſequen.vbi de poteſtate & arbitrio magnę curię,& cap.
reg. & mandato ad torquendum, & an exequens mandatum iniuſtum ſuperioris in
torquendo excuſetur, idem Thom. in deciſi.xxxvj. in fin. & per Par. in dicto verbo,
tortura.lo tertio. verſi.de repetitione.ibi, an iudex qui hominem, & an excuſetur iu-
13 dex per Mar.in ſing.cccxxviij. Amplia † etiam ſi ſuperueniſſent indicia poſt torturam
adhibitam abſq; indiciis,nam ex hoc tortura non legitimatur,nec confeſsio nocet,vt
per doct. vbi ſuprà,& per Lanfran.in c.quoniam contra.§.confeſsiones.verſ.reuertor.
de probat.& habetur poſt eum per Celſ.in apoſt.& per Math.in d.conſtitut.ſi damna
clandeſtina.ix.not.per Deci.in l.quod ab initio. ff.de reg.iur. & per apoſtil. poſt eum,
& Panorm.in c.fin.de confeſſ. & per Brun.in d. v.quæſt.princ. verſic.adde aliud mira-
bilius.& per Math.in pract.in §.diligenter.verſic.quæro poſtremo.& per Angel.in gl.
fama publ. v.quæſt.& Alexand.in conſi.lij.iij.vol.& Anchar.in conſil.xxiij.& Roma.
14 in conſil.clxxvij. Amplia † etiam ſi ex conuentione fuerit actum vt torqueatur ſine

indiciis,nam torqueri non poteſt abſque indiciis, vt per Par.in verbo.tortura.lo iij.
15 ver.quæro de vna nota.q.Arno.in dialo.xxxij. Amplia † etiam ꝙ nedum torqueri nõ
poteſt abſque indiciis,ſed nec etiam teneri per minas, & metum torturæ abſque in-
diciis, vt proſequitur Mar.in d.l.j.in prin.ver.vlterius in hac materia.ff.de quæſt.cùm
modificatione,vt in fi.illius ver.vt procedat in timente torturam, & minas,& non in
aſſuefacto in tormẽtis,& declara,vt per Arno.in commen. cxvij. nõ vt confeſsio non
16 præiudicet,ſed tantum excuſetur iudex, ſi facit. Amplia † vt nõ valeat confeſsio etiã
iurata,vt per Mar.in d.l.quæſtionis modum.verſi.vlterius.ff.de quæſtio.idẽ nec etiam
17 perſeuerata,vt ſ.& per Tho.in conſil.xv. Amplia † etiam vt nedum requirantur indi-
cia,ſed etiam eſt neceſſe vt concurrat mala fama.ita dixit Tho.in vol.iij.in vij.limita.
vbi refert peritos regni ita dixiſſe,quod non.ſi verùm ſit,& videtur probari in l.j.ver.
ad tormenta.ibi,ſuſpectus ſit.ff.de quæſtio.& in reg.dictat.c.tormentis. ibi, ita quòd
contra tales publica fama laboret,& ſufficientia præcedant indicia, & ſic vtrumque
18 requiri. Limita † multipliciter, vt ſ. dictum fuit,& per Thom.in conſil.xlv.Limita
19 etiam † niſi in occultis tractatibus & proditionibus;nam in his promptior eſſe debet
iudex ad torturam propter difficultatem probationis, cùm tales tractatus in ſecreto
fieri ſoleant,vt per Bald.in l.quicunque.C.de ſer.fug.& in l.iij.C.de epiſ.aud.Alex.in
conſi.lxij.iij.vol.& poſt Bar.in l.pe.ff.de quæſt.Bru.in viij.q.prin.iij.no.Dec.in conſil.
ccclxij.Thom.in volu.tertio.in princ.vbi in ver.cæleſtis.declarat datis defenſionibus,
& nõ aliter,& per eundẽ Tho.in vo.iij.in prin.vbi in venenatione ex quo habet anne-
xum crimen proditionis promptior eſſe debet iudex ad torturam. & Tho.in conſil.
xxxiiij.quod in delictis nocturnis promptior eſſe debet ad torturam cùm ſint difficil-
lis probationis,& in conſil.xl.vbi dicit procedi etiam abſque indiciis in tractatibus
& proditionibus.& in deciſ.xxxiiij.num.38.Sed dic ſecundum Brun.vbi ſuprà in v.q.
princ.indicia requiri,ſed non ita vrgentia ſed præſumptiua ſufficiunt,per ea quæ tra-
dit gl.& alij in l.ſi quis alicui.ff.ad legem Iul.maieſta.& per Arno.in comment.cxiiij.
20 Immò † in his etiam ad cõdemnandum, ſi tamen ita certa fuerint,vt negari non poſ-
ſint, vt per Brun.in viij.q.prin.ij.no.poſt Bald.in d.l. quicunque. C.de ſer.fug.& ideò
ſeruus non torquetur.contra dominum in tali crimine proditionis abſque aliquibus
indiciis præſumptiuis,licet Azo in ſumma.C. de quæſtio.verſi.& ſunt iſta regularia.
dixerit in hoc crimine,& fraudati cenſus, adulterij & homicidij ſeruum contra do-
21 minum torqueri poſſe abſque iudiciis. Idem † in caſu l.ſi prius.ff.ad Sille.quòd ſeruus
in caſu illo torquetur abſque indiciis ſecundum glo.Dyn.& Barto.ibi,tamen non ita
intelligitur quòd abſque indiciis, ſed quòd prius quàm alij torqueantur, ita intelli-
22 git gl.in l.j.in prin.ff.eo.& quòd abſque indiciis torqueatur. Idem † in caſu l.inter-
rogari.C.de quæſtio.& ibi no.gl.videlicet quãdo agitur de facto à ſe torquetur abſq;
indiciis. tamẽ dicit Bru.vbi ſ. in v.q.prin.quòd ſeruus non torquetur abſque indiciis
ſaltim præſumptiuis, vt no.glo.in d.l.j.§.item illum.ff.ad Sille.& in d.l.quicunque.C.
de ſer.fug. & in iuribus per eum allegatis,& reſpõdet ad d.l.ſi prius. vt per eum ibi,&
vide de eius intellectu plenè per Paul.Gril.in tract. de quæſt.& vide per Capi.in deciſ.
cxxvj.quod requiritur ſaltim minus ſemiplena probatione vbi an per dominum tor-
queri poteſt,& vide Par.in verbo, tortura.lo j.ver.an ſtetur dicto torti.ibi, an domi-
nus poſſet torquere ſeruos.& per Tho.in vol.iij.an contra dominum torqueri poſsit.
23 Item † fallit in publicis diſrobatoribus ſtratarum & latronibus publicis diffamatis,
nã cõtra eos abſq; indiciis proceditur & iuris ordine nõ ſeruato,vt proſequitur Mar.
in l.j.in prin.ff.de quæſt.& in l.pen.co.& hodie in regno ſtatuitur,vt in c.reg.incip.in
accuſatis.& facit tex.in c.reg.idem prouiſa iuris ſanctio.& faciunt alia tradita, vt per

Mar.

Mar.in dicta l.prima.& in pract in §. diligenter. quòd in his licet iura tranſgredi, &
per Arno.in commentar.cxiij.& commentar. cxv. Poſſet tamen dici quòd dictũ cap.
in accuſatis,non loquatur circa indicia , immò in eis dicit ſeruari ius commune ſe-
cundum quod in illis criminibus , maximè læſæ maieſtatis,requirantur indicia,vt
ſuprà dictum eſt,verùm excludit ſolennitates traditas in ſuperiori capitulo, incip.
habetur quæſtio.vt illis criminibus non ſeruetur forma illius cap. ſed ius commune:
immò expreſſe ſtatutum reperitur in talibus criminibus , & contra tales malefacto-
res requiri indicia,vt dicitur in capitulo reg.incipien.tormentis. ibi, ſufficientia in-
24 dicia,& fama publica.Item † limita in caſu quo tortura non datur ad inueſtigatio-
nem veritatis,ſed vt reſpõdeat accuſationi , vel inquiſitioni , & præſens fuerit, & no-
luerit reſpondere per verbum affirmatiuum , aut negatiuum , ſecundum Bald. in l.ſi
accuſationem. C.qui accuſa. poſſunt.& per Capi. in deciſio. cxlvj. per totam, & per
Matth.in ſpecu.aur.in ſexta parte.in xiiij.actu indicij.& per Par.in verbo,tortur.a.lo
tertio.verſiculo, ſequitur quæſtio.in fine.& per Bru.in dicta quinta quæſtione princ.
25 Item † limita in caſu vt per Bald.poſt Nicola.de Mat.in l.prima. C. de hæredi inſtitu.
quando quis ob contumaciam fuit poſitus in banno,& deinde vigore ſtatuti compa-
ruerit,& purgauerit contumaciam,poteſt torqueri abſque indiciis. ita Brun.vbi ſu-
prà.in dicta quinta quæſtione princ.verſic.addo alium caſum , & per Mar. in dicta l.
prima.in principio. & in dicta l.penultima.in fine. ff. de quæſtionibus. & in ſingul.
cxvij.& per Par.in dicto verſic. ſequitur quæſtio. in fine. & per Arno. in commenta.
26 cxj.de quo ſuprà plenè fuit dictum.Item † limita vt per Bald.in l.milites.C.de quæſt.
quando teſtis eſt vilis perſona , nam tunc abſque indiciis torquetur. & in l.tertia. C.
27 de adulter. Thom.in conſil.xl.Alios † caſus ponit gloſſ.in capitulo, quæſtionem.xij.
quæſtio.ſecunda.quam refert. Augu.poſt Angel.in glo.fama publica.verſiculo,nunc
videamus. & Brun. vbi ſuprà, in quinta quæſtio. princ.& Martin.in dicta l.fina.& in
dicta l. penultima. in fine. & in l.vnius.§.in cauſa.ff.de quæſtionibus. Limita etiam
niſi tortura fuiſſet leuis, nam ſi confitetur præiudicat,licet non præcedant ſufficientia
indicia , vt per Thomam Gramma. in deciſio.xxxiiij.numero 56.Item fallit niſi con-
feſsio extorta abſque indiciis fuiſſet verificata per rei euidentiam,vt in quæſtione per
Mar.in pract.in §.ſecunda quæſtio.dic vt in fine.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Tortura in pluribus torquendis à quo incipi debet, & quo ordine.*
2 *Tortura in patre & filio torquendis à quo incipi debet.*
3 *Tortura in pluribus torquendis incipi debet ab eo qui habet malum nomen & phyſiono-miam, item à ſolito committere maleficia.num. 4.*
5 *Tortura in pluribus torquendis incipi debet ab eo qui prius cadauer inuenit.*
6 *Tortura qualis & quanta eſſe debeat, committitur iudicis arbitrio.*
7 *Tortura vt inferatur quæ debet iudex conſiderare , & in quibus conſideratur arbitrium.*
8 *Viles & non nobiles torquentur in regno.*
9 *Vilis perſona quæ dicatur , & ibi, quòd ſi indicia ſunt vrgentiſſima, tortura debet eſſe grauis.*
10 *Iudex aut Baro ſi acriter procedit, priuatur mero & mixto imperio.*
11 *Tortura quando dicatur immoderata & leuis, & quot ictus chordæ dari debent.*
12 *Torturæ modum quando dicatur iudex excedere.*
13 *Tortura dicitur moderata , ſi pro quolibet indicio dantur tres ictus chordæ.*
14 *Tortura qualiter & vbi, & coram quibus inferri debet.*

15 *Poteſtas an manibus propriis torquere poteſt.*
16 *Cibus denegatur quando aliquis eſt torquendus.*
17 *Seruus an & quando torqueri poteſt contra dominum.*

1 HABITIS Indiciis † quo ordine ad torturam deueniatur vi-
deamus,& ſic circa quartum.Quid enim ſi plures exiſtant delin-
quentes à quo magis incipiendum eſt , & tortura ſumenda, de
hoc dixit Gand.in rubr.de quæſtio. verſi.nunc videndum. Bel.in
rubr.de quæſtio.Bonif.ea.rub.quali tor.adhib.ſit. Angel.in gloſ.
fama publ. verſi.poſtquam.Brun.in ij.par.in v.quæſt.princ.verſi.
an autem iudex debet aduertere.Bart.in l.j.in princ.ff.de quæſtio.
Par.in verbo,tortura.lo primo.verſic.officialis.ibi, iudex debet arbitrari.& in verbo,
tortura.lo ſecũdo.verſi. viſo.& in verbo,tortura.lo iij.verſi.mandauit Rex.ibi,quan-
do delictum eſt incertum.Math.in conſti.ſi damna clandeſtina.Mar.in pract.in §.ex-
pedita.verſic.quæri poteſt. & in d.l.j.in princ.& in pract.in §.nunc videndum. & in §.
diligenter.per doct.in c.j.de depoſi.Ioan.And.in c.cùm in contemplatione.de reg.iu.
qui dixerunt in primis ſagacem iudicem conſiderare à quo facilius veritatem poſſet
habere,& ab eo incipiat.l.j.§.j.ff.de quæſtio.Sed ſi ſperat ita ab vno ſicut ab alio habe-
re veritatem,tunc incipiat ab eo qui magis de crimine eſt ſuſpectus , & ſi omnes pari-
ter ſunt ſuſpecti , tunc incipiat à debibiliore vel timidiore , & ideo prius incipiatur à
fœmina quàm à maſculo,vt per Anch.in conſi.cclxxxv. l.vnius. in princ.ff.de quæſt.
& vide in l.j.§.diuus Hadrianus. ff.eod.quòd à ſuſpecto , & à quo facillimè poſſet ve-
ritatem inuenire,& ſi omnes æqualiter ſunt debiles,& timidi, incipiat à iuniore, d. l.
2 vnius. Et ideò † ſi extant pater & filius inquiſiti,primò incipiatur à filio quàm à patre
cùm pater magis timeat de filio quàm de ſe , & ſtatim poterit confiteri per id quod
tradit Yſer.in c.j. §.publici latrones.in fina.verbis,de pa.ten. quem refert Par.in dicto
verbo,tortura.lo tertio.verſi.ſequitur modo.& Barba.in repet. c.Rainaldus. de teſta.
Mar.in l.j.§.inauditum. ff.de ſicar.& in ſing.clx.& etiam quia iunior, & facilius poſ-
3 ſet confiteri. d.l.vnius. Et ſi † datur æqualitas in iuuentute , tunc magis ab eo qui ha-
bet malum nomen,ſeu malam Phyſionomiam , cùm ex his cauſetur etiam indicium,
vt dixit Io.And.in d.c.cùm in contemplatione.& Par.in d.verſ.mandauit.& Mar.vbi
ſuprà de nominibus , maximè in d.§.expedita ſeu, nunc videndum. & Petr.Girard. in
ſing.lxv.& doct.in rub.ff.ſoluto matr.maximè Ioan.de vica.& Alciat. poſt alios mo-
4 dernos,& Philip.in procem.decret. Et ſi † datur æqualitas,ab eo qui aliàs ſolitus exti-
tit talia committere,& qui eſt malæ vitæ , conditionis & famæ,vt dixit Saly.in l.fin.C.
de quæſt.& Par.in d.verſic.mandauit Rex. & Mar.vbi ſuprà. in dicto §.expedita. & in
5 ſingu.ccxviij. Et ſi † datur æqualitas, ab eo qui primo reperit cadauer occiſi, vt dixit
Par.in dicto verſic.an ſtetur dicto torti.ibi , iudex debet arbitrari.& ſi extant liberi &
ſerui , primò à ſeruis eſt incipiendum. l.ſi prius. ff. ad Sillen. quæ lex ita intelligitur,
non autem quòd abſque indiciis torqueantur , vt per glo.in l.j.princip.ff.de quæſtio.
6 Scito igitur † à quo tortura incipi debeat , qualiter ad eam deueniri debeat, & qualis
eſſe debeat videamus : in quo dic quòd tortura quanta inferri debeat iudicis diſcreti
arbitrio committitur , vt dixit Innòc.in d.c.cùm in contemplatione.& Bald.in l.j.C.
de confeſſ.& in hac lege.Gand.in rubr.de quæſtio.Bel.eod.titu. in pract.cri, Angel.in
gloſ.fama publ.vij.quæſt,Bart.in tract.de quæſtio.Bonif.in tit.quali.hab.ſit tor.Brun.
in d.v.quæſt.prin. verſi.ſeptimo aduertas. Par.in verbo,tortura.lo ſecundo.verſi.viſo.
de indiciis in princ.& in verbo,tortura.lo primo.verſi.officialis. circa fin. & in verſic.
an ſtetur dicto torti. ibi torturam in quibuſdam. Mart.in l.quæſtionis modum. ff. de
quæſtio.

quæſtio. & in pract. in §.expedita.Math.poſt Andr.in d.conſtit.ſi damna clandeſtina.
& multos gradus torturæ ponit Paul.Grill.in tract.de quæſtio.in ij.quæſt.& in fin.iij.
quæſt. qualiter ad eam peruenire debet, & quo moderamine, & qua grauitate poſt
Azo. in ſum.eod.tit. & in iiij.quæſt. per totam, de quinque gradibus torturæ, iuxta
qualitatem, ſcælerum perſonarum & indiciorum, & ordinem tradit torturæ quem
videas. Et licet tortura arbitraria ſit, tamen debet arbitrium regulari iuxta iuris diſ-
poſitionem, vt non ineffrenatè & inhumanè & debito iuris ordine poſtpoſito proce-
datur.l.nihil.C.de quæſtio.nec debet eſſe immoderata, ſed cum moderamine. l.de mi-
nore. §.tormenta. ff.de quæſtio. & talis eſſe debet vt tortus ſaluus ſit, vel innocentiæ,
vel ſupplicio.l.quæſtionis modum.ff.de quæſtio. nec quantam poſtulat accuſator in-
fligi debet, ſed quantum moderatæ rationis temperamenta deſiderant. d.§.tormenta.
ſecundum Azo.vbi ſuprà.& Par.in d.verſic.officialis.ibi, eſt aliud præceptum.Paul.
Gril.in d.tract. de quæſtio. in fin. iij.quæſt. conſiderando iudex qualitatem perſonæ,
qualitatem criminis, & fortitudinem, ætatem, debilitatem, valetudinem perſona-
7 rum, vt dicunt dicti doctor.maximè † Par.in d.verſic.viſo.vbi diſcretio iudicis circa
tria verſari debet circa cauſam, quia aliter tortura infertur in cauſa ardua, quàm in
leui, aliter in homicidio quàm in furto, & aliter in crimine læſæ maieſtatis, & publicis
ſtratarum diſrobatoribus. Et licet aliter in his adhibenda ſit, non tamen extenſo acu-
leo, non ſcindentibus vngulis, & vrentibus flammis, ſed cum aliquali moderamine,
ita dixit Par.in verbo, tortura. lo ſecundo. in princ. Secundò reſpectu perſonæ tor-
quendi, quia aliter ſerui, aliter liberi & delicati torquentur.l.millites.C.de quæſtio.&
8 aliter † nobiles aliter viles perſonæ, cùm regulariter in tormentis adhibendis vilitas
vitæ debeat concurrere, nam leues & viles perſonæ torquentur, & non nobiles in re-
9 gno, vt in d.conſtit.ſi damna clandeſtina.vbi text. glo.And.& Marh. Et vilis † dicitur
perſona quæ aliâs graue commiſerit delictum, vt dixit Bald.in authen.ſi dicatur.C.de
teſtib. in fin. Tertiò circa qualitatem tormentorum vt ſi ſufficiant vel requirantur
leuia, non incipiatur à grauibus.l.nemo carcerem.C.de exact.trib.lib.xij. & ſi requiri-
tur grauis tortura non ſufficiat leuis, cùm leuis tortura non iudicetur tortura, vt per
Bald.hic, & Bart.in tract.de quæſtio.Mart.in d.§.expedita.& in conſil.lxxx. & conſil.
ciij Thom.in conſi.xl.& Paul.Gril.in tract.de quæſtio.in iiij.quæſt.Nam etiam quan-
doque iuxta qualitatem perſonæ, criminis, & probationum etiam tortura inferatur
vſque quaſi ad conſumptionem corporis.l.j.ff.de quæſtio.Par.in dicto verſic.an ſtetur
dicto torti.ibi, tortura in quibuſdam. & ibi, tortura indicialis. vbi ſi indicia multum
vrgeant tortura debet eſſe ſeuerißima, infrà tamen mortem.& per Paul.Gril.in dicta
iiij.quæſt. in v.gradu torturæ. & vide de prædictis per Math. in d.conſtitut. ſi damna
clandeſtina & Mart.in d.l.quæſtionis modum. & in d.§ expedita. verſi. vlterius ſcias.
in quibus inuehitur contra iudices ſæuißimos qui faciunt tortum pendere per diem
& noctem in tormentis & chorda, & ibi vide multa per eos circa qualitatem & mo-
10 derationem torturæ inferendæ, & ibi † per Mar. in d.§.expedita. poſt Brun.in tract.ſi
iudex ſeueriter procedit in criminalibus priuatur iuriſdictione.quod nota contra ba-
rones crudeles: nam priuari poſſunt mero & mixto Imperio ſi malè & crudeliter
vtuntur erga ſubditos & vaſſallos, per Marh. in conſtit. ea quæ ad decus.in j. not. &
in conſtit. priuilegia. in j.not. & Par. in tract.ſind. de exceſſu baronum. & plenißimè
nouiter per Thom.Gram. in deciſi. vbi quòd priuatur baro tractans malè, & crude-
deliter vaſſallos mero & mixto Imperio, vbi an requiratur monitio ſuperioris.& ibi,
an priuetur iuriſdictione omnium vaſſallorum, an verò tantùm grauatorum, & vide
conſtit.reg.ſi vaſſallus à domino, an liceat domino verberare vaſſallum, & per Tho.
11 in d.deciſi.j.dub. Sed quæ † dicatur immoderata tortura vel leuis, dic vt per Bald.hic,

quòd arbitrio diſcreti iudicis committatur, cùm conſilio diſcretorum ſibi aſtantium. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtio. ff. de adulte. Paul. de Caſtr. verò in conſil. cxcv. aut cxcvij. in antiquis, in nouis verò in conſi. cccxcix. ij. vo. dixit torturam eſſe immoderatam ſi torquatur vltra tres vices diuerſis temporibus, & pro qualibet vice detur vltra tres ictus chordæ. ar. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. ff. de legat. tertio. idem dixit Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſiculo, viſo de repetitione. & verſic. ſequitur quęſtio. ibi, modo videndum erit. Mar. in l. repetit. ff. de quæſtionibus. & in practica. in §. quoniam. & in conſil. octauo. in fin. vbi dando ſex ictus chordę non dicitur leuis tortura. Thoan ſexto volumine. vbi per tres vices dicitur moderata, vltra verò immoderata, & in cōſi. xxj. & conſi. xliij. & ſeq. conſi. & in conſ. xxxv. per tres vices tortus ſi non confitetur debet re
12 laxari fideiuſſoribus. & † quādo dicatur modum excedere. dic vt per Par. in d. verbo,
13 tortura. lo primo. verſiculo, an ſi officialis. & per Brun. vbi ſuprà. Et † not. quod dixit Mar. in practica. in §. nunc videndum. verſiculo, iſtis omnibus ſeruatis, quòd pro quolibet indicio poſſunt dari tres ictus chordæ, & ita dixit ſeruari per cōmunem practi-
14 cam in Italia. Item † tortura inferri debet in publico, coram aſſeſſoribus ſeu auditoribus, actorum notariis & aduocatis, niſi in criminibus enormibus, vt habetur in cap. reg. habetur quæſtio, vt in cap. reg. item caueant iuſtitiarij, & ſequenti: niſi in crimine læſæ maieſtatis. & in publicis diſrobatoribus in quibus nec ordo, nec ſolennitas iuris attenditur, vt in dicto capitulo, habetur quæſtio. & in capitulo, in accuſatis. & in cap.
15 ſi cum ſceleratis. & in capitulo idem prouiſa iuris ſanctio. Sed † an tunc poteſtas torquebit manibus propriis. gloſſ. in capitulo, non licet. lxxxv. diſtinctio. quòd ſic. Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſiculo, de repetitione. ibi, an poteſtas poſſit torquere. quòd non. & refert quendam fatuum ſolitum capere reum per capillos, & auriculas dando caput rei ad columnnam fortiter vt confiteatur. talis enim dicitur leuis territio, & non tormentum. Ioan. Andreas in dicto capitulo, cùm in contemplatione. Mar. in l. prima. in principio. verſiculo, an autem iudex ipſe. ff. de quæſtionibus. Item
16 denegatur † cibus quando quis eſt torquendus, vt per Par. in dicto verſi. an poteſtas poſſit torquere. Mar. in dicta l. prima. verſi. teneas menti. & in practica. in §. nunc videndum. An autem clericus torqueri poſſit per laicum, dictum fuit ſuprà. & per Ste-
17 pha. Aufr. de poteſt. ſecu. tertia reg. octaua declara. ibi, & propterea. Et † an ſeruus torqueri poſſit per dominum & quando, Par. in dicto verſic. an ſtetur dicto torti. ibi, an dominus torquere poſſit. & Capi. in deciſ. cxxvj. & ſuprà fuit dictum.

## SVMMARIVM.

1 *Tortura adhibenda eſt poſtquam de delicto conſtat, licet non per quam perſonam.*

2 *Homicidium aut furtum quando committitur, notarius actorum debet ſcribere quot vulnera, & in quibus partibus corporis fuerunt illata & qualiter furtum fuit commiſſum, & oſtium aut arca ruptum.*

3 *Tortura non debet inferri ante litem conteſtatam, & nomen rei receptum inter reos, & quando dicitur nomen receptum inter reos.*

4 *Tortura ad habendam reſponſionem poteſt inferri ante litem conteſtatam.*

5 *Tortura infertur contra inſignes latrones ante litem conteſtatam ex eminentia magnæ curiæ, & qualiter limitatur & intelligitur dicta præeminentia.*

6 *Tortura inferri debet poſt publicationem & non ante.*

7 *Copia indiciorum an danda ſit reo ſi non petatur, & quando.*

8 *Publicatione facta in cauſa ſi petitur terminus repulſæ eſt concedendus, & ſuperſedetur in tortura.*

*Copia*

9 *Copia data indiciorum ſuperſedetur in tortura donec diſcutiatur.*
10 *Copia indiciorum datur vbi ex eo officio proceditur. & num. 11.*
11 *Copia indiciorum & repertorum an deneganda ſit in homine male fame, & quando.*
12 *Copia indiciorum non datur iuris perito, niſi petatur.*
13 *Copia indiciorum & repertorum non datur in notoriis, & vbi ex conſcientia principis proceditur.*
14 *Tortura non adhibetur niſi dato termino ad faciendum defenſiones.*
15 *Tortura non infertur ſi allegetur inimicos eſſe teſtes.*
16 *Copia concedenda eſt indiciorum, & repertorum & in grauibus & aſſaſſinio, etiam in habente arbitrium. num. 17.*
18 *Copia denegatur capto in flagranti, & an homini male fame. num. 19.*
24 *Tortura non infertur niſi prius interloquatur deueniendum eſſe ad torturam. & an à decreto de torquendo appellari poſſit. num. 21. & 23.*
22 *Indicia ſufficientia ſi praecedam ad torturam, an appelletur à ſententia de torquendo.*
24 *Tortura an inferri poteſt poſt ſententiam.*
25 *Condemnatus ſi exculpat in furoa quem prius nominauerat, torqueri iterum poteſt.*
26 *Tortura ſi non fuit petita in prima inſtantia, an peti poteſt in ſecunda, & cauſa appellationis.*
27 *Tortura tunc infertur vbi fit inſtantia per partem, & petitur inferri & non aliter.*
28 *Tortura infertur vbi non extant plene probationes & in ſubſidium. & quid ſi extant, torquetur, & neget. num. 29.*
30 *Torqueri poteſt vt oſtendat ſocios & mandatores, vbi conſtat de delicto. & num. 31.*
32 *Tortura infertur vbi à iure, aut ſtatuto non reprobatur.*
33 *Tortura an in diebus feriatis adhiberi poteſt.*

1 CIRCA Quintum † quando ad torturam deueniatur, dicas, ꝙ ad torturam deuenitur poſtquam conſtat delictum fore commiſſum, non tamen requiritur quòd conſtet per torquendum commiſſum eſſe, ſed in genere commiſſum, & perfectum fuiſſe delictum, aliàs ad torturam non poſſet deuenire, & deueniendo iudex teneretur in ſindicatu non conſtito de delicto. l. prima. §. illud. ff. ad ſenatuſconſul. Siſle. l. ſi quando. C. vnde vi. Ange. in glo. fama publica. xij. quæſtio. Bal. in l. tertia. §. eiuſdem. ff. de teſtibus. Brun. in tractatu. in dicta quarta quæſtione princip. verſic. item not. quòd nunquam. & in quinta quæſt. princip. ibi, quartò iudex debet aduertere. multa per Mar. in l. prima. in principio. & in l. ſi quis ne quæſtio. verſiculo, poſtremo, vltra omnia ſupradicta. ff. de quæſtionib.
2 & † vide pra. vt per Brun. vbi ſuprà. Angel. & Mar. vbi ſuprà, vt ſi furtum fuerit commiſſum, per notarium faciat ſcribi qualiter apotheca, aut archa fuit viſa, aperta & rupta, & ſi homicidium fuerit cõmiſſum, quòd vidit cadauer mortuum habens tot vulnera in tali parte, & loco corporis, & hæc redigat in actis, & poſtea formet inquiſitionem, & ſi extent indicia procedat ad torturam, & non ante, vide optimam pra-
3 cticam per Brun. vbi ſuprà. Item † non ante litem conteſtatam, & nomen accuſati vel inquiſiti receptum inter reos, ſed poſt litem conteſtatam, vt per Bartolum in l. ſi quis adulterij. in principio. ff. de quæſtionibus. Brun. in prima parte indi. ſecunda quæſtione. verſiculo, quarto an teſtis. & in ſecunda parte, in quinta quæſtione princip: verſiculo, item ad aliud debet aduertere iudex. & ſequen. Par. in dicto verſiculo, an ſtetur dicto torti. ibi. à tormenti ſi nunquam. Mar. in practica, in §. nunc videndum. verſicu. item antequam reus torqueatur. Alexand. poſt. Bartol. in l. prima. in principio. ff. de

quæſtionibus. & ibi per Mar. verſic. ſexto requiritur. & ibidem quando dicatur no-
men receptum inter reos,& optimè declarat Blan.in l.fin.ff.de quęſt.vbi latè,quod in-
4 tellige † quando torquetur ad eruendam veritatē, ſecùs ad habendam reſponſionem.
nam ante litem conteſtatam torquetur, vt ſ. fuit dictum, & ideò ex proceſſu infor-
matiuo ad habendam veritatē non poteſt torqueri,ſed facta litis conteſtatione, & te-
ſtibus legitimè examinatis & repetitis citata parte ad videndum iuramenta teſtium,
aliâs iudex teneretur in ſindicatu, & confeſsio inde ſequuta non valeret etiam ſi per-
ſeuerauerit, tanquam extorta non legitimis præcedentibus indiciis, vt proſequitur
Ang.in d.glo.fama publ. & Brun.plenè in j.par.verſic.quæro an teſtis examinatus,&
5 ſuprà fuit dictum. Quòd limita † niſi contra inſignes latrones, & publicos malefa-
ctores, & diffamatos & in notoriis criminibus concurrente leuitate vitæ, & hoc vti-
tur magna curia ex ſua præeminentia, vt proſequitur Andr.& Math.in d.conſtitut.ſi
damna.clandeſtina.ij.quæſt.& Par.in verbo,tortura.lo primo. verſic.& an ſi quis.vbi
dicit debere abſtinere inferiores iudices, quam præeminentiam limita multis modis,
vt per Thom.in volum.iij.& in conſi.lxiiij.& Math.in deciſi.cccxcij.& in conſtit.du-
6 ram & diram.in fin.& ſuprà fuit dictum. Item ante † publicationem factam, non de-
bet torqueri, ſed poſt factam publicationem, & data copia indiciorum cùm termino
ad faciendum ſuas defenſiones, vt per Bart.in l.vnius.ff.de quæſtio. Bald.in l.milites.
C.eod.Butrig.in l.ſolam. C.de teſti.Par.in verbo,tortura.lo iij.verſ.ſequitur quæſtio.
Brun.in d.v.quæſt.princ.verſi. inſuper quæro iudex.ij.par. & in j.par.& quæſt.verſic.
quæro an teſtis.& Math.poſt And.in d.conſtit.ſi damna.xiiij.not.ij.quæſt.& in ix.no.
verſi.ſed iuxta. Pau.Gril.in tract.de quæſtio.in fin.iij.quæſt. vbi quòd cauſa cognita,
licet Brun.vbi ſuprà diſtinguat quòd aut fuit petita publicatio, & tunc debet fieri &
dari copia indiciorum,& poſtea non purgatis deueniri ad torturam: aut non eſt peti-
ta, & tunc etiam ante publicationem inferri poteſt tortura, dicit tamen prius publi-
cationem fiendam, & data copia indiciorum procedendum eſſe ad torturam. Idem
Math.in d.conſtit. ſi damna.xiiij. not.ij.quæſt. vbi dicit cautius eſſe peti publicatio-
nem, aliâs iudex poſſet procedere ad torturam non facta publicatione. Sed an facta
concluſione in cauſa torqueri poſsit pro habenda veritate (non tamen dico vt oſten-
dat ſocios,quoniam etiam poſt condemnationem torqueri poteſt,vt in l.qui vltimo.
& ibi Bart.ff.de pœn.) videtur quòd ſic,nam in criminibus non concluditur in cauſa
maximè iudici, vt per Angel.in gloſ.qui iudex ſtat.ter.ad oppo. & per Iaſo.in repeti-
tione,l.ſi admonendi. ff.de iureiu. & dicit communem Mart.in pract. in §.ſequens.&
& in l.j. §.ſequens.ff.de quæſtio. etiam ſi per accuſationem procedatur, vt ibi. Ergo
iudex torquere poſſet,maximè ex officio procedēdo. Præterea iudex ex officio etiam
ſtante accuſatione poteſt teſtes recipere facta concluſione,vt per Angel.in glo.comp.
inqui & tot.neg.verſi.quæro poſtea.poſt Bart.in quæſt.incip.iudex maleficiorum.&
per Mart.in conſil.cxxxvij. Si ergo recipit probationes facta concluſione pariter ex
officio torquere poſſet, cùm tortura ſit ſpecies probationis. In contrarium videtur,
nam facta concluſione non eſt cognoſci, ſed cognitum eſſe, vt per multa Mar. vbi ſ.
Item fiſcus non poteſt teſtes ſuos repetere facta concluſione vt torquere poſſet, vt
per Thom.Gram.in deciſi.xxviij. poſt Capit.in deciſi.xxxv.in fin. Si ergo non recipit
teſtes nec repetit, minus torquere poteſt, cùm tortura ſpecies ſit probationis licet ex-
traordinaria. Nec obſtat dictum Angel.nam declarat in d. §.ſequens. & in d.§.fi.quòd
ſtante accuſatore præſente iudex nunquam recipit teſtes ex officio ad offenſam, facta
concluſione & publicatione, & ita declarat Angel. in glo. qui iud.ſtat.ter.in fin. poſt
Salyc.in l.fin. C.de quæſtio. & in criminalibus parti & accuſatori concluditur, licet
non iudici, vt ibidem Ang.Procedit etiam dictum Ang.ſuper nouis non ſuper eiſdem

ad

ad offenſam, vt dicit Mart. vbi ſuprà. Cogita tamen quia habui in facto: bene tamen
ſi extant indicia multa procedetur ad condemnationem, prout fuit in præfata deciſ.
xxviij. & Capit. in deciſ. cxxvj. nemo iungit, nec reperitur clara deciſio: ideo cogita.
7 Sed an † dicta copia indiciorum danda ſit reo per iudicem ſi nõ petatur à parte Math.
& Brun. vbi ſuprà ſentiunt quòd peti debet, plenè diſputat pro & contra Mar. in pra.
in §. nunc videndum. in princ. tandem facit quandam diſtinctionem. & in l. j. in princ.
ff. de quæſtio. & in conſil. xvj. vbi mulieri copia danda eſt etiam ſi non petatur. & Bar.
& Alexand. in l. quarta. §. in eum quicquid. ff. de dam. infec. Alexan. in conſi. lxv. j. vol.
& poſt Bart. in l. fin. pen. quæſt. ff. de quæſt. Par. in dicto verſic. an ſtetur dicto torti. ibi,
cùm iudex. & in fin. Philip. in cap. qualiter & quando. de accuſat. Alexand. in conſilio
xlj. iij. volum. Sed in regno videtur quòd etiam ſi non petatur copia indiciorum dan-
da ſit per iudicem: aliàs confeſsio inde ſecuta ea non data nulla redditur, vt habetur
in cap. reg. incip. habetur quæſtio: cùm ergo ſtatutum ſit regni, debet aliquid operari
vltra diſpoſita à iure communi, vt non petenti concedatur, & maximè quia iudex
etiam parte non petente, debet indagare veritatem, & quærere de innocentia rei, &
teſtes examinare ad defenſam, vt dicit Par. in dicto verſic. an ſtetur. ibi, iudex malefi-
ciorum. & Mar. in dicto §. nunc videndum. vbi etiam dicit licet per ſtatutum ſub pœ-
na copia indiciorum ſit danda, ſi non petatur non tenetur ad pœnam, tamen illud
procedit quoad pœnæ euitationem quoad ipſum iudicem. Cautius tamen eſt ſemper
eam petere licet prout extat communis practica datur abſque eo quòd petatur, quo-
niam fiunt capitula ex informatione capta, & citatur reus ad litis conteſtationem, &
reus ſi comparet, reſpondet ſuper capitulis inquiſitoriis, & ſpecialis inquiſitionis
quali habita reſponſione datur copia inquiſito cum termino ad ſe defendendum, &
ille ſe defendit ſuper contentis in capitulis, & iudex repetit teſtes, aut alios recipit, &
facta publicatione tam in cauſa ipſa, quàm in cauſa repulſæ, ſi petita fuit, fit di-
ſcuſsio ſuper indiciis, & ſi procedi debet ad torturam: quia indiciis non purgatis
tunc proceditur ad eam, & ſic non requiritur concedi aliam copiam indiciorum ante
publicationem, ſed ea facta & habita copia proceſſus fit diſcuſsio ſuper indiciis, &
alius terminus non datur ad cauſam principalem & ſe defendendum, ſed facta publi-
catione diſcutitur: & licet datur copia indiciorum, & totius proceſſus facta publi-
catione, non tamen datur ad ſe defendendum, ſed vt diſcutiatur ſuper indiciis, li-
8 cet petere poſſet terminum repulſæ, vt infrà. Qua copia † indiciorum & proceſſus
data, ſi in termino ad indicia purganda, vel facta publicatione in cauſa reus petierit
terminum repulſæ, concedendus eſt, vt per Baldum in l. milites. C. de quæſtio. & per
Par. in verbo, tortura. lo primo. verſic. & an ſi quis. Math. poſt Andr. in dicta conſtitut.
ſi damna clandeſtina. & per Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſic. ſequitur quæſtio. in
fin. & per Brun. vbi ſuprà. in v. quæſt. princip. verſic. quintò iudex debet aduertere.
9 poſt gloſſ. & doctor. in l. cuſtodias. ff. de publ. iud. Et nota † quòd data copia indicio-
rum ſuperſederi debet in tortura, vt per Par. in dicto verſic. an ſtetur dicto torti. in fin.
& purgatis indiciis procedi non debet ad torturam, vt per Martin. in conſilio lvj.
10 Limita † prædicta quòd copia danda ſit vbi proceditur ex officio, vt per Mart. plenè
in pract. in §. conſtante. poſt Angel. in l. ſi vacantia. C. de bon. va. libro x. Sed attenta
communi practica etiam tunc datur copia repertorum, dum dantur capitula, & fa-
11 cta litis conteſtatione & reſponſione ſuper capitulis. Limita † etiam in homine malæ
famæ, nam poteſt copia denegari, vt per Auguſt. poſt Angel in dicta glo. fama publ.
dic quoad inquiſitionem formandam, non autem quoad torturam: nam etiam his ca-
ſibus non torquetur non data copia indiciorum etiam in homine malæ famæ, vt ibi
proſequitur Auguſt. poſt Angel. & Bernard. vbi limitat niſi reus eſſet nimis potens

vt timeatur ſubornatio in teſtibus;nam denegatur copia, & defenſio,vt per Alexan.
in conſilio.xlj.ſecundo volumine. loquuntur tamen quo ad inquiſitionem. In regno
autem datur copia etiam homini malæ famæ,vt in capitulo, reg.ſubiungendo.& per
Math.in conſtitutio.ſi damna clandeſtina.& in conſtitutio.duram & diram.in fi.& ſ.
in materia inquiſitionis dictum eſt.& vide quando ex officio proceditur , an concedi
debeat,per Par.in ver. tortura.lo.iij.verſic.mandamus Rex.ibi,quando ex officio pro-
ceditur.& vide per Math.in dicta conſt.ſi damna.ix.not. pro copia indiciorum & re-
pertorum non datur,niſi lite conteſtata,& teſtibus ,examinatis repetitis facta citatio-
ne ad videndum iuramenta teſtium & facta publicatione,quòd procedit vt ſ.quando
ordinariè procederetur,at ſecùs quando ex proceſſu informatiuo iuxta tenorem cap.
reg.ſubiungendo.quoniam tunc ante publicationem datur copia etiam ad ſe defen-
dendum,& ita poſsint procedere præmiſſa de copia danda cum termino ad ſe defen-
12 dendum.Limita † etiam in iuriſperito, nam ei copia indiciorum poteſt denegari, aut
ſaltem non concedi,niſi petatur ab eo;vt per Alexand.in conſil.xlj. ſecundo volumi.
Bernard. poſt Angel.in glo. fama publica. & Mar.in dicto §.nunc videndum.Limita
13 etiam † vbi per viam notorij proceditur & ex conſcientia principis,vt per Martin.in
practica,in §.conſtante.& Angel.in gloſ.etiam per modum notorij.tunc enim defen-
14 ſiones poſſent denegari , & ſic copia,vt dictum fuit ſuprà in ſua materia.Sed † quid ſi
reus antequam ponatur ad torturam dicat , domine iudex antequam ponatis me ad
torturam, aſsignetis mihi terminum ad faciédum meas defenſiones ,an talis terminus
dandus ſit,dic quòd non poteſt ei denegari , maximè ſi alleget talè quid ex quo non
poſſet tortura adhiberi cùm ad eam non perueniatur niſi datis defenſionibus regula-
riter.l.vnius.§.cogniturum.vbi Bart.& Mar.ff. de quæſtio. vbi etiam quandocumque
ante ſententiam concedi debet.ita dixit Bartolo.de Capua.ſuper capi.reg.ſi quis iuſtè
appel.& Paul.de Eleaz.in capitulo primo. de depo.& per Gand.in rub.de quæſt.circa
effectum quæſtionis.verſic.ſed quidem.Boni.in titu.quæ deb.præced.tor.Alexand.in
dicto conſilio lxv.& conſilio xlj.ſecundo volumine. Feli. in cap. qualiter & quando.
de accuſa.Par.in dicto verſiculo,an ſtetur dicto torti.ibi,ſi reus petat ſe audiri.& circa
princ.ibi,an contra quem.& in verſi.& an ſi quis.Thom.in volumine tertio.verſicu.
15 item adducitur,quòd Galenus.& in volumine xxx.Idem † ſi allegetur teſtes exami-
natos fore ſibi inimicos capitales,& offerat in promptu probare inimicitiam,nam ſu-
perſedetur in tortura,maximè quãdo ex proceſſu informatiuo procedatur,vt ibidem
per Thom.& in conſilio tertio. & conſilio lxiiij. & alios caſus in qubus ſuperſederi
debet tortura,& non procedi ad eam ex proceſſu informatiuo ex præeminentia ma-
16 gnæ curiæ,dic vt per Thom.in dicto volumine tertio. Amplia † concedendas defen-
ſiones & copiam etiam in criminibus enormibus & aſſaſsinio,nam defenſio & copia
indiciorum non poſſunt denegari.vt per Mart. in practica,in §. diligenter.verſiculo,
viſis ſupradictis ſequitur nota quæ.& per Thom.in volumine xxxiiij.in fine.Amplia
17 etiam † in habente arbitrium,nam non poteſt denegare defenſionem aduerſus indi-
cia,vt dixit Par.in verbo, tortura.lo primo.verſiculo, & an ſi quis.circa finem.Limita
18 in capto † in flagranti,& in notoriis concurrente leuitate vitæ, nam contra eos pro-
ceditur ex abrupto iuris ordine non priuato , practicam ponit Math.in conſtitutio.
19 humanitate.ſexto notab.verſiculo,item quærit hic Andr. Limita † etiam vt ſuprà in
homine malæ famæ, vitæ & conditionis. nam contra eum procedi poteſt ad tortu-
ram non datis defenſionibus & copia indiciorum , vt per Thom.in conſilio xxxiij.&
in volumine xxx. & volumine xxxiiij. & volumine tertio. verſiculo , nec reſpectu
enormitatis. quod tamen hodie in regno non procedit , nam etiam in homine malæ
famæ & vitæ , datur copia , vt in dicto capitulo, reg ſubiungendo. & per Math.per
illum

illum tex. in d. conſtit. duram & ditam. in fin. & in d. conſti. ſi damna. & ꝟ. ſuit dictum.
20 Item † antè torqueri nõ debet, niſi prius interloquatur, indicia purgata non eſſe, ideo
deueniendum ad torturam, vt per Tancr. in ſua compen. i.j par. q. xviij. Bart. in conſil.
punctus q. eſt. Bru. vbi ꝟ. in v. q. princ. ver. quintò iudex debet aduertere. Mar. in d. §.
nunc videndum. in principio. & ibi data copia. & in l. prima. in princ. verſiculo, tertio
requiritur. ff. de quæſtionibus. Arno. in ſingu. xxxix. Paul. Gril. in tractatu. de quæſtio.
in fine. quinta quæſtio. & à tali pronunciatione poteſt appellari, vt per Gand. in rubr.
de quæſtio. verſiculo, ſed quid de quæſtione. Bart. & alij. in l. ſecunda. ff. de appellatio.
reci. Bald. in l. ſecunda. C. de epiſcop. audien. Brun. & Mar. vbi ſuprà. Alexand. poſt
Bart. in l. maritus ff. de quæſtionibus Paul. de Caſtro in conſilio xxv. Bald. in l. gene-
21 raliter §. ſed iuramento. C. de rebus credit. Mar. in dicto §. expedita. & vide † caut.
per Cepo. ccxxxvj. vbi dat cautelam quando timet torqueri, vt antea appellet. nam
etiam abſque inhibitione procedere non poteſt ad torturam, aliàs confeſsio eſſet
nulla, & vide per Guid. papæ in deciſ. lxxiiij. an debeat ſuperſederi interpoſita appel-
latione, & per Arno. in ſolilo. lxxxv. vbi contra iudices non admittentes appellatio-
nem. & in epito. lxxij & in dialog. xcij. vbi an reſiſti poteſt ea interpoſita. Hodie verò
in regno eſt prouiſum per capit. reg ſi quis iuſtè appellauerit. vbi ſi iudex pronuncia-
uerit torquendum, & pars appellauerit, ſi appellatio fuerit iuſta admitti debet, & ad
torturam non procedi, & ſi eam non admiſerit iudex & tortus fuerit confeſſus & ex
confeſsione fuerit condemnatus ad mortem, pœna capitis erit iudici, & ſi poſitus in
tortura non fuerit mortuus, carceri biennali mancipabitur, & tertia parte bono-
rum multabitur, nec vlterius ad officium admittetur, & confeſsio inde ſecuta ſemper
cenſetur facta metu tormentorum. etiam ſi dicatur ex poſtfacto. & ſequenti die con-
feſſum ſpontè, & aliàs prout in dicto capitulo, & ibi per gloſſ. ſi admittitur, appella-
tio. tamen ritu magnæ cur. ſub rubrica. de appellation. admit. à tormentis non ap-
pellatur, tamen dici poteſt ſicut non appellatur à pœna legis. l. ſi qua pœna. ff. de ver-
borum ſignificatione. & tamen à declaratoria, quòd inciderit in pœnam appella-
ri poteſt, vt ibi & ſuprà dictum fuit ita licet à tormentis non appelletur: tamen à de-
claratoria de torquendo appellatur, de quo ſuprà in princ. dictum fuit, & tunc quan-
do facta reperitur appellatio quis cognoſcet ſuper facto principali, & an iudex pro-
nunciando de torquendo poſsit reuocare talem interlocutoriam, dic vt per gloſſ. in
dicto capitulo, ſi quis iuſtè. hodie tamen iudices malitioſi ad effectum ne poſſet ap-
pellare interponunt decretum non palam & publicè, ſed occultè dum ligan-
tur manus torquendi, & deinde torquent vel ſcribunt decretum, & non legunt,
ideò, cautela eſt, vt timens torqueri appellet, vel etiam dum ligatur & legitur decre-
tum, licet miſeri torquendi non habeant nec ſciãt hoc facere niſi eſſet doctor aut pra-
cticus, nec permittunt alloqui, vt non inſtruãtur: quamuis minus attendant interpo-
22 ſitas appellationes, vt ſæpius vidi. Limita † prædicta niſi præcedant indicia ſufficien-
tia, quoniam non admitteretur apppellatio. gloſſ. in l. ſecunda. C. de epiſcop. aud. ideò
bene dixit dicto capitulo, ſi iuſtè quis appellauerit, ſecùs ſi friuolè, maximè ſi fuerint
23 vrgentia aut indubitata. Et † extende quòd ſiue affirmatiuè quòd torqueatur, ſiue
negatiuè quòd nõ torqueatur à tali pronuncia ſeu comminatione appellatur, vt per
Par. in fine penult. verſicu. tract. & in verbo, tortura. lo tertio. verſi. quæro de vna no-
tabili quæſtione. vbi etiam in crim. leſæ maieſt. & vide Bru. vbi ꝟ. verſi. ſed quid ſi pro-
nunciabitur. vbi etiam ante inhibitionem erũt ligatæ manus iudicis, & per Bal. in rub.
commina. vel epi. vbi confeſsio facta non admiſſa appellatione eſt nulla. & non nocèt
24 iuxta d. c. ſi quis iuſtè. vbi idem. & † no. ꝙ etiam poſt ſententiam torqueri poteſt con-
demnatus contra alios, vt habetur in l. qui vltimo. in fi. ff. de pœn. & ibi Bar. per quem

25 dixit† Andr.in conſti. ſi damna clandeſtina. ꝙ ſi ante aut poſt condemnationem reus
26 exculpet antea inculpatũ, quòd poteſt iterum torqueri. Sed quid † ſi in prima inſtantia non fuit petitum quòd torqueatur, an in cauſa appellationis peti poteſt & inſtari quòd torqueatur, dic quòd licet Angel.in l.minime.C.de appellat.ſentiat quòd non, tamen Ana.& poſt eum Bolo. in conſi.j. tenent quòd peti poteſt tanquam omiſſum in
27 prima inſtantia. Item tunc † deuenitur ad torturam ſi pars petierit & inſtiterit deueniendum eſſe ad torturam quando tamen ad inſtantiam partis: ſecus ſi per inquiſitionem.ita Bald.in cap.primo.§.iudices.de p.i.iur.fir. Martin.in dicto §.nunc videndum. & in dicta l.prima.in princip. verſic.requiritur & quinto. Alexand.poſt Bartolum in l.penult. ff.de quæſtio.& in l.tertia. §.in eum. ff.de d.un.infecto. & Bald. in dicto §.iudices. dicit ſufficere peti in libello per partem, vel in capitulis per iudicem inquirentem prout etiam ponit practicam Par.in dicto verbo, tortura. lo primo. verſic.offi-
28 cialis. ibi, tortura debet peti in libello. Item ad † torturam tunc eſt deueniendum quando plenæ probationes de delicto non exiſtunt, & ſic in ſubſidium, & non ſi alia via & per alias probationes de crimine liqueat, tunc ad torturam non erit deueniendum, cùm tortura ſit remedium extraordinarium, vt dicit Paul.Grill. in tract.de quæſtio.in fin.primæ quæſt.& per Gand.in rubrica de quæſt. in princ.& Bel. eodem tit.de quæſtio.& per Baldum hic, & in l.ſecunda.C.de iur.un.cal. Angel.in gloſ.fama publi. ſecunda quæſt. in materia torturæ. vbi etiam dixit quòd iudex cautus ſit quòd faciat apparere in actis qualiter non poteſt aliter veritas apparere, ideo ad torturam deueniendum, aliàs teneri poſſet in ſindicatu, & dixit Bald. in dicta l.ſecunda. quòd iudex debet partem iurare facere ſi habet alias probationes de delicto, & tunc ſi alias habet probationes non deueniat ad torturam niſi in ſubſidium. Angel.in l.& ſi certus. ff.ad Sillen.& alij vt per Brun.in dicta v.quæſt.princ. verſic.ſextò iudex conſiderare debet, vbi dixit ideo in notorio crimine non eſſe locum torturæ, cùm clarè de eo liqueat per notorietatem, vt per Baldum in l.milites. C.de quæſtio. vbi in notorio crimine non torquetur, & per Auguſt.poſt Angel.in dicta glo.fama publica.& per Mar.in §.nunc videndum.& in l.edictum.& in l.prima.in princip.verſi. quartò requiritur. ff.de quæſtion. & in conſilio xl.& in conſilio lj. in quibus dixit hanc fore communem. Par.in verbo, tortura. lo tertio. verſic.de repetitione. per Math.in dicta conſtitut. ſi damna clandeſtina.xij.not. vbi in enormibus poteſt torqueri maximè propter ſocios. & per Thom.Gram.in volumine j. & in volum.ij. plenè.& in conſilio j. & conſilio lxiiij. &
29 Martin. in pract.in §.quoniam. verſic.ſcias etiam. & ideò † dixit idem Mart.in dicto §.nunc videndum & in dicto §.quoniam.quòd ſi iudex habeat plenas probationes, & deuenit ad torturam, & ille perſiſtit in negatione, quòd non obſtantibus plenis probationibus abſolui debet & non poteſt condemnari, cùm per torturam fuerint euacuatæ probationes: idem dixit in ſingu. cclxij. & in dicta l.edictum. & per Thom. in conſilio lxiiij. contrarius Mart.in ſingu.cviij. & Thom. in conſilio xij. vbi dixit non puniri pœna ordinaria, ſed componi poſſe & etiam damnari, & per eundem Thom. in deciſi.viij. plenè, & in deciſi. xcvj. vbi fuit relegatus & condemnatus ad triremes, & per Arno. in ſingu.xcviij. & Par.in verbo, tortura. lo tertio. verſicu.quidam latro. & per Math.in conſtitut. humanitate.vj.not. verſic.item quærit. hic Andr. vbi quòd poteſt condemnari tam per teſtes quàm per indicia indubitata, & aliàs ſuprà fuit di-
30 ctum. Limita niſi † torqueatur vt oſtendat ſocios, mandatores & complices, nam poteſt torqueri non obſtante quòd conſtet de delicto: in caſibus tamen in quibus de ſociis poteſt interrogari. Ideò malitioſi iudices ſolent proteſtari quòd ponunt ad torturam reum non propter ſe, cùm habeant veritatem per confeſsionem, ſed propter ſocios & mandatores, ita dixit Par. in verbo, tortura. lo primo. in verſic. an ſtetur

dicto

dicto.ibi,cùm certum eſt quem commiſiſſe. poſt Andr.in dicta conſtit.ſi damna clan-
31 deſtina. & ibi, per Math. in xij.not. & per Thom. Gram.in dicta deciſi.xcvj. Et † an
confeſſus de ſe poſſet repeti in tortura, vt oſtendat mandantem ſi non ſuperueniant
alia indicia, dic quòd ſic,vt per Martin. in pract.in §.diligenter. verſic.modo inciden-
ter.poſt Angel.in l.& ſi certus. ff.ad Sillen. & Decius in conſilio clxxxix. incip. læta-
tus ſum.& Mart.in pract.in §.quoniam.in fin. verſic.& teneas bene menti. Item tunc
32 demum † ad torturam deuenitur quando tortura eſſet licita & à iure aut ſtatuto non
reprobata, nam tunc ſi reprobata etiam ſi mille eſſent indicia, ad torturam non deue-
nitur, vt dixit Baldus in l.milites. C.de quæſtio. & Brun. in dicto tract.ſecunda parte
33 viij.quæſt.princ. xv. not. Item tortura † adhiberi debet in diebus non feriatis niſi in
magnis & grauioribus, in quibus omni tempore etiam paſcali torqueri poteſt. l.pro-
uinciarum.C.de feri.l.nemo.C.de epiſc.& cler.& per Mar.in prac.in §.expedita.& per
Brun. in dicto v.quæſt.princip. verſic. quæro vlterius. cùm ſuprà dictum fuerit.& in
reg. in latronibus & diſrobatoribus publicis eſt ſtatutum omni tempore torqueri
poſſe,vt in c.reg.incip.idem prouiſa iuris ſanctio.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Tortura an & quando repeti poteſt.*
2 *Repetitio torturæ eſt arbitraria & quid conſiderare debet iudex.*
3 *Torto quidam faciunt brachia accomodare,unde torquetur & ſentit dolorem tortus.*
4 *Tortura non repetitur abſque nouis indiciis,& ita communiter ſeruatur.*
5 *Tortura repetita abſque nouis indiciis ſi confitetur,confeſſio non nocet ſibi,nec aliis.*
6 *Repeti poteſt tortura abſque indiciis vt oſtendantur ſocij & mandatores.*
7 *Repeti poteſt ad torturam abſque indiciis induratus corpore & animo.*
8 *Tortura repeti poteſt ante publicationem & non poſt.*
9 *Indicia noua vt repeti poſſit quæ ſint & dicantur.*
10 *Tortus ſi confitetur,inde ductus ad bancam iuris negat & reuocat,an repeti poſſit.*
11 *Confeſſio extraiudicialis ſi præceſſerit non requiritur perſeuerantia.*
12 *Confeſſus ſponte, ſi inde ductus ad bancam negat, an repeti poſſit, & declara. vt nu-
mero 13.*
14 *Confeſſus ſi pluries variat, vt quia primò confitetur, inde negat, & pluries facit, quid
fiendum.*
15 *Repeti ad torturam per quot vices poteſt.*
16 *Indicia ſi ſunt vrgentiſſima per quatuor vices torqueri poteſt.*
17 *Tortus ſi dicat ſi ſtarem per mille annos non confitear,quid faciet iudex.*
18 *Torqueri an poſſit pro eodem delicto & proceſſu pluries.*
19 *Tortus ſi fuerit relaxatus fideiuſſoribus ſi ſe abſcondat, inde citatur,& non comparet,quid
fiendum.*

1 CIRCA Sextum † de repetitione torturæ an & quando ad tor-
turam reus repeti poteſt; dicas prout per Gand. in rubr.de quæ-
ſtio. verſic.an quæſtio poſsit repeti. per Dyn.in tract. de quæſtio.
Bel.in pract.in rubr. de quæſtio.Boniſa. in titu.quæ deb. præced.
tort.Angel.in glo.fama publica.iij. quæſt.in materia torturæ, &
ibidem Auguſt.& Bernard.Brun.in dicta v.quæſt.princip. verſic.
ſed ponamus quòd tortus negat. Barto.in l.vnius. §.primo. ff.de
quæſtio. & ibi, per Alexand poſt eum. & plenè per Mart.in l.repeti. ff.eodem.Cyn.&

Iacobus de Are.in l.fina.C.de quæſtionibus. Salycet. in l.ſecunda. C.de cuſtodia reo. Bald.in l.prima.C.de confeſſ. Angel.in l.prima.§.ſi quis.ff.ad ſenatuſconſultum Sille. Bald.in dicta l.milites.& in capit. j.§.ſi furtum.de pace iura.firman.Ioan. Andr.& Panorm.in capitulo, cùm in contemplatione.ff.de regu. iuris.Catal.in tract. ſind.quæſt. ccxx.Par.in verbo, tortura.ſu tertio.verſicu.de repetitio.tor.Bald.in conſilio cclxxvj. primo volumine.Cuman. in conſilio cxxxviij. Cur. in conſilio lx.Cepol.in conſilio ſexageſimooctauo. Alexand. in conſilio quinto. primo volumine. & conſilio centeſimoſeptuageſimonono, ſecundo volum. & poſt Bartolum in dicta lege, vnius. §. primo. Thom. in conſil.xxj.& conſil.lxiij.Paul.Gril.in tracta. de quæſtionibus.in ſi. ſeptima quæſtio.Mar.in dicto §.expedita.& in §.quoniam.in pract.& in conſil.xiiij.in & in conſil.xxvij. Andr.& Math.in conſtitut.ſi damna clandeſtina.xj. notab. ex quorum omnium dictis concluſio ſumitur, quòd tortura non debet de iure repeti abſque nouis indiciis, idem ſi cum leuibus, & quòd talia indicia ſint vrgentiora primis, licet conſuetudine auidi iudices inanis gloriç contrarium obſeruent, vt indifferenter iuxta qualitatem indiciorum repetant abſque nouis indiciis, & maximè ſi prima indicia ſint multum vrgentia & manifeſta, iuxta dictum Bartoli in dicta l. vnius. tamen malè faciunt, & tenentur in ſindicatu, maximè ſi mortuus fuerit, aut debilitatus, & ita reſident dicti doct. Brun. verò in dicta quinta quæſtione principali, latius diſtinguit, videlicet, quòd aut tortus ex primis indiciis fuit competenter tortus, aut minus competenter, aut leuiter. Primo caſu aut noua ſuperuenerunt indicia & validiora primis, & tunc indiſtinctè tortura repeti poteſt per dictam legem vnius.§. primo. aut indicia ſunt æqualia primis vel minora, & tunc aut in prima tortura reus confeſſus eſt, inde ductus ad bancam iuris negauit, & tunc ex quo nouum reſultat indicium poteſt torqueri abſque alio indicio, vt per Bald.in l.in bonæ fidei. C. iureiuran. aut nihil fuit confeſſus, & non poteſt repeti abſque nouis indiciis. dicta l. repeti.niſi indicia ſint grauiora & vrgentiora primis. iuxta doctrinam Bart.in dicta l.vnius.§. primo.ſi verò tortura fuit leuis, & tunc indiſtinctè poteſt repeti abſque aliis indiciis. per Bald.hic.& Ioannem Andr.in dicto capitulo, cùm in contemplatione.nam leuis tortura non dicitur tortura.vide etiam diſtinctionem, vt per Mart.in dicta l.repeti.&
2 Par.in dicto verſiculo, de repetitione torturæ. Andr. † verò & Math. in dicta conſtitutio.ſi damna clandeſtina, vndecimo notabil. & Par.in dicto verſicu. de repetitione torturæ, dicunt repetitionem torturæ fore arbitrariam, & ita communiter dicunt, maximè Par. obſeruari, nam ſi iudici videbitur, quòd non ſit ſufficienter tortus pro prima vice, habita conſideratione robuſtitatis torti, & tolerantiæ tormentorum, vel eius debilitatis, indiciorum vehementia, & delicti immanitate, & loci torturæ, vt ſi tracti fuerint dati à loco multum alto, vel baſſo, & ſi fuerit parum altiatus, quòd tunc repetitur tortura quaſi prima non fuerit integra, vel ſi iudex ſuperſederit in tortura dicendo, non plus pro hodie, & ideò dixit Par. quòd vident tortum durum in tormentis, quòd dant ei duos, iudices vbi aut tres ictus chordæ. inde proteſtantur, & dicunt faciendo in actis ſcribi, quòd hodie intendunt ſuperſedere in tortura iam incepta & non perfectè data, animo tamen repetendi torturam quoties opus fuerit ad indagandam veritatem, quæ practica fuit ſumpta. ex d. l.vnius.§. primo. Et † vltra dicit quòd faciunt torto accomodari brachia,
3 & per aliquos dies ſuperſedent. deinde repetunt ad torturam taliter quòd torquendus, ſentit maximũ dolorem dum repetitur, vt vix ſtet quòd non confiteatur, vt dixit Andr.in ca.primo.§.publici latrones.de pace tenen.alij ſinunt per duas aut tres horas quieſcere in chorda, & in tortura nudũ refrigerari, & poſteaiterum torquent, nam

tunc

unc magnum ſentit dolorem, & maximè ſi aquam frigidam in dorſo proiicit, quæ
tamen dicit fieri non debere niſi in grauibus delictis, & criminibus qualificatis parri-
cidio, aſſaſsinio, & crimine lęſæ maie. & publicis latronibus & diſrobatoribus ſtrata-
4 rum. Math. verò † in dicta conſtitutio. ſi damna clandeſtina, poſt diſtinctionem quam
facit, quòd aut per indicia remota & non propinqua, & tunc non repetitur abſque
nouis indiciis vrgentioribus primis, niſi fuerit leuiter tortus, aut indicia ſunt pro-
xima & fortiora, & tunc poteſt repeti abſque aliis indiciis dummodo fiat tortura
cum moderamine, tamen dicit vidiſſe bonos iudices obſeruare quòd nunquam re-
petant torturam abſque nouis indiciis, & per Thom. in conſilio xxj. Intantum
5 quòd † ſi repetatur abſque indiciis, & confiteatur non poteſt condemnari, nec nocet
ſibi, nec aliis, vt per Par. in dicto verſiculo, de repetitione. circa princip. & in verſic.
viſo de repetitione, vbi etiam ſi ſit ratificata ſecundum Bald. in l. creditor. §. iuſſus.
ff. de appellationibus. & Mar. in practica, in §. quoniam. & ibi dixit, nec etiam valere
alia acta facta poſt illicitam torturam, & per Brun. in dicta quinta quæſtione princip.
verſiculo, ſed ponamus, quòd quis eſt minus legitimè tortus. Limita vt ſuprà, niſi
6 tortura non fuiſſet perfectè data facta proteſtatione, vt ſuprà. Limita † etiam niſi re-
petatur & torqueatur ad oſtendendum ſocios & mandatores, nam non requirun-
tur indicia alia. Angel. in l. & ſi certus. ff. ad ſenatuſconſultum Sille. Mar. in dicta l. re-
peti. verſicu. his viſis. Angel. in gloſſ. Sempro. mand. ver. ſic bene not. & in gloſ. fama
publica. verſiculo, quæro aliquis. Decius in conſilio clxxxix. Martin. in practica. in §.
7 diligenter. verſiculo, modo incidenter quæro. Limita † niſi eſſet induratus corpore &
animo, nam repeti poteſt. l. vnius. §. reus. & ibi Bartol. ff. de quæſtio. concurrentibus,
vt ibi vrgentibus indiciis, vbi per Bartol. quid tunc facere debet iudex, & quando di-
catur induratus corpore & animo. & per Andr. in conſtitutione, ſi damna clandeſti-
8 na. vbi declarat. Et † not. quòd repetitio torturæ fieri debet poſt publicatas atteſta-
tiones, & non ante publicationem proceſſus. ita Bartol. in dicta l. vnius. §. primo. &
Angel. in glo. fama publica. tertia quæſtione. vbi etiam dixit quòd ſi proceſſus eſt pu-
blicatus, & non fuerunt examinati teſtes ſuper omnibus articulis. poſſunt examinari
ſuper articulis ſuper quibus non fuerunt examinati non obſtante publicatione, &
ideò ſi fiat articulus ſuper maleficio, & publica voce & fama, & nihil de fama dixit,
dum deponit ſuper maleficio dicendo ſe nihil plus ſcire, poteſt repeti ſuper fama, per
9 allegata per eum, & per Baldum in conſilio clxx. primo volumine. Sed † quæ dican-
tur noua indicia, dic quòd debent eſſe diuerſi generis à primis. ita Par. in dicto verſic.
de repetitione. & in dicto verſiculo, viſo de repetitione. & Bart. in dicta l. vnius. &
Alexand. poſt eum. & Angel. in gloſſa fama publica. & Brun. in dicta quinta quæſtio.
principali. dicunt noua dici indicia & vrgentiora quę differunt à primis ſpecie & ſub
ſtantia, vt ſi prima erant de fama mala vel inimicitia, ſuperuenit teſtis de viſu, dici-
tur nouũ indicium. Et ideo licet plures teſtes ſuperueniãt ſuper primo indicio, non
dicitur nouum indicium, ita per prædictos. & per Bald. in dicto conſi. cclxxvj. & per
10 Mar. in dicta l. repeti. & in dicto §. quoniam. in principio. Sed † quid ſi ſtantibus indi-
ciis torquetur & confitetur delictum inde ductus ad bancam iuris negat, nec perſi-
ſtit in confeſsione, ſed eam reuocat tanquam metu tormentorum factam, an poſsit
iterum torqueri & repeti, doctores concludunt quòd niſi doceat de errore, poteſt
repeti; vt perſeueret in confeſsione. Andr. in dicta conſtitutione, ſi damna clan-
deſtina. & Par. in dicto verſiculo, viſo de repetitione. vbi plenè. & in verſiculo,
de repetitione. & in verſi. ratificatio. probato vero de errore, repeti non poteſt.
de quo per Bartolum in tractatu, de quæſtio. & in dicta l. vnius. §. primo. ff. de quæſti.

& ibi per Alexand. poſt Barto. Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. quòd cogitur per-
ſeuerare cum nouis tormentis, & in l. fin. C. de probat. & in l. fin. C. de quæſtio. Cyn.
in l. ſecunda. C. de cuſto. reo. diſtinguit quòd aut ſunt indicia pro reuocatione, & tunc
admittitur reuocatio, ſi ſunt contra eum, non admittitur, ſed cogitur perſeuerare:
ſi verò nec pro reo nec contra ſint indicia, non admittitur reuocatio niſi error alle-
getur & probetur. Par. in dicto verbo, tortura. lo tertio. verſic. ſequitur quæſtio ibi,
propterea conſulitur. & in verſicu. nunc videndum. poſt verſicu. de repetitione. poſt
Odofred. quòd tunc niſi indicia ſuperueniant, non torquetur, & per Angel. in gloſ.
compa. inquiſit. & nego. to. & Alexand. poſt Bartolum in dicta l. repeti. & Brun. in
dicta ij. parte. in vj. quæſt. princ. verſic. rurſus quæro. & verſic. ſed ponamus. Martin.
in dicta l. repeti. & plenè in pract. in §. quoniam. & in §. diligenter. verſic. quæro vlte-
rius. Math. in dicta conſtitut. ſi damna clandeſtina. xiiij. nota. vbi ponit rationem, vi-
delicet, quia ex illa variatione oritur nouum indicium, vel vt dicit Bald. in dicta l. in
bonæ fidei quòd confeſsio illa facta in tormentis, licet reuocata non docto erro-
re facit indicium, & ſemiplenam probationem, & per Thom. Gram. in deciſi. lxxij.
& ideò hoc operatur confeſsio & non variatio, cùm ſecundum Andr. liceat variare
11 per ritum magnæ curiæ. Limita niſi † præceſsiſſet confeſsio extraiudicialis, nam
tunc non requiritur perſeuerantia, ſed ſtatim quòd confitetur in tortura condemna-
ri poteſt, vt per Imol. in cap. at ſi clerici. de iudi. & Philip. in cap. olim. de reſcript. Iaſ.
in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. omnium iudic. & Mart. in dicto §. quoniam. verſicul.
12 vlterius. & Thom. in conſilo xl. Sed quid † ſi ſponte fuerit confeſſus, & non in tortu-
ra inde ductus ad bancum iuris negat, an cogitur perſeuerare in ſua confeſsione per
torturam. Mart. in dicto §. quoniam. & in dicta l. repeti. diſtinguit quòd aut facta eſt
in iudicio, & tunc talis confeſsio ſufficit nec requiritur perſeueratio alia ſi concur-
rant requiſita, vt per eundem Mart. in pract. in §. poſtquam. & in l. prima. in princip.
ff. de quæſtio. & per Brun. in dicta vj. quæſt. princ. verſic. rurſus. & ſuprà dictum fuit.
aut confeſſus fuit extra iudicium vel in iudicio, non in forma iudicij, vt ſuprà dictum
fuit, & tunc facit indicium, & torqueri poteſt, & cogi, vt perſeueret per torturam,
& ibidem quid in minore, & dic vt per eum quòd requiritur ratificatio non obſtante
quòd confiteatur cum curatoris autoritate, & ibidem in dicta l. repeti. & in dicto §.
quoniam. quid ſi ex indiciis indubitatis fuit tortus & confeſſus eſt, inde negat, an co-
gi poteſt vt perſeueret, dic vt per eum ibi, & Alexand. poſt Bartolum in l. penult. ff. de
13 quæſtio. Sed dic † circa præmiſſa quando confitetur ſiue ſponte, ſiue per torturam,
deinde negat, an repeti poſsit, & quoties; dic aut ſemel tortus eſt ex leuibus indiciis
præcedentibus, & tunc ſi confitetur in tortura, inde negat: ex quo ex tali variatione
oritur nouum indicium, torqueri poteſt denuo, vt per Baldum in dicta l. in bonæ fi-
dei. & Brun. in dicta v. quæſt. princip. Sed ſi ex tali variatione tortus confitetur, inde
negat, non repetitur ex quo non nouum indicium diuerſi generis, cùm prima & ſe-
cunda variatio eiuſdem ſint generis: ſi verò vrgentiora fuerint indicia, vt bis torque-
ri poſsit, ſi in ſecunda tortura confitetur, inde negat, ex tali variatione ter torqueri
poteſt, & ſic tertiò repeti poteſt in tortura ex tali variatione: ſi verò indicia ſint vr-
gentiſsima, vt tertiò torqueri poſsit, & in tertia tortura confitetur, inde negat, po-
teſt quartò repeti ex tali variatione, ne remaneat non purgatum indicium variatio-
nis, ita per Blan. in repetitio. l. fin. ff. de quæſtio. numero 219. cum ſequent. vſque ad
numero 223. concurrunt tradita per Paulum Grill. in tract. de quæſtio. ſuper gradi-
bus torturæ iuxta qualitatem indiciorum, vrgentium vrgentiorum & vrgentiſsimo-
rum, prædicta tamen procedunt attenta opinione Barto. in dicta l. vnius. §. primo.
& Math. in dicta conſtitut. ſi damna clandeſtina. quòd ex vrgentioribus indiciis re-
peti

14 peti poſsit tortura, abſque nouis indiciis, aliàs ſecus. Sed quid † ſi præcedentibus indiciis fuit tortus & confitetur, deinde ductus ad bancum iuris negat, inde repetitur & confitetur, & deinde negat, & hoc pluries facit, quid faciet tunc iudex. hanc quæſtionem ponit Par. in dicto verſic. viſo de repetitione. quòd habuit in facto, & dicit quòd fuit coactus ipſum fideiuſſoribus liberare vt noua habeat indicia, idem dicit Martin. in dicto §. quoniam. & in dicta l. repeti. & per Paulum Grill. in tract. de quæ-
15 ſtio. in fin. vij. quæſtio. Sed per † quot vices repeti poteſt ad torturam, dic quòd per tres vices tantùm, nam tunc ſi per tres vices fuerit repetitus & perſiſtit in negatione quòd vlterius torquendus non eſt ſed relaxandus fideiuſſoribus, nam vltra tres vices diuerſis tamen temporibus tortus dicitur immoderatè tortus, vt ſuprà dictum fuit, ita Par. in dicto verſic. viſo. de repetitione. Martin. in dicto §. quoniam. & in con-
16 ſilio xiiij. in fin. & Thom. Gram. in conſilio xlv. Fallit † niſi eſſent indicia vrgentiſsima, vt tertio repeti potuiſſet, nam ſi tertio repetitus confitetur, inde ductus ad bancam iuris negat & non perſiſtit in confeſsione, ex quo tunc, vt ſuprà dictum eſt, oritur ex tali variatione nouum indicium torqueri poteſt per quartam vicem, per dicta Baldi in dicta l. in bonæ fidei. verſiculo item querit. vbi ex tali variatione fuit ortum nouum indicium, ſi per eam non eſſet quarta vice repetita tortura, remaneret hoc indicium variationis abſque tortura, ex quo alia vrgentiſsima præcedentia
17 per trinam repetitionem fuerunt purgata, vt ſuprà. Sed quid † faciet iudex ſi dicat reus in tortura ſi ſtarem per decem annos pendens in tormentis non confiteor, an poſsit repeti ob hanc duritiem, dic vt per Par. in verbo, tortura. lo primo. verſic. an ſtetur dicto torti. ibi, iudex bonus. poſt Bartolum in tract. de quæſtio. per Brun. in ſecunda parte viij. quæſt. princ. xij. not. & Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſic. de repetitione torturæ. Gand. in rubrica de quæſtio. verſic. quid ſi dicat tortus ſi me tenea-
18 tis ad tondulum. dic vt per eos, & an † pluries pro eodem delicto, & in diuerſis proceſsibus torqueri poteſt, dic vt per Alexand. in conſilio xj. in v. dub. primo volum.
19 Sed quid † ſi fuit relaxatus reus fideiuſſoribus, modo citatur vt compareat ad ſubeundum torturam ex quo ſuperuenerunt indicia, & ille non comparet, quid faciet iudex. dic & proſequere, vt per Mar. in pract. in §. expedita. verſi. quando etiam poteſt in hac materia. vbi dat practicam & modum procedendi.

## SVMMARIVM.

*1 ☞ Tortura effectus & an fides queſtioni ſit adhibenda.*
*2 Confeſſus in tortura an ſtatim ſit condemnandus.*
*3 Confeſſio in tortura ſi non ſit ratificata non nocet.*
*4 Confeſſio facta metu tormentorum non nocet niſi ratificata ſicut nec in tortura.*
*5 Perſeuerare qualiter dicatur in confeſſione.*
*6 Confeſſione facta qualiter perſeuerantia & ratificatio.*
*7 Perſeuerare in confeſſione quando dicatur.*
*8 Perſeuerantia non requiritur vbi precedit confeſſio extraiudicialis.*
*9 Ratificatione facta ſi notarius ſcribat ſponte factam confeſſionem an de falſo teneatur.*
*10 Interrogatio de ſociis & mandatariis qualiter fieri debet, & qualiter de aliis delictis.*
*11 Interrogari non debet principalis per ſuggeſtionem ſpecialiter, interrogando, ſed in genere.*
*12 Interrogari an debeat de aliis delictis principalis de quibus non ſunt alia indicia.*
*13 Interrogari poteſt de aliis delictis vbi tortus fuerit homo mala vita, conditionis & fama.*
*14 Tortura ſi indebitè ſit lata & in caſu non permiſſo aut de facto, & negat, an impediat.*

*proceſſum fiendum ſuper delicto.*

15 *Tortura ſi iniuſtè fuit lata & aufugit tortus à carceribus an noceat fuga ipſi & aliis.*

16 *Tortus ab vno iudice ſi remittatur ad alium, an prior tortura debet compenſari.*

17 *Tortus ſi moritur in tormentis an teneatur iudex.*

18 *Torquens iudex indebitè qualiter puniatur, & quid ſi poſt appellationem. num. 19.*

20 *Tortus ſi male fuit ligatus & ei brachium fuit ruptum, qualiter puniatur, & quis.*

21 *Tortus ſi fuerit mortuus quia trabs cecidit & fuit ruptus, an puniatur iudex.*

22 *Milites & miniſtri ſi indebitè torquent, an teneantur.*

23 *Tortus ſi perſiſtit in negatione quid fiendum.*

24 *Tortus detineri poteſt in carcere, vt oſtendat ſocios & mandantes.*

25 *Tortus ſi non inuenit fideiuſſores an relaxetur iuratoria cautioni ſi non confitetur.*

26 *Iudex ſi torquet aliquem ad tumultum populi ſedandum, an puniatur.*

27 *Torquens aliquem, vt priuatus non habens merum imperium, an puniatur, & qualiter.*

28 *Accuſator ſi probauit delictum per indicia ex quibus fuit tortus, inde fuit repertus innocens quis tenetur accuſator, an iudex.*

29 *Tortura ſubtrahens torquendum qua pœna teneatur.*

30 *Tortura vbi eſt probibita per ſtatutum, non erit locus torture, & cautela ad relaxandum. num. 31.*

1 CIRCA Septimum † & vltimum de effectu torturæ, dic quòd effectus ipſius torturæ eſt, & adhibetur tortura ad finem, vt per eam veritas negotij appareat. l. cùm falſum. & l. hoc quod placuit. C. de quæſtionibus. niſi ad habendam reſponſionem inferatur, vt ſupra dictum fuit, & per Brun. in dicta ſexta quæſtio. prin. ſecunda parte. & vbi ad pœnam infertur, vt ſuprà, non tamen fides queſtioni nimis adhibenda eſt. l. prima. in prin. ff. eodem. cùm fragilis ſit & periculoſa, cùm multi duri tormenta contemnant, & alij in patientia doloris multoties mentiantur, & vario modo confiteantur, tam contra ſe, quàm contra alios, vt in dicta l. prima. §. quæſtioni fidem. & in l. quæſtionis modum. ff. eodem. Sed
2 an † tunc quando tortura adhibita eſt, & reus fuerit confeſſus, ſtandum ſit ſuæ confeſſioni, vt ſtatim quòd confitetur condemnetur, dic vt s. quòd confeſſio in tortura eſt fragilis & periculoſa quæ ſæpius viſa eſt fallere, cùm quandoque viſi ſint adeò timidi, vt ſtatim confiteantur vera & falſa doloris impatientes. l. prima. §. quæſtioni. & ideò concluditur confeſſioni in tormentis ſtandum non eſſe niſi fuerit perſeuerata congruo loco & tempore per confeſſum. d. l. prima. §. diuus. & §. ſi quis vltrò. ff. de quæſtionibus. ita gloſſ. in l. fin. C. de quæſtionibus. & Bart. in dicto §. diuus Seuerus. poſt Odo. & Azo. in ſum. eodem tit. & per Andr. in conſtitut. ſi damna clandeſtina. Et licet Bald. in l. prima. C. de confeſſ. diſtinguat, quòd aut reus in tortura confitetur præcedentibus legitimis indiciis, & tunc ſtatur ſuæ confeſſioni, vt ſtatim quòd confitetur condemnetur abſque alia perſeuerãtia, multò magis ſi perſeueret, aut nullis præcedentibus indiciis & argumentis, aut leuibus fuit tortus, & tunc non ſtatur ſuæ confeſſioni, niſi perſeueret. l. quæſtionis habendæ. ff. de quæſtio. & ibi traditur: tamen communiter tenetur, quòd niſi perſeueret etiam præcedentibus indiciis non ſtatur ſuæ confeſſioni. dicta l. quæſtionis. & Bald. malè in hoc locutus eſt ſecundum Brun. in dicta ſexta quæſtio. princ. ſecunda parte. Nam confeſſio in tormentis debet eſſe perſeuerata præcedentibus indiciis, ſi verò non præcedant non valet talis confeſſio etiam perſeuerata. Poteſt tamẽ ſaluari dictum Bal. vt primum procedat, vbi extarent

rent

rent indicia indubitata, nam tunc ex quo nō poſſet allegare confeſsionem erroneam non requiritur perſeuerantia, vt ſuprà fuit dictum. & per Bald. in l. fin. C. de probatio. Alexand. poſt Bart. in l. prima. §. diuus Seuerus. in princ. ff. de quæſtio. ſecundum procedat, vbi expreſſe eſſet ratificatio, nam tunc licet indicia legitima non præceſſeriint
3 poteſt condemnari, vt ſ. etiam dictum fuit. Et † de tali confeſsione in tormentis, vt non noceat, niſi ſit ratificata per Brun. in dicta ſexta quæſtio. prin. & per Math. in conſtitut. ſi damna clandeſtina. decimotertio not. & per Ang. in glo. fama publica. xij. q. & per Mar. in dicto §. diuus Seuerus. & in pract. in §. expedita. & per Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſiculo, ſequitur quæſtio. & ibi, an & quādo reuocari poſsit. Amplia
4 etiam † in confeſsione facta metu tormentorum, vt non noceat, niſi ſit ratificata, vt per Ang. in dicta glo. fama publica. verſiculo. & aduertas. & Brun. in dicta ſexta quæſtione princi. & in quinta quæſt. princ. Math. in dicta conſti. ſi damna. & Mar. in dicto §. expedita. & in dicto §. diuus Seuerus. & in d. locis traditur etiam qualiter probetur tortura. & in §. quoniam. & not. quod dixit Bal. in hac lege, quòd licet confeſsio facta in tormentis aut metu tormentorum non noceat, tamen eſt aliqua, ideò ſi condem-
5 netur ex ea, debet appellare, aliâs præiudicat. Sed † qualiter dicitur perſeuerare in confeſsione, dic quòd tunc demum perſeuerare dicitur vbi poſtquam ceſſauit dolor tormentorum, aut veriſimile ſit ceſſaſſe, vt quia ſtaret per diem & noctem abſque tormentis, & tunc ceſſante dolore ducitur in loco publico, & coram perſonis publicis & amicis, & aliis perſonis, & tunc legitur ſua confeſsio, & interrogatur ſi ſua confeſſio ſit vera, & ſi reſponderit veram eſſe, & ita confeſſum eſſe, quòd tunc habita tali ratificatione faciat in actis ſcribi talem confeſsionem fore ſpontaneam, & quòd ſpontè confeſſus eſt, & tunc dicatur ſibi terminus ad faciendum ſuas defenſiones aduerſus confeſsionem, & ſi elapſo termino nihil probauerit aduerſus dictam confeſsionem, condemnatur, dummodo anteaiudex conatus ſit verificare confeſsionem illam per veritatem, vel per aliqua veriſsimilia argumenta, iuxta doctr. Bal. in authent. ſed nouo iure. C. de furt. & Angel. in gloſſ. veſtem cele. ita per Brun. in dicta ſexta quæſtio. princ. verſi. quinto. & verſi. ſin autem confeſsio fuit extorta. vbi aliâs habuit in facto confeſſum, etiam poſtea repertum fuiſſe innocentem & condemnationem, & executionem
6 iniuſtè factā, practicam † ponit poſt confeſsionem Mar. in dicto §. quoniam. verſicu. redeundo modo, ita in prædictis per Salycet. in l. ſecunda. C. de cuſto. reo. Ang. in glo. fama publica. verſiculo, & aduertas. & poſt eum per apoſti. & per Bar. & Mar. in dicto §. diuus Seuerus. & per Lanfran. in capitulo, quoniam contra. §. confeſsiones. verſicu. reuertor. & per Andr. in dicta conſtitutio. ſi damna clandeſtina. vbi de verbis iudicis in ratificatione. & per Par. in verbo, tortura. lo primo. verſiculo, an ſtetur dicto torti. ibi, tortus ad perſeuerandum. & par Math. in dicta conſtitutione, ſi damna clandeſtina. decimotertio notab. vbi arbitrium eſt per quantum ſpatium debet ſuperſedere, vt veriſsimiliter ceſſauerit dolor, & in dubio intelligitur per diem & noctem. aliâs adhuc durante dolore dicitur per metum facta confeſsio, & ita per Brun. in dicta ſexta quæſtio. princip. verſiculo, ſed quæro quomodo dicitur in confeſsione perſeuerare. & in ſequenti verſiculo, ſed an ſtatim. & per Par. in verbo, tortura. lo tertio. verſiculo, ratificatio. vbi dicit quòd perſeuerata & iurata excludit omnem dubitationem & exceptionem, & tollit facultatem oponendi de nullitate proceſſus. Thom. tamen in volumine xxxix. quòd ex proceſſu nullo & informatiuo non nocet confeſsio, forſitan procedit in confeſsione per torturam non ſpontaneam, vt ſuprà di-
7 ctum eſt. Et † quando dicatur perſeuerare in confeſsione, plenè per Mar. in dicto §. quoniam. & in d. §. diuus Seuerus. & per Tho. in conſil. xl. vbi etiam quando expreſsè ratificat, licet abſque indiciis extorta in tortura valet, & in conſilio xlv. & per Brun.

in dicta vj.quæſt.princ & in verſi.rurſus.& in v.quæſt.princ. vbi reprehendit Baldum dicentem quòd dicitur ratificaſſe ſi non reuocat quod reprehendit, vt tunc dicatur ratificaſſe vbi ductus ad bancam iuris expreſsè ratificat, & per Par. in dicto verſic.an ſtetur dicto torti.ibi,an confeſsio.ibi, confeſsio dicitur,& in verſic. ratificatio. & per Math. in conſtitut.omnes. in vj.not. & per Alexand. poſt Bartolum in dicto §. diuus Seuerus.Cepol.in conſilio xl. & per Mart.in dicta l.repeti.& ibi,quòd appellando dicitur reuocare confeſsionem, & de expreſſa & tacita ratificatione, per Bald. in dicta l.ſecunda.C.de cuſto.reo.in fin.& Lantran.in dicto §.confeſsiones. verſic.reuertor ad
8 materiam. Limita † vt ſuprà, niſi præcederet confeſsio extraiudicialis, nam tunc etiam ſi non perſeueraſſet poteſt condemnari, ſecundum Iaſ.in l.magiſtratibus. ff.de
9 iuriſd. omn.iud. & Arno. in ſingu.xciij. Sed an † tunc facta ratificatione ſi notarius actorum ſcribat confeſsionem ſpontaneam teneatur de falſo,dic vt per Brun.in dicta vj.quæſt.princ.vbi diſtingue,& per Mart. in dicto §.diuus Seuerus. & in dicto §. quoniam.& in dicto §.expedita. & per Angel.in gloſſ. compa. inquiſi. & confi.to.vbi diſtingue, aut tortus fuit legitime & præcedentibus indiciis, aut non legitimè, vt primo caſu, quòd poteſt, ſecundo quòd non, aliâs tenetur de falſo, & per Alex.in conſi.
10 lij.iij.volum.per totum. Qualiter † autem fiet interrogatio in tortura, tam de ſociis & mandatoribus quàm de aliis delictis, dic ſecundum Brun. in dicta v. quæſt. princ. verſic.videamus modo. & per Angel.in glo. fama publ. verſic.tert.o. eſt bene aduertendum. & per Mart. in dicta l.repeti. & per Bel.in rubrica de quæſtio. & per Thom. in volum.xxxiiij.& volum xv.videlicet, quòd ratione ſociorum in caſibus in quibus poſſunt interrogari interrogetur,quos ponit Martin.in dicta l.repeti. & Alexan poſt Bartolum in l.prima.§.quæſtioni.ff.de quæſtio. & per Brun.vbi ſuprà, de quibus ſuo loco,ſuprà fuit dictum,vt in latronibus,falſa moneta,& aliis,vt per eum :in aliis verò caſibus interroget de alus, ſed de ſe tantùm. l.prima. §. ſi quis vltro. verſic.prudenter. & in l.repeti. ff.eodem. & tunc non debet deſcendere ad ſpecialitatem tam quando contra alios, quàm quando ſuper delicto de quo interrogatur & inculpatur, nam non debet interrogari ſi talis interfuit vel fuit mădator, ſed in genere ſi habuit rixam cum alio, & quis interuenit non nominando aliquem,& tunc ſi ſponte alium nominat non interrogatus in ſpecie nocet, vt in l.prima.§.qui quæſtionem.& §.diuus Ha-
11 drianus. & §.ſi quis vltro. ff de quæſtio. Idem quando † de ſe vt non dicatur per ſuggeſtionem qualiter percuſsit Titium in tali parte corporis,in tali loco,& tali tempore,vt in l.prima.§.qui quæſtionem.ff de quæſtio. & ibi per Matt.vbi ponit practicam: aliâs tunc diceretur per quandam ſuggeſtionem interrogare, & confeſsio diceretur per ſuggeſtionem habita nec præiudicaret, vt per prædictos vbi ſuprà, & per Thom. in volum.xxxiiij. & per And.in dicta conſtitut.ſi damna clandeſtina, niſi tamen indicia eſſent manifeſta, vt per Auguſt. poſt Angel. vbi ſuprà,& per Brun.in dicto verſic. videamus. nam tunc in ſpecie interrogari poſſet, & ſuprà fuit dictum ſuo loco. De
12 aliis verò † delictis non debet interrogari vbi non ſunt indicia, & licet conſuetudo ſeruet contrarium, tamen non valet talis conſuetudo, vt per Gand. in rubrica de quæſtio.verſic.ſed quid de quæſtione quæ quotidie occurrit, & per Angel.in glo. fama publica in fin. & per Par.in dicto verſic.an ſtetur dicto torti. & per Mart.in dicta
13 l.repeti. & per Brun.in dicto verſic.videamus. Limita † tamen niſi tortus fuerit homo malæ vitæ,conditionis,& famæ.& publicè diffamatus de furtis & aliis delictis, vt per Brun.in dicta vj.quæſt.princ.in fin.& per Mar. in dicta l.repeti.& Tho.in volum.xiij. & per Cepol. in dicto conſilio xl. & Mart.in conſil.viij. & conſil. xij. & conſilio xix. & conſil.xxij & conſil.xlvj.& conſilio lxiij. & ſequen.& conſil.lxxviij. & Bel.in rub. de quæſtio.& ſuprà fuit dictum in materia ſocij criminis. & per Thom.Gra. in deciſi. xxxiiij.

xxxiiij.nu.34. quod vtitur magna curia tali cõſuetudine vt interrogetur de aliis cri-
minibus,& plenè in deciſi.xlviij. vbi de aliis furtis poteſt interrogari,licet non extent
14 indicia.Sed †quid ſi tortura fuit indebitè data & in caſu nõ permiſſo , aut de facto &
negat, an impediat proceſſum fiendũ ſuper delicto?hoc aliàs habui in facto,vide Bal.
in l.milites.& in l.j. C.de quæſt.qui dicit ꝙ non vitiatur proceſſus per indebitã tortu-
ram aliàs illatã,idem Bru.in viij.q.prin.ver.vlt.no.Alex.poſt Bar.in l.quæſtionis. ff.de
quæſt.Par.in d.ver.tortura.lo j.in prin. & in verſi.an ſtetur dicto torti.circa mediũ.&
15 in ver.ſequitur quæſtio.in fi.No.etiam †vnum quod tradit Alex.in conſ.cxliij.ij.vol.
quòd ſi tortura fuit iniuſtè data,ſi tortus inde aufugiat à carceribus ex tali fuga nõ pu
16 nitur,nec ipſi nocet.Sed quid† ſi vnus iudex intulit torturam, inde remittatur tortus
ad alium iudicẽ an prior tortura debeat cõpenſari ſeu computari, vt minor inferatur
tortura poſtea corã alio iudice,hoc dixit Mar.in pra.in §.occurrit. tamen dixit nõ ha-
bere doctrinã:ſed ex prædictis proximè collige & ad primũ vide dicta per Mar.in pra.
in §.quoniã. & in ij.q.vbi dixit ſi tortura indebitè ſit data, omnia quæ inde ſequuntur
17 ſunt nulla.Sed quid †ſi tortus moritur in tormẽtis an teneatur iudex torquens ? hanc
quæſtionẽ ponit Gand.in d.rub.de quęſt.vbi quando corruptus pecunia faciat,& per
tellige,& declara,vt per Andr.in c.j.§.ſi voluerit.de capit.qui cur.vend. & per Matth.
in d. conſtitut. aſperitatem.ij. fallen.quando fuiſſet deuentum ad aliquem actum,vel
fuiſſet facta conſpiratio,& tractatus cum aliquibus, ſecus tamen ſi ſolus proponeret
regem,aut eius officiales occidere,aut contra patriam conſpirare,& nihil aliud feciſ-
ſet,niſi quòd affectus tranſiſſet in nudam volũtatem verbis expreſſam tantum,& non
factum,nam non punitur pœna ordinaria,vt per eos ibi, & per Bald.in capi.ſi volue-
34 rit.de capit.qui curiam vend. & in capit.primo.de prohib.aliena.per Lotha. † An au-
tem,& quando ſola cogitatio puniatur? dic vt in l.cogitationis.ff.de pœn.& per Bal.
in l.non ideo minus.vj quæſt.C.de accuſat. Alberic. in tracta.ſtatut. ſecunda parte. q.
clxviij.Felin.in dicto tract.de cona.Franciſ.Bonzin.in tracta.de lami. verſicu. vj.fallit
35 etiam † in attentãte corrumpere virginem immaturam, nam punitur, vt per Guido.
36 pap.in deciſio.cccccl v.Limita † etiam in crimine ſeditionis: nam attẽtatum punitur,
ſicut perfectum,vt per Angel.in l.in eadem cum.ff. de vi public. in authent. de mand.
princi.§.fin.vbi ille qui tenet homines armatos in domo cauſa ſeditionis, vel faciunt
37 conſiliũ,licet aliud non fecerit,tenetur vt ſeditioſus. Licet † Bald.in d.l.non ideo mi-
nus.ſexta quæſt.dicat,quòd ſolus tractatus,& ordinatio in atrocioribus non punitur
vt conſummatum,& per Salycet.in l.is qui cum telo.C.de ſicar.& Feli. in dicto tract.
38 de cona.& Paul.Alexan.& Iaſ.in l.j.§.fin.ff.quod quiſque iur.vbi † limitat in crimine
læſæ maieſta.& in patriæ oppugnatore,& Boni.in tract.de malef.in titu.de ſeditioſ.&
39 Nicol.Boet.in tracta.de ſeditioſ.ſeptima præſump.Fallit † etiam in emente venenum
vt alteri daret, nam ſi attentaſſet,& non dediſſet,vel dediſſet,& non fuiſſet mortuus,
punitur ac ſi occidiſſet,& fuiſſet mortuus,vt in l.eiuſdem.in princ. ff.de ſicar.& in l.j.
vbi Bal.& Salyc.C.de mathema.& in l.prima.vbi Bald.ff.de parri.& in reg. extat con-
ſtit.incip.mala noxia.ita tenet Barto.in l.prima.C de ſicar.& in l.prima.C. de mathe.
Ange.in dicta glo.ex internallo.vbi etiam Augu.& Ange.in l.prima.§.fit iniuria. ff.de
extraord.crimi.& per Mar.in dicta l.eiuſdem.& in l.j. C.de rap.virg. ſub num.245.&
plenè per Thom.Gram.in deciſ.xxxviij.& in deciſ.vij.nu.16.& Matth.in d.conſtitut.
mala noxia.& Thom.Gram.in vol.iij.& in vol.xxxj.& in conſil.xxxvi. Alex.in l.cum
fratrem.C.de his.quibus vt indign.& Felin.in dicto tracta.de cona.& Deci. plenè, &
poſt eum apoſt.in l.non vult.ff.de regu.iur.in hoc tamen concludunt magis commu-
niter docto. quòd non puniatur pœna ordinaria, vt per Cepol. conſilio vltimo.vbi
conſuluit in caſu iſto in attentante venenare, maximè ſtante ſtatuto, vt etiam per
Ang.in d.gl.ex interuallo.& Fran.de Cre.in ſingula.xlix.& per Tho.in d.conſi.xxxvj.
& pleniſſimè in deciſio. ij. vbi quòd non mortis, ſed pecuniaria, aut fuſtigationis,&
multa refert.& ita intelligit Matth.d.conſti.mala noxia,vlt. not.vt procedat quando
40 mors fuerit ſecuta,& non aliter.Idem † vt puniatur conficiens & detinens venenum
vt intelligatur animo occidendi, & quòd mors fuerit ſecuta ex tali detentione & con
fectione,vt in dicta conſtitutio.mala noxia.& in dicta l.eiuſdem.in prin. & Ang.in d.
gloſſ.ex interuallo, ſicut an faber conficiens gladium ad vendendum: deinde emens
occi

occiderit aliquem an teneatur faber. per Boni. in opere maleſi. in rubr. de inquiſ. ver.
ſed nunquid faber. quòd non, ſed bene punitur alia pœna, de qua in authen. de armis.
& per Math. in conſtitu. intentionis. nam faber punitur conficiens arma polita & of-
fenſiua. & de vendente & emente venenum in conſtit. quincunque. quæ locum habet
in emente, licet loquatur in vendente, & per Io. de Arno. in epito. xlviij. vide in dialo.
41 xliiij. quibus vendi poteſt. Et † not. vnum, quod dixit Matth. in d. conſti. mala noxia.
quòd intantum grauè eſt hoc ſcelus, hominem veneno necare, quòd nec etiam licet
veneno occidere hoſtem, nec etiam foriudicatũ licet fuerit hoſtis publicus, vt in con-
ſtit. pœnam eorum. vbi etiam per Matth. & per Dec. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt.
Bald. in conſil. lj. primo vol. & conſil. cxxj. v. volu. & conſil. ciij. iiij. vol. & Cepol. in d.
42 vlt. conſi. In quibus tradũt de grauitate huius ſceleris. Limitare † tamẽ videtur Cepo.
in conſil. xxxiiij. verſi. prætereà. niſi fuiſſet bannitus, aut foriudicatus pro crimine læſæ
43 maieſt. per text. & Ang. in l. fin. C. de delato. lib. x. Et † de pœna conſanguineorum ve-
nenantium carceratum conſanguineũ ne vituperentur ob condemnationem ad mor-
tem, per Feli. in c. cùm iuramentum. in fi. ver. de homicidio. quòd tenentur de parrici-
44 dio, & per Ioan. de Arn. in epito. xlix. & ſeq. epi. l. & de hac † materia attentati delicti,
vide per Feli. in dicto tract. de cona. Matth. in dicta conſti. aſperitatem. & Mar. in d. l. is
qui cum telo. & in locis per eos, & vide in materia attentati, & conatus multas limi-
tationes, vt per Felin. in dicto tract. de cona. & in cap. j. de præſump. & per Capi. in de-
ciſio. ſacr. conſil. clv. ver. ad quartam. & in ver. ad ſecundam. vbi limita, niſi eſſet impo-
ſita pœna pro attẽtato, nam illa punitur, & ibi limita dictam regulam, quòd in attro-
cioribus punitur attentatum, locum habere quando quis feciſſet quicquid potuit,
& tamen non potuit perficere, ſecùs ſi ductus pœnitentia noluit perficere, nam non
punitur, vt ibi per eum. Item fallit quo ad irregularitatẽ, nam ſi clericus tentauerit oc-
cidere & facere homicidium: ſi non fecit quia non potuit, irregularis eſt, vt not. gl. fin.
45 in c. periculosè. de pœn. diſtinct. j. & per Mar. in l. j. C. de rap. virg. In † tantum dolus re-
quiritur in hoc, & aliis delictis, quòd ſi quis cũ baſtono, aut claua animo baſtonandi,
& non occidendi percuſſerit, & mortuus fuerit, quòd non punitur pœna ordinaria
homicidij, ſed mitiori: voluntas enim & propoſitum diſtingunt maleficia, vt in l. j. §.
diuus. ff. de ſicar. vbi tex. & ibi Mar. tradit de hac quæſt. baſtonantis. & in l. j. C. eodem.
& in ſing. cixxvj. incipi. voluntas, & propoſitum. & conſi. lxvij. & conſil. iiij. conſi. vij.
conſil. xxv. & ſeq. conſil. xxxv. conſil. xl. conſil. liij. conſil. xcj. conſil. xcvj. conſil. ciij.
conſil. cxxiiij. conſil. cxxx. conſil. cxxxvj. conſil. lj. & conſil. vj. & in practica. §. vlterius.
Bald. in proœ. ff. Paul. de Caſtro in conſil. cxcij. incip. in cauſa carceratorum. Angel. &
poſt eum Augu. in gloſſ. appenſatè. & in glo. And. Arma. Thom. Gram. in volu. xxiij.
46 Corne. in conſil. lvij. iiij. vol. Facit † dictum Areti. in conſil. cxlvij. vbi conſuluit per-
cutientem aliquem pugno, & cadente in terra, ex quo caſu mortuus fuerit, quòd non
tenetur de homicidio, & per Feli. in dicto tract. de cona & per Ioan. de Arno. in epit.
47 lvj. vbi limita † conſtitu. terminum vitæ. ad idem quod conſuluit Sign. de homod. in
conſil. l. refert Iaſ. in l. prima. ff. de legi. & Mar. in d. conſil. cxxxvj. & conſilio lxvij. per
Alex. poſt Bart. l. d. §. diuus. & per Bal. in l. j. C. de emen. ſer. & in c. j. §. iniuria. de pace
iur. fir. De marito calce percutiente vxorem, & occidente ꝙ ex quo non animo occi-
48 dendi nõ punitur de homicidio. Idem † de occidente in ludo, vt per Boni. in rub. de in-
ſul. & percuſ. ver. ſed quid plures ludebãt. & per Ancha. in c. cũ venerabilis. de cõſuet.
Roch. de Curt. in repe. c. fin. de conſuet. & Iaſ. in l. de quibus. ff. de legi. Cepo. caute. ce-
xxvij. Dec. conſi. ix. Cepo. conſi. xxxj. Barto. in j. conſtitut. ff. §. illud verò. & per Marſil.
in pract. §. quoniam. & in §. vlterius. & in § aggredior. & in §. pro cõplemento. & in l. de
minore. in prin. ff. de quæſt. & in conſil. xcj. conſil. cxxxviij. & conſi. cxxxvij. conſi. vlti.

49 Et de † percutiente pugno,& manu vacua,& cadens ſuper lapidem occidatur ex caſu
illo? dic, vt per Alexan.poſt Bart.in d.§.diuus.& in l.prætor. §.ſi dicatur.ff.de iniur.in
fin.Mar.conſi.lj. Pari.in verbo,pœna. verſic.tu qui vadis in birraria. Marſi.in d. §.pro
complemento.& in l.nihil intereſt.ff.de ſicar.& in d.§.vlterius.& §.quoniam.& §.ag-
gredior. & in ſing.cccccxxxv.& in §.& quia.& per Bald.in l.qua actione. §.j. ff.ad leg.
Aquil.& in c.j.§.iniuria.de pac.iur.firm.vbi dixit ita puniri occidentem manu vacua,
50 ſicut ſi cum armis. Amplia † etiam ſi manus erat armata,vt per Ioan.de Arno.in epit.
51 lv.incip.moderni. Limita † niſi dolo feciſſet,vt per Bald.in l.ſi negauit. C.qui accuſat.
poſſ. Pari.in d.verſi. tu qui vadis in birraria. in fin.Marſi. in dicto ſingu.cccccxxxv. &
52 in d.§.pro complemento. Et de † percutiente lapide, & occidente an teneatur de ho-
53 micidio,per Mar.in dicto conſi.xcj.& conſi.xxviij.& conſi.cxxxvij. & † limita,vt per
Marian.Socin. in cap.de his.de accuſat. & Felin.in cap.ſignificaſti.lo ij. de homicidio.
54 De habente † haſtam ferratam, & quærente occidere, & non valente extrahere: nam
ſi lapide percutiat, & occidat, tenetur pœna ordinaria ob dolum, & animum præce-
dentem,ſecus ſi prius depoſuiſſet haſtam, & poſtea cepiſſet lapidẽ,& occidiſſet, nam
dolus non deprehenditur,& animus occidendi, & ideo dixit malè quendam fuiſſe ab-
ſolutum, & per Paul.de Caſtr. in l.decuriones. C.de infamib.& Iaſ.in d.l.j.ff.de legib.
55 Idem ſi † aliquis ex feneſtra lapidem proiiciat, & occidat tranſeuntem, non tenetur
de homicidio dolo ceſſante,vt per Angelum in loco allegato, per Deci.in d.conſi.ix.
& per Ioan.de Arno.in epito.lxiiij.de occidente lapide.& limitat.d.conſtit.terminum
56 vitæ. & de † occidente calce, vel alio inſtrumento, & offendiculo in feneſtra poſito,
per Alexan.in conſil.cxlvj.ij.vol.Idem in aliis caſibus, vt infra de culpoſo homicidio.
57 Sed † qualiter animus iſte,& dolus probatur? dic, quòd animus,& dolus eſt quædam
intrinſeca animi paſſio & qualitas, quæ non poteſt probari directò, niſi per qualita-
tes exteriores.l.dolum. vbi Alexand.C.de dolo. l.j. C.de ſicar. & l.j. §.diuus.ff.eodem.
58 Gand.in rubr.de homic.verſi.ſolutio.probatur † ergo primò animus ex genere armo-
rum,vt in d.§.diuus.& in c.ſignificaſti. lo ſecundo. Bart.in l.diuus. ff.de ſicar.& Cyn.
Marſi.in d.l.j.plenè,& Bald.in l.j.C.de emend.ſer.& in l.eum qui. C.de ſicar. & in c.j.§.
ſi quis ruſticus.de pac.tenen. Guid.Pap.in trac.de præſump.verſi.ille qui portat. Ang.
in d.glo.ex interuallo. Andr. & Matth.in d conſtit.aſperitatem. Marſi.in d.§.diuus.&
in conſi.cxl.ij.vol.Socin. in conſil.clxxix. Thom.Gram.in vol.xxiij. in conſil.xxxij.&
conſi.cxlvij. Alexan.in conſi.cxl.ij.vol.Socin.in conſi.clxxix. Thom.Gra.in vol.xxiij.
Cepo.in conſi.xxix.& conſi.xxxj.& conſil.xlj. Cuma.in conſi.cxxiiij.& conſil.clxij.
59 Et ideo † ſi gladio,aut roncha,& enſe percuſſerit,animum occidendi habere dicitur,
& ſic cùm poterat ferro percutere,pomo,& haſta percuſsit,& cum baſtono,non præ-
ſumitur animum occidendi habere, niſi percuſsio fuiſſet facta in loco periculoſo, &
mortali, vt in capite: ſecus ſi in alia parte corporis,& non periculoſa, vt in d.§.diuus.
& in d.c.ſignificaſti.& Bar.in d.l.diuus. & Angel.in d.glo.ex interuallo. Cepo.conſil.
xxxj. Ang.in glo.ſcienter. & doloſè.in fin. Bald.in l.ſed ſi quacunque. §.ſi magiſter. ff.
ad legem Aquil. & Mar.in d.l.j. C.de ſica. & in d.§.diuus. & in d.conſil.vij. Cornel.in
conſi.lvij iiij.vol. Thom.Gram.in d.vol.xxiij. Aretin. in conſi.lxxx. Gand.in rubr.de
homic. verſic.quæſtio etiam dubitabilis. Felin. in d.c.ſignificaſti in regno autem hæc
præſumptio & coniectura ex genere armorum, vt ſi percuſſerit, videatur animo occi-
dendi,eſt ſublata per conſtitutionem aſperitatem,vbi præſumptio illa à iure introdu-
cta, vt ſi quis ſtrinxerit gladium, & percuſſerit: præſumatur animo occidendi facere,
per d.§.diuus. eſt lenita & ſublata quo ad pœnam,vt non puniatur ac ſi occidiſſet, ſed
60 duplicata armorum pœna. Sed † an tunc quando haſta, & baſtono percutiat in capi-
te, & moriatur percuſſus,pœna mortis teneatur percutiens? dic, vt dictum eſt, quòd
non

non, vt per Mar. in d.l.j. C. de ſicar. & in d. §. diuus. & in d. conſil. vij. & Felin. in d. c. ſi-
61 gnificaſti. & Thom. Gram. plenè qui ad hoc vocauit in vol. xxiij. limitat † tamen Mar.
in d. §. diuus. quando haberet haſtam cum ferro, & noluerit ferro percutere, ſed cum
haſta, nam etiam ſi in capite percutiat, & occidat, non tenetur pœna ordinaria, nec
corporali, ſed pecuniaria cùm ex præſumptione condemnetur, & quādo & præſum-
ptione, pœna minoratur & reducitur ad pœnam pecuniariam, vt ibi per eum, vt ſu-
pradictum eſt: ſed ſi non habet ferrum, ſed baſtonum, & haſtam, & ſæpius percutit
62 in capite, & occidat, tunc pœna capitis punitur: contrarium † tamen etiam in hoc
dicit ipſe in d.l.j. C. de ſicar. & in ſing. clxxvj. & conſi. vij. Thom. Gra. in d. volum. xxiij.
vbi fuit facta percuſsio cum baſtono in capite, & occidit, & tunc non fuit condem-
63 nata ad pœnam mortis, vt ibi. & per Bald. in proœ. ff. & vide † quæ tradit Io. de Arno.
in caute. ij. vbi ſi facta eſt tumefactio ex percuſsione cum baſtono taliter, quòd fuit
neceſſe aperire ferro, an teneatur pœna manus? dicit quòd ſic, & per Thom. Gram. in
vol. xv. poſt Marthæ. & Andr. in conſtit. ſi quis aliquem. & ex his apparet non proce-
dere dictum Bart. in d. §. diuus. & Ang. in glo. ſcienter, & dolosè in fin. & per Felin. in
64 d. c. ſignificaſti. lo. ij. ſed † dici poteſt, quòd aut conſtare poſſet, quòd percutiens baculo,
lo, & haſta non habuerit animum occidendi, vt quia ex verbis præcedentibus aut ſe-
quentibus conſtare poſsit, vt in caſu per Thom. Gra. in d. vol. xxiij. vel quia non erat
inter eos præcedens talis inimicitia, & offenſio ex quibus veriſimiliter non erat occi-
ſurus, & tunc procedet opinio, quòd non punitur pœna mortis, per tradita per Mar.
in d. §. diuus. & in d.l.j. & in d. conſi. vij. & Aretin. in dicto conſi. cxlvij. & Thom. Gra.
65 in d. volum. xxiij. aut † ex verbis præcedentibus, & ſequentibus nullo modo conſtare
poteſt, aut extat præcedens inimicitia capitalis, & veriſimilitudo ex qualitatibus
præcedentibus, rixa, & offenſione quod occiderit, & tunc ſi haſta percutit in loco pe-
riculoſo, vt in capite, quòd punitur pœna mortis, ex quo ex loco percuſsionis, & præ-
cedentem inimicitia, & offenſione, non obſtante quòd haſta, præſumitur, quòd fece-
rit animo occidendi, & ita loquatur Bart. in d. §. diuus. & Angel. in d. glo. ſcienter &
66 dolosè. & Bald. in c.j. §. adhæc. de p. c. iur. fir. & † Felin. in d. c. ſignificaſti. verſic. & limi-
ta. vbi quòd locum habet quando percutit in parte cerebri, non in alia parte capitis,
& per Cepol. in d. conſi. xxxj. & Thom. Gra. in conſi. ij. conſi. xxix. & conſil. xlix. Bald.
in Specu. in tit. de homic. & Cornel. in d. conſi. lvij. iiij. vol. & per Bel. in pract. in glo. &
67 ipſum interfeciſſet. faciunt † dicta Bal. in l.j. C. de ſer. fugi. & in l. cùm mandati. C. man-
dat. & in l.j. C. de emend. ſer. vt ex præcedentibus, & ſequentibus facta & dicta penſe-
mus, & in hoc ſtat diſcretio iudicis ad penſandum ex circunſtantiis, & qualitatibus
animum occidendi, aut non, vt per Gand. in rubr. de homicidio. verſic. ſolutio. aliâs
inueniretur nouus modus occidendi, & pœnam corporalem euadendi: nam cum ba-
ſtono poſſet quis occidere, & ſe defendere quòd non animo occidendi percuſſit, &
68 in † hoc etiam faciunt dicta per Mar. in d.l.j. C. de ſicar. verſic. poteſt etiam iudicio
meo, vbi dicit, quòd ex reiteratione percuſsionis cum haſta, & baſtono in capite de-
prehenditur animus occidendi, vt ſi ſæpius in capite percuteret, taliter quòd mortuus
fuerit, tollitur illa præſumptio generis armorum ex geminatione, & reiteratione per-
cuſsionis: reiteratio enim habet quid exceſſus, & ideo auget pœnā delicti. vt grauius
69 puniatur. Et † ideò ſi quis veniret puniendus ex delicto pœna pecuniaria, tamen ex
iteratione punitur pœna corporali, vt per docto. in l.j. C. de ſuperexact. lib. x. Barto. &
Bald. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. Deci. in authen. caſſa & irrita. C. de ſacro-
ſanc eccle. & per Matth. in conſtit. inconſultilem. & in conſtitut. magiſtros. per illum
text. in fi. iij. lib. Thom. Gra. plenè in vol. ix. & in vol. xvij. & ideò circunſpectus iudex,
arbitrabitur ex circunſtantiis, & qualitatibus præcedentibus, & ſequentibus, inimi-

O

70 citia vel amicitia & ſimilibus, vel poſſet † iudex præcedentibus circunſtantiis, & in-
diciis torquere; vt confiteatur an animo occidendi percuſſerit, ſicut in ſimili dicit
Marſil.in dicto §.diuus.in fin.de pluribus percutientibus: nam poteſt poni ad tortu-
ram alter eorum ſuſpectus, vt confiteatur ſi animo, & propoſito, & habito tractatu
occiderint, & in pract.in §.diligenter.verſiculo, vlterius quem poteſt.& in ſing ccxvij.
71 Probatur † etiam animus occidendi ex conſuetudine delinquendi: nam ſi aliàs ſoli-
tus extitit homicidium committere, præſumptio eſt contra eum, quòd percuſſerit
animo occidendi, niſi clarè probatur contrarium, vt quia occiſus erat ſibi amicus,
72 aut conſanguineus. Amicitia † enim & conſanguinitas faciunt præſumi homicidium
caſuale, vt per Felin.in cap.ſi.de homi.not.glo.in l.prima.C.de ſicar.cum multis aliis,
vt per Ioan.de Arno.in epito. lxv.vbi limitat conſtit. terminum vitæ. non habere lo-
cum in occidente affinem, cùm præſumatur caſualiter, niſi clarè conſtaret de dolo, &
in cau.vij. vel quia volebat alium percutere, vel leuiter percuſſit, vel in ludo, vel ex
73 aliis circunſtantiis. ita dixit Gand.in rub.de homi.in fi.Facit: † nam ſi plures percuſſe-
runt in rixa, & neſcitur quis vulnerauerit, tamen ſi aliquis erat ſolitus committere
homicidium, præſumitur contra eum vt torqueri poſſit, vt per Gand.in rubr.de ind.
dubi.ad tor.verſic.penult.Salycet.in l.fin.C. de probat. faciunt latè dicta per Mar.in
l.maritus.ff.de quæſtio.& in l.prima.§.fin.eod.& in pract.in §.diligenter.& in ſingula.
74 ccxvij.& in l.prima.§.diuus.ff.de ſicariis.& in conſil.lj.Probatur † etiam animus occi-
dendi, per confeſſionem ipſius inquiſiti aut accuſati, vt dixit And.& Mat.in d. conſti.
75 aſperitatem.& per Thom.Gram.in conſi.xxix.Probatur † etiam per teſtes, qui audie-
runt accuſatum dicere ſe velle talem occidere, vt per Andr.in d conſtit.aſperitatem.
Animus enim ex verbis declaratur, & nulla maior probatio, quàm qualitas expreſſa
verborum, vt per Bal.in c.j. de teſtib.nemo enim præſumitur dixiſſe, quòd non mente
agitauerit.l.Labeo.§.idem tubero.ff.de ſuppel.legat.ita per Mar.in §.diuus. & in d.l.j.
per Tho.Gra.in vo.xxiij.& Matth.in d.conſt.aſperitatem.vide per Boni.in tit.quid ſit
76 accuſatio.vbi etiam ex amicitia non præſumi animum occidendi. Probatur † etiam
ex aliis coniecturis, & præſumptionibus & circũſtantiis præcedentibus, aut ſequenti
bus, vt per Matt.in d.conſt.aſperitatem.& Mar.in d.§.diuus.&in d.l.j.C.de ſic.& Fel.
in d.c.ſignificaſti.el primo.de homi.& vide per Gan.in rub. de homi.& Mar.in conſi.
iiij.& conſil.vij.& conſi.lxvij.& conſi.lxj.& conſil.lxix.Tho.Gra.in vol.x.Matthæ.in
conſtit. iuſticiariis.viij.not.& in conſtitut.qui doloſè. vbi qualiter, & ex quibus pro-
77 batur dolus. In † quibus etiam dicitur, quòd probatur iuramẽto propriò; nam in his
quæ in animo conſiſtunt ſtatur iuramento partis, cùm directò per teſtes probari non
poteſt, vt no.& traditur inſtit.de actio.§. ſed aliæ.vbi plenè Iaſ.& ibi per eum de hoc,
an fecerit animo occidendi, & in l.cùm quidam.ff.de iur.omn.iudi. & per Bart.in l.ſi
maritus.in fi.ff.de quæſt.& ita in delictis conſulendo tenuit Alex. in conſil.cxxvj.iiij.
vol.& Tho.Gram.in d.vol.x.& Mar.in d.conſi.lxj.& in rub.C.de proba.& in conſil.
xcv.vbi quòd non fecit animo occidendi, & vide Ioan.de Arno.in caute.xxix.vbi cre
ditur eius dicto cum iuramento, & in caute.vij.vbi quòd ſtatur eius dicto cum iura-
mento, quòd non animo occidendi, ſeu vulnerandi, & in ſing xliiij. fallit niſi eſſet malæ
famæ, per id quod dicit idem Arno.in ſingu.xlv.& per eũdem in prima cau.vbi quòd
ſtatur eius dicto cum iuramento, quia credebat eſſe bannitũ, & foriudicatum. Obſtat
78 tamen † quòd cauſæ criminales non deciduntur iuramento, vt plenè Iaſo. & alij in l.
admonendi.ff.de iureiur.vbi etiam ſi ciuiliter moueantur, & per Mar in §. poſtquam.
§.expedita.in pract.& in l.de minore.§.tormenta.& in l.maritus.ff.de quæſti.& in l.j.
C.de ſicariis. vbi in homicidio dicit animũ non probari iuramento, quòd non fecerit
animo occidendi, & per Ioan.de Arno.in ſolito.lxix.vbi etiam in actione iniuriarum
ciuili

ciuiliter mota, poſt Cappe. Tholo. in deciſ. ccxliij. & facit etiam quod dicit Mar. in d. §.
poſtquam, quòd iudex eſſet cauſa periurij ex quo ſcienter periuraret; & diceret quòd
non animo occidendi percuſsit ne moriatur, & eſſet in poteſtate ipſius accuſati eua-
79 dere pœnam iurando. Niſi † diceres in caſu, quo concurrerent coniecturæ in fauorem
accuſati, quòd non percuſsit animo occidendi, tunc poſſet ſe purgare iuramento, quãdo
non conſtaret de contrario, vt ſentit Iaſ. in dicta l. admonendi. verſic. ſecundo princi-
paliter. ibi, niſi reo deferatur iuramentum purgationis. & per Ang. & poſt eum Augu.
in glo. falſario. in fin. Roma. in conſil. cclxij. facit text. in authent. ſed nouo iure. C. de
pœna iud. qui ma. iud. & in c. reg. vulgaris famę. & in c. incip. item quòd in omni caſu,
vbi datur purgatio per iuramentum, per Mar. in l. prima. verſi. capio. gloſſ. C. de ſicar.
poſt gl. & Cepo. in conſi. xlij. verſi. ſupereſſet denique iuramentum purgationis. & in
l. præſenti. C. de his qui ad eccleſias conf. & in l. Marcellus. ff. rer. amo. & in l. lex Cor-
nelia. §. hac l. de iniuriis. ff. & in authen. Gazaros. C. de hære. & in l. fi. ff. de req. reis. gl. in
l. prima. C. de ſicar. & in l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accu. Specul. in tit. de furt. verſic. quia ſi
peregrinus. Ana. in c. excommunicamus. de hęre. per Ang. in gl. falſario. in quibus lo-
cis traditur de tali iuramento purgationis. Facit dictum Boni. in opere malef. in tit. de
inſul. & perc. verſic. ſed quid ſi Martinus eſt homo malæ conditionis & famæ. vbi po-
nit quęſtionem, ſi Martinus eſſet homo malæ conditionis & famæ, & ſolitus robarias
& homicidia & furta committere, deinde obuiam ei veniens vir bonæ opinionis
eundo per viam fuit inſultatus à dicto homine malæ vitæ, & iſte bonus vir ſe defen-
dendo occidit illum latronem & hominem malę vitæ, nec poteſt probare qualiter
occidit ad defenſionem, offert tamen probare per iuramentum, an poſsit, arguit ad
partes. & concludit ſtari iuramento, & admiti purgationem per iuramentum attenta
80 qualitate perſonarum. Sed † an in dubio præſumatur animus occidendi, & cui in-
cumbat probatio accuſatori, ſeu inquirenti, quòd fecerit animo occidendi, an verò
accuſato, ſeu inquiſito aſſerenti ſe non percuſsiſſe animo occidendi? Mar. in dicto
conſilio lj. tenet, quòd in dubio non præſumitur animus occidendi, & tradit in l. pri-
ma. C. de ſicar. verſiculo, modo vlterius ſuper hac lege. & arguit primò, quòd dolus in
dubio non præſumatur, nec incumbat accuſato probare, quòd non dolo: nam quili-
bet præſumitur bonus, niſi probetur malus. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re milit. &
dolus non præſumitur, niſi probetur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. item vbi capi
poteſt coniectura delicti in dubio præſumimus in non delictum, vt in exemplis per
eum: ergo præſumendum eſt non animo occidendi vt euitetur delictum, & interpre-
tatio fiat in fauorem accuſati, & licet negatiua, quod non fecerit animo occidendi, ſit
fundamentum occidentis, ideò probanda. l. hoc iure. ff. de verborum obligationibus,
tamen quando habet pro ſe præſumptionem iuris non eſt neceſſaria probatio. ſed ta-
lis præſumptio transfert onus probandi accuſatori, ſeu inquirenti, vt per Bal. in l. in
illa ſtipulatione. ff. de verborum obligationi. & Mar. in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæ-
ſtionibus. & in l. j. §. ſi quis dicatur. ff. eodem. cùm ergo accuſatus, ſeu inquiſitus ha-
beat præſumptionem prædictam pro ſe, ergo non tenetur probare hoc. Præterea
homicidium non eſt punibile, ſine dolo, & vbi dolus adeſt, punitur. dicto §. diuus. &
dicta l. prima. ergo dolus eſt fundamentum intentionis accuſatoris, ſeu inquirentis,
ergo illum probare debet. l. ei qui. ff. de probationibus. Marſil. in conſilio xxxvij. &
conſilio xlviij. & in dicta l. prima. verſic. modo. & Andr. in dicta conſtitutio. termi-
81 num vitæ. præterea † in accuſatione, ſeu inquiſitione neceſſe eſt dicere dolosè,
& appenſatè, vt patet per Angelum in opere malefic. in forma inquiſitionis. & in
82 gloſſa, ſcienter, dolosè, & appenſatè, ergo † qualitas iſta deducta in accuſatione
ſeu inquiſitio. eſt probanda. ita per Marſil. in d. conſilio viij. plenè. & in conſilio xlviij.

conſilio lxvij. & conſil. xcvj. & conſilio cxij. & in l.ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſtio.
& in rubri.C.de probat. & in ſingu.clxxxvij. Decius in capit.licet cauſam. de probat.
cum deductis per eos, & ita dicit Deci. in conſil.xxxvij. verſic.quartò principaliter.
83 Contrarium † tamen concludit Mar.in d.l.j.C.de ſicar.quòd onus probandi incum-
bit accuſato, & occidenti: nam homicidium eſt prohibitum iure diuino, vt in præ-
cepto, & humano.l.qui cædem.& per totum. ff.de ſicar. l.ſi non conuitij.C.de iniur.ſi
prohibitum de iure: ergo praue, & maleſactum, ex conſequenti accuſator habet præ-
ſumptionem, probando ſimpliciter homicidium, ex quo homicidium in ſe habeat
delictum, & dolum, etiam ſi à ſtatuto permittatur, & per Bal.in l.j.C.ſi à non compe.
iud. Mar.in l.j.in princ.ff.de ſicar.& l.patre vel marito. circa princ. ff.de quæſtio. Ideò
84 in † dubio dolus præſumitur in homicidio, vt dicit Bonif.in rub.de homic.in fin.& in
tit.quid ſit accuſatio.& Angel.in l.j.C.de ſicar. & Par.in tract.ſyndic. in verbo, pœna.
verſic.an multa.ibi, & aduerte. vbi dicit in dubio dolum præſumi, ideò contrarium
probandum per allegantem non dolo, idem Cepo.in conſi.xxix. & ideo accuſatus aut
inquiſitus probare debet cauſam, quare pro homicidio non debeat puniri pœna or-
dinaria, vt quia non fecit animo occidendi, nec dolo, probando, & deducendo quali-
tatem percuſsionis & armorum, & loci percuſsionis: ergo eas probare debet, & ei
85 incumbit onus probandi excuſationem, & defenſionem ſuam. faciunt † dicta per
Cepol.in d.conſil.xxix. vbi qui dicit ſe occidiſſe ad ſuam defenſionem probare debet,
cùm in dubio præſumatur animus occidendi, maximè ex genere armorum, & quali-
tate percuſsionis, vt enſe, & ferro, & in loco periculoſo, & idem Cepo.in conſil.xxxj.
dicit quòd homicidium, qui dicit nō doloſè factum tenetur illud probare, cùm ſit de
86 iure prohibitum. Sed † videtur quòd tex.in d.§.diuus.requirat vtrunque debere pro-
bare, videlicet, accuſatorem, qualiter occidens percuſsit doloſè & animo occidendi,
deducendo qualitatem armorum, & loci percuſsionis, vt ex eis dolus deprehendatur,
vt traditur in c.ſignificaſti.de homic.& pœna ordinaria puniatur, vt dicitur in j.verſi.
d.§.diuus. accuſatum verò & inquiſitum, vt ordinaria pœna non puniatur, ſed alia.
mitiori, probare debere, qualiter non dolo, nec animo occidendi percuſsit, deducen-
do qualitatem percuſsionis non cum ferro, ſed haſta, nec in loco periculoſo, vel de-
ducendo amicitiam & affinitatem, vt not.in d.l.j.C.de ſicar.& Gand.in rub.de homic.ſ
verii.ſolutio.ij.not. & Cepol.in conſi.xxxiij. ita dicitur in d.§.diuus. in ij.verſicu. Sed
87 quid † tunc, ſi teſtes actoris nihil deponant de qualitate percuſsionis, ſed ſimpliciter
deponant vidiſſe Titium inſiluiſſe, percuſsiſſe & occidiſſe Sempronium, & ita mor-
tuum vidiſſe ex dictis percuſsionibus, nec qualitatem percuſsionis expreſſerint, vt
cum quibus armis, & in quo loco, & parte corporis percuſſerit, nec accuſatus proba-
uerit qualitatem ſuam pro ſua defenſione, quid tunc erit præſumendum, & an pœna
ordinaria eſſet puniendus, an verò mitiori inclinando in dubiis in fauorem rei, Mar.
in d.l.j. tenet quòd pœna ordinaria; ex quo iuris habet præſumptionem, quòd dolo
fuerit factum homicidium per ſupra dicta. Sed dic, quòd in caſu iſto nullo modo po-
teſt puniri pœna ordinaria, ex quo dolus requiſitus non eſt probatus, & ad imponen-
dam pœnam ordinariam dolus adeſſe debet, vt ſuprà fuit dictum, nec de eo conſtat
88 per claras probationes, vt in † criminalibus requiritur, iuxta l.fin.C.de proba.& Ana.
in conſi.lix. Mar.conſi.j.conſi.xx.conſi.xxix.conſi.xxxj.conſi.xxxiij.conſi.xliij. conſi.
50.conſi.lxiij.conſil.lxxij.conſi.lxxxviij.conſi.xcij.conſil.cj.conſil.cviij.conſi.cxvj. &
ſequen.conſi.cxxxij.& conſi.cxxxiij.& ſequen. ſed talis dolus eſſet præſumptus à le-
89 ge, & de eo conſtaret ex iuris præſumptione, vt ſuprà dictum eſt. Sed † quando quis
condemnatur ex præſumptionibus, pœna eſt temperanda, nec vera pœna delicti im-
poni poteſt, ſed mitior, & pecuniaria, vt per Gand.in rubr.de indi.indub.ad condem.

& per

& per doct.in cap.afferte.de præſump. & in cap.quia veriſimile.eod.Brun.in tra.indi.
j.parte.Mar.in pract.§.opportunè.& in d.l.j.C.de ſicar.& in conſi.xcvj.& in conſi.xv.
& in conſil.vij. & conſilio x. & maximè quia in dubiis reis fauendum erit, in reg. fa-
uorabiliores. ff.de reg.iur.Marſi. conſi.lj.& in ſing.xc.incip.fauorabiliores. ideò tunc
iudex ſit cautus ſæpius interrogare teſtes ex ſuo officio de qualitate armorum, &
percuſsionis, vel ponat reum ad torturam, vt omnia fateatur, & qualitatem percuſ-
ſionis armorum,& loci percuſsionis,& tunc ordinariam pœnam imponat, vel aliter
faciat iudex conſtare in actis de percuſsionibus,& vulneribus,& in qua parte corpo-
ris,& de quantitate iuxta doctr.Mar.in pract.in princ.& Angel.in glo.fama publica.
& ita conſuluit Marſi.in conſi.xcvj.vbi dicit,ex quo non probauit accuſator qualita-
tem doli contentam in accuſatione,vel ſtatuto,abſoluendus eſt reus, & Gan.in dicta
rubri. de homicidio. dixit ſemper præſumi dolum abeſſe, niſi probetur adeſſe,dicta l.
quoties qui dolo. ff.de probationibus. & l.cùm ita. §.ſpecies. ff.de lega.ſecundo. facit
dictum Andr.in conſtitut. terminum vitæ.vbi dixit in Cornelia ſui natura adeſſe do-
lum,& ſic debet contineri in accuſatione,& ei qui dicit,incumbit onus probandi do-
90 lum. Limita † tamen & tempera, vt per Gaud.in dicta rubr. de homici.in fin.quando
probatur, aliàs ſolitum committere homicidium: nam tunc, ſi nihil probauit accu-
ſatus ad ſui excuſationem, licet accuſator non probaſſet, tamen punitur pœna ordi-
naria,nam ſat eſt probatus dolus ex conſuetudine occidendi,& quia ſolitus,vt ibi,&
per Marſi.in dicta l.j. §.diuus.qualiter autem probabit non dolum factum, dic vt per
91 Boniſa.in rubr.quid ſit accuſatio.verſi.ſed pone. Sed ex † quibus cauſis dolus excuſe-
tur, vt non puniatur pœna ordinaria, dic, quòd ex cauſis de quibus infrà excuſanti-
bus homicidium,& maleficium,vt ſuo loco dicetur.tamen not.quòd quælibet cauſa
colorata,fatua, iniuſta, nedum iuſta, & temeraria, & beſtialis excuſat à dolo, vt ordi-
naria pœna non puniatur. l.plagij.la ſecunda. C.de plagiar.Matth. in l.prima.verſi.&
aduertas. & in l.ſecunda.verſic.& facit. C.de ſicar. & in practica.in §.aggredior. & in
l.de vnoquoque.ff.de re iudi.Thom.Gram.in volum.xxxix.Deci in conſilio clxx.Iaſ.
in l.ſi quis id quod. ff.de iuriſdictio. omni.iud. & in l.prima.§.fin. ff.ſi quis ius dicent.
non obtemp. Curt.in conſilio quinquageſimoſexto.Cepo. conſi.xxj. & conſil.xxiiij.
Iaſ.in l.ſi quis maior.C.de tranſactio. & in l.ſi quis ita promiſerit .§.Scia. ff.de verbor.
obligat. & in l.qui Romæ. §.duo fratres. vbi etiam Alexand.ff.eodem. Socyn.in con-
ſilio cxviij.j.volum. vbi de cauſa beſtiali excuſante.Angel.in dicta l.plagij.& in l.præ-
tor. §.hæc actio. ff.vi bon. rap. vbi quòd excuſat à pœna corporali, & in l.fin.in fin.
ff.de eo per quem fact.er. Alexand.in conſil.cvj. iiij.vol. Thom.Gram. in volum.x.&
in volum.xx. & nouiter in deciſi.v. vbi multa an & quando dolus excuſatur, & cauſa
etiam iniuſta vt pœna ordinaria non puniatur, & in deciſi.xxiij.& in deciſio.xxix.
in fin.Mar.in conſi.cxix.& conſil.cxxviij.& conſi.cxxxv.& conſilio ij.Curt.conſil.xx.
92 Matthæ. in conſtitut.violentias. Mar.conſil.vij. vbi de conſuetudine excuſante à pœ-
na,vt in ludo puerorum poſt Franc.de cre.in ſingu.incip.mos puerorum Bononiæ.&
Mar.plenè in pract.in §.quoniam.& in l.prima.in princ. ff.de ſicar Cepo.conſi.xxx.&
ſequen. Mar.conſil.xj. & conſilio xxj.& conſil.xlviij. vbi iuſſu iudicis.& Iaſ. in l.iuſtè
poſsidet. ff.de acquir.poſſeſſ. Mar.in conſilio lj. & conſi.liij. & conſil.lxij.vbi de ſim-
plicitate, & conſilio lxvij. & conſil.lxxvij. conſil.xc.de conſuetudine, & conſil.100.
& conſil.ciij. & conſil.cxxiiij. & conſil.cxxviij. Alexand. in conſilio cxix.ij.volum. &
conſil.cxxvij.iiij.volum. & conſil.ccxij.eod.volum. & conſil.xliij. & conſil.cxxxv. &
conſil.xcvj.& conſil.cxxxiij.vj.volum. Matthæ.in conſtitut. inquiſitiones generales.
v.not. & in conſtitut. eos qui ſcientes. & in prælu. conſtitut.ix.quæſt. quælibet ergo
colorata excuſat à dolo, & pœna ordinaria, tam ratione homicidij, quàm aliorum

93 deliƈtorum,vt per eos in locis ſuprà. Intellige tamen † quòd cauſa ipſa ſit probanda
94 vt per Cur. in conſilio lvj. Et † limita vt per eum ibi, verſiculo, quia bene. niſi quis erraret in iure naturali, vel ciuili notorio, nam tunc non excuſaretur vt ibidem, & ſufficit quòd ſit probata ſemiplenè, vt excuſet à dolo, vt per Ioan. de Ami. in conſil. xxvij.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens volentem an puniatur de homicidio.*
2 *Officiali regis ſi fiat iniuria volenti, an puniatur.*
3 *Clericum volentem percutiens, an incidat in excommunicationem.*
4 *Vulnerans ſeipſum an puniatur pœna manus.*
5 *Occidens ſeipſum an careat ſepultura.*

MODO Hic de aliquibus quæſtionibus in hac materia voluntarij
1 homicidij inſeramus. Et † primò quæro, quid ſi quis occidat volentem, an teneatur pœna homicidij? Dic, quòd ſic, ex quo nemo eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. vbi Flo. Bar. in l. prima. §. vſque adeò. ff. de iniur. Ang. Paul. Alexan. in l. quamuis. ff. de in ius voc. Felin. in capitulo, ſolitæ. de maiori. & obed. Mar. in l. j. in princ. amplia. ff. de ſicar. & in dicta l. quamuis. traditur de volente percuti, quòd punitur ſi grauiter, ſecùs ſi leuiter dando alapam.
2 Limita † in officiali regis, nã etiam ſi volenti fiat iniuria cenſetur regi facta, & puni-
3 tur, vt ibi per Paulum & Alexand. vide, vt per eos in dicta l. quamuis. Limita † etiam quo ad excommunicationem incurrendam, nam percutiens clericum volentem, eſt excommunicatus, vt in capitulo, contingit. lo ſecundo. de ſententia excommunicationis. Romanus in ſingula. incipien. no. dictum Innocen. & per Ioannem Petr. de fer. in pract. Papien. in rubrica de rei vendicatio. verſiculo, publicè excommunicatum. Et
4 conſtitutio reg. ſi quis aliquem de percuſſione cum armis complectitur vulnerantem ſeipſum, vt dixit Bald. in proœm. decreta. & per Iaſon in l. prima. C. de ſeruis fugiti. & per Ioannem de Arno. in epito. xxix. & multa vide per Thomam Gramma. in deciſio.
5 xliij. Et † an occidens ſeipſum careat ſepultura, dic quòd ſic, vt per Ioan. de Arno. in problema. quarto. de percutiente clerico ſeipſum, quòd efficitur excommunicatus. per Felin. in capitulo, contingit. de ſententia excommunicationis.

## SVMMARIVM.

1 *Suſpendens aliquem an puniatur de homicidio, & an de vſurpata iuriſdictione inſimul. & num. 2.*
3 *Suſpendere debet animo vſurpandi iuriſdictionem, vt puniatur de vſurpata iuriſdictione.*
4 *Suſpendens hominem qualiter puniatur.*
5 *Veneno qui occidit an puniatur de homicidio.*

1 SECVNDO Quæro † quid ſi non occidit ferro, ſed ſuſpendit hominem, aut aliter ſuffocat, an teneatur pœna homicidij, & cõſtitutio. terminum vitæ? Dic quòd ſi dolo fecit, tenetur pœna ordinaria homicidij. & dicta conſtitu. vt per Andr. in dicta conſtitu. dicentem. etiam tunc in plus puniri ex quo regiam vſurpat iuriſdictionem ſuſpendendo, & ſic duplici pœna, videlicet pœna contenta in dicta conſtit. terminum vitæ, & pœna contenta in conſtitut. duram & diram. & conſtit. cum ſatis. primo libro. quæ infligitur vſurpantibus
2 regiam iuriſdictionem, quod tamẽ † declara quando feciſſet animo vſurpandi iuriſdi-

ctio

3 ctionem,& merum imperium,vt ibi per And. & de pœna † vſurpantis alterius iuriſ-
4 dictionem,vide per Io.de Arno.in proble.xl. & vide † de ſuſpendente, per Bonifa.in
rubr.de homicidiis.in prin.& vide Par.in tract.ſind.in verbo, pœna.verſi.tu qui vadis
5 in birraria.idem † ſi veneno occidat. l.prima.C.de veneſi.& l.iij.ff.de ſicar.& conſtitu.
mala noxia,vt intelligantur quando mortuus fuit,vt ſ. fuit dictum , & per Matthæ.
in dicta conſtitutio.& in conſti.terminum vitæ.ſexto notabili.& Matthæ. in rubrica.
ff.de ſicariis.& in l.prima.§.primo.ff.eod.& per Boni.in dicta rubrica. de homicidio.

## SVMMARIVM.

1 *Occidere proponens ſempronium proiecit ictum,& occidit Titium,an puniatur pœna capitis.num.4.cum ſequen.*
2 *Delictorum an exitus & veritas inſpiciatur & non cogitatio , & ſi vltra cogitationem deliquit.an puniatur.& num.3.*
5 *Furatus rem alterius an teneatur de furto licet neſciat cuius ſit.*
6 *Cogitatum cum tendit ad finem ſecutum an puniatur ſi aliter fuerit ſecutum quàm cogitauerat.*
7 *Percutere volens ſi occidit,an teneatur de homicidio.*
8 *Occidens alium ſe defendendo an teneatur pœna ordinaria.*
9 *Occidens amicum aut conſanguineum præſumitur homicidium caſuale.*
10 *Mediator ſi ſe interponit ad ſedandum rixam,& occidatur in rixa,an pœna capitis teneatur.& num.12.*
11 *Dardū extrahens & ſagittā,vt occidat auē ſi homines occiderit an teneatur pœna capitis.*
13 *Iracundiæ calor excuſat à pœna ordinaria.*
14 *Occidens commotus iuſto dolore,an pœna ordinaria puniatur.*
15 *Occidens mediatorem propter periculum ſui corporis an puniatur pœna ordinaria.*
16 *Mediator ſi fecerit alteri rixantum iniuriam non teneatur.*
17 *Mediator ſi ſingat mediare & percutiat an teneatur.*
18 *Occidere volens vnum ſi occidit duos Titium & Sempronium,cūm tantum Sempronium vellet occidere,an teneatur duplici homicidio.*
19 *Occidere volens hominem ſi occidit aſinum an puniatur de homicidio.*

1 TERTIO Quæro, † quid ſi propoſuit occidere Sempronium.
proiecit ictum credēs Sempronium occidere,& occidit Titium,
an teneatur pœna mortis, & ordinaria homicidij. Pendet † hæc
quæſtio ab illa,an & quando quis deliquit vltra intentionem,&
cogitationē puniatur,& an exitus, & veritas cōſideretur in deli-
ctis,& non intentio,& opinio,de quibus per Bar. in l.diuus. ff.de
ſicar.& ibi per Mar.& per Cy.& Saly.in l.quoniam multa.C.ad l.
Iul.de vi pub.Gand.in rub.de homi.in rub. de pœn.& Ang. in gl.& appenſatè.& Bar.
Ang.& Alex,poſt Bar.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn . & in l.qui ſeruo.ff.
de iniur.Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cleri.& in l. ſi quis ſeruo.C.de
fur.& Alex.poſt Bar.in l.item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de iniur.Boniſa.in
rubrica de inſult.& percu.in fin.& in titu.quid ſit accuſa.Ioan. Andr. in mercuria. in
reg.cum quis.de reg.iur.in vj.Bel.in prac.in gl.quòd dictus Titius.& in rub.de quæſt.
per Gand.in rubrica de var. quæſt .in mal. Par. in tracta.ſin. Marſil.in l.qui ignorans.
& in l.qui falſam. ff.de falſ.& in dicta l.diuus. & in l.prima.§.diuus.ff.de ſicariis. & in
conſ. vij. & in conſ.lxvij.Card.in cle.j.pen.q.de homi.quòd non efficitur irregularis,
niſi in fraudem fecerit , & per Matthæum in dicta conſtitut.terminum vitæ.j.quæſt.

3 de iſta quæſt. & ibi per Andr. In quibus ✝ locis plenè traditur, an quando quis vltra intentionem,& per errorem,& ignorantiam deliquerit, puniatur, in quibus diſtinguitur, aut dabat operam rei licitæ,& non punitur, aut rei illicitæ & punitur. l. qui occidit.§.penult. ff.ad legem Aquil. iunctis d.l.quoniam multa. & l.ex incendio. ff.de incen.rui nau.& cap.in fin. de homic.in vj.de errore verò, aut eſt erratum in delicti productione, & tunc non excuſatur, aut in delicti ſpecificatione, & tunc ſubdiſtingue, vt per Angel. in dicta glo.appenſatè. & per Par.in dicto verbo, pœna. verſic.quoniam

4 multa. Quantum ✝ verò ad præmiſſam quæſtionem eam tractat, & diſputat Andr.in dicta conſtitut.terminum vitæ.& ibi poſt eum Mar.in j.quæſt.& Par.in verbo, executio.Salic. & Angel.in dicta l.quoniam multa. Bart.in l.qui ſeruo. ff.de iniur.& in d.§. delinquunt. & in dicto §.diuus. & Cepo.conſuluit, vt in conſil.xxxiij. Iaſ.in l.prima. ff.de leg. verſic.quid autem. & habui in facto. Andr.arguit j.quòd non teneantur de homicidio,nam homicidium non punitur ſine dolo. l.in lege Cornelia. ff.de ſicar. ſed iſte non fuit in dolo occidendo Titium, cùm non cogitauerat eum occidere, ergo non punitur pœna ordinaria, dato quòd fuerit in lata culpa, quæ dolo non æquiparatur in l.Cornelia.nec ſufficit d.l.in lege Cornelia. potius ergo errauit, quàm fuerit in dolo,ſed qui errat,non conſentit.l.ſi quis per errorem. & l.ſi conuenerit. ff.de iuriſ. omn.iudic.attamen contrarium concludit ipſe Andr. quòd pœna ordinaria homicidij teneatur:nam licet non fuerit in dolo Titium occidendo, fuit tamen in dolo occidendi Sempronium,& homicidium de quo cogitauerat fuit perfectum, videlicet factum,licet non in perſona contra quam cogitauerat,& ratione doli punitur ſequuto

5 facto. d.l.diuus. & d.l j.§.diuus. ff.de ſicar. & d.conſtit.terminum vitæ. Facit,nam ✝ ſi quis rem alterius furatur licet neſciat cuius ſit,tamen de furto punitur. l.cùm quærebatur.circa fin. C.vnde vi.ex quo fuit in dolo furtum committendo, & furando, licet neſciat cuius ſit, ita & homicidium committendo doloſè, licet non in perſonam cogitatam,ſicut etiam de eo qui furtò ſubtrahit rem ſacram de ſacro:nam licet in mente cogitauerit committere ſimpliciter furtum,& non ſacrilegium,tamen tenetur vt fur ſacrilegus.l.j. C.de interd.matr. Angel.in d.glo.& appenſatè.ij.caſu. Facit etiam, nam quando cogitatum eſt de genere prohibitorum, tunc factum, & veritas attenditur,

6 & non cogitatum,& opinio d.l.diuus.Facit ✝ etiam, nam quando cogitatum tendit veriſimiliter ad finem ſecutum, tunc punitur:licet aliter fuerit ſecutum quàm cogitauerat in his quæ ſunt de genere prohibitorum, dando operam rei illicitæ, vt in c.fi.de homic. in vj. d.l.quoniam multa. l.prima. §.ex incendio. ff.de incen. rui.nau. l.ſi quis aliquid. §.qui abortionis. ff.de pœn.l.iij. §.adiectio. ff.de ſicar.in quibus attenditur factum & euentus, & non animus & cogitatio delinquendi, nam in eis punitur factum, & non intentio. Angel. in dicta glo.appenſatè. & per Mar.poſt Barto.in dicta l.diuus.vbi declarat.& in l.is qui cum telo.C.eod.& in conſi.vij.& in locis ſupra pro-

7 ximè.Facit ✝ dictum glo.in d.l.diuus.& in d.l.j.§.diuus.& in l.j.C.de ſicar.& Marſi.in conſil.lxvij. quòd ſi quis voluerit percutere tantùm, & non occidere, quòd tenetur ſi occidit,& ibi Bart.& Bald.& Saly.in dicta l.quoniam multa.& in l.data opera.C.de accuſat. & de hac quæſtio. per Brixien. in quæſt.lxxxvij. & Alber.in rubr. C.de ſicar. faciunt etiam dicta per Alber. in d. l.quoniam. de cognoſcente coniugatam, quam

8 credebat ſolutam. Cepo.in ✝ conſil.xxxiij. conſulit contrarium & refert etiam Deci. in l.vt vim.in fin.ij.nota.ff.de iuſtit.& iur. vbi ſi defendendo ſe occidat alium, conſuluit Cepo.non teneri pœna ordinaria,& mortis.ex quo licet fuerit in dolo cogitando occidere Sempronium,tamen in occidendo Titium,non fuit in dolo,ſed culpa,cùm non cogitauit eum occidere, & ſic ratione culpæ non tenetur pœna ordinaria ſtatuti,vt ibi proſequitur. reſpondet Marſil.in dicta l.diuus. & in d.conſilio vij. & in locis

ſupra

ſupra intelligendo maximè ſtante amicitia, aut affinitate occiſi, & inimicitia eius,
9 quem cogitabat occidere, nam † contra amicum, & conſanguineum non eſt præſumptio cogitationis mali. Iaſ.in l.j. ff.de legi. Aretin.in conſil.cxlvij. Gandi. in rubri. de homic.verſic.ſolutio.Mar.in d.§.diuus.& in dicto conſil.vij. & Cepo.in dicto conſil. xxxiij. vbi fuit occiſus conſanguineus. glo.& alij in dicta l.j. C.de ſicar. Bald.in l.fin. xx.oppo.C.de hæred.inſtit.Felin.in c.fin.de homic.tenendum eſt ergo, & concludendum occidentem non teneri pœna ordinaria delicti in hac quæſtione, ſed pœna mitiori pro culpa, aut pecuniaria, vt proſequitur Cepo. in d.conſil.xxxiij. & ita etiam tenet Boniſ.in tubr.de inſul.& percuſ.& tenuit Anan.in cap.fin.de male. vbi dicit ita intelligendum Bart.in dicto §.deliquunt,& ita tenent glo.50.diſtin.can. quantum.& ita intelligi debet opinio Andr.in dicta conſtit.terminum vitæ.& Matthæ.& aliorum ſupradictorum cum allegatis, vt licet teneatur de occiſo, & eadem lege, non tamen
10 eadem pœna, ſed mitiori.& ita conſuluit Tho.in conſil.v.per totum.Et ex † his etiam deciditur quæſtio de mediatore occiſo, nam ſi quis videns duos rixantes interpoſuerit ſe in medio animo ſedandi rixam, & alter rixantium volens percutere ſocium rixantem percuſſit mediatorem, & occidit, non tenetur pœna mortis, ſed alia mitiori propter culpam, ita dixit Ang.in l.ſi cum ſeruo.ff.de iniur. Cepo.in dicto conſil.xxiij. Petr.Girar.in ſingu.ix. & Marſi.in d.l.j. C.de ſicar.& in d.l.diuus. & in l.de minore. in
11 prin.ff.de quæſt. Vbi etiam † tradit de extrahente dardum, & ſagittam, vt auem occidat, & hominem occidat tenetur pro culpa, & non dolo, & ibi dicit habuiſſe in facto, & condēnaſſe ad exilium per quatriennium non obſtante ſtatuto, quòd occidens occidatur: cùm intelligatur ſtante dolo, & non culpa etiam lata, vt ibi plenè & per Cep.
12 in dicto conſi.xxxiij. & Deci.in conſi.ix. & Socin. in conſi.xvj.j.volum. Sed † quid ſi occidens mediatorem dolo occidat, vt quia ex eius cauſa ſocius rixans aufugit, & videns non poſſe ſocium fugientem occidere, occidat mediatorem, an teneatur pœna ordinaria? videtur quòd ſic, ex quo fuit dolus in occidendo, quod verum eſt, niſi calor iracundiæ excuſaret ipſum maximè nulla ſtante inimicitia, ſed fortè amicitia,
13 aut parentela cum mediatore. Calor † enim iracundiæ inconſultus excuſat à pœna ordinaria occidentem, vt per Roman.in l.cùm mulier. verſic.aduerte tamen.ff.ſoluto matr. vbi dicit excuſare etiam, quòd iracundia proueniret aliter quàm facto occiſi. Par.in tract.ſyndi.verſi.quidam. idem conſuluit Paul.de Caſt. in conſilio cxcij. incip.
14 in cauſa carceratorum, & per Felin.in capit.dilecti. de except. Faciunt † etiam dicta Panorm.in cap.olim.de reſcript.de iuſto dolore commoto ad occidendum quem non potuit temperare, vt per Mar. in l.prima.in princ. ff.de ſicar.& in pract.in §.quoniam.
15 & in §.vlterius. Thom.Gram.in volum.xxiij.& Mar.in conſil.cxviij. Limita † tamen niſi faciat occidens pro tuitione ſui corporis, ſi aliter non potuit euadere niſi occidat mediatorem, nam tunc etiam dolo occidendo non tenetur, vt not.Angel.in l.ij. C.de ſicar.& Auguſt.poſt Angel.in glo.& dictus Titius ſe defen. verſic.quæro an maritus. aliter mediator non poteſt offendi, vt per Angel. in dicta gloſſ. dicto verſic. quæro.
16 Et nota † de iſto mediatore, quòd ſi alicui rixantium fecerit iniuriam animo ſedandi rixam, non poteſt ex hoc accuſari. Angel.in l.ſecunda. §.occiſori. ff.ad Sille.& not.in l.excuſantur. ff.ad Sille. & per Innoc. in cap. ſicut dignum. de homicid.& per Cepo.
17 j.conſil.& alios, vbi ſuprà, & per Bald.in marga.in verſi.vadens. Limita † tamen niſi fingat ſe mediare, & percutiat, vt ibi per Angel.& alios ſuper Cepo.in dicto conſil j.
18 Sed quid † ſi in propoſita quæſtione ambos occidat Titium, & Sempronium, cùm alterum tantum vellet occidere, an teneatur de duplici homicidio, dic quòd ſic, vt in l.ſcientiam.§.qui cùm aliter.ff.ad leg.Aquil.no.in l.eum qui.§.j.de iniur.Cep.in conſi. xxvj.Sal.in l.gracchus. C.de adulter.Bald.in l.vbi.in fi. C.de tranſact. vbi quid ſi alter

erat bānitus,& hoc facit pro ſtatuto puniēte duos occidentes,vt ibi.& Bal.in l.quid ergo.§.ait prætor.ff.de infamib.& Bart.in dicta l.diuus.& de vno inſultante,& percutiente plures ſimul,& in eadem rixa,an puniatur pro omibus percuſsis,per Bonifa.in opere malef.in rubr.quid ſit accuſatio.quòd pro vnico inſultu & percuſsione,& non
19 omnibus etiam pluribus.Sed † quid ſi volens hominem occidere occidit aſinum, an puniatur de homicidio propter animum occidendi hominem?ponit Dyn.& Ang.& Alex.poſt Bar.in l.impuberem.§.primo.ff.de falſ.Bar.& Mar.in dicta l.diuus.& Ang. in dicta gloſſ.& appenſatè.vbi quòd non,ſed lege Aquilia,& maximè in regno in quo non animus & attentatum punitur,ſed factum,per conſtitut.aſperitatem.& ibi dicta per Andr.de extrahente ſagittam animo occidendi, q non puniatur de homicidio.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Duo ſi occidant vnum vt quia vnus mortaliter vulnerauit,alter in totum exanimauit an ambo puniantur de homicidio,& de peſſimo conſilio cuiuſdam aduocati.nu.2. & quid ſi incertum eſt de vulnerante.nu.3.*
4 *Vulnera per duos illata, licet non mortalia ſi ex eis moriantur,an ambo puniantur.*
5 *Duo ſi ex propoſito & habito tractatu percuſſerunt,an omnes teneantur de occiſo.& nu.9. & quid in dubio præſumatur.num.7.*
6 *Lex ita vulneratus fuit ante l.item mela.§.celſus.ff.ad leg.Aquil.*
8 *Percutientibus pluribus an omnes teneantur,vide diſtinctionem.*
10 *Irregulares ne ſint omnes,ſi omnes percuſſerunt.*
11 *Vulneribus ſtantibus pluribus ſi inquiſitus offerat probare qualiter ex ſuo vulnere non fuit mortuus,an puniatur.*
12 *Vulnus inferens non mortale in corpore debili & infirmo an teneatur de occiſo.*
13 *Febris ſi ſuperueniat in non mortiferè vulnerato, an ſi moriatur, teneatur de homicidio.*

1 QVARTO Quæro † dictum eſt de vno occidente duos, quid econtra ſi duo occidant vnum, & quia vnus mortiferè vulnerauit,alter ſuperueniens in totum exanimauit, an vterque teneatur,an verò alter tantum occidens in totum, & qualiter, tex.in l. ita vulneratus.ff. ad legem Aquiliam. dicit vtrunq; teneri in hoc text.in capitulo,ſignificaſti.lo ſecundo.de homicidio.& ita etiam tenet Andr.& Mar.in d.conſt.terminum vitę.ij.q.per tex.in l.qua actione.§.ſi quis ſeruum ægrotantem.& in l.ita vulneratus.in prin.ff.ad leg.Aquil.& autor.Bar.in l.ſi in l.ſi in rixa.ff.de ſica.vbi nedum ſi in totum ſecundus exanimaſſet, & mortaliter vulneraſſet,ſed etiam ſi nō lethaliter: nam licet in corpore ſano vulnus non eſſet mortale,tamē in debilitato & mortiferè vulnerato efficitur mortale,& ideò vterq; tenetur per d.iura,ſecùs tamen ſi primus non intulit vulnus mortale, ſed leue: nam tunc primus non teneretur de occiſo,ſed vulnerato,& alius teneretur de occiſo, niſi habito tractatu primus intuliſſet vulnus animo auxiliandi,& aſsiſtendi,& ita reſidet Bar.& Matt.vbi ſuprà.& Boni.in rub.de inſul.& percuſ.ver. pone q aliquis per-
2 cuſsit.& plenè Ang.in gl.And.auxil.& Bel.in pract.in rub.de quæſt.in fi.In † contrarium videtur tex.in l.item mela.§.celſus.ff.ad leg.Aquil.vbi primus tenetur de vulnerato,ſecundus de occiſo.& in l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.ver.ſed ſi manumiſſus.ff. eo. per quem tex.d.§ celſus.dixit Bal.in d.l.ita vulneratus. quòd quidam aduocatus vulnerantis dederat ei cōſilium,quòd per alium faciat vulneratum in totum exanimari, cùm poſtea ipſe non teneatur de occiſo,dicit tamen præmiū aduocati laqueū fore,& per eundem in c.j.quib.mod.feud.amit.& Ang.in d.§.celſus.& per Feli.in c.de cętero.

de

de homi.& Iaſ.in ſi ab hoſtibus.ff.ſol.mat.& Mar.in l.j.in princ.xv.limi. ff.de ſic.& in
l.nihil.intereſt.ff.eo.& in pract.in §.oportunè.Franc. de Cre.in ſingu.lv.incip.quidam
malus aduocatus.Roma.in ſingu.cclvj.vbi dicit lucratum fuiſſe clamydem de ſerico,
& euaſiſſe primum vulnerantem à morte.An.ꝛ.in c.ſignificaſti. el ij. de homic.Petr.de
Anchar.in conſil.lxxviij.Floria.in d.l.ita vulneratus.& in d.§.celſus. Cepol. in caute.
v.verſi.alia.& in caut.xxij.Io.de Arno.in proble.vj.vbi limitat conſtit.reg. terminum
3 vitæ.Iaſ.tamen in d.l.ab hoſtibus.tenet contrariũ,quòd teneatur de occiſo.Flor.†ve-
rò in d.§.celſus.& in d.l.vulneratus.& Cepol.in dictis cautelis tenent, quòd aut con-
ſtat primum vulneraſſe mortaliter,& tunc vterque tenetur de occiſo.d.l.ita vulnera-
ratus,& ita ſentit glo.ibi,aut eſt dubium,an primus mortiferè vulnerauetit, & quia
non conſtat vulnus mortale,& tunc non tenetur de occiſo,ſed vulnerato,& ita ſentit
4 glo.in d.l.ita vulneratus.in quantum reſpondet.ad d.§.celſus. Et † ſentit etiam Bart.
in d.l.ſi rixa.ꝙ ambo puniantur, nam ſi duo mortiferè vulneraſſent, vt quia quodli-
bet ipſoium vulnerum non erat mortale, tamen ambo feciſſent mori vulneratum,
ambo tenerentur de occiſo, & ſic,ſi ambo mortalia, multò magis tenerentur per di-
ctam l.item mala.§.ſi plures trabem.& And.ſentit in dicta conſtit. terminum vitæ. &
Matth.ibi iij.q.cùm ergo ambo mortaliter:ergo vterq; tenetur,& ita dixit text.in d.l.
5 ita vulneratus,vbi ambo mortaliter vulnerauerunt, & omnes tenentur. dic. † quòd
aut ex propoſito percuſſerunt habito tractatu,& ambo tenentur indiſtinctè,vt dicit
Bar.in d.l.ſi in rixa.& Mar. poſt rum plenius,& in d l.nihil intereſt.& Matth.in d.cõ-
ſtit.terminum vitæ.ij.q.aut non conſtat ex propoſito, & tunc in totum exanimans
tenetur de occiſo,primus de vulnerato,& per d.§.celſus.vbi clarè.non obſtat tex.in d.
l.ita vulneratus, nam ibi non in totum exanimauit, ſed lethaliter ambo vulnerauerunt,
ideò omnes tenentur de occiſo.at in d.§.celſus.erat certum Secundum occidiſſe:
ideò ſecundus tenetur.in caſu verò d.l.ita vulneratus, ex quo non erat magis certum
quis occidit, ſed certum erat omnes lethaliter vulneraſſe,omnes certum eſt occidiſſe:
in d.§.celſus.certius erat ſecundum occidiſſe quàm primum:ideò is de occiſo punitur
ex quo certum,ſicut quando duo lethaliter vulneraſſent,cùm nec magis certum eſſet
6 de vno quàm alio,& certum eſt ambo occidiſſe,vterq; tenetur,vel † dici poteſt,quòd
lex ita vulneratus, eſt lex Iuliani,qui fuit ante Vlpianum cuius erat l.item mela.§.cel-
ſus.& viſis ambabus opinionibus,& Iuliani,& Celſi, magis inclinauit in opinionem
Celſi quam etiam ſecutus fuit Marcellus, quàm in opinionem Iuliani, vt patet ex d.
§.celſus.ibi,& hoc probabilius eſt quaſi inclinando in hac partem Celſi.& non Iulia-
7 ni. Nec † tunc in dubio præſumendum eſſet ex propoſito aduениſſe ad vulnerandum,
& occidendum niſi ſpecialiter & clarè probaſſet per doct. Bal.in l.non ideo minus.C.
de accuſ.in quantum dicit pluribus coadunatis non quemlibet teneri de occiſo.ſed
de eo quod quilibet fecit,niſi clarè & diſtinctè probaretur ex propoſito coadunatos,
ita etiam Ang.in gl.And.Arm.& in glo.& dicto malef.ſemper aſti.in fi.verſi.& aduer-
tas.Marſi.plenè.in pra.in §.conſtante.& in l.nihil.intereſt.& in l.fin.verſic.vlterius.&
verſi.ſed iſtis viſis.ff.de ſic.vbi in dubio præſumitur caſualiter aduениſſe, & nõ ex pro-
poſito.& per Feli.in c.ſicut dignum.de homi.& in c.ſignificaſti. eo.& Anch.in conſi.
ccxvij.vel dic, vt per Alb.de Roſa.in d.§.celſus.vbi diſtinguit in intellectu d. §. celſus.
8 Etiam † ex prædictis foret diſtinguendum,quòd aut primus non lethaliter vulnerauе-
rit,& ſecũdus lethaliter,vel occidit,& tũc ſecũdus tenetur de occiſo,& primus de vul
nerato.& ita procedit d.l.in rixa.& ibi tradita per Bar.& Mar.in d.ver.vlterius.& ſeq.
& in d.l.nihil.intereſt.aut primus lethaliter percuſſit, & ſecundus non lethaliter, &
tũc ſecundũ Bar.in d.l.ſi.tenetur de occiſo,quia vulnus nõ lethale in corpore ſano ef-
ficitur lethale in corpote debilitato.l.qua actione.§.ſi quis ſeruũ ægrotũ.ff.ad l.aquil,

& in d.l.ita vulneratus.in prin.quod tamen non procedit iure ſtatuto, aut primus lethaliter vulnerauit, ſecundus in totum exanimauit, & tunc ſecundus tenetur de occiſo, & primus de vulnerato, ex quo magis certum eſt quis eſt qui occiderit, dic. §. Celſus.aut ambo lethaliter vulnerauerunt, & tunc ex quo certum eſt omnes occidiſſe,omnes tenentur de occiſo, & ita procedit.l.ita vulneratus.§.j.And.in d.conſtit.terminum vitæ.& Bald.in d.l.non ideo minus. verſi.ſed iuxta huc venit.vbi dominus & ſeruus lethaliter vulnerauerunt, & ambo fuerunt decapitati,aut vnicum fuit vulnus mortale,& neſcitur quis intulit: & tunc omnes tenentur non tamen capitaliter propter incertitudinem, & ita procedit text.in d.l.item Mela. §.ſi plures. ff.ad leg.Aquil.
9 fallit †iſta diſtinctio,niſi clarè conſtaret inſimul auxilium impendiſſe,& ex propoſito aduenisſe, & occidiſſe:nam tunc omnes tenentur.d.l.ſi in rixa. & per Mar.in d.l.nihil intereſt.in dubio autem caſualiter, & non ex propoſito interpretandum eſt, vt ſuprà.
10 Limita †tamen,quoad irregularitatem incurrendam, nam omnes efficiuntur irregulares, vt per Specu.in tit.de diſpenſat. §.iuxta.Hoſtien.in ſum.de homic. §.qua pœna. & Nico.ploui.in trac.irregularita.xxviij.irregulari. & per Floria.in d.§.celſus. & vide
11 longam apoſti.poſt Panor.in c.fin. de tempo. ordina. Sed † quid ſi ſtantibus pluribus vulneribus inquiſitus offerat probare, qualiter non ex vulnere, de quo inquiritur contra eum fuit mortuus, ſed ex alio vulnere alterius an audiatur,dic, vt per Bonif.in
12 rub.de inſul.& percu.Sed †quid ſi quis intulit vulnus,quod in corpore ſano non erat mortale,alicui infirmo debili,& ægroto, & mortuus fuerit,an teneatur de occiſo:videtur quòd ſic, per text. clarum in d.l.qua actione. §.ſi quis ſeruum ægrotum. ff.ad leg.Aquil.& ibi Flor.tenet,quòd ſic.& in d.l.ita vulneratus.& Ang.in d.glo.ex interuallo.verſ.quid autem ſi percuſsit.vbi reprehendit defendentes homicidas articulantes, quòd vulneratus erat debilis,& ægrotus, potius articulando contra accuſatum, quàm pro,& ita aliâs vidi articulari me exiſtente aduocato contrario. Cuman.tamen conſuluit contrarium quòd non tenetur de occiſo, vt in conſil.cxxxiiij. Cepo.etiam contrarium conſuluit,vt in conſi.lxij.per totum.nõ obſtat d.l.qua actione.nam aliud eſt in l.Aquilia, quo ad damni æſtimationem, aliud in l.Cornelia. quo ad pœnam,vt dicit Barto. in d.l.qua actione. §.ſed ſi plures. faciunt ante dicta, nam ex loco percuſſionis deprehenditur animus occidendi, qui in l.Cornelia ſpectatur. ſed per vulnus illatum in loco non mortali, non deprehenditur animus occidendi, vt puniatur pœna ordinaria,cùm ſtatuta & reg.conſtit.factum & mortem.cum animo requirant:ſed vulnus in tali corpore ſui natura,& de per ſe non erat mortale,ergo de culpa tenetur,
13 & non de dolo. Sed †quid ſi febris ſuperueniat in non mortiferè vulnerato, an teneatur pœna ordinaria,ſi fuerit mortuus? Cepo.in d.conſi.lxij.ſentit, quòd aut proceſsit febris ex vulnere principaliter, & non ex alia cauſa,& tenetur de occiſo, aut ex alia cauſa quàm ex vulnere, & tunc non tenetur de occiſo,ſed de vulnerato, licet vulnus coadiuuauerit,vt febris ſuperueniat,dic vt per Felin.in c.presbyterum.& in c.ſignificaſti.extra de homic.& per Alber.in tract.ſtatu.in ij.parte.quæſt.xxxvj.& Boni.in tit. quid ſit accuſatio.Socin.in conſi.clxxviij.Bald.in conſi.cxcv.j.vol.Cuman. in conſilio cxxxiiij.Cepo.in conſi.xlj.Thom.Gra in conſi.ij.& in vol.xxiiij.Mar.in d.l.nihil intereſt. ff.de ſicar.& in pract. in §.& quia.Ang.in d.glo. & dictus Titius ex interuallo. & Gand.in rub.de homic.& per Andr.in d.conſtit.terminum vitæ. verſi c.qui mortiferè vulnerauit.vbi ſi ex alia cauſa fuerit mortuus,an teneatur,ſi mortaliter vulnerauit.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Vulnere vno mortali apparente ſi plures percuſſerunt, vel non omnes percuſſerunt, ſed vnicum fuit vulnus ex quo mortuus fuit, & neſcitur quis intulit, an omnes teneantur*

*neantur de occiſo.*
2 *Occidentes plures coadunati, & ex propoſito omnes tenentur.*
3 *Homicidio in rixa commiſſo quilibet tenetur de eo quod facit ſi ſunt coadunati ad verberandum non occidendum, & quid in pluribus coadunatis in regno. nu. 4.*
5 *Vulnere mortali illato ſi neſcitur ex pluribus coadunatis quis intulit poteſt torqueri ſolitus, & quod caporalis & author rixæ tenetur. nu. 6.*
7 *Caporalis quis dicatur.*
8 *Irregulares an efficiantur omnes coadunati licet non percuſſerint, ſed aliqui tantum.*
9 *Lapidem proiiciens pluribus exiſtentibus in domo vel coquina ſi occidat, & neſcitur quis ſit an omnes teneantur de occiſo.*

1 QVINTO Quæro, quid † ſi plures percuſſerunt, & vnum apparet vulnus mortale, vel non omnes percuſſerunt, ſed vnum apparet vulnus ex quo mortuus extitit, & neſcitur quis eum intulit, an omnes de occiſo teneantur? hæc quæſtio originariè fuit glo. in d. l. fin. ff. de ſicar. quæ dixit omnes teneri de occiſo, ſi ex propoſito, per text. in d. l. item Mela. § ſi plures. & per text. in l. ij. §. fin. de his qui deiece. vel effude. & per alia iura, nec dicit qualiter, & qua pœna teneantur. Barto. verò in dicta l. fin. facit longam diſtinctionem, nam quandoque lethaliter vulnerauit quis, & alij non lethaliter, & apparet quis primò vulnerauit, tunc omnes tenentur de occiſo, per l. qua actione. §. ſi quis ſeruum ægrotum. ff. ad legem Aquil. nam in debilitato, vulnus non mortale efficitur mortale, de quo per Cepol. in conſi. xlj. & Marſi. in d. l. nihil intereſt. verſi. item vltra præmiſſa. Aut plures non lethaliter percuſſerunt, alter verò poſtea lethaliter: tunc ſecundus punitur de occiſo, alij de vulnerato, cùm ictus cuiuſque inſpiciatur. d. l. fin. per dictã l. item. Mela. §. ſed ſi plures. niſi fuerint coadunati, & ex propoſito, nam tũc de auxilio tenentur, & de his dictum fuit ſuprà. aut non apparet quis primò, & quis poſteà percuſſerit lethaliter, & tunc ſi omnes percuſſerunt, licet non lethaliter, ſi ſimul iuncto iudicio medicorum fuerint mortalia, omnes tenentur de occiſo. d. § ſi plures. & dicta l. ita vulneratus. in fin. & Innoc. in c. ſignificaſti. extra de ſentent. & Cepo. d. conſi. xlj. aut conſtat omnes percuſsiſſe, ſed vnica percuſsio eſt mortalis, & neſcitur quis eam intulit, & tunc omnes tenentur. d. §. ſed ſi plures. & d. §. ſed ſi ſeruum plures. & d. l. ita vulneratus. in fin. nec tamen in hoc dicit qualiter puniantur, ideò ne contrarietas ſit in hoc membro, intelligas vt per eum in d. l. qua actione. §. ſed ſi plures. vt intelligatur lege Aquilia teneri, non autem lege Cornelia, vt ibi per eum, quod dicit etiam procedere in ſtatutis. Idem etiam in hoc quando omnes lethaliter vulneraſſent, per d. l. ita vulneratus. §. j. & Cepo. in d. conſi. lxij. In vltimo tamen caſu, quando incertum, contrarium tenuit idem Barto. in d. §. ſed ſi plures. quem legit cum d. l. qua actione. nam intelligit procedere, iuxta diſpoſitionem legis Aquiliæ, & non legis Corneliæ, nam 2
tunc nullus tenetur, & ſic non pœna d. legis Corneliæ, & mortis, & ita dicit tenere gl. ibi limitando, niſi ex propoſito omnes affuiſſent, tunc omnes tenentur. Andr. verò in d. conſtitut. terminum vitæ. ſimpliciter tenet omnes teneri per dictum §. ſed ſi plures. multo fortius, ſi omnes mortiferè vulneraſſent, ſed ſi non omnes mortiferè, tenentur de vulnere, & non de occiſo, niſi conſtet mortaliter vulneraſſe, quod probatur ſi infra tres dies fuerit mortuus, nec aperit an pœna mortis teneantur, idem glo. in c. cupientes. §. cæterum. verſic. culpabiles. de electi. in ſexto. dicit omnes teneri de occiſo, non tamen declarat, an pœna mortis. Dyn. verò, vt refert Gand. in rubr. de homic. in fin. verſic. & circa hanc materiam. diſtinguit in hoc, quòd aut nullus in crimine fuit de-

prehenſus,& tunc ſi neſcitur quis intulit vulnus mortale,nullus punitur,ſi verò plures,& omnes in actu delinquẽdi deprehẽſi ſunt, licet vnica fuiſſet percuſsio mortalis omnes tenentur: quia omnes deprehenduntur in animo delinquendi,& ita intelligit d.§.ſed ſi plures.& ſic innuere videtur,quòd aut ex propoſito,&omnes tenentur, aut non,& tunc nõ tenentur de occiſo.Breuiter in hac quæſtione docto.tenent communiter cum Gand.in dicta rubri.de homi.verſic.pone quæſtionem quam ego multoties ſectatus Alber.Papi.quòd eo caſu, quo neſcitur quis intulit vulnus mortale, ſiue non fuerit aliud vulnus mortale,ſiue alia, non tamen mortalia, quòd ratione incertitudinis ex quo non conſtat clarè,quis intulit illud vulnus,nõ ſunt pœna mortis puniendi,ſed tamen tam ratione incertitudinis, quàm etiam quia in præſumptionibus corporaliter,& ad mortem quis non damnatur,pœna eſt minoranda, vt non omnes moriantur,ſed alia pœna puniantur,& ita aliàs fuit interpretatum,&executum dum Parmæ occurriſſet, & hanc opinionem tanquam æquiorem & iuri conſonam ſectantur communiter omnes legentes,& conſulentes, ita etiam concludit Gandi.in rubr.de pœnis.& Alber. multos antiquos refert in dicta l.fina. ff.de ſicar.& in dicta l. item mela.§.ſed ſi plures.& in l.quoniam multa.C.ad leg.Iul.de vi publi. poſt Cyn. & ita intelligitur glo:in dicta l.fin.ff.de ſicar.vt licet dicant omnes teneri, non tamen de occiſo ad mortem,ſed alia mitiori,& gloſſ.in dicto §.ſed ſi ſeruum plures.& Bart.ibi, quòd nullus videlicet teneatur:intelligitur pœna mortis,& legis Corneliæ, nõ autem alia mitiori,cùm ea teneatur,ne delicta remaneant impunita,& ita Alber.in dicta l.fi. hanc etiam opinionem ſequitur Bel.in practica.in rub.de quæſtio.in fin.q.circa fin. & Boni.in rubr.de inſul.& percuſ.in tit.de pœnis.in fine.verſiculo, item vbi eſt certum. idem Specu.in tit.de homic.§.j.ver.pone quòd quatuor homines.& in tit.de diſpen.§. iuxta.verſic.quid ſi aliquis.& ibidem per Ioan. And.& in regu.in obſcuris.de reg.iur. in ſexto.& Hoſtien.in ſum. in titu.de homicid.§. qua pœna. idem conſuluit Anchar. in conſil.ccxvij.incip.nos Bartholomæus. vbi dixit omnes docto. Bon.ita intelligere glo.in d.l.fi.& ita etiam Ana.in c.ſignificaſti.de homicid.lo ſecundo.& poſt eum Feli. Alexand.plenè in conſil.xv.primo volu.& conſi.xlvj.iiij.volu.& in conſil.ij.vij. volu. & conſi,xiiij.iij.volu.Cepo.in conſi.xlj.Alexan.poſt Bar.in l.damni infecti.§.ſabini.ff. de damno infecto.Barb.in conſi.incip.clementiſsimi Dei.Roma.in conſil cccej.Bald. in conſi. lxij.v.volu.& conſil.cccxj.iij.vol.& in vltimo conſil.eiuſdem volu.& in ſuo reperto.in verſic.vulneratus vno vulnere. j.ver.Cuma.in conſi.cxxxiiij.Alex.in conſ. lxv.ij.vol.Matth.in d.conſt.terminum vitę.iij.q.& per Marſi.in pract.in §.poſtquam. & de hac quæſtione,per Marſil.in rub.C.de probat.in materia incertitudinis.& in l.j. in princip.xvj.fallen.& in l. nihil intereſt.& in dicta l.fin.ff.de ſica.& in l.j.§.diuus.eo. & in l.j.C.eod.& in ſingu.ccxvij.& in ſing.cccciij.& in conſi.xxiiij.& in conſil.xxxiiij. & conſilio xxxix.& conſil.xliij.ſecundo dubio.& conſi.l.& ſeq.& conſilio lvij.in fin. & conſilio lxiij.& conſilio lxix.& conſilio cx.Thom. in conſilio iiij.& conſilio v. Li-
2 mitatur † tamen dicta concluſio,non habere locum,quando pariter fuiſſent coadunati,& ex propoſito acceſsiſſent ad occidendum, nam tunc omnes tenentur, vt dicit Bartol.in dicta l.fin. & in dicto §. ſed ſi plures. & ita Gand.limitat in dicta rubrica de homicid.per Thomam Gram.in conſilio quarto.Matthæ.in dicta conſtitutio. terminum vitæ.& Marſil.in dicta l.fin.& in conſilio xxxiiij.& in dicto ſingul.ccxvij.tamen Alber.in dicta l.fina.ponit quęſtionem quando ex propoſito plures accedunt ad occidendum.& refert opinio.quando neſcitur quis eum occidit,& licet gloſſ.in dicto §. ſed ſi plures dicat omnes teneri de occiſo,tamẽ dicit Cyn.in dicta l.quoniam multa. tenere contrarium, quòd non pœna mortis, & hanc dicit humaniorem ſententiam, & ſic ſentit etiam quãdo ex propoſito plures interuenerint, & licet diſtinguat poſtea

ſeſe

referendo opiniones,& quòd teneantur de occiſo, quando ex propoſito, tamen in-
telligitur non pœna mortis, vt ſuprà dixit, & hoc etiam ſentit in dicta l. quoniam
multa quatenus reſpondet ad dictum §. ſed ſi plures. licet referat opinio. & in fine. vt
ſuprà diſtinguat. Sed quid in dubio præſumitur caſualiter, an ex propoſito & data
opera interfuiſſe ſi non apparet, Felin. in capitulo, ſicut dignum. de homicidio refert
3 quòd caſualiter, & per Mar. in dicta l. fin. nume. 28. & not. † quod dixit Alber. in dicta
l. fina. vt intelligatur quando fuiſſent coadunati ad verberandum tantùm, nam tunc
ſi in rixa interuenerit homicidium, quilibet tenetur de eo quòd facit, vt dicta. l. fina.
4 No. † tamen quòd licet ſuprà dicta opinio procederet de iure communi vt omnes te-
neantur, quando ex propoſito, tamen fortè in regno non procederet: nam illud eſt ra
tione animi occidendi, per l. is cum telo. C. de ſicariis. & dicta l. prima. §. diuus. at in re-
gno ſecus eſt, cùm nec animus occidendi, nec attentatum puniatur, vt in dicta con-
ſtitutio. aſperitatem. & ſic attenditur factum, vt ſuprà dictum fuit, cùm animo. Limi-
5 ta † ſecundò, quo ad pœnam imponendam, non tamen quo ad torturam inſligendam,
nam tunc ſi extat aliquis ſuſpectus, & ſolutus aliàs committere homicidium poteſt
torqueri, vt confiteatur quis intulit illud vulnus mortale, ita per Marſil. in dicta l.
prima. §. diuus. & in l. prima. C. de ſicariis. & in ſingula. ccxvij. in practica. in §. diligen-
ter. verſiculo, vlterius quæri poteſt de nota. dubio. allegat Guido. de Suza. in tracta.
de quæſtionibus. ita tenere, & per Marſil. in l. prima. in principio. ff. de quæſtionibus.
& per Ioannem de Arno. in commenta. xxv. & in ſingula. lxliij. poſt Marſil. vbi ſuprà
Sed Dyn. & poſt eum Roma. in l. prima. §. hoc reſcriptum. ff. ad Sille. dicunt omnes
torqueri poſſe qui interfuerunt in rixa ad habendam veritatem, niſi dices prius à ſolito
incipiendum, non tamen quòd alij non poſsint torqueri ſi opus fuerit, & per Tho.
6 in conſilio quinto. quòd omnes torqueri poſſunt. Tertio † limita niſi appareret quis
fuit caporalis, & inceptor rixæ, nam tunc ſolus caporalis teneretur, per dictam l. quo-
niam multa. vbi Bartol. Cyn. & Alber. in l. ſecunda. §. ſi quis non ab homine. & Alex.
poſt eum. ff. vi bonorum raptorum. & Alexander poſt Bartolum in dicta l. fina. in ſe-
xta additio. ff. de ſicariis. Bald. in conſilio cxxx. & conſilio cxxxvj. primo volumine.
Gandin. in rubrica. de defenſio. à reo facie. verſiculo, ſed pone. quòd ego Bel. in rubri.
de quæſtionibus. Paul. in conſilio cxcij. & ita in hac quæſtione dicit Bonifa. in rubrica,
de inſult. & percuſſ. & Marſil. in dicto ſingula. cccclij. incipiente, ſuperioribus annis.
& Cepola in conſilio xxxiiij. & Marſil. in dicto § diuus. & in practica. in § conſtante.
verſiculo vltimo. circa hanc materiam præceden. verſiculo. Angel. in gloſſ. Andr. au-
xilia. verſiculo, niſi fuiſſet vnus autor. Mar. in dicta l. j. C. de ſicariis. & in l. prima. C. de
raptor. virginum. numero 79. & in conſilio lxvij. & in l. eiuſdem. §. item is. ff. de ſica.
7 Quis † autem dicatur caporalis, dic vt per Baldum. in l. prima. C. de ſeruis fugitiuis.
& Alexand. in conſilio ciij. primo volumine. & Angel. in authentica, de hære. & Pal.
in principio. & Felin. in capitulo, olim. extra de accuſation. Limita etiam prædicta vt
procedant quando quis eſt incertus de certis, at ſecus quando eſt incertus de incer-
tis: quia poterat aliàs interfeciſſe qui non ſit de illis qui fuerunt in rixa: nam tunc ne-
dum punitur pecuniariter, ſed nec etiam alia pœna, per Ioan. Andr. in Specul. in titu.
de homicid §. primo, verſiculo, pone quòd quatuor. & ita intelligitur dictum Rom. c.
8 in l. prima. § ſi quis in villa in fin. ff. ad Sille. Iure † verò cano. omnes tenentur. & fiunt
irregulares, vt habetur in cap. ſignificaſti. lo ſecundo. de homi. & ibi Panor. & Felyn. &
Imo. Hoſtien. in ſumma. in titul. de homicid. verſiculo, qua pœna. & Specul. in titu.
de diſpenſatio. §. iuxta. verſiculo, quid ſi in rixa, & in titulo, de homicidio. verſiculo,
pone, quòd quatuor, & per Albericum in dicta l. finali. & in dicto §. ſed ſi plures. &
per Cardi. in clemen. prima de homi. xiiij. q. & per Pau. Gul. in tracta. de relaxa. carce.

in tit. de aboli. Innoc. vj. quæſt. & vide quod traditur in c. pen. & fin. de cler. percuſſo. vbi ſi in conflictu quis occidatur, & ibidem reperiatur clericus, etiam ſi lapides proiecit, non efficitur irregularis, & ibi per Panor. Hoſtien. & Specu. vbi ſuprà dicunt ratione incertitudinis non incurrere in irregularitatem. Panor. & Imol. in d. cap. ſignificaſti dicunt potius præſumi irregularem, quàm innocentem, dic vt per eos vbi ſuprà.
9 Idem † dicas vt ſupra fuit concluſum de pluribus exiſtentibus in domo, aut coquina, & vnus lapidem proiiciat, & occidat prætereuntem, & neſcitur quis lapidem proiecit, an omnes teneantur, dic vt ſuprà quòd non de occiſo, ſed alia pœna minori, vt per Specul. in tit. de homic. §. j. verſic. ij. & Gand. in rubri. de homic. verſic. pone quòd quatuor homines. Bartholome. Brixe. in quæſt. ſuis. quæſt. ix. Alberi. in dicta l. fin. ff. de ſicar. vbi ponit aliam quæſtionem in materia incertitudinis, de qua per Mar. in rubr. C. de probat. plenè, & per Card. in d. clemen. j. xiiij. quæſt. & vide poſt conſil. Alexand. xliiij. iiij. volum. omnes effici irregulares.

## SVMMARIVM.

1 *Homicidio dans cauſam an puniatur ſicut faciens, & quid ſi ex propoſito dat cauſam. numero 2.*
3 *Mortis cauſam dat qui ponit gladium in manu furioſi.*
4 *Latrones ſciens appoſitatos ſi tranſeunti viam ad eos oſtendat vel ducat tenetur. & num. 6.*
5 *Occidendi animo qui non percuſſit ſi ceciderit percuſſus, & occidat ſe, dat cauſam mortis. numero 7. & 8.*
9 *Arma ſua permittens extrahere, & occidere an det cauſam mortis.*
10 *Incendium immittens animo comburendi hominem in domo alterius qui mortuus ſit dat cauſam mortis propinquam.*
11 *Ligans aliquem vt occidatur dicitur cauſam propinquam mortis dare.*
12 *Occidente vno ſi alter teneat dicitur cauſam mortis propinquam præſtare.*
13 *Iudex ſi cogat ſuum aſſeſſorem vt ad mortem reum condemnet iniuſtè dicitur cauſam mortis dare, & an factum per poteſtatem præſumatur de conſilio aſſeſſoris. nu. 14.*
15 *Mandatum ſuperioris an & quando excuſet exequentem iniuſtè.*
16 *Officialis cogens indebitè reum confiteri per torturam ex qua confeſſione mortuus ſit, dicitur cauſam mortis præſtare, idem ſi cogat teſtes deponere. nu. 17.*
18 *Iudex corruptus pecunia ſi ferat iniquam ſententiam, & innocens fuerit condemnatus dicitur cauſam mortis præſtare.*
19 *Iudex accipiens pecuniam vt iuſtè condemnet an puniatur de corruptela.*
20 *Iudicem an liceat pecunia corrumpere pro abſoluendo, & liberando reo.*
21 *Officialis ira motus ſi occidat an teneatur pœna ordinaria.*
22 *Tertius ſi ira motus occidit officialem an pœna mortis puniatur.*
23 *Teſtis pecunia corruptus vt falſum dicat teſtimonium ex quo mortuus ſit, an pœna ordinaria teneatur.*
24 *Teſtis accipiens pecuniam vt dicat veritatem an puniatur, & quid ſi palam detur pecunia. num. 25.*
26 *Teſtem corrumpens qualiter puniatur in regno.*
27 *Venenum conficiens ex quo homo mortuus ſit dicitur cauſam mortis dare.*
28 *Venenans fontem aut puteum ex quo homo mortuus ſit dicitur cauſam mortis præſtare.*
29 *Venenum tenens & conficiens an pœna mortis teneatur.*
30 *Venenum ponens in medicina an puniatur pœna mortis, & an det cauſam mortis.*
31 *Venenans ſiue nobilis ſiue ignobilis pœna furcarum punitur.*
32 *Occidens veneno dicitur proditoriè occidere.*

Proditor

33 *Proditor furca ſuſpenditur.*
34 *Veneno aut proditoriè non licet forbandicatum occidere.*
35 *Venenaſſe confitens ſe abſque aliis probationibus non punitur, & de intellectu l.iij.§.ea tamen animaduerſio.ff.de ſicar.& l.ſi quis.§.qui abortionis.ff.de pœn num.36.& 37.*
38 *Amatorium dans poculum ex quo mulier mortua ſit, pœna capitis tenetur.*
39 *Poculum dans vt faciat abortum qualiter puniatur.*
40 *Mulier accipiens medicamentum vt non concipiat, an puniatur.*
41 *Mulier faciens abortum an & quando pœna capitis teneatur.*
42 *Poculum ſi detur vt mulier abortiat vt ſaluetur in partu an puniatur.*
43 *Precipitans aliquem de poteſtate aut ex alto, & mortuus ſit an pœna capitis teneatur, & det cauſam mortis.*
44 *Mortis cauſam praeſtat qui per vim ingredi voluerit poſſeſſionem alterius, & in ingreſſu homo mortuus ſit.*
45 *Mortis cauſam praeſtat qui celat Titium de cuius morte inquiritur Sempronius, vt mortuus fuerit, inde appareat Titius viuus & Sempronius condemnatus.*
46 *Iudex immoderatè torquens vel noua imponens genera tormentorum, vt mortuus ſit dat cauſam mortis, & an pœna capitis teneatur.nu.47.*
48 *Iudex fingens mittere aliquem ad ſupplicium qui timore mortuus fuit, dicitur mortis cauſam praeſtare.*
49 *Nuncius portans litteras, vel ſi fiat explorator vt occidatur quis dicitur cauſam mortis praeſtare.*
50 *Inimicos oſtendens vbi inimicus eius latitat ſi occidit, cauſam mortis praeſtat.*
51 *Gladium habentē in manu impellens ſi ſe aut aliū occidat cauſam mortis praeſtare dicitur.*
52 *Caporalis et author rixæ dicitur praeſtare cauſam mortis ſi in aggreſſu quis fuerit mortuus, idem in authore ſeditionis principaliter initæ.*
53 *Iudex indebitè torquens, & tortus in tortura dolo mortuus ſit cauſam mortis praeſtat.*
54 *Trabs aut funis ſi rumpitur in torquendo, & lapſus interit an teneatur iudex, idem ſi malè ligatus altiatus cecidit. num.55.*
56 *Iudex ſi cepit aliquem, & carcerauit, & ſe ſuſpendit an teneatur.*
57 *Mortis cauſam dans, vt pœna capitis teneatur debet cauſam mortis propinquam praeſtare.*
58 *Mortis cauſam dans etiam ſi dederit operam rei licitæ efficitur irregularis.*

1 SEXTO quæro, quia † ſuprà dictum eſt de occidentibus per ſe manibus propriis, & immediatè, ſed quid de dantibus cauſam homicidio, an puniātur, ſicut ſi per ſe manibus propriis occidiſſent. In qua quæſtione aduertas, quòd quandoque quis eſt cauſa remota ad homicidium, vt mandato, vel auxilium præſtando, & de hoc dicetur infrà ſuo loco, quandoque quis eſt cauſa propinqua ad homicidium committendum, & de hoc dicetur in hac
2 quæſtione in qua dic, quòd vbi quis † animo, intentione, & propoſito occidendi, dat cauſam mortis, tunc punitur de occiſo, & nihil intereſt an per ſe, an mortis cauſam præbeat, & ita procedit d.l.nihil intereſt. ff.de ſicar. quæ lex locum habet, vt ibi per Bart & Mar.in fin.quando dolo dedit cauſam mortis, & ſic non obſtat text.l.iij.§.adiecto.ff.de ſicar.& in l.item obſtetrix.in prīnc.ff.ad leg.Aquil. nam in eis non fuit animo occidendi factum, ideò non tenetur de occiſo, vide in can. ſtudeas. l.diſtinct. & tradita in c.de cætero.vbi Felin.de homic. & Lud.Montal.in tract. de reprob.ſentent. pila.in fin. & per Bonif. in rubr. de inſul. & percu. verſic.ſed quid vnus cœpit, & per

Andr.in conſtitutio.terminum vitæ.vbi de cauſa propinqua,& remota, & de animo
occidendi,& per Cepol.in conſilio xxiiij.& ſeq.ſeu xxxiiij.& per Alexand.in conſilio
cxl.ſecundo volu.exempla autem ponit gloſſ.in in d. l.nihil intereſt. & traditur in l.j.
C.de emen.ſeru.vbi Bald.& ibi de exemplis ex quibus pœna capitis plectatur ſtante
3 dolo.Dat † ergo mortis cauſam,qui dat gladium in manu furioſi, vt ſe,aut alium oc-
cidat,nam ſi doloſè fecerit,& ſe aut alium occidat,tenetur de occiſo.l.j. in princ. ibi,
cuiúsve dolo malo.& §.primo.ff.de ſicar.d.l.nihil.intereſt.& l.prætor.§.ſi publicanus.
4 ff.vi bonorum rapto.& l.qui occidit.§.penul.ff.ad leg.Aquil.Andr.etiam † in d.con-
ſtitu.terminum vitæ. exemplificat in eo qui ſcit latrones congregatos,& oſtendit ali-
5 cui malam viam,vt iret ad latrones,& occiderint eum.Idem † ſi dolo,& animo occi-
dendi percutiat aliquem,& ex percuſsione cadat in terram, aut ſupra lapidẽ, & fran-
gat ceruicem, & mortuus ſit:nam tunc dicuntur hi mortis cauſam præbere,vt de oc-
ciſo teneantur:ſecùs dicit,ſi alius impellit ad cauſam,vt not.in d.c.ſtudeat.vel ſi ordi-
nat capi,&ex captura moritur.cap.ſicut.dignum.§.primo.de homicid.vel ſi iram Re-
gis inflãmauerit contra aliquem , & occidat dicto cap.ſicut.§.ij. nam tales ſunt cauſa
remota,& de occiſo non tenentur ordinaria pœna,niſi dolo induxerint animo occi-
dendi,vt ibi not.de primo exemplo per And.dic vt per Gand.in rubr.de præſumptio.
dubita.circa fi.verſic.decimum colligitur indicium.& Boni.in rubri.de ind.verſiculo,
6 item qui ſuaſit alicui,& in rubr.de hom. verſicu. item qui ſuaſit aliquem. & gl.† in l.
tertia.§.qui aud tor ſeditionis. ibi.iiij.cauſa.ff.de ſic. vbi de eo qui ſcit inimicos apoſta
tos ad occidendũ, & pergente per vnam viã oſtendat viam inimicorũ, qui ab eis fue-
rit occiſus,facit:nam perſuaſio eſt cauſa immediata delicti facti, vt dicit Barto.in l.ob
hæc.ff.de infami,licet loquatur in perſuadẽte delictum.de ſecundo vt de percutiente,
& cadente,ſequitur Salyc.in l.de prioribus.C.ad leg.Aquil.vbi dicit fore cauſam im-
mediatam ad ſequentem,licet Bald ibi contrarium dicat,& vide per Feli.in d.c.de cę-
7 tero.non † obſtat quod Aret.conſuluit in conſilio cxlvij.prout refert Felin. in tract.
de cona.& Iaſ.in l.prima.ff.de legi.& Marſil.in d. l.nihil intereſt. de percutiente cum
pugno,& cadens in terram ſupra lapidem ex percuſsione moriatur,quòd non tenea-
tur pœna ordinaria,nam intelligitur,quando non dolo,& animo occidendi quis de-
prehenditur ex percuſsione,& armorum genere,vt ſuprà dictum eſt:ſecùs ſi dolo per-
cutiat,& vulneret,& cadat in terram,& ſe occidat, nam tenetur de occiſo,& ita pro-
8 cedat dictum And.& d.l.nihil intereſt.Et † de impellente aliquem habentẽ gladium
in manu,& ſe occidentem,an teneatur de homicidio,dic vt per Ang.in conſilio xxvij.
& per Par.in verbo,pœna,verſi.tu qui vadis in birraria.& per doct. in l. ſi gemina. ff.
arbor.fur. cæſa.vbi Ang poſt Bar.& Ang.in gl.& ipſum Titium percuſsit. Floren.in
l.qua actione.§.celſus.ff.ad leg.Aquil. & vide per Matth.in conſtitut. ſi quis aliquem.
xvij.& xxviij.quæſti.& de impellente,vide Bal.in l.pe.C.ad leg.Aquil. Alex.poſt Bar.
in d.l.ſi gemina.& Bal.in l.ſi familia.ff.de iur.omn.iudi. & in l.ſi de interpretatione.ff.
9 de legi.Cardi.autem in cle.j.pen.quæſt.de homi.dicit non effici irregularem.Ang.† in
d.l.nihil.intereſt.exmplificat ſi permittat alicui arma extrahere vt occidat,vel domum
ad adulterandum , vt ibi per Marſi.in fi.ſed hæc conferunt ad remotam cauſam, vt de
10 auxilio teneantur,de quo ſuo loco.At † multa poſſent dari exempla de cauſa propin-
qua vt ordinaria pœna puniatur , vt ſi quis incendium commiſerit in aliqua domo
dolo malo,& hominem occiderit,& concubuſſerit , vt in l.j.in prin.ibi cuiúsve dolo
malo incendium factum eſt.ff.de ſic.quòd intelligitur hominem occidendo incendio,
ſi dolo,& animo hominem occidendi ignem immiſerit.l.qui cædes.ff.de incend.rui.
naufr.& in regno eſt tex.in conſt.qui doloſè. de incendia. vbi immittendo ignem in
domo alicuius in ciuitate pœna mortis punitur , quòd intelligit Andr.ibi,& d.l.qui

ædes.ſi homo ex incendio occidatur,& non aliter,& ita etiam intelligit d.conſt.Tho. Gra.in vol.xix.verſ.nec magnifacienda eſt.& ita etiam intelligit d.conſt.Matth.ibi,&
11 in conſtit. ſuper inciſionibus.x.not.Item † mortis cauſam propinquam dicitur præſtare,ſi quis animo occidendi,& vt facilius occidatur aliquem ligauerit: nam ſi alius occidat, ligans tenetur de occiſo, vt in l. item Mela.§.ſi alius.ff. ad leg. Aquil. Panor.
12 in c.lator.& in cap.ſuſcepimus.de homi.Idem † dicitur præſtare cauſam homicidio,ſi vnus teneat,& alter occidat,nam tenens dicitur cauſa propinqua homicidio, vt per
13 Boni. in rubri. de inſul.& percu. Item † ſi officialis vt præſes iuſtitiarius, aut poteſtas cogat ſuum conſiliarium aſſeſſorem,aut auditorem ſuum ad condemnandum reum pœna capitis & mortis,qui non erat condemnandus,nam talis dolo faciens,pœna capitis tenetur, vt in l.prima.in prin.ff.de ſicar.vt ibi intelligit Bart.in prin.& poſt eum Alexand.& tex.in l.lege Cornelia.in princ.& ibi Mar.ff.de ſicar.Amode.iuſti. in trac. ſind.ſub.num.117.& Brun.in tract.ind.ij.par.vj.q.& Ang.plenè in glo.de conſenſu & deliberatione.vbi dicit idem teneri antianos ciuitatis,& præſidentes cogentes officialem ad condemnandum ad mortem vel abſoluendum,qui etiam tenentur lege Iulia de vi publi.l.leg.Iulia.& l.qui dolo.vbi Bart.ff.ad leg.Iul.de vi publ. idem dicit de officiali inducente præſidem ad iuſtitiam faciendam, & hominem iniuſtè occidendum
14 per l.per hanc.C.de aduoc.diuer.iudic.Et † de hac materia, & an præſumatur factum conſilio aſſeſſoris,per Par.in tract.ſind.in verſic.conſilium.& in verſic.aſſeſſor. vbi debet reſiſtere,& proteſtari,aliàs præſumitur eius conſilio,vt in cap. reg. incipien. item quod prædicti iuſtitiarij & capitanei nullum audeant. in capitulo, Regi. Ioannæ.An
15 autem † mandatum ſuperioris exequentem & conſiliarium excuſet, vt quia inferiori ſuperior mandet vt occidat,ſi exequatur,excuſetur,dic quòd nõ,vt per Marſi.in l.j. in princ.in fin.in §.præterea.ff.de ſicar.& per Thom.Gra.in volu.xxxij.& dicitur infra
16 ſuo loco. Item † ſi officialis fecerit dolo aut aliter coegerit, vel indebitè ad torturam poſuerit accuſatum,vel inquiſitum dolo vt cõfiteatur,per quam torturam fuit confeſſus,& innocens ad mortem fuit condemnatus,tunc pœna capitis tenetur.dicta l. j. in princip.ff.da ſicar.& per Marſil.in dicto §.præterea. ita intelligendo text. in dicta l. prima ibi.quo quis falſum indicium profiteretur.& ita intelligit Bonif. in rubrica de
17 homicid.verſicu. item tenetur iudex.Idem † ſi officialis cogat teſtes per torturam,aut aliter vt ferant falſum teſtimonium contra eum,& ex eo mortuus fuerit & condemnatus,nam tunc tenetur officialis de occiſo,& cauſa eſt propinqua mortis,ſecundum aliam intelligentiam dictę l.primę.in princ.ibi,quo quis falſum indicium.& ibi per gl. & Bart. qui dicit illum text. eſſe notabi.ad hoc contra officiales terrarum, & ita dicit ſingularem Bald in cap.primo.§.iniuria.circa fin.de pa.iura.firman.& in l.iij.§.qui au-
18 tor ſeditionis. ff.de ſicar. ibi,qui falſa indicia. Idem † ſi iudex pecunia corruptus dolo iniquam tulerit ſententiam,& ad mortem condemnauerit innocentem:nam tenetur de ſicariis, vt dicta l.præterea ff.de ſicariis.& in l.lex.§.fi. ff.ad leg.Iul. repetun. Bel.in practica.in titu.de fuga reo.Amode.iuſt.in tracta.ſind. numero 124. Boni.in rubri.de homicid. verſic.item tenetur iudex, vbi etiam ſi ira motus condemnauit ad mortem. Pari.in tractatu ſind. in verbo,ſindicantur officiales habentes officium publicum de baratariis, in regno autem iudex pecunia corruptus, & ad mortem condemnans, pœna capitis punitur, vt in conſtitutio. Iudex ſi accepta, & in conſtitutio. corruptelæ.& ibi notat Matthæ.in principio. Andr. in capitulo primo. in verſiculo, committentium. verſiculo, ſi tamen. quæ ſint regalia. & de iudice dolo condemnante inquiſitum iniuſtè ad mortem, qualiter puniatur, & an pœna mortis, Thomam
9 Gramma. in deciſio. xcix. & ibi, quid ſi per imprudentiam & non dolo. Sed † quid ſi accepit pecuniam,vt iuſtè condemnaret,an locum habeat pœna dictę conſti. Matth.

ibi tenet, quòd non, ſed pœna conſtit.capitaneorum.& ibidem an dicatur iudex corruptus, ſi accepit mutuò pecuniam à fœneratore gratis. & idem Pari.in tract. ſynd.in verbo, de quibus ſyndicantur officiales.incip. & primo videndum. & dicto verſi.ſyndicantur etiam officiales habentes officium.vbi, ſi innocentem condemnauit, pœna capitis tenetur, ſed ſi ad nocentem condemnandum & innocentem abſoluendum acceperit pecuniam, alia mitiori pœna punitur, vt exilio.& ita concludit Thom.Gra.in volum.xxv. vbi in cauſa Donati de falconibus auditoris, in prouinciis Calabriæ, qui fuit ab vtraque parte corruptus, & fuit cingulo doctorali priuatus, & exul. & hoc, quia non accepit pecuniam vt ad mortem condemnaret innocentem, ideo non fuit pœna capitis condemnatus, iuxta dicta conſtit. iudex ſi pecuniam. quæ locum habet quando dolo pecunia corruptus innocentem condemnauit. Aut ergo iudex innocentem condemnauit dolo corruptus pecunia, & tunc pœna capitis tenetur, & ita loquitur dicta conſtitu.iudex. Aut vt innocens abſoluatur, & nocens condemnetur, & tunc mitiori pœna & exilio puniatur, iuxta præfatum vol.Thom.Gra.xxv. & vide Paul.de Caſtr.in conſi.xvij. & poſt Angel.in glo.falſario. verſi. quæro aliquis accepit pecuniam. vbi limitat, niſi accepit in publicum pecuniam ſecundum Bald. in l.fin.de appellat.& ita, vt ſuprà colligitur ex dictis per Par.in dicto verbo, ſyndicantur.& per Matth.in conſtit.apud iuſtitiarios.in fin.per illam conſtitut.& per conſtitu.volumus. & per conſtit.præſentis legis.& ſunt alia cap.regn.& maximè.c.incipi.vulgaris famæ. & c.de non recipiendo officiales munera. In ciuilibus tamen extat alia conſtitut. ſi iudex fraudulenter, vbi qualiter puniatur iudex pecunia corruptus, & de pœna cor-
20 rumpentis in conſtitut.litigator.& † licet Bart.in l.j.C.de bonis eorum qui ſibi mor. conſci. per illum text. & in l.tranſigere. C. de tranſact. vbi per doctor. differit, quòd pro abſolutione habenda licitum eſt parti iudicem corrumpere pecunia, cùm vnicuique liceat ſanguinem ſuum redimere, etiam pecunia corrumpendo, in tantum, quòd dixit Bart.in l.qui explicandi. C.de accuſat. quòd nec etiam iudex tenetur accipiendo pecuniam, reliquit tamen cogitandum, ſi promiſerit facere accepta pecunia, hodie tamen non licet corrumpere in criminalibus, ſicut nec in ciuilibus, vt in auth. nouo iure. C.de pœna iudi. qui mal.iudi.& in regno ſi infra triduum non denunciat, quod promiſerit, aut dedit, tantundem ſoluit fiſco, vt in conſtitut.corruptelæ.in fin. & ſuprà, & vide per Pari.in verbo, corruptio. & ſequen. verſic.an ſi tempore. in fine.
21 Adde † autem, quod ſuprà dixit Bonifa. quòd ira motus officialis condemnauit ad mortem, & occidit, quòd tenetur de ſicar.contrarium dixit Par.in tractatu ſyndica.in dicto verſi.ſyndicantur.vbi dixit, quòd ſi iudex ex ira aliquem necauerit, vel occiderit, mitigatur pœna.l.iiij.§.hodie. ff.ad legem Iuliam repe. Bald.in l.addictos. C.de epiſ. audien.& in rubr.C.de pœna iudic.qui malè iudica.Roman.in l.cùm mulier.ff.ſoluto matrim.& per Felin.in cap.dilecti.de exceptio.& ſuprà fuit dictum. Faciunt dicta per Felin.in cap.ſicut ex literis poſt principium.verſi.in text.ibi, iracundiæ calore.de iureiuran. vbi de delicto calore iracundiæ. Andr.in cap.j in verſic.bona committen. quæ ſint reg. Alexand.poſt Bart.in dicto §.hodie.& Andr.ibi. in dicto cap.j.verſi.ſi tamen conuictis tenet, quòd pœna capitis punitur occidens iudex innocentem ira motus,
22 vel pecunia corruptus, ſed † Pariſi. in dicto verbo, condemnatio. verſicu. quidam iudex fuit delatus.tradit latè hanc quæſtionem, & concludit, iudicem mitiori pœna puniri, & dicit eſſe ſpeciale in iudice, ponit enim quæſtionem de iudice à torquendo iniuriato, qui motus ira ex abrupto ſtatim in feneſtra ſuſpendit: quòd minori pœna tenetur ob calorem iracundiæ, idem dicit in fine, de torto qui dixit velle iudici ad aurem dicere nõnulla verba, & accepto gladio penniculari interfecit iudicem, nam non punitur pœna mortis dolore commotus: idem dicit in iudice ſi ignorantia condem-
nauit

nauit innocentem, vt mitius puniatur, vt per Marſi.in pract.in §.diligenter.& in ſing.
23 cccclv.incip.difficillimum. & in l.j.in princ. xiij.limitatio. ff.de ſicar. Item dat † cau-
ſam propinquam morti, vt de ſicariis teneatur, ille qui pecunia corruptus dolo malo
protulit falſum teſtimonium, ex quo reus innocens fuerit condemnatus, & mor-
tuus, vt in l.j.§.præterea. ff.de ſicariis. vbi Marſil. in princ. vbi etiam quid ſi protulit,
vt dicat in fauorem accuſati, & Bonif.in rubr. de homic.verſi.item, & qui falſum te-
ſtimonium. Alex.in.poſt Bart.in d.l.j. in princ.quem text. facit ſingularem Bald.in c.j.
§.iniuria. in fin. de pace iuramen. firman. & Barb. in rubr. de fideiuſſor. & Corſet. in
ſingul.incip.teſtis.xj. verſic.incip.falſus teſtis. Angel.in glo. falſario. verſi.quæro ali-
quis accepit pecuniam. Bald.in cap.j. verſi.item qui falſo. de pace tenend. & in l.preſ-
byteri.C.de epiſcop.& cleric. Alexand. in conſi.lv.vij.volum.Bald.& Felin.in c.ſicut.
de teſtibus. viij.notab.& in l.data opera. C.qui accuſa.poſſeſſ. Anan.in cap.j. de falſ.
Marſil. in dicto §.præterea.primo not. gloſ.in ſum.circa finem.ij.quæſt.iij. Bald.in l.ij.
C.de reb.cred. vide plenè per Thom. Gra.in volum.v. vbi de teſte deponente falſum
contra fiſcum in fauorem inculpati, qualiter puniatur, vbi non pœna mortis poſt
24 Marſil.in dicto §.præterea. Bel.in pract.in rubr.de cauſis crimina. & quid † ſi accipiat
pecuniam, vt dicat veritatem, an puniatur, dic vt per Barto. & Alexand.poſt eum in
25 l.j.C.de falſ.& Bel.in authent.vt iudi.ſine quo ſuffra. & † limita, niſi palam & ſpontè
detur pecunia, vt per Auguſt.poſt Angelum in dicta glo.falſario.verſi.quæro aliquis
26 accepit licet quando ſpontè.negat Bel.vbi ſuprà. Et de † corrumpente teſtem, vt fal-
ſum teſtimonium proferat, qualiter puniatur in regno: dic vt in conſtitut. qui falſi-
27 tatem aſtruxerit.vbi vide dicta per Matth.in hac materia. Item † mortis cauſam præ-
ſtat doloſè conficiens venenum, aut alia medicamina ad hominem occidendum ex
quo mors fuerit ſecuta, nam talis conficiens, & dans venenum, tenetur pœna mortis,
dicta l.prima.§.præterea.& l.iij.ff.de ſicariis.& Bonifa.in rubr.de homic.& habetur in
regno in conſtitutio.mala noxia.quæ ſic interpretatur, quando homo mortuus ſit, vt
ibi per Matth. & ita intelliguntur conſtitut. ſequen.poculum.eadem pœna.& conſti-
tutio.quicunque toxicum.& ſequen. & ita intelligit hanc materiam Cepo. in conſil.
vlti.per totum.& Butri.in cap.j.de reſcript.Franciſ.de cre.in ſingul.xlix.& plenè Dec.
tradit in regula, non vult.ff.de reg.iur. & habetur poſt eum in Apoſt. & per Thom.
28 Gram.in vol.iij.& vol.xxx.& dixit † Angel.in l.j.§.ſi iniuria. ff.de var. & extraordin.
crimi. quòd ſi quis venenaret fontem, aut puteum, & mors ſequatur, tenetur pœna
29 capitis, & licet † præfata iura.l.eiuſdem.& conſtitut.præfatæ. loquantur etiam in te-
nente, & conficiente malum venenum, vt teneantur l.Cornelia. vt d.l.eiuſdem.& d.
§.præterea.vt aliqui teneant quòd ſit ſpeciale in hoc, vt teneantur de ſicariis, vt refert
etiam Matthæ. in dicta conſtit. mala noxia.& Ang.in glo.ſcienter & doloſe. & Felin.
in tract.de cona.tamen aut intelligendum eſt, quòd licet eadem lege Cornelia tenean-
tur, non tamen eadem pœna, ſed mitiori, vt per Mar.in dicta l.eiuſdem.in fin. princ.
Aut quòd locum habeat vbi ex hoc mors fuerit ſecuta, vt quia quis vendiderit, vel
confecerit venenum, & poſtea alteri tradidit, ex quo mors alicuius fuerit ſecuta, & ita
Matth. in conſtitut.mala noxia. & Marſi.in l.fin. in fin. ff.de ſicariis. & in l.is qui cum
telo.C.eodem.vbi de filio emente venenum, vt patri daret, & per Cepo.in d.vlt.conſ.
& ita etiam intelligitur conſtitutio reg. quicunque toxicum. quæ imponit tenenti,
vel vendenti venenum, & toxicum furcarum ſuſpendium, quæ intelligitur ſi ex eo
mors fuerit ſecuta.& ita intelligere videtur conſti.amatoria pocula, vbi ſit diſtinctio,
vt aut ex poculo amatorio fuerit mors ſequuta, vel ſenſus amiſſus, & tunc pœna capi-
tis punitur: ſi verò nõ, pœna carceris biennalis cum publicatione bonorum. Vel fortè
tempore conſtituentium regum Siciliæ nimis inualeſcebat mors per venenum, ideo

ad terrorẽ ſtatuerunt vt quis nõ conficiat,nec teneat venenũ,aut vẽdat,vt d.cõſt.quicunq; toxicũ.&d.conſt.mala noxia.verentes eorũ vitã veneno finiri.veritas tamen eſt
30 quãdo ex hoc mors fuerit ſecuta,vt ſ.Idem † ſi venenũ imponatur in medicamine,vt in l.qui actio.§.celſus.ff.ad leg.Aquil. vbi æquiparatur ponenti gladium in manu furioſi, vt eadem puniatur pœna,& per Thom.Gram.in volum.xxx.in cauſa galeni.Et
31 no.† quòd adeò tale delictum eſt deteſtabile, quòd conſtit. reg. quicunque toxicum. taliter vt ſuprà intellecta indifferenter ponit pœnam furcarum,vt ſic licet conſti. reg. terminum vitę. diſtinguat in nobili vt caput truncetur,& ignobilis ſuſpendatur,tamen in venenatione propter eius deteſtationem,cùm grauius ſit taliter hominem occidere.l.prima.C.de vene. Alex.conſil.cxlv.vij.vol.impoſuit indifferenter pœnam ſu-
32 ſpenſionis. Hoc † eſt, ex quo occidens veneno proditoriè dicitur occidere,vt per
33 Mar.in fine.rubricæ.ff. de ſicar. Et † proditor furca ſuſpenditur indifferenter, ſicut etiam pro furto,& per Matth.in dicta conſtitutio.terminum vitæ.vij.not. & per Bar. in l.deſertorem.§.primo.ff.de re militari.& per Bald.in capit.primo §.ſiquis ruſticus.
34 de pace tenenda.& in l capitalium.§. famoſos . ff. de pœnis.In tantum † quòd licet bannitum, & foriudicatum liceat occidere, per conſtitutionem ,.pœnam eorum.tamen non licet proditoriè, nec veneno, cùm proditoriè occidere dicatur qui veneno occidit,vt per Alex.in d.conſil.cxlv.& Bald.poſt Iaco.Butr.in l.nemo.C.de ſum.trin. Bald.& Sal .in l.cùm fratrem.C.de his quibus vt indi.ita dicit.Matth. in d.conſtitut.
35 mala noxia,licet contra Bald.in l.gracchus.C.de adulte.Et † not.in hac materia, quòd ſi quis fuerit cõfeſſus ſe hominem occidiſſe veneno,&mortuum fuiſſe ex tali veneno. quòd talis ſola confeſſio non nocet confitenti,vt per Alex.in conſil.cxvj.iiij.volumi. Franciſc.Ponz.in tract.de lamiis,in materia hæretis. vij.articu.Cepol.in conſi. xxxiij.
36 aut xxxvj.Mar.in d.§.præterea.circa finem. Sed † obſtare videtur in præmiſsis text.in l.tertia.§.ea tamen adiectio.ff.de ſicar.vbi dans poculum ad concipiendum,ſi mortua fuerit mulier,nõ tenetur pœna mortis,ſed mitiori,vt relegationis.nam ibi quinquennio fuit relegatus. ſed dic,quòd ibi non fuit in dolo,licet cauſam mortis dediſſet,ſed in culpa,præfata autem(cũ dolo feciſſet)procedũt.ideò ratione culpæ fuit mitius punitus.in d.§.ea tamẽ adiectio.& vide pro hoc Cepo.in d.conſi.xxxvj. vbi de dante poculum,vt mater faciat abortum,ſi moriatur,an de occiſo teneatur, & per Marſil.in l. prima.§.diuus.ff.de ſic.& in l.ſi quis necandi.C.eo. & vide de intellectu d.§. ea tamen adiectio. & de materia poculi amatorij,& veneni per Paul.Gril in tra.de ſortile xij.q.
37 vbi plenè.Sed † contrariari in hoc videtur tex.in l.ſi quis.§.qui abortionis. ff.de pœn. à qua lege fuit ſumpta conſt.amatoria pocula.in quibus ſiue amoris cauſa, ſiue abortionis detur poculum,dans vltimo ſupplicio punitur.Ecce ergo fuit cauſa mortis, & tamen non fuit in dolo.ſed culpa,cùm non volebat mulierẽ occidere, & tamen pœna mortis punitur,vt ibi.Bar in d.l.iij.reſpõdet,quòd ibi dabat operam rei licitæ ad concipiendum.Sed in d.§.qui abortionis,dabat operã rei illicitæ,licet non fuerit in dolo, ſed culpa,ſed videtur dici poſſe,quòd ex quo ibi dederat poculum,vt faciat abortionem, quòd fuit in dolo,& non culpa: nam aut facta eſt abortio hominis animati, & tunc apparet in dolo fuiſſe occidẽdi hominem,& tunc iure cõmuni pœna capitis punitur,licet nõ ſtatutario,vt per Ange.in gl.ex interuallo.aut moritur mulier,& tunc aut facto abortu:& tenetur propter abortũ,& ob mortem mulieris,aut moritur mulier propter poculũ.& tũc etiam animus ad effectũ eſt productus,ex quo mortua muliere mortuus eſt exiſtẽs in vtero,& ſic animus ſemper ad effectum fuit deductus cum facto, ergo dolus reprehenditur, & ratione doli tenetur ibi, & animi.vt dicitur in l. Cicero ff.de pœn.in prin.vbi ex quo dolus in faciendo abortũ mulieri punitur pœna capitis.ſecùs ſi non dolo,ſed ex alia cauſa,vt ibi in §.j.& in l.ſi mulierẽ.ff.de ſica. obſtat

tamen

tamen text.ibi,de amatorio poculo:nā licet non dolo,tamen ſi mors fuerit ſecuta,te-
netur vltimo ſupplicio,& ſic pro culpa,idem in poculo abortionis, cū quoad mulie-
rem nō fuit in dolo occidendi,ſed culpa,licet in conſequentiā puer moriatur,& ideò
38 erit ſpeciale ob malū exēplum,vt morte ſecuta de occiſo teneatur.Et†ideò aut dabat
operam rei licitæ,& tunc mitiori pœna punitur.d.l.iij.& Matth. in d.conſti. amatoria
pocula.in fi.aut dabat operam rei illicitæ,& tunc regulariter non punitur pœna mor-
tis propter culpam.l.in lege Cornelia.ff.de ſic.& l.ſi mulierem.ff.eo.tit.& d.l. Cicero.
§.j.& l.diuus.ff.de var.& extraor.cog.& l.pen.C.de ſica. c.ſicut dignum.lo ſecundo.de
ho.vbi traditur. Ana.in conſi.j.& poſt eū Bolog.Ang.in conſ.cclxxviij.dicit nullibi
reperiri caſum propter latam culpam capitaliter quem puniri,licet Augu.poſt Ang.
in glo.ſcienter & doloſè.in princ.ponat quoſdam caſus,& Mar.in d.l. in lege Corne-
lia.§.cùm quidam.in fi.ff. de ſic.fallit tamen vbi lex exprimit,quòd pro culpa punia-
tur pœna mortis ſecuto homicidio propter cauſam ſtatuens ita, vt propter malum
exemplum,& ita procedit d.§.qui abortionis.& d.conſtit.amatoria pocula. vbi verò
lex non exprimit,non punitur pœna mortis,ſed mitiori,vt ſupra dictum eſt,& de in-
tellectu dictor.iurium d.l.iij.§.ea tamen adiectio. & d.§.qui abortionis,vide plenè per
39 Paul.Gril.in tract.de ſortile.q.xij.& q.xiij.Quid†autem ſi doloſè dat poculum,vt fa-
ciat abortionē,& mulier poculum ſumpſit,qua pœna teneatur, dic alia,vt in d.§. qui
40 abortionis.& d.conſtit.amatoria pocula.& ibi per Matth. Sed † quid ſi mulier acce-
perit aliqua medicamina,vt non conciperet,an teneatur de homicidio, text.in c.ſi ali-
quis.de homi.dicit teneri tanquam homicidam,vt ibidem traditur per ſcribentes.Dic
tamen,quòd mitiori pœna puniri debet,licet quo ad pœnam canonicam , ex hoc in-
currat in irregularitatem,ſicut dicitur in intellectu c.ij.de homici.in vj. & traditur in
c.presbyterum.de homi.& ita tenet Mar.in d.l.ſi mulierem.& traditur per Pau.Gril.
in fi.xij.q.& xiij.q.per totam,vbi de pœna tam iuris ciuilis,quàm canonici & irregu-
laritate & excommunicatione,& de faciente ſe caſtrari,& ſpadonem vt non generet.
qua pœna puniatur, dic vt in l.iij.§ qui hominē,& in l.lege Cornelia.§.cōſtitutū.ff.de
41 ſicar.Et † an,& quando mulier faciens abortum teneatur pœna capitis, dic quòd aut
dolo,& tunc aut partus erat animatus,& tunc tenetur pœna ordinaria ſecundum ius
commune,& non ſtatutarium,vt ſupra dictum fuit.& per Mar.in l.pen.C.de ſic. Aut
non erat animatus, & tunc extraordinem.d.l.diuus.ff.de extraor.cri.d.l.ſi mulierem.
& d.l.Cicero.§.j.quæ iura ita intelligit Mar.in d.l.ſi mulierē.fallit niſi accepta pecunia
faceret,nam pœna capitis punitur,vt d.l.Cicero.in princ.ita Bar.& Ang.in d.l.diuus.
Panor.Ana.& Feli.in d.c.ſi aliquis.de hom.Ana.in conſil. primo.& poſt eum Bolog.
not.gl.in c.conſuluiſti.iij.q.iiij.Panor.&alij in d.c.ſicut dignum.lo ſecundo.de hom.
vbi Feli.& per doct.poſt Bald.in l.quod dicitur.ff.de lib.& poſth.& Alber.in l.qui de
42 vtero.ff.de ſta.homi.Ang. in gl.ex interuallo.Limita † vt per Feli. in d.c.ſi aliquis.niſi
medici dicant mulierem morituram,niſi poculo,aut aliter fiat abortus etiam anima-
tus:nam pro ſalute mulieris excuſatur,vt per Simo.Brix.in cle.j.de homic. vbi diſpu-
tat,& ſuprà fuit dictum in prima par.idem de viro dante calcem in vtero mulieris ex
qua fuit ſecutus abortus,vt ſi dolo,pœna capitis puniatur,aliàs non, vt ſuprà fuit di-
ctum,& in locis ſuprà allegatis.Ang.& Saly.in l.penult.C. de ſicar.& Boni.in rubr.de
3 hom.Item†dicitur cauſam præbere mortis propinquā ſi de ponte,aut ex alto aliquē
præcipitauerit,& ſubmerſus,aut luxatus interiit.l.qua actiōe §.celſus.ff.ad l.Aquil.vbi
idem ſi puerū illidat ad petrā,& mortuus fuerit.idem ſi vnus tenuit,alius occidit,vt in
4 l.itē mela.§.ſi celſus.ff.ad l.Aquil.†Itē dicitur cauſam mortis præbere,ſi quis per vim
voluerit ingredi poſſeſsionē alicuius,&in ingreſſu quis mortuus fuerit,nā tenetur de

45 occiſo.l.quoniam multa.C.vnde vi.Cepo.in conſi.xxxvj. Item †dicitur cauſam mortis præbere, ſi quis de homicidio accuſetur, quòd Sempronium occiderit, qui viuit, & aliquis celet eundem Sempronium, vt mortuus appareat, & condemnetur accuſatus, quòd ſi fuerit condemnatus, & ille poſtea viuus appareat, celans tenetur de homicidio, tanquam dans cauſam mortis. ita dixit Bonifa. in rubr. quid ſit accuſatio.
46 in verſi.ſed quidam grauiter vulneratus. Item †dat cauſam mortis iudex, qui immodicè torquet, vel imponit noua genera tormentorum, vt carnes ſcindendo, nam ſi taliter tortus moriatur, tenetur de occiſo iudex, vt per Par.in tracta.ſyndic.in verbo, tortura. verſic.an ſi officialis. vbi etiam, ſi propter membri inciſionem moriatur, an teneatur de occiſo. in fin.d. verſic. & per Bald.in l.j. C.de emend. ſeru. & per Brun. in tract.indicio.ſecunda par.ij.quæſt.princ.vbi dicit iudicem decapitandum, ſi mortuus
47 fuerit taliter tortus, & Marſi.in l.j. in princip. ff.de quæſtio. & ſi †per immoderatam torturam moriatur, an, & quando teneatur pœna capitis, dic vt per Brun.vbi ſuprà, qui plenè hunc paſſum diſputat, & Angel.in glo.fama publi.in materia torturæ, & ſuprà fuit dictum in tali materia, & extat c.reg.incip. ſi iuſtè appellauerit. vbi vide ſi
48 moriatur in tortura interpoſita appellatione. Item †iudex tenetur tanquam dans cauſam mortis, ſi fingat aliquem mittere ad ſupplicium, vel fingat torquere, vt terreatur: nam ſi moritur, tenetur de occiſo, vt per Par.in tract. ſyndic. in verbo, tortura.
49 verſi.ſequitur. Marſi.in l.de minore.in princ.ff.de quæſtio. Item †cauſam mortis præbet, & de occiſo tenetur nuncius portans literas alicui ad occidendum aliquem, nam occidendo nuncius tenetur de occiſo. Item ſi quis fuerit inueſtigator, & explorator vbi occidendus moraretur, & denunciauerit eſſe in tali loco, & inimici vadant, & occidant eum, nam talis pœna mortis tenetur.gloſ. & Barto.in l.ſciente. ff.de parri.Cyn. & Salyc. in l.non ideò minus. C.de accuſat. verſic. viſo. Bald.in l.j.§. ne autem. C. de cadu.tollen. Angel.& Auguſt.in glo.ſemper mand. verſic.vj.quæro. Bart.in l.j.§.incidit.ff.ad Turpil.Marſil.in l.j.§.præterea. ff. de ſicar.& in dicta l.ſi ſcientem. ff.de parric. & in ſing.clxxxj. & in conſil.xxvij. Roman.in ſingu.cclxxiiij.incipien. fui interrogatus.Bart.in l.aut qui aliter.§.penult.ff.quod vi aut clam.facit text.in l.ſi ego.ff.eodem. quem allegat Bald.in dicto §.ne autem. ad hoc quòd ſi mando tibi, vt mandes alij, vt occidat, omnes tenemur, ego, tu, & ille, ex quo tu es tanquam nuncius meus.& Ang.
50 in dicta vj. quæſt. Item †ſi quis ſcit vbi aliquis latitat, & ipſum inimico indicet, & vadat, & occidat eum: nam tenetur indicans de occiſo, quaſi mortis cauſam præbeat, vt per Bald.in l.ob hæc verba. ff.de infami.vbi multa in hoc, & per Iaſ.in l.j. C.de ſer.
51 fugi. Item †cauſam mortis propinquam præbet ille, qui aliquem dolo & animo occidendi, impulit aliquem habentem gladium in manu, & ſe aut alium percutiat gladio, & occidat, vel det caput ad lapidem, & moritur: nam tenetur de occiſo, vt per Angel.in l.ſi gemina. ff.arbo.fur.cæſa. ſecus autem ſi inimicus inſequatur inimicum, & ille cecidit, & ſe occidit: nam tunc non eſt cauſa propinqua, vt pœna ordinaria teneatur, ſed mitiori: cùm alius impellat ad cauſam, vt dixit Andr.in dicta conſtitutio. terminum vitæ. ſecus, ſi ipſe impellat & occidatur, vide Matthæ.in conſtitutione, ſi quis aliquem.vij.not. & per Alexand. poſt Bart. in dicta l.ſi gemina. & Barto.in l.pecoribus.ff.ad legem Aquil.& ibidem in d.l.ſi gemina.ſi percutiat in celatina, & ſui reuerberatione percutiat in capite, & moriatur: nam dicitur dare cauſam mortis, vt in l.item Mela.in princip. ff.ad legem Aquil.vbi Florian. & per Matthæ. in dicta conſti-
52 tutione, ſi quis aliquem.& Angel.in glo.percuſsit. Item †autor rixæ, & caporalis dicitur præbere cauſam propinquam homicidio, ſi per ſocios homicidium fuit perpetratum. l.quoniam multa. C.ad legem Iuliam de vi. l.iij. §.item is cuius. ff. de ſicariis. Idem in eo, qui eſt caput ſeditionis, ſi propter talem concitationem tumultus in

populo

populo ſequatur homicidium, vt fuit in Barraba.dicta l.iij. §.item qui autor ſeditionis. l.capitalium. §.nonnunquam. & ibi Barto. ff.de pœn.& in l.j. C. de ſedit. Thom. Gram.in volum.xix. vbi intelligit, quando principaliter animo concitandi tumultum,& faciendi ſeditionem:ſecus,ſi in conſequentiam & incidenter, & per Marſil.in l.j.§.diuus ff.de ſicar.& in l.prima.C.eod.& ſingu.ccxlvij. & ſing.clxxvj. vide Bonifa. in rubr.de homicid.& Barto.in l.conſtitutionum.ff.de appellat.& in l.iiij.§.adiectum. ff.vi bono.rapto.& Bald.in l.j.& ij. C.de eden.& in l.fallaciter. C.de abolit. Alexand.
53 poſt Bartolum in dicto §.nonnunquam. Item † mortis cauſam præſtat officialis qui indebitè torquet, & tortus moriatur in tormentis, ſi doloſè fecit, vt per immoderatam torturam deficiat tortus, nam pœna capitis tenetur, vt per Gandi.in rubr.de quęſtio.verſi.ſed quid ſi iudex.Bel.in rubr.de quæſtion.in practi.Bonifa.in rubr. de perſeueran.in fin.Angel.in glo.fama publ.viij.quæſtio.& poſt eum per Auguſt.& Bernar. & in verſi.tertiò quæro,an ſemel tortus. Barto.in l.quæſtionis modum. ff.de quæſtio. Cyn.Bald.& Saly.c.in l.graechus.C.de adulter. Bald.in l.prima. C.de emend.ſer. & in
54 l.milites.C.de quæſtio. Par.in †tract.ſynd.verſic.quidam.in verbo,tortura. verſic.an ſi officialis.in fin. vbi etiam ſi rumpatur funis,aut trabs, & mortuus fuerit, an iudex teneatur, & verſic. an ſtetur dicto torti. vbi de officiali ſuſpendente ſtatim propter iram,quòd eadem pœna punitur,vt per Bald.in rub.& in l.prima.C.de pœna iud.qui mal.iudi. & vide plenè per Brun. in tracta. indi. & Par.v.quæſt. princ. verſic. ſeptimò aduertat.cum ſequen. & vide per Bald. de periglis in tracta. quæſtio. vltima quæſtio.
55 & plenè †per Marſi. in d.l.quæſtionis modum. & in pract. in § expedita. vbi etiam de eo qui propter malam ligaturam in tortura altiatus cecidit, & mortuus fuit, an iudex teneatur,in quibus concluditur ſi dolo torquet,& deficit in tortura tortus,tenetur iudex pœna capitis,ſi autem culpa,& exceſſit,mitiori pœna,& in regno extat.c.ſi quis iuſtè. vbi ſi contra formam cap.habetur quæſtio torquet iudex. Idem ſi appellat iuſtè,& non admittitur,ſi deficit pœna capitis tenetur, nec aperit,ſiue dolo ſiue culpa
56 ſi exceedat, & indebitè, & præter formam torquet. Et quid † ſi iudex cepit aliquem, & carcerat illum,& carceratus ſe ſuſpendit, an iudex teneatur tanquam dans cauſam
57 mortis.dic vt per Par.in tracta.ſyndi.in præmiſsis † autem exemplis,de dante cauſam mortis, aut dolo, & pœna capitis tenetur,aut culpa, & mitiori, & ſemper intelligas quando eſt cauſa immediata mortis, vt per nonnulla exempla tradit Cepo. in conſil.
58 xxxiiij.& ſequen.quo † ad verò ad irregularitatem, etiam ſi dabat operam rei licitæ, ſi erat cauſa propinqua dicitur irregularis,vt in cap.presbyterum.de homici.& Felin. in cap.de cæterum.eod.

## SVMMARIVM.

*1 ☞ Fœmina an puniatur de homicidio ſicut maſculus, & an maſculinum concipiat fœmininum.num.2.*
*3 Liber an puniatur de homicidio ſicut ſeruus,& nobilis ſicut humilis. & nu.4. & 5.*
*6 Occidens incognitum an ita puniatur ſicut cognitum.*
*7 Occidens volentem an ita puniatur ſicut nolentem.*
*8 Occidens exiſtentem in dignitate an in plus puniatur quàm non exiſtentem.*
*9 Occidens hominem bonæ vitæ an in plus puniatur quàm ſceleſtum.*
*10 Occidens Chriſtianum an in plus puniatur quàm paganum.*
*11 Infantem occidens an in plus puniatur quàm maiorem natu.*
*12 Monialem occidens an in plus puniatur quàm laicam,& clericum quàm laicum.*
*13 Epiſcopum occidens an magis puniatur quàm clericum.*

*14 Occidens propinquum, an in plus puniatur quàm extraneum.*
*15 Occidens hominem rectum, an in plus puniatur quàm monſtruoſum.*

1 SEPTIMO Quæro, † an detur diſtinctio perſonarum ex vtraq;
parte occidentis, & occiſi, & pœna alteretur, minuatur, aut augea
tur ex qualitate perſonę, dic quòd non, ſed ita tenetur de ſicariis
2 maſculus ſicut fœmina, & econtra, & † ita punitur pœna conſti.
terminum vitæ. fœmina ſicut maſculus. l. Cicero. ff. de pœnis. l. ſi
mulierem. ff. eod. l. penul. C. de ſicar. & licet in dicta conſt. dicatur
quicunque alium fuerit aggreſſus, & ſic in maſculo loqui videa-
tur, tamen ex quo homicidium ita congruere poteſt fœminę ſicut maſculo, maſculi-
num concipiat fœmininum, vt ad fœminam extendatur, licet aliqui teneant, quod in
legibus locum habeat, & non in ſtatutis. l. quicunque. C. de ſer. fugiti. l. ſi quis in tan-
tam. C. vnde vi. vbi traditur, ita per Gand. in rubr. de var. quæſtio. in malef. verſi. quæ-
ſtio talis inſurgat. Tamen doctores concludunt ꝙ vbi ſumus in materia indifferenti
quæ poteſt vtrique ſexui competere, maſculinum cōcipit fœmininum, etiam in ſta-
tutis, ſecus tamen quando tantùm conuenit maſculo, & non fœminæ, de quo tamen
per Bart. & alios in d. l. quicunque. & in d. l. ſi quis in tantam. & in l. j. C. de rapt. virg.
vbi ita locum habet illa lex in fœmina rapiente maſculum, ſicut in maſculo rapiente
fœminam. Bar. in l. iura. ff. de legibus. Bald. in l. raptores. C. de epiſc. & cle. Iaſ. in l. ij. C.
de iure emphyt. Marſil. plenè in l. ſi quis necandi. C. de ſicar. & in d. l. j. C. de rapt. virgi.
in glo. verſic. ſponſa. & in l. ſi. quis viduam. ff. de quæſt. & in ſingu. xx. in ſingu. xxxix. &
conſil. lxxxv. Cardin. in clem. prima. ix. quæſt. de homi. Boniſ. in rub. quid ſit accuſatio.
verſic. ſed quid ſtatutum. Dec. plenè in l. fœminæ. in princ. ff. de reg. iur. Soci. in tract.
fallen. in regu. cclv. Alex. in conſil. cxxxv. primo volu. Anch. in conſi. cxj. Ang. in conſ.
cxcj. Soci conſil. lv. tertio vol. Cepo. in conſil. xxvj. quibus plenè traditur an, & quādo
in ſtatutis, & pœnalibus maſculinum concipit fœmininum, & ſic conſtit. regn. termi-
num vitæ. ſiue dicatur ſtatutum regni, ſiue ius commune, vt ſuprà fuit dictum, com-
prehendit fœminas occidentes: eodem modo conſtitut. reg. ſi quis aliquem compre-
3 hendit mulierem percutientem. & vulnerantem. † nec intereſt liber ſit, an ſeruus qui
occidat, humilis, aut in dignitate poſitus, nam omnes tenentur eadem lege Cornelia,
licet iure cōmuni minori pœna puniebantur nobiles, & in dignitate conſtituti, quàm
humiliores, & ſerui, nā ij beſtiis ſubiiciebantur, illi in inſulam deportabantur, cum pu
blicatione bonorum. l. tertia. § lege Cornelia & l. penulti. ff. de ſicar. hodie verò in re-
gno non fit diſtinctio quo ad pœnam, ſed tantùm quo ad modum, & qualitatem pœ-
næ. nam omnes moriuntur, tamen nobiles decapitantur, humiles verò furca ſuſpen-
duntur, vt in dicta conſtitu, terminum vitæ, & in c. j. §. ſi quis aliquem. de pa. tenen. ſic
& aliter punitur nobilis, & humilis in conſtitut. qui doloſè. quam intellige, ſi homo
non occidatur, & moriatur in domo ex incendio: nam tunc per ſimplex incendium
aliter punitur vnus quàm alius. l. fin. & l. Pædius. ff. de incend. rui. naufrag. ſecus ſi ho-
mo fuerit mortuus. nam tunc propter mortem vterque punitur ad mortem, cum di-
4 ſtinctione furcæ, aut capitis, vt ſuprà. datur † etiam diſtinctio, vt in conſtitutio. vt di-
gnitatum. nam maiori pœna punitur humilis verberans nobilem, quàm nobilis ruſti-
cum. idem in inferente atrocem iniuriam, vt in l. finali. ff. de iniuriis. & in variis aliis
locis datur diſtinctio perſonarum, & vide per Matth. in dicta conſtitutio. qui doloſè.
5 Item † ex parte occiſi nulla datur diſtinctio, nam ita punitur occidens ſeruum,
aut fœminam, ſicut liberum, & maſculum, ſiue in dignitate ſit, ſiue nō, vt in l. prima.
in fine. §. præterea. ff. de ſicariis. ibi, & qui hominem occiderit punitur nulla habita
diffe

differentia cuius conditionis hominem interemerit. ibi gloſſ. & in l. inde Neratius. §.
ſi dolo. ff. ad legem Aquiliam. In tantum quòd nec etiam domino licet ſeruum pro-
prium occidere. l. circuncidere. §. ſeruo. ff. de ſica. vbi Marſil. & per eundem in l. prima.
in principio. ff. eodem. Imò occidendo ſeruum punitur ad æſtimationem ſerui vltra
quòd pœna mortis teneatur, vt per Specula. in titulo, de iniur. & dam. da. §. ſecundo.
verſiculo, ſed nunc. & dicto §. ſi dolo. tamen etiam occidens liberum tenetur ad inter-
eſſe, & æſtimationem operarum, vt per Marſi. in conſilio cxv. & conſilio cxxvij. &
6 Specu. in dicto §. ſecundo. verſic. ſed nunc. Item † non refert. cognitus ſit an incogni-
tus qui occiditur, vt per Boniſa. in tit. de inſult. & percuſ. & in titu. quid ſit accuſatio.
7 Idem † ſi volentem, aut nollentem occidat, vt per Boniſa. in titulo, de inſult. & per
8 Cuma. & per Marſil. in princip. l. primę. ff. de ſicariis. alteratur † tamen pœna ex quali-
tate occiſi, nam in plus punitur, & maiori pœna occidens doctorem, militem, comi-
tem, aut baronem, quàm ruſticum, vt per Marſil. in dicto conſilio cxv. computabatur
ex dicta conſtitutione, vt dignitatum. per quam in plus punitur ruſticus verberans
nobilem, & militem, nam punitur pœna manus, quàm puniatur miles ruſticum ver-
9 berans vt ibidem. Item † plus punitur occidens hominem bonæ vitæ quàm ſceleſtum,
& peccatorem, nam talem occidere eſt ſacrificium, autoritate Exod xxij. non patieris
maleficos viuere, quòd intellige ordine iudiciario, vide not. in clementina prima. de
10 homicidio. & capitulo ſecundo & tertio. de homi. & Marſil. in conſilio xj Item † plus
punitur occidens chriſtianum, quàm paganum, & infidelem, vt not. gloſ. in capitulo,
rebaptizare. de conſe. diſt. iiij. licet gl. in can. ſi habes. xxiiij q. iij. dicat quòd maius pec-
catum eſt occidere paganum, quàm chriſtianum bonum, nam paganus amittit ani-
mam & corpus, chriſtianus verò bonus, corpus tantum, per conſtit. verò ſi dãna clan-
deſtina. magis punitur villa, ſi reperiatur occiſus chriſtianus, quàm paganus, vel ſar-
racenus ſi neſcitur à quo, vt ibi, & in capitulo, reg. incip. Item ſtatuimus, vt conſtitut.
11 Item † magis punitur occidẽs infantem, quàm maiorem natu, cùm crudelius ſit, vt in
l. pe. vbi Bal. C. de ſica. item magis punitur occidens clericum, quàm laicum, vt no. gl.
12 in can. ſicut qui. xvij. quæſt. iiij. Item † occidens monialem, quàm laicam, de quibus per
Mar. in dicta l. prima. §. præterea. ff. de ſicar. & in l. prima verſicu. redeundo. ad text. C.
13 de rapt. virgin. Item † maius punitur occidens epiſcopum, aut cardinalem quàm pu-
rum clericum, vt in clementina prima. de pœnis & in capitulo, felicis. eo. in ſexto. &
& ibi Card. dicit puniendum per principem ſecularem. cap. ſunt quædam. xxiij. q. v. vt
xvij. quæſtio. iiij. capitulo, ſi quis deinceps. & capitulo qui ſubdiaconum. & dicta cle-
mentina prima. & per Curt. in. conſi. xx. de intellectu dictę clementinę primę. & dicto
14 cap. felicis. item † magis punitur occidens propinquos quàm extraneos. l. prima & fi.
15 ff. de parricid. item † magis occidens hominem rectum, quàm monſtruoſum, & ma-
gis natum in mundo, quàm in vtero exiſtentem, vt traditur per doc. in l. quod dicitur.
ff. de libe. & poſthu. & capitulo, ſi aliquis. de homic. & ſupra fuit dictum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens ſeipſum an eius corpus mortuum puniatur & qualiter. num. 2.*
3 *Occidere ſeipſum an liceat, vt euitet maius peccatum.*
4 *Bannito an liceat ſeipſum occidere.*
5 *Clericus ſeipſum percutiens an efficiatur irregularis.*
6 *Carceratus ſi laqueo ſe ſuſpendit qualiter puniatur, & an cuſtos carceris teneatur.*
7 *Carceratus ſi noluit comedere vt fame pereat, ſi mortuus ſit qualiter puniatur eius corpus.*
8 *Occidi ne poſſit ponens ſeipſum in brachiis inimici.*
9 *Occidere volens ſe, ſi occurſu hominum non occidit, an puniatur.*

1 OCTAVO Quæro, prædicta † circa alios extraneos occidentes,
quid ſi ſeipſum occidat, an puniatur eius corpus mortuum ea
pœna qua puniri debebat, ſi extraneum occidiſſet, vt decapite-
tur, aut furca ſuſpendatur? text. in l. ij. C. qui teſtamen. face. poſſ.
videtur ex eo colligi, quòd ſic, & hoc etiam tenet Roman. vt re-
fert Iaſ. ibi. Cyn. tamen ibi dicit, quòd non, & Bald. ibi dicit puni-
ri arbitrio iudicis, & in l. j. C. ne ex deli. defun. Imol. in l. defuncto.
ff. de publ. iud. Felin. in c. ſignificaſti. de ſentent. excommu. & Iaſ. in l. j. circa princ. C. de
ſer. fugi. ſed per titu. ff. & C. de bon. eor. qui ſibi mor. conſci. ponitur quòd aut tædio
affectus ſeipſum interfecit, & non punitur pœna publicationis bonorum, aut exi-
ſtens reus criminis ſe occidat, & non habet hæredem, pœna publicationis bonorum
punitur. l. qui rei. per totam, & per totum tit. ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſci. & in
l. ij. C. qui teſtamen. fac. poſſ. ſed quia hodie non datur publicatio bonorum, vt dicunt
2 doctor. in d. l. ij. & per Bart. in d. l. qui rei. §. fin. non inſiſto. & de † aliis pœnis quomo-
do punitur ſeipſum occidens, dic vt per docto. in d. l. ij. & in d. c. ſignificaſti. & in apo-
ſtill. ad Barto. in rubr. ff. de bon. eor. & per Barto. in l. ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœn.
& in l. tranſigere. C. de tranſact. & vide qua pœna puniatur. vt per Corne. in conſilio
3 cxcv. ij. volum. Amplia † quòd non licet ſeipſum occidere, etiam vt euitet peccatum,
4 vt per Panorm. in c. ex parte. extra de ſepult. Amplia † etiam in bannito, nam non li-
cet ſeipſum impunè occidere, vt per Iaſ. in l. j. C. de ſer. fugi. circa princ. poſt Bald. ibi-
dem, vbi multa per eum. Alexan. poſt Bart. in l. liberto. §. amiſsione. ff. de capi. diminu.
5 & per Bonif. in rubr. de inſul. & percu. verſic. ſed quidam ſeipſum. Et an † clericus ſe-
ipſum percutiens efficiatur irregularis, vel ſit excommunicatus? dic vt in can. ſi non
licet. xxiij. quæſt. v. & per Felin. in c. contingit. vlti. not. de ſent. excommun. Cardi. in
clemen. j. in princ. iij. not. de reliq. & ven. ſanct. & in d. c. contingit. idem ſi mutilauit
ſeipſum, vt in clemen. j. xix. quæſt. de homic. vt per Ang. in l. ſed ſi damnum. §. fin. ff. de
6 pecul. & vide quæ habentur poſt Bald. in dicta l. j. & Iaſ. poſt eum. Et qualiter † punia-
tur carceratus qui ſe laqueo ſuſpendit, & an tunc cuſtos carceris teneatur? dic vt per
7 Angel. in glo. qui iudex retineri & carcer. iuſsit, & in gloſ. fama publi. & quid † ſi car-
ceratus noluit comedere vt fame pereat qualiter puniatur, dic vt per Bald. in pract. in
tit. de quæſtio. & ibi de occidente ſe, vel attentante, & de volente ſe ab alio occidi fuit
ſuprà dictum & per Mar. in l. j in princ. ff. de ſicar. & in rubr. ff. de fideiu. numero 207.
8 Et quid † ſi ponat ſeipſum in brachiis inimici, an occidi poſsit? dic vt per Par. in verb.
9 compoſitio. verſi. an ſi delinquens. Sed † quid ſi voluerit ſe occidere, & occurſu ho-
minum ſe non occidit, an puniatur? Cyn. Iaſ. & alij in d. l. ij. tenent quòd ſic, & poſt
Bart. in rubr. ff. de bon. eor. vbi dicunt puniri, ac ſi ſeipſum occidiſſet, per text. in l. ij.
§. ſi autem. ff. eod. & ibi glo. & in l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauit. ff. de re mili. &
in l. ſi quis aliquid. §. fin. ff de pœn. & vtrobique per Bart. & per doct. in c. j. & ij. de tor-
neam. ſed quia hodie in regno per conſtitu. aſperitatem. & in aliis partibus ex generali
conſuetudine, & ſtatutis non punitur attentatum, dic puniri extra ordinem, & ita
aliâs conſului in quodam ſe ſuſpendere volente, & occurſu hominum viuus euaſit,
per d. §. ſic autem. & d. conſtitut.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens perſonas coniunctas qualiter puniatur.*
2 *Filius emens venenum vt patri daret an de parricidio teneatur.*
3 *Medicus qui ſcienter & doloſè dederit filio venenum, vt patri daret an de parricidio teneatur.*

Creditor

*4 Creditor mutuans ſcienter, & doloſè pecuniam filio ut emat venenum, ut patri daret an teneatur. & num. 5.*
*6 Mandans extraneum filio ut patrem occidat an teneatur de parricidio.*
*7 Conſcij & participes an de parricidio teneantur.*
*8 Frater ſciens tractatum mortis fratris, aut patris filius & econtra, & non reuelans an teneatur de parricidio.*
*9 Seruus non reuelans mortem domini an puniatur & vaſſallus, & monachus.*
*10 Occidens patrem ſpiritualem an teneatur de parricidio.*
*11 Pilatus qui occidit Chriſtum fuit punitus de parricidio miraculoſè.*
*12 Occidens officialem ciuitatis an teneatur de parricidio.*
*13 Pater naturalis occidens filium naturalem tenetur de parricidio & econtra. nu. 14.*
*15 Pater non poteſt occidere filium etiam maleficum & delinquentem, nec econtra. nu. 18.*
*16 Pater præſentans filium delinquentem coram iudice eſt liberandus a morte.*
*17 Filius ſi cepit patrem bannitum & præſentauerit iudici mori non debet.*
*18 Filio non licet occidere matrem adulteram nec fratri ſororem, nec auo neptem.*
*19 Filiam adulteram licet patri occidere ceptam in adulterio.*
*20 Filiam viduam aut innuptam an liceat patri adulteram occidere.*
*21 Parricidij ius ex hiſdem cauſis amittitur ex quibus exheredat.*
*22 Pater occidens filium ingratum non tenetur de parricidio ut ſi concubuerit cum eius uxore, intellige ſi incontinenti occiderit non ex interuallo. nume. 23. & intellige quando ſcienter adulteram. nu. 24.*
*25 Pater occidens filium proditorem Regis, aut patriæ oppugnatorem non tenetur de parricidio.*
*26 Patrem aut filium bannitum an liceat occidere, & non teneri de parricidio.*
*27 Filius aut pater veniens contra fidem Chriſti amittit ius parricidij.*
*28 Pater deducens filium infirmum in hoſpitali amittit ius parricidij.*
*29 Filius natus ex damnato coitu non tenetur de parricidio.*
*30 Pater occidens filium reſiſtentem caſtigationi paternæ non tenetur de parricidio.*
*31 Pater aut mater occidentes infantem in lecto non dolo, non tenentur de parricidio.*
*32 Filius per furorem occidens parentem non tenetur de parricidio.*
*33 Parricida an dicatur ſi procurauerit patrem aut fratrem carcerari ut feudo priuetur.*
*34 Conſanguinei ſi veneneauerint carceratum & condemnatum an teneantur de parricidio.*
*35 Parricidij quæ ſit pœna.*
*36 Pœna parricidij hodie non eſt in uſu, ſed pœna homicidij quoad corpus.*
*37 Parricida nec eius filius ſuccedunt occiſo, ſed fiſcus.*
*38 Statutum loquens in homicidio an locum habeat in parricidio.*
*39 Occidens vir uxorem an perdat dotem ex pacto aut ſtatuto lucrandam.*
*40 Donatarius ſi procurat mortem donantis morte non confirmatur donatio.*
*41 Venenans vir uxorem licet euaſerit tenetur de parricidio.*
*42 Fratre occidente fratrem an admittantur agnati, an fiſcus ad ſucceſſionem.*
*43 Dolus non præſumitur ſed caſus in perſonis coniunctis.*

1 NONO Quæro † de occidente perſonas coniunctas qualiter puniatur? dic quòd deſcendentes occidentes aſcendentes in infinitum, & econtra tenentur de parricidio. l.j. ff. de parricid. & l.j. C. de his, qui filios, vel pat. occi. & ibi glo. & dico quòd de parricidio tenentur omnes perſonæ numeratæ in d. l. j. & per Bel. in pract. in rub. quod dictus Titius. & per Bonifa. in rubr. de parr. & Panor. in c. j. de patrib. qui fil. occi. & declara

2 perſonas,vt per Mar.in dicta l.prima.ff.de parr.item † filius qui emit venenum. vt patri daret licet dare non potuit,tenetur de parricidio.d.l.j.C.eod.l.j.& inſtit. de pub.iu.
3 dicto §.alia.& † medicus qui ſcienter & doloſè dederit filio venenum vt patri daret, eadem lege tenetur.l.ij.ff.de parricid.ſecundum vnum intellectum.& l.iij.§.j.ff.de ſic.
4 & creditor mutuans ſcienter, & doloſè pecuniam filio vt emat venenum vt patri daret,vel cum pecunia faciat ipſum occidi,& fideiubens inuenta pecunia,& proxenet.a.
5 l.ſcienter.ff.eo.Bonifa.in dicta rubr.de parri.intellige † tamen morte ſecuta, aliàs mitiori pœna tenerentur,per ea quæ ſuprà dicta ſunt.& per Salycet.in dicta l.prima.C.de parri.licet Bart.in d.l.j.ff.eod.quòd eadem pœna,de quo per Felin.in tract.de cona.& Ang.in gl.ex interuallo,& poſt eum habetur,& per Cepo.vlt.conſil.vt conſummatio delicti requiratur,& non attentatio,vt per Alex.poſt Bar.in l.vtrum.ff.de parri.& ibi per Marſi.niſi ſtatutum imponat pœnam pro tractatu:nam tunc non requiritur con-
6 ſummatio delicti,vt puniatur pœna ſtatuti.† Amplia prędicta in extraneo mãdante filio vt patrem occidat:nam mãdans tenetur de parricidio,vt per Cepo.in conſi.xxxvj. & quid econtra ſi filius mandat alteri extraneo,an teneatur de parricidio, vel auxiliũ præſtat filio? dic vt per Ang.in gl.& dicto maleficio.verſi.quid econtra.& per Ioan. de
7 Arno.in v.cau.Amplia † etiam,vt de parricidio teneãtur nedum occiſores, ſed etiam conſcij & participes delicti,vt in d.l.vtrum.ff.de parri.& Boni.in d.rub.de parri.idem
8 in † fratre ſciente tractatum mortis fratris, aut patris, & econtra, & non reuelante. l.frater.ff.de parr.vt tamen mitiori pœna puniatur vt ibi.non enim lateţ ſcrupulo ſocietatis occulto,qui manifeſto fa inori deſinit obuiare.ca.ſicut dignum.extra de ho-
9 mic. † idem in ſeruo non reuelante tractatum in mortem domini, & monacho non reuelante tractatum in mortem abbatis,& vaſallo domini,& in ſciente tractatũ contra principem, aut rempublicam, aut patriam; & ciuitatem, aut contra papam, aut contra eccleſiam: nam tenentur ſecũdum Bar.in d.l.vtrum. in cæteris verò dicit non teneri ex ſimplici ſcientia ſi non reuelat,vt per Ang.in d.l.frater. & Aret.inſtit. de hæred.quæ ab inteſt.defer.§.interdum.& per Marſi.in d.l.fin.& in ſin.clxiiij.& in dicta l. vtrum.plenè tradit Ang.in gl.che hai tradito la tua patria.verſic quod crimen.in quibus locis dicunt animam Barto.ſepultam in inferno ex hac doct. quoniam dixit & in talibus criminibus ex ſimplici ſcientia non teneri pœna capitis,& per Felin. in cap.de cætero. de re iud & in capit.quanto.de ſen.excommunic.& in.c.ij.de hære.& in cap.j. de offic.deleg.vbi etiam per Dec.& per eandem reg.culpa caret.ff.de reg.iur.& Marſi.
10 & Alex.poſt Bar.in d.l.vtrum.& conſuluit Dec.in conſi.xj.in additis. Amplia † etiam in occidente patrem ſpiritualem,vt teneatur de parricidio, vt per Alexand. poſt Bart. in l.diuus.ff.de parricid.& ibi in fi.per Marſi.in ſingul.ccxv. Alexan. in conſilio cxliij.
11 ſecundo volu.& per Par.in tract.ſind.in verbo,adulterium.Amplia † etiam in Pilato occidente Chriſtum patrem vniuerſalem, vt proſequitur Ludo.Montal.in tractatu de reprob.ſentent. Pila.verſiculo, & hæc ſufficiunt, in verſiculo, & propter hoc Pilatus:vbi etiam de patre ſpirituali,& de pœna parricidij,& de iudice iniuſtè condemnante ad mortem vt eadem pœna puniatur.l.pen.§.mulier.ff.ad leg. Iul.de repet. Ana. in c accuſati.de accuſat.& tradit ibi Montal.quòd miraculoſè pœnam parricidij ſuſtinuit Pilatus ex quo eius corpus fuit per terrã ductum à duobus bobus & in lacu pro
12 iectum,vt referunt.Amplia † etiam in occidente officialem ciuitatis, nam tenetur de parricidio,vt per Pari.in dicto tractatu.in verbo ciuilitas allegat Cyn.in l.ſi non conuicij.C.de iniur.Bald.in l.fin.C.de incolis & per eundem Par.in dicto tractatu de officio ſind.in verbo,officialis finito officio. verſiculo,ſtatutum.& in princip.tractatus,
13 de offic.ſindica.verſi.per ſindicatores.Amplia † etiam in patre naturali tantum : nam de parricidio tenetur,cùm natura omnibus ſit communis, vt per Bart.& Alexan.in l.

ter

tertia.§.quia ſemper.aut l.quia ſemper.ff.de in ius vocan. Roma. in ſingul. incipiente
14 homicida.verſiculo,quæro. Tu amplia † etiam in filio naturali baſtardo, nam ſi pater
eum occidat,tenetur de parricidio, vt per Bald. in l.cum acutiſsimi. C. de fideicom.&
in cap. primo. ſi de feu.fu controuerſ.vbi fuit combuſta monialis quædam occidens
filium ſuum,& per Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.& in l.hos accuſare.§.omni-
bus.ff de accuſat.Barba.poſt Bald.in l.fin.C.de natura.lib.Angel.in glo.ex interuallo.
circa finem. Alexand. poſt alios in l. ex facto.§.ſi quis rogatus.ff. ad Trebe.vbi plenè.
15 Amplia † etiam,quòd ſi filius cõmiſerit maleficium,& delictum: nam pater non po-
teſt filium delinquentem occidere,nec inſæuire in filium ad mortem; vt eſt text.in l.
prima.§.inauditum.ff.de ſicariis. imò ſi ita ſæuiret, non præſumeretur eius filius, &
econtra,vt per Alberic.in l.eum qui probabilem.C.de epiſcopis & clericis. per illum
tex.& ideò ſi filius verberat patrem, aut pater ſtuprat filiam,nec ille eſt pater, nec ille
eſt filius: cùm pater magis diligat filium, quàm ſeipſum, vt per multa ſimilia
16 tradit Mar. in dicto §. inauditum. † In tantum eſt hoc, quòd ſi pater præſentet
filium delinquentem coram iudice vt occidatur, eſt liberandus à morte,per text.in l.
milites agrum.§.deſertorem.ff.de re milit.ita dicit Salyce.& Paul. per illum text.in l.
propter inſidias.C.qui accuſa.non poſſ.per quem dicit euaſum quendam filium à pa.
tre præſentatum,& hoc datur in cautelam per Cepo.in caut.prima. ad euadendum à
morte filium,attamen non eſt tuta cautela in aliis delictis quàm in eo, in quo text.lo-
quitur,licet ea vſus fuerim ſperás remiſsionem à parte,prout fuit ſecuta ex quo inter
conſanguineos,& de occiſione cuiuſdem ſeruæ agebatur,vt per Feli.in c.accuſaſti.de
17 accuſ.Augu.poſt Ang.in glo.necnon ad querelam. Et † dixit Angè. in l.ſi adulterium
cum inceſtu.§.liberto.in fin.ff.de adult. quòd ſi filius cepit patrem bannitum,& eum
duxit ad iudicem,non debet mori ob præſentationẽ filij.per d. §. deſertorem.vide per
Marſil.in d.§.inauditum.& in l.j.§.quæſtio.& in l.vnius ſeruus nec ſi.in fi.ff.de quæſt.
Idem dicas in patre,& matre delinquentibus,nam non licet eis parentes occidere,per
18 d.§.inauditum, & † ideò ſi mater fuerit adultera, non licet filio eam occidere,vt per
Ang.in gl.che hai adulte.la mia dona.vbi nec etiam fratri ſororem, nec auo neptem
licet occidere,& per Marſil.in l.j.§.item diuus.ff.de ſicar.not.in c.latorem.xxxiij.q.ij.
19 Limita † tamen in filia adultera, nam licet patri eam impunè occidere repertam in
adulterio,vt in l.patri.& in l.nec in ea,& in l.quòd ait lex.§.penult.& fi.ff.de adulter.
Ang.in dicta gl.che hai adulter.la mia dona.Marſil.in d l.prima.in princ.tertia limit.i.
& in l.patre,vel marito.ff.de quæſt.Matt.in conſtit.pacis cultum concurrentibus: ta-
men his de quibus per Ang.in dicta gl.& Mat.in d.l.patre vel marito, & vide per Bel.
20 in rubrica de leno.& Marſil.in l.prima.C.de raptor. virgin. in princ.Quid.autem † in
filia vidua,vel nupta,an liceat patri eam occidere,ſi ſtupretur? Dic vt per Alexã. poſt
Bart.in l.nec ea.ff.de adulter.& Angel.in dicta glo.& Mar. in dicta l.patre.& in dicta
l.prima.C.de raptor.virginum.& ibi an patri liceat ſtuprantem filiam occidere,& per
21 Panormita.in capitulo, veniens, lo ſecundo. de ſponſal. Facit † ratio. nam ex quibus
cauſis poteſt filius,& filia exhæredari,ex eiſdem cauſis amittit ius parricidij, vt tradit
Bartolus & Marſil.in l diuus. ff. de parricidiis. ſed filia poteſt propter turpem vitam
exhæredari, vt traditur in l. ſi filiam tuam. & in l.in arenam. vbi Iaſ. C. de inofficio-
ſo teſtamento. ergo pater occidens eam non tenetur de parricid. ſed alia mitiori
22 pœna, vt dicta l.diuus. Limita † etiam in filio committente cauſas ingratitudinis,
de quibus in §. cauſas. in authentica, vt cum de appella. cogno. & ideò ſi concubuit
cum vxore, & econtra in patre concubente cum vxore filij, & nedum cum vxore,
ſed etiam cum concubina, ſi pater occidat filium. & contra,non tenentur de parri-
cidio, ſed alia mitiori pœna, vt in text.dicti §. diuus. & ibi per Bartolum & Marſil.&

et

Iaſ.in l.ius autem ciuile. ff.de iuſtit. & iu.Petr.Girar.in ſingu.ij. incip.tu ſcis, quòd in
præcedenti. & per Mar. in l.j.in princip. xx.limita. & in l.circuncidere.§.ſeruo.ff. de
23 ſicariis. & in l.ſi quis viduam.verſic.item facit.ff.de quæſt. & † intellige vt per Mar.in
dicta l. diuus. quando incontinenti fecerit, & in flagranti occiderit, ſecus ſi ex in-
teruallo:nam tunc tenetur hac lege. Angel.in l gracchus.C.de adult. & l.marito ij. re-
24 ſpon.& l.ſi adulterium.§.penult.ff.de adult.intellige †etiam quando ſcienter filius,&
econtra adulterat vxorem, aut concubinam patris,& econtra:ſecus tamen ſi ignoran-
ter neſciens illam vxorem, aut concubinam patris, & econtra, vel neſciat illum fore
ſuum patrem,vt quia de nocte occidat patrem, aut in conflictu, aut ducentem alium
habitum inconſuetum: nam tunc non tenetur de parricidio, ita gloſſ. & Baldus in
capit.primo.quibus mod.feud.ami. Petr. Girard. in dicto ij. ſingul. faciunt tradita
per Bartolum in l.item apud Labeonem. §.ſi quis virginem. ff.de iniur. vbi Alexand.
25 poſt Bartolum, & Angel.in glo.ſcienter, & doloſè. Limita †etiam in filio proditore
Regis,patriæ,aut ciuitatis,nam per proditionem, & rebellionem amittit ius agnatio-
nis, & cognationis. l.poſtliminij. §.filius.ff.de capti.& poſt.Bart.in l.fin. ff.de recept.
Andr in cap.j. §.de receptatoribus. de pa.iura.fir. Matthæ.in conſtit.patarenorum.&
ideo ceſſat lex Pompeia.de parr.l.j.ff.eo.pro hoc text.in l.minimè. ff.de relig. & ſump.
fun. & ibi glo.Barto Panom.in c.peruenit. de immuni.eccle. glo.in capit. fortitudo.
xxiij.quæſt.iij.Pet.Gira.in d.ij.ſing.quod intellige patriam defendendo,& non aliter:
tamen videtur contra illum text. vt ibi per Alexand. poſt Barto. & per Bald. in l.fin.
adulterium cum inceſtu. §.liberto. ff.de adult.Imol. Angel. & alij in l.triticum. ff.de
verbor.obligat.Alexand.poſt Bart.in dicto §.liberto. Panorm.in conſil.ciiij. Cepo.in
conſil.v.Marſil.in l.j.§.præterea. verſicu.alius eſt etiam effectus inimicitiæ, nam licet
26 aliâs.ff.de quæſtio. Limita † etiam in patre,& filio bannito, nam cùm liceat eum occi-
dere impunè, non tenetur de parricidio per text. in d. l.minimè. iuncto d. §.filius. ita
per Salyc.in l.j.C.de his qui fil.occi. Ang.in glo.ex interuallo.in fin. & in glo.compa-
ruit inquiſi.in ter.def. & Panorm.in conſil.ciiij.& Angel.in conſil.ccxviij.& Bart.in
d.l.minimè.& Petr.Gir.in d.ij.ſingu.& Marſi.in conſi.xj.& in d.l.diuus.& in ſing.cxx.
incip.iura ſanguinis.& in dicta l.j.§.præterea. Cepo.in d.v.conſi. Nell.in tract.ban.iij.
par.ij.tempo.quæſtio.liij.& ibi,an liceat fratrem bannitum occidere, & vide Barto.in
d.§.liberto. vbi dicit de facto fuiſſe conſultum, & Alexand.poſt eum & Bart.in dicta
l.poſtliminium.§.filius.Florian.in l.ſcientiam.§.qui aliter.ff.ad leg.Aqui. Nel.in dicto
tract.ij.par.ij.temp.quæſt.x.Ang.in conſil.ccxxiij.Panor.in d.conſil.ciiij. Paul.de Caſt.
in l.j.§.ius autem.ff.de iuſtit. & iu.Angel.in authen. de inceſt.nup. Ioan.de Portona in
l.qui ſeruum.ff. de verbor.oblig. per Ioan.de Arno. in epit.lxij.& in ſolilo.lxvj. quòd
licet fratrem occidere, ſi eſt foriudicatus pro crimine læſæ maieſtatis, & proditionis
patriæ,aliâs non, ita limitat Ang.in d.authen.de inceſt.nup. & Ioan. de Portona in d.
27 l.qui ſeruum. & Paul. in d. §.ius gentium. Limita † etiam in patre,aut filio veniente
contra fidem Chriſti, vt per Alexan.poſt Bart. in d.l.minimè. & in l.ſi quis à liberis.§.
parens.ff.de lib.agno.& per Mod.in l.quâuis.cum ſequen.ff.ſolu.matr. Cur.poſt Pau.
28 in d.§.ius gentium. Limita † etiam in filio deducto, per patrem in hoſpitali, ex quo
perdit ius patriæ poteſtatis, & priuilegium. l.ij. de infanti. expoſi.per quem dicit ibi
Bald. quòd ciuis deſerens ciuitatem perdit priuilegium ciuitatis, & in c.j.de langui.
expoſ. & ideo tunc ſi filius occidat patrem, non tenetur de parri. vt per Petr. Gira. in
29 d.ij.ſingu. Limita †etiam in filio ex damnato,& inceſtuoſo coitu nato:nam occidens
patrem non tenetur de parri. ita Imol. in l. Lucius. §.fin. ff. de leg.ij. Iaſ.in §.pœnales.
30 inſtit. de actio. Petr. Girar. in d.ſingu.ij. Limita † etiam in filio reſiſtente caſtigationi
paternæ,nam ſi pater caſtigaret filium,& ille reſiſteret verberando patrem, licet patri
filium

filium impunè occidere vt per Marſi.in pract.in §.aggredior.verſi.quæro modo vlte-
31 rius. verſic.& ex ſupra dictis. Limita † etiam in patre, & matre occidente filium in-
fantem in lecto iacentem. idem in nutrice ſi non dolo fuerit, nam ſi dolo, teneretur
mater de parr.c.j.de his qui fil.occid. vbi non excuſatur mater occidens filium calore
iracundiæ. non tamen intelligas de inconſulto calore iracundiæ quod excuſat, vt in-
frà dicetur:ſi verò non dolo,mitiori pœna iuxta c.fin.de his qui fil.occid.ita per Boni.
in tit.de parri. in fin. & ibi per eum, quòd in dubio dolus non præſumitur in patre,
matre,& nutrice bonæ opinionis,& vitæ,ſed potius negligentia,aut caſus, cùm nul-
lus amor vincat paternum. l.fin. C.de cura furio. & mater non obliuiſcitur de filio.
cùm ſit pars viſcerum ſuorum.c.ad Romanam.ij.quæſt.vj.facit.c.fin.de homici.bene
tamen ſi fuerunt in culpa puniri poſſunt extra ordinem.l.j.§.ſed & ſi.& l.iij.§.ex ſena-
tuſconſulto. ff.de ſicar. & de pœna matris occidentis partum in vtero, per Ioan.de
32 Arno.in problem.xliiij. Limita † etiam, niſi per furorem occiderit, vt in Oreſte.l.pen.
§.ſanè.ff.de parrici.& c.ij.de his qui fil.occid.& in l.quod infans. ff.de ſicar. & Bonifa.
33 in d.rubr.de parric. An autem † dicatur parricida, ſi procurauerit patrem,aut fratrem
carcerari vt feudo priuetur? dic vt per Bald. in cap.j.§.denique. quæ fuit prima cauſa
bene ammit. Alexand.poſt Bart.in l.ſed ſciendum. ff.de parric. Marſi.in l.qui falſam.
34 §.accuſatio.ff.de falſ. Sed † quid ſi parentes,aut conſanguinei conuictum, & confeſ-
ſum in carcere exiſtentem, & de proximo condemnandum ad mortem, ne fiat eis de-
decus ex genere mortis venenauerint eum,aut occiderint eum, an teneantur de patri-
cidio,& qualiter? dic vt per Felin.in c.cum iuramento.de homi.in fi.allegat Bal.in l.j.
ff.de ſtatu homin. tenentem teneri de parricid. & ibi.de occidente bannitum in poſſe
familiæ,& per Bald.in l.iij §.transfugas. ff.de ſicar. & vide Par.in tract.ſynd. in princ.
vbi de occidente condemnatum, & per Mar.in pract. in §. aggredior. vbi ſi occidat
captum in bello, an puniatur, & ibi.de occidente captum in poſſe familiæ, & in ſin-
gul.cl.& de pœna occidentis conſanguineum carceratum per Roman.in ſing.dccxl.
35 & per Ioan.de Arn.in epit.50. & in prob.xxiiij. vbi quòd mortis. Pœna † autem par-
ricidij erit,quòd in aſcendentibus,& deſcendẽtibus cædatur virgis,& inſutus aculeo
cum gallo gallinaceo, ſimia, cane, & vipera eiiciatur in flumen viuus, & aqua non
exiſtente,feris tradatur lacerandus,vt in l.pen.ff.de parric. Thom.Gram.in conſi.lvij.
in fin.in aliis autem conſanguineis, & affinibus. l.Cornelia.de ſicar. tenetur iuxta l.iij.
ff.de ſicar. tamen hodie indiſtinctè, quoad omnes eadem pœna infligitur, vt l.j. C.de
patr.qui filios occide.Bart.& Mar.in l.j. ff.de parr. Panor.in c.j.eod.titu. Angel.in gl.
ex interuallo. Bonifa.in rubr. de parric. & habetur in §.alia.inſtit.de publ.iud. Salyc.
36 tamen † in d.l.j.tenet, quòd hodie talis pœna non eſt in vſu, idem Bald.ibi quòd rela-
xantur carnes comedi per canes, ſed dicit Salyc. quòd decapitatur, & caret ſepultu-
ra,& Alexan.poſt Bart.in d.l.j.ff.de parri.& ſic punitur pœna conſtit.terminum vitæ.
37 Item punitur † quòd occidens,nec eius filij ſuccedunt occiſo,ſed fiſcus,vt per Bart.in
l.fin.ff.ſi qui aliq.teſta.prohib. & in l.cùm ratio.§.fin. ff.de bon.damn. Bald.in l.hære-
dis. C.de his quib. vt indi.& in l.eam quam. C.de fideicomm. Ioan.And. in ſpecul.in
tit.de ſucceſſ.ab inteſt.ij.rubr.Bart.in l.codici.§.matre.ff.de leg.ij.& in l.j. ff.de hæred.
inſtit.Ana.& poſt eum Bolog.in conſi.xvj.aut clxij. & per Bonifa.in tit.de bon.male.
38 vbi de fratre occidente fratrem,& per Ana.in conſi.lxiij.& ibi per Bolog. vbi † etiam
an ſtatutum loquens de homicidio locum habeat in parricidio, & per Bald. in l.du-
ram. C.de donat. & ibi dicta per Barb. & Gandi. in titu. de var. quæſt. in male. vbi de
fratre occidente fratrem quòd fiſcus ſuccedat, & non frater, ſic & vxor occidi fa-
ciens virum perdit dotem. l.penult.§.Seia.ff.de adim.leg. vbi Bart. & de pœna percu-
tientis aut vulnerantis patrem aut matrem qualiter puniatur,per Bel.in pract. in titu.

39 de iniur.ver.item quæto ſi aliquis percuſſerit. Et † de viro occidente vxorem, an perdat dotem ex pacto, aut ſtatuto lucrandam, per doct. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſolu. mat. & in l. hæreditas. in fi. C. de his quib. vt indig. & in l. j. C. vnde, vir. & vxor. Paul. de Caſtr. in l. rei iudicatæ. §. hæredi. ff. ſol. mat & in d. §. ſi vir. & Bal. Iuni. in tract. de do. viij. par. xxxj. priuileg. ij. text. & per Bar. in l. eius mortem. ff. de his quib. vt indig. vbi fallit,
40 niſi ex ſtatuto lucretur dotem vir. Idem † licet donatio morte confirmetur etiam violenta, tamen ſi donatarius affectaſſet mortem violentem contra donantem, non confirmatur morte donantis viri, aut vxoris, & per Bal. in l. ſi tibi. C. de do. ante nupt. in l.
41 hæreditas. in fi. C. de his qui. vt indig. Fel. in c. fin. de homi. Et † no. quòd ſi maritus dederit venenum vxori, licet euaſerit, tenetur de parricidio, vt per Bar. in l. j. in fi. ff. de par. & per Saly. in l. j. C. de vene. & Matth. & Ange. in gl. ex interuallo. contrarium Bald. in
42 conſil. incipi. Stephá. Et † de fratre occidente fratrem, an etiam cæteri excludantur à ſucceſsione vt fiſcus admittatur, dic vt per Bar. in l. j. & fin. ff. ſi quis aliqu. teſta. prohib.
43 Prædicta † autem locum habent quando conſtat dolo, & ex propoſito occidiſſe, aliâs in dubio non præſumitur dolus, ſed caſus in coniunctis perſonis, vt not. gloſſ. & Mar. tradit in l. j. C. de ſicariis. Roma. in l. j. ff. de in ius voc. & Bal. in l. fi. xx. oppoſi. C. de hæred. inſti. Salyc. in d. l. j. C. de ſica. Marſi. in l. j. §. diuus. ff. de ſicar. Cepol. in conſil. xxxiiij. & ſuprà fuit dictum. Hęc circa homicidium voluntarium dicta ſufficiant, ſequitur de culpoſo, & caſuali homicidio diſſerere.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Homicidium caſu commiſſum, qualiter puniatur iure ciuili: & qualiter iure canonico. numero 2.*
3 *Occidere an liceat vbi datur opera rei licitæ.*
4 *Clericus ligans aliquem ſi poſtea occidatur à cuſtodibus, an ſit irregularis.*
5 *Homicidium caſuale, qualiter puniatur iure regni.*
6 *Homicidium caſuale, an indiſtinctè puniatur.*
7 *Curſu equi ſi puer occidatur, an ſedens puniatur, & quando, & num. 8. & quid ſi acclamat. num. 9.*
10 *Homicidium caſu commiſſum, quando puniatur.*
11 *Homicidium caſu commiſſum, qualiter probetur.*
12 *Homicidium caſuale, quod dicatur, dic & num. 13. 14. 15. 16. 17. 18.*
19 *Homicidium culpoſum, quod ſit, & num. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. & 46. exempla ſunt quæ nos.*
47 *Lata culpa, an & quando dolo æquiparatur, vt pœna ordinaria puniatur. & num. 48.*

1 CIRCA Verò † ſecundam ſpeciem homicidij caſualis, & culpoſi vtrunq; permiſcẽdo, & primo de caſuali, diſtingue inter ius ciuile canonicũ, & regni. Iure ciuili homicidium caſu cõmiſſum, ſi culpa caſum nõ præcedit non eſt punibile, & ideò ſi extrahens ſagittam vt ferã percutiat in nemore, occidat hominẽ, non tenetur aliqua pœna in foro cõtentioſo, vt l. reſpiciendũ. §. delinqunt. ff. de pœn. & l. abſentẽ. in fi. ff. eo. & in l. ſi putator. in fi. ff. ad l. Aqui. vbi de eo qui in ſylua proiecit ramũ, & occidit, vel in alio loco conuerſabili, & acclamauerit, nã
2 tunc nõ tenetur de caſu, & in c. ex literis. lo ij. & in c. lator. de ho. Iure † verò canonico diſtinguitur, aut dabat operã rei illicitę, & tũc ſiue adhibuit diligentiã, ſiue nõ, tenetur de caſuali homicidio, vt in c. cõtinebatur. de ho. Aut dabat operã rei illicitæ, & tũc aut adhibuit diligentiã, & tunc nõ tenetur, vt in d. c. lator. c. Ioannes. c. ad audientiã. c. di-

lect

lectus.& c.ex literis.& ſeq.de ho.ſi tamẽ imminet ſcandalũ,indicitur purgatio,vt in d.
c.ex literis.& ibi,per Fely.& per Bal.in l.data opera.C.qui accu.poſ.aut nullã adhibuit
diligentiã,& tũc tenetur,& irregularis efficitur.d.c.cõtinebatur, & d.c.ad audientiam.
& ſeq.ita etiã per Gand.in rub.de ho.verſi.ſed quid dicemus nos de maleficio cõmiſſo
caſu.& per Pan.in c.pe.de hom.Ana.& Fel.in d.c.Lator.& Matth.in conſti.terminũ vi-
3 tæ.xxij.limi.Et † no.ꝙ vbi datur opera rei licitæ in aliquo exercitio, nõ licet occidere,
4 vt per Mar.in conſi.cxv.in fi.Et† ideò ſi clericus ligaret aliquem,& poſtea occidatur à
cuſtodibus,efficitur clericus irregularis tanquã dans cauſam mortis, licet vltra pro-
5 poſitum occidatur,vt per Fel.in c.ſuſcepimus.de ho.Bar.in l.j.C.vnde vi. Iure † verò
regni per Regẽ Rogeriũ erat ſtatutũ ꝙ incautè ſe proiiciens ex alto, vel ramũ incidẽs,
vel lapidẽ proiecerit,& occiderit,nõ exclamando,puniebatur pœna capitis,per Regẽ
verò Federicum pœna fuit mitigata,nã aut in loco conuerſabili,& tunc ſi non accla-
mauerit punitur pœna carceris annalis:ſi acclamauerit,nõ punitur etiam ſecundũ le-
gem Rogerij,& eſt cõformis l.ſi putator.ff.ad l.Aquil.ſi verò in loco cãpeſtri,& tunc
ſtetur iuramẽto ipſius occidẽtis,ꝙ non viderit tranſeuntẽ,ita traditur in conſt. qui de
alto.& in conſti.ſeq.pœnam præcedentẽ,bene tamen,vt ibi per Matth. non obſtante
6 iuramento poteſt probare contrariũ,ꝙ viderit tranſeuntem,& proiecerit.In hoc† aũt
caſuali homicidio diſtinguitur, aut culpa præceſsit caſum, & tunc punitur minori
pœna,& non mortis,vt per Bart.in d.§.delinquunt.& in l.j.ff.de lega.Sal.in l.j.C.de ſic.
& plenè per Ang.in gl.ſciẽter,& dolosè.& in l.j.in fi.§.diuus.ff.de ſic.& in l.j.in fi.poſt
7 gl.C.eo.& † ideo ſi curſu equi puer occidatur,nõ tenetur ſedẽs,aut currẽs in equo pœ-
na capitis,ſed mitiori propter culpã,vt per Ang.in d.gl.ſcienter.& per Sal.in l.nõ ideo
minus.C.de accuſ.verſi.quæro quintò,an mandãs.& ver.ideo ſi in curſu.Boni.verò in
rub.de inſul.& percu.diſtinguit aut currit in loco deputato ad currendũ, & tunc aut
dolo,aut culpa,& tũc ſi dolo, tenetur pœna capitis,ſi culpa,minori pœna, & in culpa
eſt non acclamãdo caue,caue,ſi verò nõ fuit in culpa aliqua,nõ tenetur ſicut nec puta
tor,niſi ſciret viciũ equi,quia ineffrenatus,nã tunc eſſet in culpa,& teneretur. Si verò
in loco non deputato ſi dolo,tenetur de culpa etiam exclamãdo,traditur in c.ſignifica
ſti.lo j.extra de hom.& ibi per Felyn. circa princi.quando ſcit vicium equi, aut neſcit
equitare equos feroces,per text.in l.idem iuris.§.j.& in fin.ff.ad l.Aquil.& ibi quando
8 equus ineffrenatus inuitum ſeſſorem trãſportat.Idem † niſi data opera equus ſit con-
citatus in puerum,vt per Saly.in l.non ideò minus.verſic.& ideo. & per Bald.in l.ſi ſe-
uerior.ff.de his qui not.infam.Floria. in l.ſi putator.§.ſi nauis.ff.ad leg. Aquil. Cepol.
in caute.ij.Par.in verbo,pœna.verſi.quid ſi ſtatutum.in fi.& vide per Bald. in d.l.data
9 opera.& Pau.de Caſt.in l.j.C.vbi ſena.vel cla.& † no.quòd acclamãs non excuſaretur,
niſi ita acclamaret, quòd euitare potuiſſet,vt per Gemi.in c.ſæpe.50.diſtin.Fel.in ca.ex
literis.lo ij.extra de ho.& conſuluit Bal.de currente,in conſi.ccx.ij.vol.& Paul. de Ca.
10 in conſi.cxciiij.& Ancha.in conſil.cliiij.Et † an & quando delictum caſu commiſſum
puniatur,per Marſil.in conſil.lxv.& conſi.xcj.& in l.eum qui.C.de ſic.& Par.in tract.
ſindi.& in verbo,pœna.verſicu.quoniam multa.verſi.& aduerte.& per Marſi.in ſing.
ccxlvij.& in d.locis de ſtatuto puniente leuantes rumorem ,ſi committatur homici-
dium,& leuetur rumor ex hoc,quòd non punitur pœna ſtatuti ex quo rumor caſu le-
uatur,& vide etiã de caſuali homicidio. per Cepol.in conſil. xxxiij. vbi incurritur in
irregularitatem ob delictum caſuale , quando dabatur opera rei illicitæ, non autem
vt puniatur vera pœna delicti,& plenè per Nicol.plo.in tracta.irregu. xvj.regul.vbi
etiam de medico faciente diligentiam,ſi moriatur non fit irregularis,vbi limita,ſi ver-
11 tat infirmum & moriatur. Et † qualiter probetur, quòd caſu fuerit commiſſum ho-
12 micidium , dic vt per Bonifa.in titulo, quid ſit accuſatio.& † dicitur caſuale homici-

dium, ſi volens feram occidere in nemore, occidat hominem. dicta l.reſpiciendum.§.
delinquunt. ff.de pœnis. & l.diuus. ff.de parricid. idem ſi calce occidat, vt eſt text. in
l.cum qui.C.de ſicarus. & per Io.an.de Ami.in conſil.vij. & Bonifa. in d.rubr.quid ſit
13 accuſatio. Idem † ſi occidens erat maxima amicitia, aut affinitate coniunctus cum
occiſo, nam tunc homicidium præſumitur caſuale, vt tradit Felin.in cap.fin.de homi.
14 & habetur in l.j.de ſicariis. Idem † caſuale dicitur, vt in cap.dilectus.& in cap.ſignifi-
caſti. de homicid. vbi de currente equum neſciente vicium, & exiſtentem bucca du-
15 rum, & curſu occidentem dando operam rei licitæ, vt ibi. Idem † ſi magiſter verbe-
rando diſcipulum corrigia in qua erat appenſus culter percuſsit puerum & moria-
16 tur, vt in cap.ad audientiam.de homicid. Idem † ſi vnus ludendo cum alio, alter cadat
in terram, & culter exiſtens ad latus occidat eum, vt in dicto capit.lator.de homicid.
17 Idem ſi † ludentes baculis, & in ludo, de quo in c.continebatur. vt quia falce percuſ-
ſus interiit, de homici. Idem ſi magiſter percuſsit puerum, intuitu diſciplinæ, & mor-
18 tuus ſit, vt in cap.presbyterum.de homic. Idem ſi † in colluctatione, & ludo ex con-
ſuetudine, vt in ludo pugnorum, vel lapidum, iuxta conſil.Deci.ix. & Cepo.xxx.cum
ſequen.in quibus. conſuluerunt non puniri, cùm reputetur caſuale homicidium. De
19 culpoſo † verò homicidio, pone exempla de quibus ſuprà de dante cauſam homici-
dio in omnibus exemplis ibi poſitis, quando non dolo ſed culpa præſtiterit cauſam
mortis, nam tunc de culpoſo homicidio tenetur, & mitiori pœna, & non mortis, &
etiam ſuprà in probatione animi, & cauſis excuſantibus à dolo, & infrà, ne bis idem
20 repetamus. Item † dicitur cauſam mortis præſtare, & de culpa tenetur, ſi quis canem
receptatores maleficiorum, ſi poſt ſemeſtre tempus, quis bannitum aut foriudicatum
23 receperit, eadem pœna punitur. Baro verò, & vniuerſitas aliter punitur.& † not.quòd
ſi magna curia vicariæ vaſallum Baronis bannierit, vel foriudicauerit, non poteſt
ipſum receptare in terra ſua, aliâs punitur vt in c.reg.& pragma. ſed tamen non tene-
tur eum capere, & tradere in manibus iudicum, & iuſtitiariorum, quia non debet
eſſe bècharius ſui ſubditi vt dixit Bald.in c.j. §.ſi iudex.de pace tenenda.ita per Mathe.
24 in d.conſtit.pœnam eorum.in fin.xx.notab.Quartò † fallit in receptante committen-
tem crimen læſæ maieſtatis, nam non punitur pœna l. quiſquis. C.ad legem Iuliam
maieſt.ſed pœna deportationis, cum publicatione bonorum.l.eorum. & l.methodo-
rum.ff.de recepta.& hoc iure communi. iure verò regni per cap.incipien.nuper apud
Tranum, receptator proditorum, & rebellium, imò inuentor eius ſi non reuelauerit,
aut non acclamauerit, ſuccurrire, ſuccurrite, ecce proditor regis, punitur pœna ſu-
ſpenſionis, cum publicatione bonorum, dummodo hoc faciat, ſine ſui periculo, aliâs
non tenetur acclamare, vt per Andr. & Mathe.in conſtit. iuſtitiarij non per calendas.
25 & in dicta conſtit.pœnam eorum.xx not. verſi. ſed pro declaratione. Sed † an locum
habeat in receptante, & inueniente foriudicatum, cùm etiam ſit hoſtis publicus, &
regis hoſtis reputetur per dictam conſtitut.pœnam eorum.& Mathe.in d.xx.no.verſ.
an autem.dicit quòd locum habet d.c.nuper apud Tranum, in rebellibus & prodito-
ribus regis, & non in foriudicatis, ſed habebunt locum alia capitula loquentia de re-
ceptatoribus, & eorum pœna, niſi in latrone, cùm teneantur eum capere, vt in c.reg.
26 frequens, & ineffrenata. De iure † verò communi etiam tenetur quis capere, nec ta-
men acclamare vt malefactor bannitus foriudicatus capiatur, non tamen punitur ea-
dem pœna, ſed pœna relegationis.d.l.methodorum.& per Andr. & Matheſil.in dicta
conſt.pœnam eorum.nec de iure communi punitur tanta pœna ſicut malefactor, ſed

mitiori, licet eadem lege, vt per Matth.d.conſtit. pactarenorum.v. fallen. ſed alia arbitrio iudicis cōſideratis qualitatibus relinquitur, de quibus per Math.ibi.ij.no.verſ.
27 ſecundo quæro. Quintò † fallit in receptante corrumpentem virginem per vim: nam
28 non punitur eadem pœna, vt per Cyn. in l.crimen.C. de vi public. Sextò † fallit in
hoſpite receptante bannitum, aut malefactorem ad comedendum, & bibendum, non
punitur vt receptator, vt per Bar.in l.omnes.C.de agric.& cenſi.lib.xj. Alex. poſt Bar.
29 in l.j.ff.de recept.a.j.addit.& Mar.in pract.in §.aggredior. Item † fallit ſi per vim receptauerit, vt quia coadunatis gentibus, & bannitis inferant alicui vim, vt eos receptaret, vel hoſpiti vim inferat: nā excuſatur, & non punitur. vt per Bal.in l.in delictis. vbi per Rom.ff.de nox.& in l.j.§.in eo.ff.de noxa & ibi Flo. Ale.poſt Bar.in l.j.ff.de recept. & per Marſil.in l.j.in prin.xviij.limi.& in §.itē diuus.ff.de ſica.& in l.j.ver.limita etiā. C.de rapt.virg.& in l.j.C.de ſica.& in l.j.§.præterea.ff.de quæſt.& in l.iij.§.itē is cuius. ff.de ſicar.& in conſil.xcix.& per Mathe.in d. conſtit. pactarenorum.ij.not.iij.q.Ang.
30 in gl.& dicto maleficio.in fin. Septimò † fallit in receptante agnatum, vel affinem, filium, vel fratrem, aut patrem: nam mitiori pœna punitur, vt per Bar.in l.fin.ff.de recepta. Alexand.poſt Bartol.in l.prima.ff.eod. Boniſa.in titu.de receptato. Andr. in c.j.§. de receptatoribus.de pac.iur fir. Ana.in c.ij.de deli.puer. Alexan.in conſi.cxliiij.ij.vo. in fin. Nell.in tract.banni.iij.par.ij.temp xxj.q. Matth.in dicta conſtit. pactarenorum. Mar.plenè in d.l.j.C.de rapt. virginum. Oldrad.in conſil.liij. & Marſi. in l.diuus. ff. de parri.& in conſil.cxix. Salyc.in l.prima.C.de his qui latro. Alexand.in conſil.cxliij.ſecundo volu. Ange.in d.gloſſ.& dicto maleficio.& de receptante compatrem. vide per
31 Gand.in rub.de furt.verſic. quæſtio inſuper talis eſt. Fallit † in coniuncto receptante coniunctum rumpātem pacem: nā punitur de receptatore. Idem in hoſte publico, vel condemnato de rebellione, vt per Andr.in d.§. de receptatoribus. Bar.in d.l.fi.ff.de recepta. Rota in deciſio.cccc xv. Bald.in cap.j.§.conuenticulis.de pac.iura.firm. Alexan.
32 poſt Bar.in dicta l.j.& Mari. in dicta conſtit.pactarenorum. Idem † hodie in bannito, & foriudicato: nam non poteſt pręſtare alimēta, & alia neceſſaria pater filio bannito, & foriudicato, nec econtra, vt in conſtit.pœna carere. & ibi Math.viij. notab. & Bald.
33 in cap.primo.§.ſi quis hominem.de pac.tenen. Idem † quod ſuprà de coniuncto dicit de amico maxima amicitia coniuncto, vt poſsit receptare, & puniri mitius, latè Marſi. in d.l.j.C.de rapt.virg.& in ſing.ccclj.incipien.magna amicitia.tamen contrarium dixit Saly. in l.nullius.C.de maledi.& Ana.in cap.primo.de male.& Math.in d.conſtitu.
34 pactarenorum.vj.quæſt.Mar.tamen in d.l.tenet Salyce.malè loqui. Octauò fallit † in vxore receptante maritum bannitum, aut foriudicatum: nam non punitur, cùm propter delictum non fiat ſeparatio matrimonij.cap.ſecundo.capitu.gaudemus.extrà.de diuor.ita Andr.in cap.primo.§.ſi quis hominem. de pac.ten. & in cap.primo.§.porrò. quæ ſit prima cauſa bene.amit.& in conſtit.pœna carere. Boniſa.in tit.de recept. Ang. in gloſſ.& dicto maleficio.in fin. Alex. poſt Bart.in l.fin.ff.de recept. Salyc.in l.prima. C.de repud. Nell.in d.tract.& loco.q.xxij. Math.in d.conſti.pactarenorum, intellige tamen dummodo ipſa mulier non alat virum, aut mater filium de bonis dotalibus, & recuperatis à fiſco iuxta dict.conſtitut. pœna carere: nam tunc amittit dotem, & punitur: ſed procedit, vbi alit de aliis bonis, quàm dotalibus, vel cum viro habitando, & vir alat eam, vt ibi in dicta conſtitu.pœna carere.per Math.ſeptimo & octauo not. & plenè in conſtitu.patrem pro filiis.quinto no.poſt Andr.ibi, vbi etiam in tertio not. quòd non licet, nec tenetur vxor indicare maritum rebellem, iuxta capit. nuper apud Tranum.nec etiam cohabitando efficitur rebellis, per dict cap.nuper. pater autem tenetur indicare filium rebellem, vt ibi per Math.& ibi limita, niſi eſſet foriudicatus filius, pater, aut maritus ex crimine læſæ maieſta. nam non poteſt eum receptare,

nec

nec dare alimoniam de bonis ipſius,per dictum capitulum , nuper.vt per Math.in d.
quinto notab.in dicta conſtitut.patrem pro filiis. Limita etiam in receptante cleri-
cum bannitum à iudice ſeculari nulliter,cùm citari non potuiſſet, vt per Tho.Gram.
35 in deciſio.xxix.per totum.Limita † etiam in receptatione bannitorum multis modis,
vt deprehenditur ex dictis per Mar.in l.prima.in prin.ff.de ſicar.in ampliatio. quando
bannitus fuit nulliter, & quando erat toleratus à ſuperiore, & quando communi
æſtimatione non habebatur pro bannito,& in proximo certè rebanniendo, qui obti-
nuit gratiã,licet non fuerit adhuc cancellatus de banno,cùm in his occidi non poteſt
36 vigore ſtatuti,& per Mar.in practi.in §.aggredior. Sunt † in hac materia receptatio-
nis ſtatuta multa capitula,in reg.& primò dictũ capitulũ, nuper apud Tranum. vbi
de receptatoribus rebellium & proditorum Regis,& eorum filiis,& de pœna. Secun-
dum c.incip.licet contra receptatores vbi eadem pœna puniuntur receptatores, poſt
bimeſtre tempus à die citationis,& bannitionis,& pręſtantes alimoniam.Baro,& no-
bilis punitur in amiſsione fructuum loci receptationis quinquẽnio, vniuerſitas verò
punitur pœna vnius auguſtalis pro quolibet focolerio. Tertiũ incipit ad iniuſta remo
uenda grauamina.vbi vniuerſitas non cõponitur de receptatione bannitorũ. Quartũ
incipit, Sanè contingit interdum.vbi vniuerſitas tenetur emẽdare damnum datum in
eius teritorio à latronibus,& de his per Math.in d.conſti.pactarenorum. & in rub.d.
conſt.& in conſt.pœnam eorum. Aliud incipit, Sanè frequens. vbi contra Comites &
barones teſtes alij admittuntur quã ſtatuti à conſti.proſequẽtes . pragma verò prima
incipit, Ioannes de Aragonia.vbi receptatores homicidarum, latronum & aliorũ gra-
uiſsimorum ſcelerum patratores puniuntur pœna vnciarum mille,& alia pœna arbi-
trio & indignatione regia,tã particularibus,quã Baronibus,& vniuerſitatibus prohi-
bens Guidatica fieri,& eis facta nulla reputantur ipſo iure. Alia prag.incip.conſaluus
errantes. vbi habita perſonarum diſtinctione puniuntur receptatores lenonum, alia
incipit, licet vniuerſalis Italiæ.vbi delinquentes in vno loco, & prouincia, aufugien-
tes in alia,barones capere,& mittere debent ad loca delicti commiſsi, & ſi recipian-
tur, & alãtur, Barones vniuerſitatis,& particulares perſonæ puniũtur eadem pœna,&
vltra,pœna ducentarum vnciarum. Alia etiam extat pragma. nunc impreſſa quòd re-
ceptatores puniantur pœna vnciarum mille,& quòd ſi forenſes recepti fuerint in ali-
quo loco,& domicilio alicuius, quòd infra duos dies debeat iudici denunciare illum
forenſem eſſe,vt videat,& inquirat, ſi ſit bannitus aut malefactor, & elapſis duobus
diebus indiſtinctè tenentur receptatores illa pœna: nec poteſt allegare receptator ſe
ignoraſſe bannitum,aut malefactorem,ſi poſtea conſtiterit malefactorem, aut banni-
tum eſſe,denunciando verò excuſatur, extra quam pragma. intelliguntur d.cap.&
prag.prædictæ,ſi ſcienter,& non ignoranter,vt per Bart.in d.l.j.in fi.ff.de receptato.&
Ang.in d.glo.& dicto maleficio,& alios docto.ſupra,ſed per dictam prag.elapſis duo
bus diebus præſumitur ſciens,& non ignorans,vt ſit præſumptio iuris,& de iure. Li-
37 mita † prædicta cap.& pragm.vt locum habeant quando ſponte, & non per vim re-
ceptantur,vt quia plures extent,& non poteſt eos prohibere quin ingrediantur do-
38 mum,vt per Ioan.de arno.in dialogo.xlv.vbi ita limitat.d.cap. Qualiter † autem dica
tur receptare,dic,quòd ſi alimenta & ſubſidia præſtiterint bannito, aut malefactori,
& eum celando ſecundum Bart. Ange.& Saly.in l.prima.C.de his qui latro. & in l j.C.
39 de rap.vir.& not.in l.j.§.quòd autem.ff.de ſeruo.corr.& in l.fi.C.de oper.libe.Item † is
qui accepta mercede facit bannitum,& malefactorem aufugere, vt in l.j.in fi.vbi Bar.
ff.de recepta.idem ſi in ſimul cohabitat.c.j.§.ſi clericus. & ibi Bald.in princ.j.no.de pa.
40 ten.† Et an aduocãdo pro bannito dicatur præſtare ei auxilium, dic vt per Ang.in gl.
And.auxili.ver.ſed aduerte.vbi quòd nõ.Gãd.in rub.de bãni.vbi etiã de ſociante ban-

nitum vt fugiat. Alber. de Roſa.in tract.ſtatu.iiij. par.quæſt.xxxij.Bart. in l.poſt lega-
tum.§.his verò.ff.de his quib.vt indi. Auguſt.poſt Ang.in d.gl. And.auxili. vbi etiam
in bannito pro crimine læſæ maieſtatis, quòd non licet abſq; licentia aduocare. Idem
41 in crimine hæreſis, & ibi, an liceat coram ſuperiore ſupplicare, & an † pro bannito
conſanguineo liceat aduocare, dic vt per Marſi.in conſil.cxix. & per Bonifa.in titulo.
quid ſit accuſar.circa fin.verſi.an aduocando.& per Thom.Gra.in deciſ. vbi non licet
vaſſallo aduocare contra dominum.& plenè per Nel.in trac.bannit.in iij.par.ij.temp.
quæſt.xxvij.xxviij.& xxix.& ibi, an allegando cauſam abſentiæ, & an teſtificando, &
ibi, an eximendo bannitum, vel ſi cum habet in poſſe, & dimittit, & relaxauit, vbi aut
gratis, aut pecunia, & Alexan.poſt Bart.in l.furti.§.ope. ff.de fur. vbi etiam an fideiu-
bendo, quòd non, in crimine læſæ maieſtatis, & per Bart. in d.l.ſi poſt legatum. §.his
verò.& Alexan.poſt Bart.in d.l.is qui opem.& per Marſi.in l.j.in princ.ff.de ſicar.vbi
42 niſi coactè, & an † præſtando, & mutuando pecuniam, vt per Bart.in l.ſciendum. ff de
parric.Ang.in d.glo.Andr.auxili.& poſt eum in addit. Paul.de Caſtr.in conſil.ccxcvj.
in prima impreſſio.Bonif.in tit.de recep.in princ.vbi qualiter, & quando dicitur præ-
ſtare auxilium, & de pœna, & per Mar.in pract.in §.conſtante. verſic.item ſcias. quòd
43 ille, qui dat pecuniam. Salyc.in d.l.j. C.de rapt.virg. & † limita. in l.j. C.de nili agger.
non rump. vbi non licet aduocare, nec ſupplicare, & per Paul Gril.in tract.de pœn.
omni.col.x.quæſt.verſic.reſtat.vbi etiam in crimine læſæ maieſtatis, & in conſtit.pœ-
44 nam eorum.non licet pro forjudicato ſupplicare. Et an † conſulendo bannito, aut
foriudicato dicatur præſtare auxilium, & teneatur de receptatione, dic quòd non, vt
per Ioan.de Arno.in commen.xliiij. poſt Bald.in c.j. de iudi. vbi dicit quòd cum ban-
nito haberi poteſt conſilium, & ſic per ſimplicem locutionem nõ tenetur de recepta.
45 Et an † mandando nuncium, vel epiſtolam incurrat in pœnam banni, vt non loqua-
46 tur quis cum bannito, dic vt per eundem Ioan.de Arno. in comment.cxcj. De † villa
verò in cuius territorio fuit factum maleficium, an teneatur ad emendam? per Gandi.
in rubr.de var.quæſt.in male.ſi eccleſia damnificatur, & traditur in conſtit. ſuper inci-
ſionibus.vbi per Math.de damno dato in territorio, & ibi de c.reg .ſuper hoc diſpo-
nentibus, & de dicta conſtit.& quid ſi incendium, & damnum caſu ſit datum, an te-
neatur villa? dic quòd non, vt per Ioan.de Arno.in dialo.xxxv. & in dialogo xxxvj.ſi
eſt datum damnum, & factum incendium de nocte, per homines ignotos, quòd ſic:
de incendio, & damno facto per particularem, an teneatur ſi caſu, habetur in c.reg.
47 de non immittendo ignem in riſtuch. & † not.vnum quod dicit Ang. in l.j. C.de nil.
agger.non rump.quòd ſi officialis requirat villam colentes vt præſtent ſibi auxilium
ad capiendum malefactorem, & homicidam, & noluerint præſtare auxilium, tenentur
de auxilio præſtito homicidæ: tamen dicit teneri, ex l.ij. C.de his qui lat.vide per And.
in conſtit.iuſtitiarij non per calendas.& per Par.in tract.ſyndi.in verbo, brachium.&
per Math.in d.conſtit.iuſtitiarij.iiij.not.verſiculo ſed incidenter.vbi non tenetur quis
capere malefactorem, niſi ſit proditor regis, per dictum cap.nuper aut tranum. & de
48 pœna † villarum, & vniuerſitatum non occurrentium malefactoribus, & homicidis,
habetur in conſtitut.reg. ſi damna clandeſtina.in fin. vbi arbitrio regis puniuntur, &
dicit ibi Matthæ.xviij.not. quòd tale arbitrium non poteſt exercere, nec magna cu-
ria, nec vicerex ad pœnam ſtatuendam, quod not.pro conſtitut. capit.& pragm. reg.
imponentibus pœnam arbitrio regis, & quæ tunc erit pœna per Thom. Gram. in
deciſi.xl. idem dicitur in cap.reg. incip. clandeſtinis maleficiis. vide dictam conſtituti.
ſuper inciſionibus & ſunt multa alia cap.reg. ſuper emendatione damnorum clande-
ſtinorum per vniuerſitates, de quibus per Matthæ. in rubr de homici. clandeſt. & ibi
de occultatoribus iſtorum malefactorum, & pœna ſtatuta contra eos, & aliquid per
Matthæ.

Matthæ. in dicta conſtitur. ſuper inciſionibus. v. not. & an vltra emendationem damnorum teneatur vniuerſitas fiſco ad pœnam, quòd non, per Thom. Gram. plenè in deciſ. xlvij. cap. verò punientia vniuerſitates ad emendationem damnorum incipiunt: vnum incipit, pridem mandatum noſtrum. vbi vniuerſitas emendat damnum datum per ignem, ſi neſcitur quis ignem impoſuerit. aliud incipit, nuper autem. aliud incipit, vniuerſis præſentis edicti ſeriem inſpecturis. aliud incipit, incumbit nobis non minus. & de his per Matth. in dicta conſtit. ſuper inciſionibus, & ibi per Matthæ. de nonnullis quæſtionibus ſuper hac emendatione, & quid ſi fuerint diligentes homines villæ, & per Angel. in glo. fama publi. tamen per reg. Ioan. fuit prouiſum quod vniuerſitates terrarum non teneantur de receptatione bannitorum, malandrinorum, latronum, & aliorum quorumcunque malefactorum, nec officiales contra vniuerſitates pro talibus receptationibus procedant, vt in cap. incip. vt ſtatus reip. in verſic. item quod prædicti officiales non procedant contra vniuerſitates terrarum. tamen per prag. reg. tenentur vniuerſitates & puniuntur, vt in pragm. incip. licet vniuerſa-
50 lis Italiæ. De homicidiis † verò clandeſtinis traditur in dicta conſtitut. ſi damna clandeſtina. vbi ſtatuitur, quòd ſi quis repertus fuerit occiſus in aliquo territorio, & neſcitur quis eum occiderit, facta inquiſitione ſi non apparet occiſor, tenetur vniuerſitas loci, & territorij in pœna pecuniaria, vt ſi occiſus fuerit chriſtianus, punitur pœna centum auguſtalium, ſi verò Iudæus, aut Paganus, pœna quinquaginta auguſtalium, & hæc conſtitutio eſt approbata per multa capit. reg. & primò per capit. incipi. clādeſtiniis homicidiis, & maleficiis vbi punitur vniuerſitas iuxta numerum foculeriorum, vt ſi ſit mille, in vnciis centum, ſi quingentorum vſque ad mille in vnciis quinquaginta, ſi infrà, in vnciis vigintiquinque. & per cap. incip. quod ſi fortè. & per aliud cap. incip. volentes quòd quando. & per aliud cap. incip. volentes quòd conſtit. per nos edita. aliud incip. ſtatuimus quòd conſtitut. Federici ſuper clandeſtinis maleficiis. aliud incip. vniuerſis præſentis edicti ſeriem. aliud in capit. in homicidiis clandeſtinis, quod eſt Papæ Honorij iiij. Excipitur ab hac diſpoſitione, per priuilegium ſpeciale ciuitas Neapolitana, vt per Matthæ. in dicta rubr. de homic. clandeſt. vbi de prædictis cap. & tradit quæſtionem, an hoc priuilegio gaudeant communitatiui, & villæ, vbi poſt Andr. concludit gaudere, & non teneri ad pœnam: hoc quoque priuilegio gaudet ciuitas noſtra regina, vnà cum villis ſuis, & quærit Mathe. in dicta conſtitutione ſi damna clandeſtina. primo not. quòd ſi maleficium fuiſſet factum intus caſtrum, & villam, an habeat locum pœna, concludit poſt Andr. quòd ſic. Sed an teneatur vltra pœnam vniuerſitas ad emendationem damnorum, & intereſſe hæredi-
51 bus mortui, quòd non, vt per Thom. Gram. in deciſi. xvij. Qualiter † autem procedatur, & quando contra vniuerſitates ſuper dicto clandeſtino homicidio, dic vt per Matthæ. ibi poſt Andre. vbi multas ponit quæſtiones, & inter alias, quid ſi fuit occiſus in vno territorio, & cadauer apparet in alio, quæ vniuerſitas teneatur ſi non conſtat? & concludit poſt Andr. ratione incertitudinis, neutra, niſi aliter conſtet vbi fuit commiſſum, & ibi etiam decidit poſt Andre. ſi dimidia corporis pars reperitur in vno territorio, & alia medietas in alio, quòd vbi extat caput, illa tenetur, & ibi quid ſi in confinio duarum vniuerſitatum, quòd vtraque tenetur, & per Bald. in l. arbor. in princ. ff. de rerum diuiſi. vbi ſi homo eſt proſtratus & eius corpus, vt comprehendat ambos confines, quòd vterque iudex poteſt procedere alias quæſtiones, & de proceſſu, & modo procedendi ſuper tali homicidio clandeſtino contra vniuerſitates, & contra particulares ſuſpectos, vide, vt ibi per Mat. poſt Andream, quas vide, ne materias
52 ad longum tractatas tranſplantare videar. adde † etiam Maran. in ſpecul. au. in ſexta parte. quòd non valet inquiſitio, ſi prius non inquiratur contra Particulares, aliâs

ſi ſtatim contra vniuerſitatem nullus redditur proceſſus, & an valeat tale ſtatutum, & conſtitu. quòd pro homicidio, & delicto commiſſo in contrata teneatur vniuerſi-
53 tas loci, dic aliquid per Marſilia. in l. infans. ff. de ſicar. † Et not. quod dixit Paul. de Caſtr. in l. penultima. §. docere. ff. ne quis eum. & Deci. in capit. in præſentia. xiij. not. verſicu. tertio vltrà. de probatio. quòd ſi teſtes dixerint vidiſſe occiſum in tali territorio non probant, nec concludunt neceſſariò, vt vniuerſitas territorij teneatur, ex quo alibi potuit occidi, & ibi aſportari, & per Albericum in tracta. ſtatutorum. ſecunda parte, quæſtione lxxiiij. & per Baldum in l. tertia. §. cognoſcit. ff. de officio præfect. vig. corpus enim mortuum non probat de loco cædis, vt poſt Rich. Malumb. in quæſtione xiiij. de quo dubito, quia nunquam probaretur vt teneatur, nam ſi apparent occiſores, vniuerſitas non tenetur, vt in dicta conſtitu. ſi damna. niſi vbi non apparet: niſi dicamus, quòd vbi ſcitur delictum commiſſum & neſciantur occiſores, quia non fuerunt cogniti: tamen viſi occidere, dic vt ibi per Mat. de hominibus laruatis, & maſcaratis. hæc ſufficienter circa hoc. redeamus ad materiam.

## SVMMARIVM.

1 *Occidentes dolo & ex propoſito & communicato conſilio tenentur de auxilio.*

2 *Coadunati ſi plures ſint non dolo & ex propoſito, ſed caſualiter & in rixa non tenentur de auxilio, ſed quilibet pro eo quod facit, niſi clarè & diſtinctè probetur de auxilio. & nume. 3.*

4 *Fratre rixante cum Seio, ſi alter frater ſuperueniat, & occidat Seium, an frater rixans teneatur ſaltem de auxilio.*

5 *Armatis duobus ad homicidium ſi vnus acceſſerit ad vulnerandum, ſi alter poſtea ſuperueniat, non de voluntate primi, quod ſecundus non tenetur de auxilio.*

6 *Amico ſi quis dicat vt ſecum armatus incedat pro aliquo negotio, & poſtea obuiantem inimicum occiderit, non tenetur de auxilio.*

7 *Præſtans arma ignoranter ituro pro ſuis negotiis, cùm occidit inimicum, an teneatur de auxilio.*

8 *Dolo & ex propoſito aſſiſtens de auxilio tenetur, aliàs non tenetur de eo quod alij fecerint, & an in dubio præſumatur acceſſiſſe dolo. nu. 9. & an ſit arbitrarium. num. 10.*

11 *Delictum oportet eſſe conſummatum, vt de auxilio teneatur, nec ſufficit attentatum.*

12 *Delictum principalis conſtare debet, vt de auxilio teneatur, & qualiter. num. 13.*

14 *Latronis publici delictum an ſufficiat ad probandum de auxilio.*

15 *Confeſſio principalis delinquentis, an noceat acceſſoriè delinquenti, & an probationes contra principalem ſufficiant, quòd non, ſed probari debet factum & operis præſtatio.*

16 *Abſolutoria principalis, an proſit auxilianti.*

17 *Negatiua quod opem præſtitit, qualiter probetur, & qualiter ſit articulandum.*

18 *Scienter debet præſtare opem, & non ignoranter, vt de auxilio teneatur.*

19 *Maleficio an neceſſe ſit dici & probari, quòd aſtitit, vt teneatur de auxilio.*

20 *Malefactoribus exiſtentibus pluribus qualiter dici debet in accuſatione & inquiſitione, & an ſufficiat dici alter alteri.*

21 *Delicti tempus debet apponi in libello, aut inquiſitione de auxilio, & factum exprimi. numero 22.*

23 *Maleficium (vt de auxilio teneatur) neceſſe eſt auctum eſſe per auxilium videlicet habilius commiſſum, ſeùs ſi præſtitiſſet ſimplicem fauorem, nihil faciendo, aut quia delictum factum fuit abſque delicto inquiſiti, & num. 24.*

25 *Vulnera mortalia ſi duo intulerint, an quilibet teneri poſſit, vt principalis, & vt præſtans opem.*

1 CIRCA † ſecundum, quando, & quis de auxilio teneatur, dic
quòd tunc demum tenetur quis de auxilio, ſi dolo, & ex propoſi
to, & habito inter eos tractu de occidendo fuerint coadunati, &
armati inceſſerint ad occidendum. nam tunc etiam ſi nihil fece-
rint, nec arma extraxiſſent, nec percuſſerint de auxilio pœna or-
dinaria tenentur, ſed ſi non dolo, & ex propoſito, tunc de auxi-
lio non tenentur, ſed quilibet tenetur de eo quod facit, & non
de eo, quod alij faciunt, & ſi nihil fecit, in nihilo tenetur, quãdo non ex propoſito, &c.
2 Ideo † ſi plures fuerint coadunati non dolo & ex propoſito, ſed in rixa, & caſualiter,
quilibet tenetur de eo quod ipſe facit, & non de factis per alios, niſi diſtinctè, & clarè
probaretur, quòd vnus impendiſſet alteri auxilium ex propoſito, & tractatu, ita not.
in l. ſi in rixa. vbi Bart. & alij. ff. de ſica. & ita dixit Bal. in l. non ideo minus. verſic. iuxta
hoc quæro, pone, quòd duo. C. de accu. & in præcedente quæſtione, vbi quærit, an ſi
duo vulnerauerũt, an ſtatim quòd probatur hoc, de auxilio probetur, dicit, quòd nõ,
3 & ideò † pluribus congregatis dicit teneri de eo, quod quilibet facit, niſi clarè de au-
xilio probaretur, & vnus alteri impendiſſet auxilium, & ſic ex propoſito, & ibi in
præce. q. de domino, & famu. percutientibus, & occidentibus, an dominus teneatur,
vt principalis, & de auxilio. & per Bal. & Albe. in d. l. ſi in rixa. & per Bar. in l. qui ſeruo.
§. fi. ff. de furt. Ange. in l. ſi reos. in princi. ff. de duob. re. & per Ange. in gl. dicto malefic.
verſi. & aduertas, & ita limitat quod ſuprà dixerat de armato aſsiſtente, & nihil facien
te, & arma non extrahente, vt per eundem, in glo. dictus And. Arma. & per Cataldi. in
tracta. ſyndi. conclu. cxciij. vbi dicit, in vna adunatione gentium non tenetur de auxi-
lio, niſi quantum fecerit, & ex propoſito, & per Paul. Gril. in tract. de pœ. om. coi. x. q.
4 Facit † etiam dictum Bald. in l. data opera verſicu. pone quòd frater. C. qui accuſ. poſ.
vbi dixit, quòd ſi frater rixabatur cum Seio, & alter frater ſuperueniat, & occidat
Seium, frater rixans non tenetur, nec vt principalis, nec vt auxiliũ præſtans, idem Bal.
in l. j. verſi. quæritur vnus. C. vnde vi. Alex. in. poſt Barto. in l. j. ff. de ſicar. Felin. in c. Pe-
trus. de ho. & ibi per Panormi. quo ad irregularitatem, & per Cur. in conſil. xlj. niſi fra-
ter ratum habuiſſet, vt per Matthæ. in conſti. terminum vitæ. x. q. vbi de clerico litigã-
5 te cum alio, & docet articulari ad defenſionem. Et † facit in hoc etiam dictum Bald.
in l. raptores. C. de epiſco. & cleric. vbi dixit, quòd ſi ſunt duo armati ad homicidium,
tamen ſi vnus acceſſerit ad vulnerandum, & poſtea alter ſuperueniat non de volun-
tate primi, quòd ſecundus non dicitur præſtare auxilium. ita Alexan. poſt Bal. in dicta
l. data opera. tamen hoc non dicit Bald. ibi, imò contrarium, & per Thom. Gramma.
in conſil. xxxij. & vide per Ancha. in conſil. ccxvij. incipien. nos Barto. vbi neceſſe eſt,
quòd fuerint coadunati, & habito tractatu, aliàs tenetur de eo, quod quis facit, & nõ
de auxilio, & faciunt tradita per Gand. in rubri. de homi. verſicu. pone quæſtionem,
6 & Maria. in ſingu. ccxvij. Faciunt † etiam tradita per Fulg. in l. quid ſit fugitiuus. §.
primo. ff. de ædil. edi. vbi dixit, ſi aliquis dixit amico ſuo, quòd veniat ſecum pro vno
negocio, & ille captis armis acceſsit cum eo, & obuiam faciens inimico occidit eum,
ſi nihil fecit, non tenetur de auxilio, maximè ſi ſe retraxit, aut non potuit ſe retrahe-
re. bene tamẽ punitur aliquali pœna, ſi potuit ſe retrahere, & non retraxit. & per Alb.
in l. fina. ff. de ſicar. in fin. & per Mar. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. & in l. j. C. de ſicar.
habetur in apoſt. Thom. poſt Barto. in dicta l. in furti. §. ope. & ibi Alexan. poſt Barto.
aut in dicta l. fina. ff. de ſicar. & per Bonifa. in rubr. de inſul. & percuſſ. verſicu. ſed pone
7 quæſtionem de facto. Idem † ſi ignoranter præſtitiſſet arma, vt quia dicebat ſe velle
ire pro negociis ſuis, & occidiſſet, non tenetur, ſecundum Bal. in l. quicunque. verſic.
no. ſextò. C. de ſer. ſug. & Feli. in c. ſicut dignum. v. limitat. de homi. Bar. in cõſi. xxiiij.

Alexand. poſt Barto. in d. §.ope. Imol. & Aretin. in l.ſi ſtipulatus fuerit. ff. de verbor. obligat. Angel. in §. interdum. inſtit. de oblig. quæ ex deli. naſ. Marſi. in pract. in §. conſtante. v. limita. & per Ioan. de Arno. in caute. xxxj. Requiritur † ergo quòd aſſociet,
8 aut aſsiſtat armatus dolo, & ex propoſito vt teneatur de auxilio aliâs non tenetur, ſed de eo quod fecit, & non de eo quod alij fecerunt, & ita intelliguntur ſuprà tradita de præſtante opem ante delictum, in delicto, & poſt delictum in exemplis ſupra traditis, vt procedant quod dolo, & ex propoſito, & habito tractatu, & non aliter, & ita intelliguntur dicta per Alexand. in dicta his qui opem. ff. de fur. & tradita in l. fin. ff. de ſicarns. & ita per Bald. in dicta l. j. C. de ſer. fug. & per Felin. in dicto cap. ſicut dignum. & in cap. j. de offic. de lega. & poſt eum. Deci. ibi, & per Thom. Grain. in conſil. xxxij. & Ioan. de Amic. in conſi. liij. & per Barto. in l. ſæpe. in fin. ff. de verbor. ſignific. Alexan. poſt Barto. in d. l. is qui opem. & in l. ſi duo patroni. in princ. ff. de iureiur. Pau. de Caſt. in conſil. cxcij. incipi. in cauſa carceratorum. plenè per Mar. in d. §. conſtante. & in dicta l. fin. ff. de ſicar. & in l. nihil intereſt. eodem tit. & in l. j. C. de rapt. virg. plenè, & in conſil. lxvij. & conſil. lxxix. & conſil. lxxxj. & conſil. xc. & conſil. cxij. & conſilio xxiiij. & conſil. xxv. & conſi. xxxiiij. & in ſingu. xv. & in ſingu. cccc. & in ſingu. ccxvij. Gandi. in rubr. de homic. verſic. pone quæſtionem. Cepol. in conſilio xxxiiij. & Paul. Gril. in d. x. quæſt. de pœn. omni. col. in quibus locis plenè traditur, quòd ad hoc vt auxilio teneatur quis, eſt neceſſe quòd dolo, & ex propoſito, & ad hoc fuerint coadunati, aliâs tenetur de eo quod ipſe facit, & non quod alij per dictam l. fin. ff. de ſicariis. & nouiter vide multa per Thom. Grain. in decili. xxv. vbi dicit ita conſuluiſſe & conclusiſſe valentem doct. Sed an † in dubio præſumatur quis caſu aliter aſsiſtere &
9 adeſſe maleficio, an ex propoſito. Felin. in dicto cap. ſicut dignum. dicit quòd præſumitur caſualiter, & non ex propoſito, allegat Bald. in l. j. in lectur. antiqua. ff. de ſer. corrup. Alexand. poſt Bart. in l. furti. §. ope. ff. de fur. Petr. de Anchar. in conſil. ccxvij. Mar. in dicta l. fin. & in d. l. j. C. de raptu virg. & in dicto §. conſtante. & Thom. Gra. in dicto conſil. xxxij. facit in hoc dictum Angel. in d. gl. & dicto malefic. in fin. poſt Bald.
10 de pluribus coadunatis quòd debet clarè, & diſtinctè probare. Bald. autem † in dicta l. j. ff. de ſer. corrup. in addit. & Auguſt. poſt Angel. in d. glo. & dictus Andr. dicunt iudicem arbitrari, an quis ſteterit, & aſsiſtat cauſa opem ferendi ex circuſtantiis Angel.
11 in l. j. §. ſi quis in viliam. ff. ad Silleian. Item † ad hoc vt teneatur de auxilio, neceſſe eſt quòd delictum fuerit conſummatum, nec ſufficit attentatum. glo. & Dyn. in l. ſed & diuortij. ff. rer. amo. Bald. in l. j. iiij. oppoſ. C. de ſer. fugi. Cepo. conſilio xxxiiij. Ioan. de Ami. dicto conſi. liij. Mar. conſil. xxx. & in dicto §. conſtante. & in locis ſupra. Niſi in caſibus in quibus hodie attentatum punitur ſicut conſummatum, vt in crimine læſæ
12 maieſtatis. d. l. quiſquis. & in aſſaſsinio, & aliis de quibus ſuprà fuit dictum. Item † ad hoc vt quis de auxilio teneatur, eſt neceſſe conſtare de delicto principalis, vt per Bart. in l. ſi is qui. §. ſi in Titium. ff. de fur. Bald. in conſil. ccxxix. iij. volum. & in conſil. xxiiij. v. volum. & in reperto. ſuo, in verbo, operarius. verſic. opem præſtans. Petr. Anchar. in conſil. cxij. incipien. nos Bartolomæus. Alexand. in l. ſed ſi duo patroni. in princip. ff. de iureiur. & in conſi. ccxxiij. ij. volum. Ana. in cap. ſignificaſti. el ſecundo. de homi. Matth. in conſtit. terminum vitæ. vj. not. ij. quæſt. Mar. in dicto §. conſtante. & in rubr. C. de probat. & in conſil. xlix. & in conſil. xxxix. & in conſil. xxiiij. & conſil. xxxiiij. & conſil. lxix. & conſil. lxvij. & conſil. xxxv. & in l. prima. C. de ſicar. & in l. nihil intereſt, ff. eodem. Angel. in dicta glo. & dicto maleficio. verſic. quæro ad hoc procedi poſſit. Bart. & Alexan. poſt eum. in l. denunciaſſe. §. fin. ff. de adult. Angel. in d. §. ſi in Titium. Bart. in conſil. cxciij. incip. Tudertinus. Angel. in glo. Andr. auxi. in fin. Mar. in conſilio xx. & conſil. xxxix. & conſil. xliij. & conſilio lxiij. & conſil. 50. & conſil. lxxxj. &

conſil.

13 conſil.cx. Alexand.in conſil.xcix.j.volum. in quibus † ad hoc, vt procedatur contra præſtantem opem, eſt neceſſe conſtare de delicto principalis, & quòd principalis deliquerit,& hoc conſtare per teſtes,vel per confeſsionem principalis. Nec ſufficit probare per fictam confeſsionem principalis, vel per fictam confeſsionem inductam ex contumacia per ſtatutum, vt per Angel.in dicta glo. & dicto malefic. Felin.in d.cap. ſicut dignum.Barto.in dicto §.ſi in Titium.Mar.in dicto §.conſtante.duplici loco,nec per confeſsionem publici latronis,& malefactoris,vt per Bald.in conſil.incip.aſſeſſoris delicto. & per Felin. in dicto capit.ſicut dignum. & per Mar. in dicto §.conſtante.
14 Limita † tamen in regno per cap.reg.incip. frequens, & ineffrenata. & per cap.incip.
15 conſtitutionem. vbi nocet confeſsio publici latronis. Et an † confeſsio principalis delinquentis noceat acceſſoriè delinquenti, dic vt per Bald.in conſil.xxxv. v.volum. Nec ſufficiunt probationes factæ contra principalem, nec ſententia lata contra principalem,ſed neceſſe eſt probare,clarè factum principale,& opis præſtationem, vt per Bald.in conſil.incip.de acceſſorio. Alexand.poſt Bart.in l.is.§.fin.ff.de fur. & per Saly. in l.j.verſic.quæro ſucceſsiuè. C.de raptu virg.Ang.in dicta glo. & dicto malefic.& in d.glo.Andr.auxil. Angel.in dicto §.ſi in Titium. Anchar.in d.conſil.cxviij.incip. nos Bartholomæus.Maria.Socyn.in cap.qualiter,& quando.lo ſecundo.quęſt.xj.artic.vj. de accuſat.Felin.in dicto cap.ſicut dignum. Mar.in dicto §.conſtante. Paul. de Caſt.in
16 l.cùm filius.§.j.ff.de verbo.oblig.traditur in l.ſi veteris. C.de fide inſtrumen. Imò † nec etiam abſolutoria principalis prodeſt auxiliatori, nec condemnatoria nocet. Alexan. poſt Bart.in l.ſi is.§.j.ff.de fur.Dyn.in conſil.incip.ſed pone reum abſolutum. & Ang. in d.glo. Andr.auxil. verſic.quæro an Caio.Gand.in rubr. de pœn.& in rub.de homic. Ang.in glo.ita quòd moriatur.Ang.poſt Bart.in l.is qui reus. ff.de publ.iud. Alexan.
17 poſt Bart.in l.adulter.§.j.ff.de adult.& in l.eos.eod.Qualiter † autem probatur negatiua,quòd opem non præſtitit, dic vt per Angel.in authen.de teſti. §.ſi verò abſunt.& in auth.de hære.& fal.in §.hinc nobis.verſi.no.ex iſta gloſ.Alex.poſt Bart.in d.l.is qui opem.ff.de fur.vbi ponunt practicam,quòd articuletur,& teſtes dicant ſe interfuiſſe, & pręſentes fuiſſe in homicidio,& vidiſſe quis occidit,& quis opem præſtitit,& qualiter talis opem non præſtitit, nec præſtare vidit,nec potuiſſe præſtare opem quin ipſi
18 vidiſſent,cùm erant præſentes,& videntes.not.in cap.ex tenore.de teſtibus.Et † nota quòd nō poſſunt teneri de auxilio,niſi ſcienter,& non ignoranter opem præſtitiſſent: aliàs ſi ignoranter non tenentur, vt ſuprà de commodante arma ad ſolacium, nam ſi occidat,non tenetur.Et in dubio non præſumitur ſcienter,& dolosè, ſed ignoranter, vt ſuprà.& pleniſsimè per Pau.Grill.in tract.de pœnis omni.coi.x.quæſt. verſi.reſtat. & per Bonifac.in rubr.de inſult.& percuſſ.Et ideò in inquiſitione, & accuſatione debet ſpecificari dolosè, ſcienter, & appenſatè, & non ignoranter opem præſtitit, & hoc probari debet: aliàs abſoluitur inquiſitus, & accuſatus,vt per Angel.in authen. de eccleſiaſt.titu.§.iubemus.Barto.in l.omnes. C.de agricolis, & cenſi.lib.xj.Alexan.
19 poſt Bart.in dicta l.is qui opem.Marſi.in dicto §.conſtante.Item † debet dici aſsiſtendo ſemper dicto maleficio vt habilius committeretur, vt per Bart.in l.qui ſeruo.§.fin. ff.de furtis.Alex.poſt Bart.in l.ſi.x.addit.ff.de ſicar. Ang.in d.gl.& d.malefi.& in d.gl. And.auxil.circa princ.Matth.conſtitut.terminum vitæ.vj.not.ij.quæſt.Marſi in dicto §.conſtante.verſi.& in eadem materia auxilij,& in d.l.fin.& in conſi.lxxxj.& in l.nihil intereſt. ff.de ſicar. Aliàs abſolueretur, cùm interpretarentur in benigniorem partem verba inquiſitionis, & accuſationis, non exprimendo qualiter præſtitit auxilium, & fauorem, vt ibi per Barto.& Angel.in d.gloſſ.& dicto malefic. & per Ioan.de Arno.
20 in ſoliloquio lxj. Et † ideo, ſi fuerint duo, debet dicere qualiter præſtiterunt auxilium, & fauorem vnus alteri, & alter alteri, aſsiſtendo dicto maleficio. Si autem ſunt

plures duobus, non debet dicere vnus alteri, ex quo alter verificatur in duobus tantum, & non in pluribus, ideò corruit inquiſitio, & accuſatio, ſed dici debet vnus alij, & alius alij, nam dictio, alius, etiam in pluribus verificatur, ita per Bal. & Saly. in l. ancillæ. C. de fur. & Bald. in conſil. cccxxviij. iij. volu. & Ange. in dicta glo. & de dicto malefic. vbi ita dicit in practica ſeruari, & Alexand. in l. ſi duo patroni. ff. de iureiurando. Paulus de caſtro in conſilio decimooctauo. Floria. in l. Mæuius. §. alter. ff. communi diuidun. Catald. in tractatu ſyndicatus, quæſtione quingenteſima ſexageſima quarta. Marſili. in dicto §. conſtante. verſiculo, & in eadem materia auxilij, & ſequen. verſiculo, & teneas etiam menti. Alexander poſt Bartolum in dicta lege, is qui opem.

21 † Item debet deduci in inquiſitione tempus delicti, vt quia præſtitit auxilium maleficio, & non criminoſo, extra tempus maleficij, & vt in clementina prima, de pœnis, & per Bartolum, & Baldum in l. raptores. C. de epiſcop. & clericis. & in l. prima.

22 C. de rapt. virginum. Alexand. poſt Bartolum in dicta l. is qui opem. † Item debet dicere in inquiſitione, & accuſatione, quòd præſtitit auxilium tali ad tale delictum, vt exprimat ad quid faciendum, & cui, vt per Bald. in margarita, in verbo, delinquentes. & per Baldum in l. non ideo minus. C. qui accuſare poſſunt. vbi in inquiſitione ſpecificè debet dicere de auxilio, & fauore, & modum fauoris, & per Felinum in ca-

23 pitulo primo, prima limitat. de offic. delega. † Item, vt teneatur de auxilio, neceſſe eſt, quòd ex tali actu maleficium fuerit auctum, & interuenit, vt maleficium habilius committeretur, ſecus quando fuiſſent plures, & aliquis nihil faceret, ſed ſimpliciter aſtaret, præſtando ſimplicem fauorem, vt quia ſine eo maleficium foret commiſ-

24 ſum, & executioni mandatum. † Nam tunc præſtans ſimplicem fauorem non tenetur de auxilio, ſed mitius punitur, vt tradit glo. in capitulo, felicis. in verſiculo, ſimplici fauore. de pœnis, & in dicto capitulo, ſicut dignum. §. primo. quam gloſ. ſequitur Angelus in l. in furti. §. ope. ff. de furtis. & in l. is qui opem. eodem titulo. & eam ſequitur Auguſtinus poſt Angelum in dicta gloſ. & dicto malefic. allegat ſimilem gloſ. in clementi. prima, de pœnis, per quam dixit euaſiſſe quendam à pœna furcarum, vt per Marſilium in dicto §. conſtante. verſiculo, item adde, etiam tene menti. & in dicta l. finali. ff. de ſicar. Felin. in capitulo primo. verſicu. limita primò, dummodo auxilium, de officio. delega. & per Angelum in glo. Sempro. manda. & per Salycetum, & Baldum in l. prima. C. de rapt. virginum. & in l. raptores. C. de epiſco. & cleric. Socin. in conſilio centeſimo quinquageſimoſeptimo, ſecundo volumine. per Paulum Gril-

25 land. in tractatu de pœnis omni. coi. decima quæſtione. † Sed quid, ſi duo intulerunt vulnera mortalia, an quilibet teneri poſsit vt principalis, & vt præſtans opem: dic vt per Bald. in dicta l. non ideo minus. verſicu. ſed iuxta hoc venit quæſtio. vbi quòd ſic, diuerſis reſpectibus, vt quia reſpectu ſui, vt principalis, & reſpectu alterius, vt præſtans opem, vt per eum.

## SVMMARIVM.

1 *Homicidio & maleficio præſtans opem & auxilium qua pœna puniatur, & an eadē pœna.*

2 *Opem præſtans in crimine leſæ maieſt. an eadem pœna puniatur.*

3 *Auxiliator in crimine aſſaſſinij an eadem pœna puniatur.*

4 *Opem præſtans in Sodomia an eadem pœna puniatur.*

5 *Pœna diuerſa ſi imponatur per ſtatutum opem ferenti, ea imponi debet, vide ampliationes & limita. nu. 6.*

7 *Principalis ſi non tenetur, vt quia licitè poterat facere, auxiliator non tenetur.*

8 *Pœna an omnium ex pluribus præſtantibus auxilium erit vniformis, an diuerſa.*

9 *Opem præſtans in duobus homicidiis, an teneatur duplici pœna.*

10 *Statutum puniens committentem homicidium, ac comprehendat auxilium præſtantes.*
11 *Statutum an locum habeat in præſtante auxilium in delicto conſummato.*
12 *Conſti. reg. terminum vitæ ſuper homicidio, an locum habeat in auxiliante.*
13 *Pœna quæ augetur ex qualitate inhærente principali, an minuatur, non habet locum in auxiliante, vt pœna augeatur, aut minuatur, & diſtingue, vt num. 14. & nume. 15. & num. 16. & intellectus ad l. vtrum. ff. de parric. num. 17.*
18 *Pœna ſi minuitur in principali, an minuatur in opem ferente.*
19 *Pœna ſi augetur in auxiliante, an augeatur in principali.*
20 *Opem ferens quando ignorat qualitatem aggrauantem in principali, non tenetur eadem pœna.*
21 *Auxiliatores non tenentur eadem, pœna ſed mitiori, & caporales tenentur pœna ordinaria, quando imminet periculum & ſtrages multorum.*
22 *Homicida ſi expellitur ab aliqua dignitate ob homicidium, an ab eadem expellatur auxiliator.*
23 *Auxiliator tenetur vt principalis, ſi cum auxilio concurrat conſilium.*
24 *Index laicus non poteſt procedere contra laicos auxiliatores, ſi clericus eſſet principalis.*
25 *Auxiliator conuentus coram vno iudice, an petere, poſſit ſe remitti ad iudicem principalis.*
26 *Proceſſus ſi non valet & inquiſitio contra principalem, nec valet contra auxiliantes.*
27 *Auxiliator an poſſit eſſe teſtis & cogatur teſtificari contra principalem.*
28 *Auxiliator ita efficitur irregularis ſicut homicida & percuſſor.*
29 *Principalis ſi promiſit ſoluere auxilianti omnia damna, expenſas & interreſſe, an agere poſſit auxiliator.*
30 *Auxiliator an teneatur de damno dato ab aliis.*
31 *Auxiliator an teneatur de pace rupta ſicut principalis.*
32 *Auxiliatorem ſe defendendo an poſſit occidere ſicut principalem.*
33 *Procedi ne poſſit in eadem inquiſitione contra principalem & auxiliatores.*
34 *Proceſſus an retardetur præſentium propter abſentes quando proceditur contra plures principales & auxiliatores.*
35 *Conuicto & condemnato principali an liberentur auxiliatores.*
36 *Homicida verus an liberetur propter condemnationem factam contra alium inquiſitum.*
37 *Auxiliatoribus pluribus ſi vnus condemnetur & ſoluat, an ceteri ſint liberati.*
38 *Proceſſus an valeat contra principalem ſpecialiter, & generaliter contra auxiliatores, & an in auxiliatoribus fiat diſtinctio quòd principalis erat aliâs facturus. num. 39.*
40 *Appellatio ſi per ſtatutum denegetur principali, an denegetur auxiliantibus.*

1 CIRCA Tertium † qua pœna puniatur auxilium. & opem præſtans homicidio, & maleficio, dic quòd in hoc extat conflictus docto. ad inuicem diſcrepantium, nam Bart. in d. l. is qui opem. ff. de furtis. tenet quòd eadem pœna indiſtinctè, fallit in caſibus l. primæ. C. de raptu virginum. & in l. prima. C. de nili aggerib. non rumpend. Fallit etiam quando aliqua qualitas plus ineſt principali, quàm auxilium prǽſtanti, cùm declaratione, vt per eum, quem ſequitur Angelus in dicta l. prima C. de nili agger. non rumpen. & Anto. de Butri. Imol. & Panormi. in capitulo primo. de officio delega. Ange. verò in gloſſ. & dicto malefic. Sempron. aſti. tenet contra Bartol. communiter tamen doctores tenent opinionem Dyn. in quodam conſilio, qui ita conſuluit, & refert, & ſequitur Gandinus in rubrica de homicidiis. verſic. item pone quòd Titius. & Saly. in dicta l. prima. C. de raptu virgin.

verſi.quæro ad declarationem prædictorum. Vbi dicit opinionem Bart.ſequentes eſſe damnatos,qui diſtingunt quod aut præſtans opem,& auxilium,fuit cauſa immediata mortis, & delicti, & præſtitit auxilium cooperatiuum, & tunc tenetur eadem pœna iuxta exempla ſuperius tradita,maximè in auxilio præſtito in delicto,& in dante cauſam mortis propinquam per l.nihil intereſt.ff.de ſicar.& per Socyn.in conſ.clxxxviij. incip. viſa bulla.j.volum. Aut non fuit cauſa proxima, nec cauſam mortis præbuit, ſed aliter præſtitit auxilium, vt in exemplis ſupra traditis ante delictum, & in aliquibus in delicto,& poſt delictum,& tunc non tenetur eadem pœna, ſed mitiori, vt media pœna per d.l.is qui opem.& in l.j. C.de rap. virgin. & in l.j. C.de nili agger. non rumpen.& in aliis legibus pro hac parte allegatis, & hanc ſequitur Cepol.in conſilio xxvij. & conſi xxxiiij.ij.dubio. In quibus etiam ſtante ſtatuto, quòd præſtans opem puniatur eadem pœna: nam intelligitur tale ſtatutum, ſecundum dictam diſtinctionem, vt quando dedit cauſam mortis ſecundum ius commune, & non aliter,& ibidem de exemplis, & per Mar.in d. §.conſtante.& in d.l.nihil intereſt.& in l.fin. ff.de ſicar.& in d.l.j. C.de rap.virg.& in l.eiuſdem.in princ.ff.de ſicar.& in l.ii ſciente. ff.de parri.& in l.j.& in l.is qui cum telo.C.de ſicar.& in conſi.xxiiij.& conſi.xxv.& in conſilio xxx.& conſi.xxxix.& conſi.xxxiiij.& conſi.xiiij.vbi ſtante ſtatuto,& conſi.xlvij. & conſi.50.& conſi.lxxxj. & conſil.cxv.vbi limita, cùm alteretur ratione perſonæ,& in ſingu.xv. & per Bonifa.in titu.quid ſit accuſ. verſic.ſed ponè,quòd quidam, & per Angel.in d.l.is qui opem.vbi dicit Peruſij iudicatum contra Bart.vt ſuprà,& per Bal. in l.j.C.ad legem Iul.pec.& in d.l.j.C.de nil.ag.& per Andr.in conſti.quicunque mulierem.de violen.mere.illa.in caſu illius conſtitu. dicit principalem vltimo ſupplicio, auxiliatores verò pœna deportationis puniendos, & per Thom.Gram.in conſil.xlv.

2 Fallit in † crimine læſæ maieſtatis, in quo indiſtinctè eadem pœnam punitur, vt per Bart.in l.cuiuſque.ff.ad legem Iul.maieſt.& habetur in l.quiſquis. C.eodem. Cepo.in

3 conſi.xvij.& Mar.in conſi.cxxvij. Fallit † etiam in crimine aſſaſsinij, vt in c.ſignificaſti.extra de homic.in vj. & per Cap.in deciſi.ſac.conſi.clv. verſi.ad ſecundam dubitationem. vbi optimè quòd in hoc crimine eadem pœna puniatur auxiliator, etiam

4 non ſecuto effectu,& perfecto delicto,vt per eum. Fallit † etiam in præſtāte auxilium ad ſodomiam, vt per Math.in conſtitut.legum aſperitatem. per l.j.§.quia puero. ff.de

5 extraordin.crim. Fallit † etiam ſi per ſtatutum imponatur ſpecialis pœna pro auxilio, & ope,nam punitur pœna illius ſtatuti: ſecus tamen ſi ſtatutum ſimpliciter, & indiſtinctè imponat pœnam,non tamē ſpecialem,nam tunc diſtinguitur vt ſuprà, ſi verò ſeparatim imponitur,vt quia alia homicidæ, alia opem præſtanti, illa pœna eſt imponenda indifferenter,ita dixit Saly.in l.j.C.de rap.vir.verſi.aut lex punit opem. & Ang. in d.l.j.C.de nili ag.& per Felin.in d.c.ſicut dignum.& in d.c.j.de offi.deleg. Mar. in d.

6 §.conſtante.& vide † ampliationes, & limitationes in hac materia per Felin.in dicto

7 c.ſicut dignum. & in c.j.de offic.delega. & per Mar.in l.fin. ff.de ſicar. Limita † vt de auxilio non teneantur ſi principalis poterat licitè,& impunè facere:nam auxiliantes, & aſſociantes tunc non tenentur vt per Ang.in l.gracchus.C.de adulter.Par.in tract. ſynd.in verſi.familiaris.in princ.vbi de familia conuocante alios ad auxiliū vt capiant malefactorem, nam ſi occidatur non tenentur auxiliatores, & declara vt ibi in his in quibus teneantur obedire,& in ſequen.verſ.quia ſuprà,& in verbo,reſiſtentia.per Iaſ.

8 in l.iuſtè poſsidet. ff.de acquir. poſſeſſ. Et quid † ſi plures præſtiterunt auxilium, an omnium pœna erit vniformis,an diuerſa? dic vt per Saly.in d.l.j.C.de rap.virg.& per

9 Paul.Grill.in d.x.quæſt.verſi.reſtat.verſic.iterum quæro. Et quid † ſi præſtat opem in duobus homicidiis, an teneatur de duplici pœna, & duplici homicidio? dic vt per Corno.in conſi.viij.iij.volum.& per Mar.plenè in l.fin. ff.de ſicar. vbi ſi pluribus præſtitit

ſtitit auxilium ſimul, an teneatur de omnibus auxiliis, vt ſi per ſtatutum puniatur
auxiliator in mille, ſi pluribus præſtitit auxilium, an pluribus pœnis puniatur, vbi
quòd vna pœna, ſi vnicum maleficium, licet plures delinquentes, ſecus ſi plura male-
ficia. Angel. in glo. And. auxili. verſi. quid autem ſi vnus. & Barto. in conſil. ccxxiij. &
10 Bel. in pract. in rubr. de quæſt. Sed quid † ſi ſtatutum imponat pœnam committenti
homicidium, an comprehendat auxilium præſtantes ad homicidium, Bald. in l. nihil
intereſt. ff. de ſicar. & in Spec. in titu. de appellat. verſic. ſed pone quæſtionem. de facto
dicit, non habere locum in auxiliante, ſtatutum de homicidio. Angel. in d. l. is qui
opem. vbi extendit etiam in dante cauſam homicidio nõ verificari dictum ſtatutum.
Alexan. in conſil. cxl. ij. vol. & poſt Bart. in d. l. is qui opem. Flor. in l. ſi quis fumo. ff. ad
legem Aquil. vbi etiam dixit, ſtatutum de non relaxando fideiuſſoribus principalem,
non comprehendit auxiliatorem, & in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Barto. in l.
hæc verba. ff. de adulter. & in l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi aut clam. Felin. in dicto
c. ſicut dignum. Angel. in d. glo. & dicto malefic. vbi diſtinguit, aut ſtatutum loqui-
tur in rem, aut in perſonam, ſi in perſonam, non apprehendit auxiliatorem, vt ſi dicat,
ſi quis occiderit, aut vulnerauit. Si in rem, vt quia dicat pro homicidio, & percuſſio-
ne, puniatur tali pœna, & tunc tenetur, vt per Bart. in d. §. fin. & in d. l. is qui opem. in
princ. & in d. l. nihil intereſt. Panor. in d. c. ſicut dignum. & in c. j. de offic. delega. & in
cap. mulieres. de ſentent. excommuni. Roman. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.
& docto. in rubr. & in l. ſi quis per alium. ff. ne quis eum qui in ius voca. Canoni. in c. ſi
quis ſuadente. xvij. quæſt. iiij. Marſi. in dicto §. conſtante. in verſi. item auxiliator pœ-
11 na ſtaturi. & in conſil. xxx. vbi etiam † dixit, quòd tale ſtatutum de præſtante opem,
intelligitur in delicto in fieri, nam præſtans opem punitur pœna ſtatuti, ſecus ſi eſt
conſummatum: nam talis opem præſtans delicto conſummato, non tenetur pœna
ſtatuti, vt per Bart. in l. furtum. ff. de furt. & in l. iij. §. ſi quiſquam. ff. ad Sillcian. Ang.
in d. l. is qui opem. & in conſi. xxij. & Ang. in d. glo. & dicto malefic. in intellectu. l. eos.
C. de fur. & Felin. in d. c. ſicut dignum. iiij. limita. Et eo maximè procedit, ſi ſtatutum
dicat, ſi quis occiderit manibus propriis: nam non comprehendit auxiliantem, vt per
Innocen. in c. continentiam. extra, de cleri. percuſ. Alexan. poſt Bar. in d. l. is qui opem.
12 quod nota † pro intellectu conſtitut. reg. terminum vitæ an comprehendat auxilian-
tem, quòd non, ex quo dicta conſtit. eſt ſtricti iuris, & loquitur in perſonam, vt ibi, ſi
in aggreſſu ipſo occiderit, & ſuprà fuit dictum, & per Math. in conſti. ſi quis aliquem.
in fin. ij. nota. vbi dicit illam conſtitut. non habere locum in auxiliante, vt ob vulnus
puniatur pœna manus, autoritate Anton. de Alex. in l. j. C. de ſer. fugiti. & per Math.
in conſtitu. eos qui ſcienter. de periurio. contrarium tamen vide in hoc, per Tho. Gra.
in conſi. iiij. quòd comprehendat dicta conſtit. terminum vitæ auxiliatores, vt ibi per
13 eum, autoritate And. in d. cõſti. Limita † etiam prædicta, niſi aliqua qualitas inſit prin-
cipali ex qua delictum augeretur, & pœna, aut minuatur, tunc etiam ſi daret cauſam
homicidio, & delicto, in auxiliante nõ augeretur, nec minueretur pœna ratione qua-
litatis principalis. Et ideo ſi ex contumacia principalis augeretur pœna, vel ex con-
feſſione principalis minueretur, non augetur, neq; minuitur in auxiliante, vt per Bar.
in l. libertis quos. §. penult. ff. de alimen. & cibar. lega. Iaſ. in l. j. ff. de in litem iurand. &
per Bart. in dicta l. is qui opem. & in l. qui ſeruo. §. j. ff. de furt. Angel. in d. glo. & dicto
malefic. verſic. quæro qua pœna. Salyc. in d. l. j. Felin. in d. c. ſicut dignum. & in c. j. poſt
Panorm. de offic. delega. Bart. in l. vtrum. ff. de parricid. & in l. ob hæc verba. ff. de infa.
14 & habetur poſt Bart. in d. l. is qui opem. & in dicta l. qui † ſeruo. & Barto. in d. l. is qui
opem. diſtinguit, aut iſtæ qualitates ex quibus augetur delictum, & pœna, ſuperue-
nerunt ex poſt facto extra propoſitum delinquentium, vt in terminis d. l. is qui opem.

& tunc quilibet punitur iuxta qualitatem in eo inhærentem: aut iſtæ qualitates inſunt ab initio tempore delicti, iuxtà propoſitum delinquentium, & tunc qualitates in principali inſunt auxiliatori. Et ideò ſi quis præſtitent auxilium principali, vt patrem occideret, ita tenetur de parricidio extraneus auxiliator, ſicut principalis.l. vtrum.ff.de parricid.& per Ioan.de arno.in caute.v. Idem ſi ſtatutum puniret in plus nobilem, vel forenſem: nam opem præſtans tenetur eadem pœna. Aut iſtæ qualitates inſunt tempore delicti ratione loci, vel temporis, vel eius in quem committitur delictum, vt quia præſtiti arma ad homicidium committendum de die, & de nocte occidiſti, vel extra ciuitatem, & eccleſiam, cùm in platea, vel eccleſia, vel ad interficiendum priuatum, qui poſtea fuit in dignitate poſitus, & eum occidiſti in dignitate, & tunc obligatur opem præſtans, cum delictum eſt perfectum, ſed tunc inſunt iſtæ qualitates, ergo opem ferens tenetur, vt principalis, vt per gloſ. in l.prima.§.perſuadere. ff. de ſer. corrup. & ita reſidet Bartol.in dicta
15 l.is qui opem. & † ſentit in l.qui ſeruo.§.j.ff.eodem. vbi quid ſi in principali qualitas minuit pœnam; an minuat in opem ferente, dicit, quòd non, vt in l.j. ff. de parri. nam ibi mandato coniunctæ perſonæ extraneus commiſit parricidium, tenetur extraneus de homicidio, tamen coniuncta perſona tenetur de parricidio.l. fina.ff.de parricidis. Idem ſi extraneus præſtet opem patri interficienti filiam adulteram, vel viro vxorem, licet pater, & vir non teneatur, tamen extraneus tenetur, vt per Barto. in l.non ſolum.§.mandato. in principio.ff.de iniuriis. per Capi. in deci. ſacr.conſi.centeſimo quinquageſimoquinto, verſi.ad ſecundū. habetur poſt Bar.
16 in l.qui ſeruo. §.j. Bald. † verò quo ad primum in l.non ideo minus.verſicu.hoc præmiſſo.C.qui accu.poſ.tenet contra Barto. dicens eſſe contra l.mores.§. iſtæ feræ.ff. de pœn. vbi ſi decurio mandat vili, vt occidat, licet vilis ſubiiciatur beſtiis, mandans tamen non punitur vt vilis, ſed vt decurio, & ſic non augetur ex perſona delinquentis principalis reſpondet ad dictam l.vtrum.ff de parri. nam ibi eſt propter immanitatem criminis, vel ibi loquitur ratione qualitatis offenſi, quæ aggrauat factum in vtroque principali, & auxiliante, aut mandante, & mandatario: at quæſtio ſuperius eſt de qualitate aggrauante in offendente tantum. Et ita tenet & reſidet Angel.in dicta gloſ.& dicto maleſi. & de qualitate aggrauante ratione offenſi, vt aggra-
17 uet in auxiliante per Mar.in conſil.cxv. ſed † non videtur congrua reſponſio, ad dictam l.vtrum. Nam licet qualitas conſideretur ratione offenſi, tamen non poteſt negari, quòd non influat in principali, natura: qualitas iſta aggrauat principalem, licet ratione offenſi, & tamen aggrauat etiam in auxiliante.dicta l.vtrum. ideo potius eſſet reſpondendum, quòd fallit in illo crimine, ſicut etiam dictum fuit ſupra in opem ferente committenti crimen læſæ maieſta. Nam ratione offenſi aggrauatur in principali, & tamen idem in opem ferente. Sed illud eſt ratione grauitatis criminis, & hanc ſentit Ioan.and. in Specul. in titu.de treug.& pac.vlti.add. & Mar. in l.ſcienter.ff.de parri. vbi dicit propter immanitatem criminis conſocij, & parti-
18 cipes, & opem ferentes eadem pœna puniantur. Quo † ad ſecundum dictum Barto. in dicta l.qui ſeruo. ſi pœna minuatur in principali, an minuatur in opem ferente, vt quia minor pœna ponatur ciui delinquenti, quàm forenſi, & forenſis ſi præſtet auxilium ciui, non punitur pœna ciuis, & ſic minori, ſed pœna forenſi ſtatuta, idem quod Barto.tenet Ange.in dicta gloſ.& d.male. Et ideo, ſi filius præſtat opem extraneo ad occidendum patrem, filius tenetur de parricidio, extraneus verò de ſimplici homicidio, dicta l.j.in fin.ff.de parri. Rationem aſsignat, quia factum auxiliatoris accedit facto principalis, non autem dicitur acceſſoriè obligari, aliàs eadem pœna punitetur.l.fideiuſſor.ff.de fideiuſ. vt per Barto.in dicto §.j.& hanc etiam tenet Sal. in dicta

19 cta l.j.& Felin.in dicto c.j.ij.amplia.de offic.delega. Idẽ † ſi augetur pœna in auxilian-
te ratione ſuæ qualitatis, non augetur pœna in principali, vt in dicta l.qui ſeruo. §.j.ff.
rerum amo.vbi vxor tenetur rerum amotarum, ſi fuerit furata, tamẽ ſi opem præſtat
furanti, tenetur de furto, nec per hoc augetur pœna principalis, vt ibi, & per Fel.in di-
20 cto c.j.ij. amplia. Limita † tamen dictum Bart.in dicta l.is qui opem. Ang.in. l.j.per il-
lum tex.C.de nili agger.non rump.niſi dans opem ignoraret qualitatem aggrauan-
tis:nam tunc non punitur, vt principalis, quando eadem pœna puniretur, vt in parrici
dio, & ita dicit ſe obtinuiſſe, & ſequitur Ana.in d.c.ſicut dignum. quod dictum im-
pugnat ibi Fel.& in d.c.j.de offi.deleg.nam ignorantia qualitatis aggrauantis non ex-
cuſat, quando ſcit factum, & dat operam rei illicitæ, per gl.ibi, & in can.meritò.xv.q.j.
& contra Ange.inducit Bart.in d.l.is qui opem.de commodante arma ad occidẽdum
21 priuatum, qui tempore maleficij conſtitutus erat in dignitate, vt ibi per eum. † Limi-
ta etiam prædicta, quòd teneatur eadem pœna præſtans auxilium cooperatiuum; niſi
immineret periculum, & ſtrages multorum, nam tunc ſoli caporales tenerentur, &
non alij ſocij & auxiliantes, vt per Innoc.in d.c.j.de offi.deleg.per text.in d.c.ſicut di-
gnum.& per Ange.in d.l.is qui opem. & glo.in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatio-
ne.ff.ad legem Aquil.Fel.in d.c.j.vlti.limi.iij.membri.vide per Mar.in d.§.conſtante. in
fi.materiæ auxilij, verſicu.vltimo.circa hanc materiam, ſi plures fuerunt in delicto, &
non conſtat quis fuerit principalis, quòd tenetur caporalis, & cæteri mitiùs, & nõ de
22 auxilio eadem pœna, & ſuprà fuit dictum. † Limita etiam prædicta, vt locum habeãt,
niſi eſſemus in caſibus in quibus expelluntur homicidæ, vt in aliqua dignitate & offi-
cio: nam tũc non repellitur opem præſtans, ex quo non dicitur homicida, vt per Bart.
in dicta l.is qui opem. Quod dicit ſecus eſſe de iure canonico, nam ita repellitur præ-
ſtans opem, ſicut homicida, vt ibi per Barto.& Felin.in dicto c.ſicut dignum. & in di-
23 cto.c.j.de offic.delega.& Mar.in dicto §.conſtante. † Limita etiam prædicta, niſi cum
auxilio concurrat conſilium, nam ratione conſilij, & auxilij tenetur, vt principalis,
vt per Bal.in conſi.ccccxvj.j.vol.dicit tamen, quòd de æquitate contrarium tenendum
eſt, vt nõ eadem pœna teneatur, ſed minori & arbitraria, habetur poſt Ang.in gl. And.
24 auxil.circa prin. † Et not.quòd ſi iudex laicus nõ poteſt procedere contra principalẽ,
vt quia eſt clericus, nec etiam poteſt procedere cõtra laicos auxiliatores, ne cauſa ipſa
diuidatur, & ne ſuper eodem facto diuerſæ proferãtur ſententiæ, ideò eſſent remitten
di ad iudicem eccleſiaſticum.ita per Mar.Soc.in c.ij.verſi.viij.fallit.de mutu.peti. & in
conſi.xij.Fel.in c.placuit.de præſcr.Mar.in ſing.clxxx.& in cõſi.lxvij.& per Io.de Arn.
25 in ſolilo.lvij.& per Thom.Ferra.in cau.ſuis, in caut.x. † An autem conuentus princi-
palis corã vno iudice, auxiliator poſsit petere, ſe remitti coram iudice principalis per
Bal.in c.j.ver.vlti.extra, quæritur.de controuer.feu.apud par.term.& in Spec. in tit.de
accuſa. verſicu. ſed quid ſi offenſus. vbi tenet, quòd non debet remitti, & per Capi.in
26 deci.cxxij. † Item no.quòd vbi nõ valet proceſſus.& inquiſitio cõtra principalem, nec
valet etiam contra auxiliatores, ita per Mar.in conſi.xliij.circa fi.& in conſi.l.circa fin.
27 Et † an auxiliator poſsit eſſe teſtis, & inuitus teſtificari contra principalẽ, Inn.in c.qua
28 liter.& quando.de accu.dic, vt per eum. † Et no.quòd auxiliator ad homicidiũ, vel mu
tilationem ita efficitur irregularis, ſicut homicida & mutilator, vt per Panor.in d.c.ſi-
cut dignum.poſt Inn.& in c.pen.eo.ti.Cardi.in clemen.j.xij.q.de homi.Spec.in titu.de
29 diſpen. §.iuxta. † Sed quid; ſi principalis promiſit ſoluere auxilianti omnia damna,
expenſas, & intereſſe, an poſsit agere cõtra principalem, & qua actione? gl.in l.quoniã
multa.in ver.ſupplicium.C.ad leg.Iul.de vi pub.Bart.in l.j.§.nunc tractemus.ver.facit
ad quæſtio.ff.de tute. dicunt quòd non competit aliqua actio auxilianti contra prin-
cipalem.Maria. in d.§.conſtante.verſicu.ſcias etiam in hac materia notabile verbum,
allegat

al'egat Inno.in c.ſicut.lo ſecundo.de iureiur.& Bald.in marg.in verſi.opem.Card.in
30 clem.ij.iij.quæſt.de re iudi. Et an † teneatur auxiliator de damno dato ab aliis, dic vt
31 per Bart.in l.j.§.ſi is qui.ff.vi bono.rap.Alexan.poſt Bart.in d.l.is qui opem.Item † an
teneatur auxiliator de pace rupta,ſicut principalis. Io.Andr.in Specu. in tit.de treug.
& pac.in fin.addit.incipien.conuertunt caſus. Alexan.poſt Barto. in d.l.is qui opem.
Mar.in d.§.conſtante.verſic.Item ſcias vlterius.quòd ſic, & per Corne.in conſil.lxxx.
iij.volum. vbi etiam an teneatur duplici pœna, & pacis ruptæ, & auxilij,& ibi an te-
neatur ratione qualitatis pacis ruptæ quam ignorabat, & per Paul.Grillan.in tracta.
ſecur. in fin. vbi ſi principalis moritur ob tractam ſecuritatem, ita & auxiliator.
32 Et an † quis ſedefendendo poſsit impunè occidere auxiliatorem, ſicut principalem,
dic vt per Ang.in l.ij.C.de ſicar.& in l.j.vbi Bald.C.de rap.virg. verſic.vj.& in l.rapto-
res.C.de epiſc.& cler.Angel.in opere mal.in glo.& dictus Titius defendendo.verſi.an
33 maritus. Et an † in eadem inquiſitione procedi poteſt contra principalem, & auxilia-
tores? dic quòd ſic, vt per Angel.in gl.And.auxil.in princ.& Mar.in l.is qui cum telo.
C.de ſicar.fallit tamen in adulterio, nam non poteſt procedi contra marem & fœmi-
nam,& contra auxiliatores eadem inquiſitione.l.ſi maritus.§.fin.ff.de adulter.docto.
in l.reos. C.eod. vbi dicunt hoc non procedere in inceſtu, nam contra plures princi-
pales,& acceſſorios inquiri poteſt per text.in l.vim paſſam. §.inceſti ff.de adult. Bart.
tamen in l.hos accuſare.§.j. ff.de accuſ.dicit quòd poteſt accuſari adulter, adultera, &
opem ferens eadem accuſatione. l.nihil.§.fin. ff.de adulter. Salyc.in d.l.reos. Auguſt.
34 poſt Ang.in dicta glo.And.auxil.vide Bald.in conſil.cclxxxj.iij.vol. Et nota † tamen
in hoc, quando proceditur contra plures auxiliatores, & principales eadem inquiſi-
tione, propter abſentes & contumaces, non retardatur proceſſus contra præſentes.l.
35 non idcirco.vbi Bart.ff.de iud. Ang.in dicta glo.And.auxil.in prin.Et † an conuicto &
condemnato principali liberentur auxiliatores? plenè,per Ang.& poſt eum Auguſt.
in d.glo.And.auxil.verſi.quæro an Gaio principali. vbi diſtinguit, an & quando vno
36 condemnato,& ſoluente condemnationem cæteri liberentur.Et ibi † quid ſi fuit con-
tra aliquem proceſſum,& confeſſus fuerit,& ſoluerit condemnationem,ſi poſtea ap-
pareat verus delinquens,an ſit liberatus? per Angel. & Imo.in l.quoties. §.j. ff.ſoluto
matr.Mar.l.j.in princ.in amplia.ff.de ſicar.vbi an verus delinquens, & homicida libe-
37 retur,propter condemnationem factam contra alium inquiſitum.Et an † vno ex plu-
ribus auxiliatoribus condemnato & ſoluente,cæteri ſint liberati, per Angel.in dicta
38 glo.And.auxil.quid autem de auxiliante. Et an † valeat proceſſus contra principalem
ſpecialiter, & generaliter contra omnes auxiliatores? dic quòd ſic, per text.& ibi
Anchar.in clem.paſtoralis.de re iudi.Angel.in d.glo. & dicto malefic. verſi.quæro an
39 valeat. Et an † in materia auxilij puniendi fieri poſsit, & debeat diſtinctio, quæ ſolet
fieri in conſulente, vt an principalis erat aliâs facturus? dic vt per Ang.in l.j. ff.de eo.
per quem factum er.& Alexan.poſt Bart.in d.l.is qui opem.& Bal.in l.j.C.de ſer.fugi.
40 & Felin.in c.j.de offic.delega.& Ang.in glo.Sempron. mandato.verſic.xxij. Et † ſi per
ſtatutum principali denegetur appellatio, an etiam auxilianti? dic vt per Corne.in
conſi.clix.j.volum.quod not.pro ritu magnæ curiæ,quòd homicida non appellet, an
auxiliator appellet, cætera circa materiam auxilij videas per Mar.in d.§ conſtante.
Quæ omnia ſumpſit ex repertori. Ioan.de firmo. in verſic.auxilium. qui ſumpſit ab
Alexand.poſt Barto.in d.l.is qui opem. & in l.qui ſeruo. & in dicta l in furti.§.ope.ff.
de fur.& Salyc.in dicta l.j.C.de rapt.virg. & Felin.& Deci. in cap.j.de offic.deleg & in
dicto cap.ſicut dignum.& Angel.in d.glo.& dicto malefic. & in glo.Andr.auxil.quos
vide in materia.Expedita materia auxilij, videndum erit de mandante,& mandatario,
& ſic de homicidio commiſſo verbo,ſeu lingua.

SVMM

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Homicidium quot modis committatur lingua ſeu verbo.*
2 *Aſſaſſinus quis ſit, & vnde dicatur, & vnde ortum habuit hoc nomen aſſaſſinij.*
3 *Aſſaſſinus dicitur qui mediante pecunia mandat occidi.*
4 *Aſſaſſinium contrahitur nedum pecunia & promiſſione pecuniæ, ſed per promiſſionem alterius rei.*
5 *Aſſaſſinium contrahitur nedum aliquo dato vel promiſſo, ſed vt alteri complaceat.*
6 *Aſſaſſinium contrahitur vbi interuenit conuentio inter mandantem, & mandatarium ſequuta acceptatione, & non ex ſimplici pollicitatione & promiſſione abſque acceptatione.*
7 *Attentatum in crimine aſſaſſinij an puniatur ſicut factum & perfectum homicidium, & delictum tam in mandante quam in mandatario.*
8 *Mandans per aſſaſſinium ſi mandatarius deuenit ad actum proximum an puniatur.*
9 *Mandans an & quando puniatur ex attentato per mandatarium.*
10 *Mandatarius aſſaſſinus an & quando puniatur ex attentato, & quid ſi deuenit ad actum proximum an pœna ordinaria puniatur ſicut ſi perfeciſſet.*
11 *Pœna cap. 3. de homic. an extendatur & locum habeat in mandatario & faciente.*
12 *Aſſaſſinus eſt diffidatus à toto populo.*
13 *Aſſaſſinus nedum à iudice, ſed a parte, & quocunque alio occidi poteſt.*
14 *Clericus aſſaſſinus amittit priuilegium clericale vt puniatur per laicum.*
15 *Clericus vt amittat priuilegium clericale debet conſtare de qualitate aſſaſſinij ſaltim per probabilia argumenta, & non ſtatim quod accuſatur procedi debet tanquam contra aſſaſſinum, ſed conſtito.*
16 *Aſſaſſinij in crimine an requiratur ſententia ſaltim declaratoria vt incurrat pœnas.*
17 *Accuſatus de tali delicto non ſtatim dicitur talis niſi probetur.*
18 *Qualitas quæ defert iuriſdictionem debet diſcuti & probari antequam procedatur.*
19 *Statuto aut lege quando aliquid diſponitur cum certa qualitate, qualitas illa eſt probãda.*
20 *Aſſaſſinij qualitas eſt probanda per indicia indubitata, & alia dicuntur probabilia argumenta.*
21 *Qualitas in aſſaſſinio eſt probanda quod occiſus erat chriſtianus, aliás ſuccumbit, & quid in dubio præſumatur. nu. 22.*
23 *Aſſaſſinio probato & facta declaratione aſſaſſinum eſſe incurrit ipſo facto pœnas aſſaſſinij.*
24 *Clericus facta declaratione quod ſit aſſaſſinus, iudex laicus abſque alia declaratione procedere poteſt contra laicum.*
25 *Clericus vt puniatur per laicum debet eſſe actualiter degradatus.*
26 *Aſſaſſinij in crimine non requiritur degradatio licet in aliis requiratur.*
27 *Probationes in criminalibus quamuis debent eſſe claræ & plenæ, in aſſaſſinio ſufficiunt probabilia argumenta.*
28 *Aſſaſſinij in crimine poteſt ex indiciis condemnari ad pœnam corporalem, licet in aliis ſecus.*
29 *Teſtes de auditu in crimine aſſaſſinij faciunt indicium ad torturam.*
30 *Teſtes probant in crimine aſſaſſinij licet recepti lite non conteſtata nec parte citata.*
31 *Aſſaſſinij crimen æquiparatur crimini læſæ maieſtatis.*
32 *Teſtes in crimina læſæ maieſtatis, diuinæ & humanæ recipiuntur parte non citata, & ante litem probant.*
33 *Aſſaſſinij in crimine procedi poteſt ex mero officio, & de facto & ex abrupto. num. 34.*
35 *Aſſaſſinij in crimine punitur ex delicto aſſaſſinij.*

36 *Pœna augetur ex delicto aſſaſsinij.*
37 *Mandans aſſaſsinus torqueri poteſt abſque aliis indiciis,ex ſimplici dicto mandatarij.*
38 *Aſſaſsinij crimen non comprehenditur in generali indultu.*
39 *Aſſaſsinus poteſt renuntiare ſuis defenſionibus,licet alij rei non poſſunt.*
40 *Aſſaſsinus cogitur reſtituere pecuniam quam habuit & eius hæres, vt heredi offenſi reſtituat.*
41 *Forisdicatus an poteſt occidi per aſſaſsinum.*
42 *Aſſaſsinus vbique puniri poteſt & contra eum procedi, & an ſpecialia atrocitatis delicti competant in aſſaſsinio.num. 43.*
44 *Mandatum & aſſaſsinium non eſt in conſideratione ſi is in cuius perſonam fuit mandatum fuerit occiſus ab eius inimico.*
45 *Aſſaſsinium an probetur ſi conſtet quòd mandans dixit, va & digli che li daro la promeſſa.*
46 *Aſſaſsinij pœna quæ ſit quoad non corporalia.*
47 *Pœna corporalis aſſaſsinij eſt vt ſcindatur in fruſta.*

1 CIRCA Igitur † tertium de homicidio commiſſo verbo, & lin-
gua, dicendum eſt quòd multipliciter hoc committitur, videlicet,
mandando, inſtigando, & perſuadendo, & ratum habendo. Circa
primum videndum eſt primo de mandante, deinde de mandata-
rio ſigillatim, deinde de vtroq; ſimul. Circa primũ de mandante,
primò dicendum erit de mandante pecunia mediante, deinde, de
ſimplici mandante. Circa primum, & ſic de aſſaſsino primò vi-
dendum erit quid ſit aſſaſsinus, & vnde, & quare dicitur aſſaſsinus. Secũdò quomodo
aſſaſsinium contrahatur. Tertiò de ſpecialibus in hoc crimine aſſaſsinij. Quartò de
2 pœnis aſſaſsinorum. Circa † primum, dic quòd hoc nomen aſſaſsini de iure communi
non erat cognitum, ſed fieri mandans cõductor dicebatur, faciens verò, locator, vt in
l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur.non tamen ex conducto actio oriebatur tanquã
turpi cauſa, vt ibidẽ, vulgari verò ſermone ambo dicuntur aſſaſsini, & hoc iure cano-
nico inuentum, vt in c.j.de homi.in vj.ita per Bar.in d.§.ſi mandato.ver.venio ad con-
ductorem.& per Bald.in l.non idcò minus. C.de accuſa. & per Boni.in rub.de inſult.
3 & percuſſ.ver.ſed quidẽ. Et † dicitur aſſaſsinus, qui pecunia mediante mandat occidi.
d.c.j.& per Ang.in l.qui ſepulchra.C.de ſepul.vio.& in l.j.vbi Alex.ff.de eo per quem
fac.er.& Saly.in d.l.nõ ideo minus.Bal.& Ang.in l.hoc edictũ.§.hæc autem.ff.de iniu.
Ang.in conſi.xiiij.Bald.in conſi.lxxxiij.tertio vol. Alex.in conſi.clxvj.vij.vol. Thom.
Gra.in vol.ix.Ang.in gl.Sempro.mand.in princi.& per Bald.in l.Cicero.ff.de pœn.&
per Par.in tract.ſind.in verbo, inquiſitio.ver.dicit conſtitutio.ver. an inquiſitione fa-
cta.& per Capi.in deciſio.ſacr.conſil.clv.ver.quartò facit.& verſi.ad tertiam. Et dici-
tur aſſaſsinus à ſcindo, ſcindis, quia ſcindit animam à corpore, ſecundum Gemin.in d.
4 c.j.de homici.in vj.§.cùm igitur. Circa † ſecundum contrahitur aſſaſsinium mediante
pecunia, & nedum pecunia mediante contrahitur, & per promiſsionem pecuniæ, ſed
etiam aliquo alio dato, vel promiſſo: nam ſufficit quòd promittat pecuniam, vel ali-
quid aliud, vt per Cur.in conſil.xx.Thom.Gram.in d.volu.ix.alleg. Ioan. Andr.in ca.
pen.de cleric.non reſid.& Ang.in d.conſi.xiiij.& vide per Capi.in deciſio.ſacr.conſil.
clv.vj.dub.& in ver.ad tertiam. & in ver.ad ſextam. vbi tradit an aſſaſsinium contra-
hitur per promiſsionem aliarum rerum, quàm pecuniæ, & quid ſi non eſt ſoluta
pecunia, ſed promiſſa, vt per eum.& per Tho.Gra.in deciſio.ſuis, conſil. primo.nu.59.
5 Et † nedum aliquo dato, vel promiſſo, ſed etiam vt alteri cõplaceat aliquo non dato,
vel

vel promiſſo,vt per Thom.Gram.in dicto volum.ix Ioan.Andr.& Angel. vbi ſuprà:
& Alexand.in l.prima.ff.de eo per quem fac.erit.vbi de hac materia,quod tamen fortè
procederet,ſub ſpe conſequendi beneficium ex tali compl'acentia, vt quia compla-
ceat ei qui veriſimiliter eiſet ipſum remuneratus. aliâs ſemper diceretur committi
aſſaſsinium,cùm nemo prò altero delinquat niſi complaceat alteri, & ſic mandator
ſemper teneretur de aſſaſsinio,& delicto qualificato, & non ſimplici mandato. Item
6 contrahitur † aſſaſsinium vbi interuenit conſentio inter mandantem, & mandata-
rium,vt quia mandans promittat.& mandatarius acceptet promiſsionem & deli-
ctum,aliàs ex ſimplici oblatione,& pollicitatione abſque acceptatione non dicitur
committi,& contrahi aſſaſsinium.vt per Bald.in dicto conſilio lxxxiij.aut lxxxj.inci-
pien.Bethonus de cono.tertio volu.& refert & ſequitur Thom. Gram.in volu.xj. al-
legat etiam conſi Franciſ.de albergo.incip.In Dei nomine,amen,quòd ſycophantæ.
quod refert Felin.in capitulo,inquiſitionis.tertia limita. de accuſa. & per Capi.in de-
ciſio.ſacri.conſil.clv.tertia dubita.Par.tamen de put.ſentit contrarium in tracta.ſind.
in verbo,baratria.primo verſiculo.vbi idem dicit in baratria. Circa tertium in hoe
7 crimine multa conſiderantur ſpecialia.Et † primò, licet aliâs attentatum in aliis deli-
ctis non punitur ſicut conſummatum, vt ſuprà ſuo loco fuit dictum, tamen in cri-
mine aſſaſsinij ita punitur attentatum, ſicut conſummatum & perfectum, vt not.in
cap.j.de homic.in vj.cuius verba refert Alex.in d.conſil.clxvj.vij.vol. Bald.& Ang.in
l.j.§.hæc verba.ff. quod quiſque iur. Ang.in d.conſil.xiiij.& in l.item apud Labeonem.
§.ſi curauerit.ff.de iniu.lo.And in mercu.in reg.in pœn.de reg.iu.in vj.Math in conſt.
ſi quis aliquem.x.q.& in conſti.aſperitatem.& in conſti.mala noxia.Mar.in pract.in §.
examinanda.& in §.diligenter.& in l.vnius.§.cogniturum.ff.de quæſtio.& in l j. C. de
rapt.virgi.num.246.in conſil.cv.& per Corn.in conſil.cxlix.primo volu.& plenè per
Tho.Gra.in d.volu.ix.& vol.viij.& ſuprà fuit dictum in mandatario aſſaſsino in ma-
teria attētati,in quibus locis maximè per Tho.Gra.in dictis votis diſtinguitur. Quòd
aut quæris in mandante,& tunc etiam ſi fuit deuentum ad actum proximum,non ta-
men conſummatū, tamen pœna poteſt minui,& non punitur ſicut ſi fuiſſet conſum-
matum,hoc dicit Thom.Gra.in d.volum.ix.in addi.vbi declarat & facit differentiam
inter mandantem,& mandatarium. Aut quæris in mandatario, & tunc ſi deuenit ad
actum proximum admenando,& percutiendo,licet non occidat,punitur pœna mor-
tis,vt per multa proſequitur Thom Gra.in d.volu.ix.quod loquitur in mandatario.
8 Sed † tamen hæc diſtinctio non videtur vera,nam & in mandante ſi mandatarius de-
uenit ad actum proximum,punitur ac ſi occidiſſet,ita loquitur d.c.j.de homicid in vj.
& Mar.in dicto conſil.cv.imò glo.ibi in dicto ca.primo dicit.quòd etiam ſi non fuiſ-
ſet deuentum ad actum proximum,ſed mandans re integra reuocaſſet mandatum,pu-
nitur mandans.nec prodeſt reuocatio,cùm ſemel mandatum acceptaſſet,& per Bonif.
quid ſit accuſatio.vbi de attentante & non perficiente. Et an quis repetere poſſet pe-
9 cuniam,vt per eum,& ideò † in mandante foret diſtinguendum,quòd aut mandatum
ſtetit in mera cogitatione mandantis.& tunc non punitur pœna aliqua. l.qua mente.
ff.de furt.& in glo.in dicto capit.primo.in verſic.mandauerit. & ibi Gemin.& Thom.
Gram.in dicto volu.ix.aut fuit proceſſum vltra cogitationem ad mandatum & man-
datarius acceptauit mandatum,& tunc aut non fuit vltrà proceſſum ad aliquē actum,
ſed remanſit mandatum re integra,& tunc ſiue fuerit reuocatum,ſiue non,licet gloſ.
in dicto capit.primo.dixerit puniri eadem pœna,tamen indiſtinctè contrarium tene-
tur,quòd non eadem pœna,ſed mitiori,& ita votauit Thom.Gram.in dicto volu.viij.
vbi mandatum fuit detectum, nec deuentum ad aliquem actum, & tamen fuit con-
demnatus ad pœnam pecuniariā,allegat Dy.& Ange.in dicta l.item apud Labeonem.

§.ſi curauerit.ff.de iniur.& Ang.in d.conſi.xiiij.& Amo.inſtit.in tract.ſyndi.ver.item
in eo quòd dicti ſocij milites.& Gand.in rub.de homic.verſi.ſed pone. quòd ego dedi.
& Auguſt.poſt Ang.in glo.Sempron.mand.& Aretin.in conſi.clxv. & vide per Mar.
in d.conſi.cv.vbi damnat allegatam glo.& in l.j. C.de raptu virg. Aut fuit deuentum
ad actum proximum,vt quia admenauit,& percuſsit,licet non occiderit,& tunc tex.
in d.c.j.dicit puniri,ac ſi occidiſſet,& Bald.& Angel.in d.l.j.§.hæc verba.& in l.j.C.de
ſepul.vio. Ang.tamen in d.conſ.xiiij.& in d.§.curauerit. dicit iudicem bene facere, ſi
commutet pœnam, licet deueniendo ad actum proximum deberet decapitari,per d.
cap.j.& ita concludit Thom.Gram.in d.vol.viij.in fin. & in d.vol.ix. in fin. Can.verò.
in d.ver.ſed pone.non loquitur,ſi fuit deuentum ad actum proximum,vide per Capi.
in deciſio.ſacri.conſili.clv. in reſponſione ad ſecundam dubitationem, & ſequen.ver.
ad quartam.an habeat locum pœnitentia, & in quibus caſibus non habet locum, &
10 quando delicto non confirmato punitur, & qua pœna. In mandatario † verò etiam
diſtinguitur,nam aut mandatū ſtetit integrum,nec fuit proceſſum per mandatarium,
& tunc punitur pœna pecuniaria,ſicut mandans,vt per Mar.in d.conſi.cv.in fi. & per
Capi.in deciſi.clv.ij. dub. aut fuit proceſſum ad actum proximum admenando, aut
vulnerando, & tunc pœna capitis puniri debet, & ad mortem propter atrocitatem
criminis,& ita tenet Bald. & Angel.in d.§.hæc verba. & Ang.in glo.ex interuallo. &
Mathe.in locis ſuprà,maximè in conſtit.aſperitatem.Bart.& Alexan.in d.l.Cicero. ff.
de pœn.& ita concludit, & votauit Thom.Gram.in d.volu.ix.& in fine dicti voti de-
clarat, & diſtinguit inter mandantem, & mandatarium, & ita in hoc reſidetur per
11 doct.in hac materia, quo ad pœnam, & † licet diſpoſitio.c.j. de homic.in vj.loquatur
in mandante, tamen propter immanitatem ſceleris extenditur ad mandatarium, vt
per Angel.in glo.Sempron.mand.& Ang.in l.j.C.de ſepul.viola.& Par.in tract.ſyndi.
in verbo,inquiſitio.verſic.dicit conſtit.& Thom.Gram.in fin.d.vol.ix. & ita nouiter
reperio traditum,per Capi.in deciſio.ſacri.conſi.clv. vbi an comprehendat mandata-
rium facientem,& de cauſa diſpoſitionis d.c.j. & per eum, vide multas interpretatio-
nes ad d.c.& vide an habeat locum in faciente,poſt Bar.in l.Cicero. ff.de pœnis,quòd
12 ſic,& per Salyc.in d.l.non ideò minus.& Ang.in d.conſi.xiiij. Item † aſſaſsinus eſt diſ-
fidatus à toto populo chriſtiano, intantum quòd non ſolum à iudice poteſt offendi,
13 & † occidi,ſed à parte, & alio quocunque, cùm contra diſfidatum à lege poteſt bel-
lum indici l.reos.& ibi Cyn.C.de accuſa.& ibi in vj.quæſt.in aſſaſsino tanquam à lege
diffidato,qui occidi poteſt,ita declarat illud verbum diffidatus.Ang.in d.conſil.xiiij.
& Gemini.in d.c.j.de homicidio,in ſexto.& Curt.in d.conſil.xx.Alexand.poſt Barto.
in l.j.§.transfugas.ff.de ſicar.& in conſi.clxvj.in princ.vij.vol.Mar. in §.examinanda.
& in d.l.j.§.cogniturum.ff.de quæſt. & in l.j. C.de rap.virg.& in pract.in §.diligenter.
Math.in conſtit.terminum vitæ.xxiij.fal.Pan.in c.at ſi clerici.de iudi.Thom.Gra.in d.
vot.viij.in prin.& in d.vot.ix.in prin.& per Steph.Aufr.in trac.de poteſt.ſecu.contra
eccl.Perſ.j.regu.fallen.xviij.quem ponit in c.j.extra de offic ordin. vbi extendit etiam
offendendo non teneri in foro cōſcientiæ,dummodo zelo iuſtitiæ faceret,allegat fra-
14 trem Angel.in ſum.in verſic.aſſaſsinus. Item † aſſaſsinus amittit omne priuilegium
etiam clericale, intantum, quòd clericus aſſaſsinus cognoſcitur, & punitur per lai-
cum,per dictum c.j.& ibi Gemi.poſt Lappum. & Par.in dicto verbo,inquiſitio. verſi.
dicit conſtitut. verſicu.an in inquiſitione facta cum aſſaſsino. Thom.Gram.in dicto
volum.viij. & Stephan. in d.tract.xviij.fallen. Curt. in dicto conſil.xx. Thom.Gram.
in volum.xj.& per Thom.Gra.in conſil.j.inter deciſi.ſuas.& in conſil.ij. quid ſi ſum-
mus pontifex diſpenſat ſuper aſſaſsinio & indulget, an iudex laicus poſsit procedere,
& punire,vbi multas tradit rationes quòd ſtante diſpenſatione Papæ laicus nō poteſt
procedere,

procedere, cùm poſsit diſpenſare ſuper dicto c.pro humani.& ibi de poteſtate Papæ.
15 Quod intelligas conſtito † de qualitate aſſaſsinij per probabilia argumenta, vt dicitur in dicto c.j.& non ſtatim quòd accuſatur, aut inquiritur de aſſaſsinio, ſtatim eſt procedendum, vt contra aſſaſsinum, cùm non ſtatim, quòd accuſatur de aſſaſsinio efficitur aſſaſsinus, vt pœnę,& proceſſus aſſaſsinatus locum habeant,& clericus, aut alius ſtatim amittat priuilegium, ſed conuinci debet per probationes, de quibus in d.c.j.& etiam pronuntiari illum eſſe aſſaſsinum, licet non requiratur pronunciatio, & declaratio, quòd incurrerit in pœnas aſſaſsinatus, vt per Archidi. Ioan.And. & alios communiter, in dicto c.j.& Alexand.in conſi.clxvj.vij.volum.in fin. & Stepha.in d.fallen. xviij.cum ipſo facto, quòd conſtitum eſt per probabilia argumenta, & declaratus eſt aſſaſsinus, ipſo facto incurrit in pœnas aſſaſsinij,& optimè tradit Capi.in deciſio.ſacri conſil.cxij.plenè. Vbi an iudex ſecularis punire poſsit, & an requiratur declaratoria, & an ſententia condemnatoria, & quando, vbi quòd declaratoria tantum, vt ſuprà, & non condemnatoria,& quòd per iudicem laicum, & vide etiam per eundem Capi.
16 in deciſi.clv.& per Thom.Gram.in conſi.j.inter deciſi.ſuas, num.60. Curt.tamen † in dicto conſil.xx.verſic.omitto poſtremo.dicit, ante ſententiam declaratoriam, aſſaſsini occidi poſſunt. Tamen communiter tenetur contrarium, quòd requiritur declaratoria, & non condemnatoria. Idem in crimine læſæ maieſtatis, & alijs delictis, in quibus ipſo iure incidunt in pœnam, vt per Capi. in deciſio.cxxij.& in deciſi. clxij. glo.& Mathe.in conſtitut.contingit interdum. & per Thom.Gram.in dicto conſil.j.
17 inter deciſi.ſuas, num.66. Facit, nam † non ſtatim habetur pro tali, & dicitur talis vt accuſatur, niſi pronuntietur talis, vt in cap.fin.in fin.xv.diſtin.can.nonne.vi.j.quæſt. iiij.vt per Specu.in tit.de inſtrum.edi.§.reſtat. verſi.quid ſi tabellio. verſic.quid ſi conſertum.& in titu.de aduocat. §.ſequitur.in princ. cum cæteris, vt per Mar. in §.poſtquàm.& in §.diligenter.in pract.& conſil.lij. & conſil.liiij.& conſil.lxxvij. & conſilio lxxxij.& conſil.xciiij.& in rubr.ff.ad legem Corn.de fal.Anchar.in conſi.cxlj.Thom. Gram.in vo.iij.& in vo.xxxuij. in quibus etiam non ſtatim, quòd accuſatur de crimine læſæ maieſtatis, proceditur tanquam contra committentem crimen læſæ maieſt. Et ideò debet pronuntiari, & probari qualitas, vt amittat priuilegium, & ſit aſſaſsinus, ad idem multa tradit Thom.Gra.in d.conſi.j.inter deciſi.ſuas, nu.50. cum ſequen.
18 & nume.65.quòd non ſtatim quòd accuſatur. Facit, nam † qualitas quæ defert iuriſdictionem, ante omnia debet diſcuti, & probari plenè, & concludenter, vt per doct. in l.ij.§.ſed ſi dubitatur. ff.de iudi.& in l.ſi quis ex aliena.eod.titu. Panor. & alij in c.ſi clericus laicum.extra de for.comp.Math.in conſtit.capitaneorum. & in deciſi.cxcvij. Bald.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius, vel vti.publi. & per Thom.Gram. in d.conſi.j. inter deciſi.ſuas.num.54.cum ſequent. Debet ergo iſta qualitas aſſaſsinij deferens iu-
19 riſdictionem laico, probari, nam † vbi à lege vel ſtatuto diſponitur aliquid cum certa qualitate, qualitas illa eſt probanda. l.prætor. §.docere. ff.vi bon.rap.l.j.§.aut prætor. vbi Bart.ff.ne quid in flu.publ.Deci.in conſi.xiij.& in cap.ij.de reſcrip. Aliàs qualitate non probata, non dicitur legitima probatio, vt per Cyn. poſt Iacob.de Aret.in l.ij.C. de probat.Ioan.And. in Specu.in tit.de accuſat. & inquiſit.gloſ.in l.cùm actum. ff.de neg.geſt.Bart.in l.denuntiaſſe.§.quid tamen.ff.de adult.Bald.in l.j. C.qui accu.poſſ.&
20 in rep.l.edita actio.C.de eden. Et in † ſpecie, quòd qualitas iſta aſſaſsinij eſt probanda, vt deferat laico iuriſdictionem, per Ioan.And. & Gemi.in d.c.j.de homic.in vj. & per Capi.in deciſi.cxij.quòd debet probari,& declarari,& debet concludenter probari, vt ibi per probabilia argumenta, quæ argumenta probabilia intelliguntur,& declarãtur indicia indubitata,& ita declarat Fel.in c.afferte.iij.limita.de præſump. & Thoman d.
21 vo.xj.circa ſi alleg.Pan.in c.at ſi clerici.de iud. Nec tamẽ † ſufficit ſimpliciter probari

mandatum.& aſſaſsinium per talia argumenta,imò nec etiam per confeſsionem aſſaſ-
ſini,niſi etiã probetur qualitas deducta in d.c.j. videlicet quòd occiſus fuerit Chriſtia-
nus, aliâs non habebunt locum pœnæ in d.c.j.nã introducta fuit diſpoſitio illius c. j.
pro occiſione Chriſtianorum , vnde niſi illa qualitas, ꝙ fuerit Chriſtianus, probetur,
etiam ſi confiteatur ſimpliciter ſe occidiſſe per aſſaſsinium , aut conſtet per probatio-
nes de ſimplici aſſaſsinio abſque qualitate,quòd fuerit Chriſtianus, non habent locũ
dictæ pœnæ.d. c.j. Et ita dicit Io.And.ibi, defendiſſe quendam accuſatum, & incul-
patum de aſſaſsinio,cùm non probatur ꝙ fuerat chriſtianus occiſus,ſequitur Bal.in l.
ſi quis non dicã rapere.C.de epiſ.& cler.& ſequũtur docto.in d.c.j.& Alex. in d.conſi.
clxvj.vij.vol.in fi.& Anch.in c.j.ix.not.& per Feli.in c.mulieres.de ſen.excom.vbi di-
cit,ſi accuſatur de aſſaſsinio & probatur de aſſaſsinamento cõtra iudęum,abſoluitur,
poſt Io.And.in d.c.j.& per Mar.in pra.in §.& quia.verſicu.vlterius quæro.& vide per
Tho.in conſ.j.inter deci.ſ.nu.51.& per alios doc.per Mar.in pra.in §. quoniã.verſic.re-
deundo modo.& in rub.C.de prob circa fi.ver.Item ꝙ vltra prædicta, ꝙ qualitas. vbi
multa de qualitate probanda, & per Iaſ.in l pe §.docere.ff.ne quis eum qui in ius voc.
22 per Feli.in c.inquiſitionis.in prin.de accuſ.& plenè Io.de Arno.in cau.xxv.Etiam † per
Math.in conſti.ſi dñna clãdeſtina.xv.no.& ibi per eum,quid in dubio,an præſumatur
occiſus Chriſtian⁹,an Pagan⁹,vel Iudęus,cõcludit ꝙ Chriſtian⁹ per gl.in c.presbyte-
23 ri.vt ibi per eum.Qua † probatione facta de dicto aſſaſsinio abſq; aliqua alia declara-
tione,ipſo facto incurritur ad pœnas d.c.j.dummodo declaretur probatum fuiſſe aſ-
24 ſaſsiniũ,vt per Alex.In d.conſi clxvj. Qua † probatione facta iudex laicus procedere
poteſt,& punire clericum aſſaſsinum abſque alia degradatione, cùm à lege fuerit de-
gradatus.vt dicunt doct.in d.c j.& per Tho.Gra in volu.xj.& in volu.ix. & in vo.viij.
in quibus clerici fuerũt puniti de aſſaſsinio per magnam curiam, & ſic per ſecularem.
& per Capi.in d deciſ.cxij.& an requiratur degradatio,& Stepha in d.tract. in d.reg.j.
xviij.fal.& per Par.vbi ſuprà,& Gem.in d.c.j.in fi.per illum tex.Mar.in l.j.in prin.ver.
redeundo ad tex.ff.de ſic.& in l.j.ver.modo no.ex iſto tex.C.de rap.virg.& in pract.in
§.examinãda.& in § diligenter.& in l.vnius.§.cogniturũ.ff.de quæſt.Ang.in glo.& ca-
put à ſpatulis,& doct in d.c.at ſi clerici.extra de iud.& in c.cũ non ab homine.eod.tit.
25 & per Tho.in conſ.xl.Intellige † tamẽ de verbali degradatione, non actuali:nã vt pu-
niatur corporaliter per laicũ,requiritur actualis degradatio,non tamen requiritur in-
corrigibilitas,vt requiritur in d.c.cũ non ab homine.& d.c.at ſi clerici.& Ang.in d.gl.
caput à ſpatu.ver.quid aũt,ſi eſt cleric⁹ qui cõmiſit & per Cap.in d.deci.cxij.an requi-
26 ratur incorrigibilitas.Et † ſic aliud ſequitur ſpeciale in hoc crimine,ꝙ licet in aliis de-
lictis requiratur degradatio,vt d.c.cũ non ab homine. in crimine tamen aſſaſsinij non
27 requiritur.Eſt † & aliud ſpeciale,ꝙ licet aliâs in criminibus requirantur plenæ pro-
bationes & claræ l.fi.C.de probat.tamen in aſſaſsinio ſufficiunt indicia, & argumenta
28 probabilia.d.c.j.Et † ſic licet per indicia indubitata non poteſt deueniri ad corpora-
lem condẽnationẽ,vt traditur in d.l.fi.& in c.afferte.de præſump.Ang.in gl. fama pu-
bl.& in gl.compa.inqui.& to.neg.& Gand.in rub.de indic.indub.ad condem.& Bru.
in tracta.de ind.& tor.in j.par.& Marſi.in pract.in §.quoniam.tamen fallit in crimine
aſſaſsinij, in quo condẽnatur corporaliter per talia indicia, & probabilia argumenta.
Marſi.in pract.in §.examinãda.& in l.j.C.de rapt.virg.& in d §.cogniturũ.& in conſi.
cxxvij.& in pract.in §.diligẽter.& Par.vbi ſuprà.& Thom Gra.in d.vol. viij. vo. ix.&
29 vo.xj.Imò † plus dixit mar.in d.§.examinãda.quòd licet teſtes de auditu nõ faciant in-
dicium,tamẽ in hoc crimine aſſaſsinatus faciunt indicium ad torturam, ex quo dictũ
talium teſtium facit coniecturam,& præſumptionem,ſed talis probatio per cõiectu-
ram ſufficit,vt d.c.j.ergo faciunt indicium,vt ibi per eum,tamen verba Tho.Gra.in d.

vo.

vo.xj.maximè in fi.videntur contrariari:nam intelligit d.ca.j.de probabilibus argumentis,id eſt,de indiciis indubitatis,idem in conſi.inter ſuas deciſio.nu.64.vbi intelligit coram iudice eccleſiaſtico.at ſecus quando proceditur per ſecularem,nam debet plenè probari,& nõ ſufficiunt probabilia argumenta & indicia,& ibi nu.67.quæ dicantur argumẽta probabilia,& quòd non operatur cõiectura,niſi dixeris,illud procedit ad condẽnandum,ſed dictũ Mar.ad torquendũ:tamen periculoſum eſt obſeruare,
30 aliis non cõcurrentibus.Item † eſt aliud ſpeciale,nã licet teſtes non probẽt lite nõ conteſt.c.quoniã frequẽter extrà,vt lite non cõteſt.& etiam non probãt parte non citata ad videndum iuramenta teſtium.l.ſi quãdo.C.de teſti.l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.tamen fallit in crimine aſſaſſinij,in quo lite non conteſt.poſſunt examinari,& etiam recipi parte non citata,& fidem faciunt,& plenè probant,vt per Archidia.in dicto cap. primo.& ibi per Gemin.& Felin.Fran.in §.fin.& per Felin.in d.cap.quoniam frequenter.Mar.in dicto §.diligenter.& in d.l.de vnoquoque.in 50.caſu.Feli.tamen in d.capi. In nomine Domini.quinta limita.de teſtib.& Thom.Gram.in vol.xj.tenent oppoſitum,quòd non probant.contrarius tamen Thom.& per eundem in conſi.j.inter de-
31 ciſio.ſuas.num.64.Facit quod probant,Gram.in conſil.xl.quod probant.Nam † crimen aſtaſſinij æquiparatur crimini læſæ maieſtatis,ex quo atrox eſt crimen,& graue.
32 Mar.in conſi.xix.& Thom.Gram.in volu.ix.Sed † in crimine læſæ maieſt.humanæ & diuinæ teſtes taliter recepti probant,vt proſequitur.Mar.in d.l.de vnoquoq;.& Lud. in ſing.ſuis,& Felin.in d.c.quoniam.& Cap.in deciſ.ſa.conſi.cxxvij.ergo & in hoc cri-
33 mine aſſaſſinij.Item † in hoc crimine procedi poteſt ex officio mero,vt per Hoſt.Ioã. Andr.& Lap.in d.cap.j.& Par.vbi ſuprà,ver.dicit conſtitut.ver.an inquiſitione.Item
34 procedi † poteſt contra aſſaſſinos de facto,& ex abrupto iuris ordine non ſeruato,vt per doct.in d.c.j.Bar.in d.§.ſi mandato.Par.vbi ſuprà.& in ver.latro.& in verbo,confeſſio.ver.an poteſtas.Intellige tamẽ vt non tollatur ius aſſaſſinij,vt per Par.in dicto
35 verb.latro.circa prin.Item † in crimine aſſaſſinij punitur ex delicto aſſaſſini,text.cum glo.& Ang.in l.prima.§.fi.ff.de eo per quem fact.erit.Bol.conſi.viij.poſt Ana.Mar.in
36 l.is qui cum telo.C.de ſica.Item † pœna ex tali delicto augetur,vt per Barto.in d.§.ſi mandato.& in l.Cicero.ff.de pœnis.& vtrobique per Alex.poſt Barto & per Math.in conſtitut.ſi quis aliquem.& Thom.Gra.in d.vo.ix.& vo.viij.vbi de prædictis,& per Par.vbi ſuprà.& Mar.in d.§.cogniturum.in d.§.examinanda.& in d.l.j.C.de rap.virg.
37 & in d.§.diligenter.Item † mandatarius aſſaſſinus torqueri poteſt,abſque aliis præcedentibus indiciis,vt indicet mandantem,vt per Bal.in l.non ideò minus.C.de accuſat. & Alexand.poſt Bart.in l.repeti.ff.de quæſt.Mar.in d.§.diligenter.ver.modò incidenter.& in d.l.is qui cum telo.ver.pro quibus facit.Ang.in gl.Sempro.man.ver.& bene no.& in gl.fama publ.ver.quæro aliquis.Ang.in l.& ſi certus.ff.ad Sille.Bel.in pract. in tit.de quæſt.Tho.Gra.verò,in d.vo.xxxiiij.in princ.dicit aliis concurrentibus ſtari dicto mandatarij:nam ſola eius aſſertio ſufficit,imò in fi.dicit tunc ſtari dicto mandatarij,& ſocij criminis eiuſdem,ſi aliàs non ſit infamis ex alio delicto,vt ibidem.Item
38 in † generali abolitione per principem,aut ſtatutum facta,non comprehenditur crimen aſſaſſinij per ea quæ plenè tradit Mat.in d.§.diligenter.& in d.§.examinanda.&
39 in dicta l.prima.C.de rapt.virgin.& per Thom.in dicto conſilio xl.Item † licet aliàs quis non poſſit renuntiare ſuis defenſionibus,vt plenè per.Par.in d.verbo,confeſſio. verſicu.an portans.& verſic.condemnatio.Mar.plenè in d.§.examinanda.& in d.§.diligenter.& in d.§.cogniturum.§.vlt.quæſt.in pract.tamen fallit in aſſaſſinio,quòd poteſt renunciare ſuis defenſionibus tanquam hoſtis publ.& diffidatus à lege,& de facto cõtra eum proceditur,ita per Par.in ver.an poteſtas qui miſit ad ſupplicium.ver. & ideo dicto quòd aſſaſſinus.& Mar.in d.locis ſuprà,& in l.prima.§.fin.ff.de queſtio-

40 Item aſſaſsinus † cogitur reſtituere pecuniam quam accepit, imò etiam hæres lite non
conſtet per aſſaſsinum. Bald. in l.j.§.fin.ff.de eo per quẽ fact.er. & ibi per Ang. & Alex.
& per Par. in d.verſi.dicit conſtit.verſi.an inquiſitio. Mar. in d.§.examinanda. glo. in l.
in hæredem.ff.de calum. Et intellige, vt reſtituatur hæredi offenſi aut occiſi per aſſaſsi-
num, vt per Alexan. in d.l.j.§.j.ff.de eo per quem fa. Nam quoad cõmittentem, licet di-
catur turpiter facere, non tamen turpiter accipit reſpectu promittentis.text. Ang. &
alij in l.idem & ſi ob ſtuprum. & ibi glo.§.ſed quòd meretrici. verſic.noua.ff.de cond.
ob tur.cau. Non tamen valet promiſsio de ſoluendo pœnam pro delicto. l.ſi à reo. §.
fi. & ibi Bart.ff.de fidei.dic tamen vt per Pau. & Alex. in l.ſi plagij. & in l.impoſsibilis.
ff.de verb.obl. vide Bonif. in rubr.quid ſit accuſatio. verſi. ſed nunquid potero repete-
41 re pecuniam. Item licet † foriudicatus in regno impunè occidi poſsit per conſtit.pœ-
nam eorum.tamen non poteſt occidi mediante pecunia, per aſſaſsinium, ideo occidẽs
punitur, vt dixit Math. in d.conſtit.pœnam eorum.ij.not.j.quæſt. non tamen aduertit
ad doct. Bald. in l.Gracchus.verſi.not.iſtum text.ad talem quæſtionem.ff.de adult.vbi
contrarium tenuit vbi dixit, per illum text. quòd ſi ſtatuto bannitus occidi poteſt ab
eius inimico, & non alio, & ab illo, qui facit eum bãniri, quòd poteſt per aſſaſsinium
illũ occidere, & aſſaſsinus non punitur, nam ſi licet in perſona mandantis, licet etiam
in perſona mandatarij, vt per Ang. in glo.che hai adulte.la inta don. ver.quid ſi pater.
vide quæ habentur per Alex.poſt Bart. in d.l.Gracchus. & Ioan.de Fir. in ſuo repet.in
verſic.aſſaſsinus. Ita dicit conſuluiſſe in cauſa illius de ſeruilia, licet aſſaſsini, per doct.
42 Bald. Item † vbique aſſaſsinus puniri poteſt, & contra eum procedi, cùm omne pri-
uilegium amiſerit. d.c.j.de homic.in ſexto.dic tamen, & vide Alexan. in d.conſi.clxvj.
43 vij.volum.per totum, & in † hoc crimine ſe conferunt tradita per Marſi. in dicto §.di-
ligenter. & in §.examiuanda. & in d.§.cogniturum. & in d.l.j. C.de raptu virgin. Vbi
ponit ſpecialia ratione atrocitatis, & immanitatis delicti, vt etiam locum habeant in
hoc crimine, & vide tredecim pœnas, & ſpecialia in hoc crimine, vt per Cap. in dicta
deciſi.ſacr.conſil.clv.vbi de his & aliis, maximè quòd in hoc crimine non appelletur.
De aliis colligitur ex præmiſsis, vt ſuprà, & per eum, & quòd ſecularis iudex poſsit
44 clericum torquere: & nota † in hoc crimine vnum quod ſingulariter tradit Bald. in
cap.j.§.iniuria.de pac.iura.firm. & Cepo. in tract.caute. caut.xxxix. incip.vidimus per
plures caſus. & Thom.Gram. in vot.xj. quòd ſi is in cuius perſonam fuit mandatum
homicidium committi per aſſaſsinium, fuit ab alio inimico ratione odij occiſus, tale
mandatum, & aſſaſsinium non eſt in conſideratione, quod intelligas vt puniatur pœ-
na ordinaria. ſed extra ordinem punitur, ratione acceptati mandati, vt ſupra fuit di-
45 ctum. Et nota † quod tradit Bald. in conſil.lxxxj. aut lxxxiij.iij.volum. Si probatur
quòd mandans dixerit, Va & digli che li daro la promeſſa. probatur aſſaſsinium poſt
perpetratum delictum, aut ante, dic vt per eum quòd non, cùm requiratur conuen-
tio, & non pollicitatio, & illa verba ſonant in pollicitationem, de hac materia aliquid
per Aretin. in conſil.clxv. & Par. in tract.ſyndi. & Mar. & alios in locis ſuprà. & Tho.
46 Gram. vbi ſuprà. Circa † quartum, dic quòd pœna aſſaſsinij traditur in dicto cap.j.
quoad non corporalem pœnam tam contra principalem, quàm contra mandantes,
conſulentes, & auxiliantes, & receptatores, vt per Capi. in deciſion. ſacr. conſil. clv.
47 verſiculo ad ſecundam. Circa † verò corpus punitur, vt quia per fruſta ſcinditur,
iuxta l.capitalium. ff.de pœnis. vt per Panorm. in capit.at ſi clerici. in princip. verſicu.
nam quandoque. extra de iudi. & per Capi. in deciſion. ſacr.conſil. clv. Et ita hodie
vtuntur iudices propter criminis immanitatem, & ad terrorem, & de intellectu dicti
cap.primi. & pœna canonica, & qualiter intelligatur, per Alexand. in conſil.cxlv. &
conſi.clxiij. viij.volum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Mandatum contrahitur ubi mandatur delictum committi propter ſeipſum ad ſuæ voluntatis ſatisfactionem.*

2 *Mandatum inducitur per ſubſcriptionem.*

3 *Mandatum præſumitur ſi ſiat voluntate mea.*

4 *Mandatum an præſumatur ſi pater aut dominus iniuriatus dixerit filio, aut famulo non redeas domum niſi ſentiam nouum de iſto negocio.*

5 *Dominus ſi dicat famulo fac ut ſentiam nouum de tali negocio, & caue ne occidas talem, an præſumatur mandatum ſi occiderit. & nu. 10. & limita ut nu. 11.*

6 *Homicidium factum a famulo, & filio an & quando præſumatur factum de mandato patris aut domini.*

7 *Dominus ſi dicat impersonaliter famulo, malum eſt hoc malum remanere impunitum, an præſumatur mandatum.*

8 *Mandatum an præſumatur ſi facta eſt iniuria famulo, & dominus dicat, malum eſt remanere impunitum.*

9 *Procuratori vel aduocato ſi talia verba dicta ſint an præſumatur mandatum.*

12 *Inferior ſi inſiluit nobilem non tenetur fugere, & occidens eo facit ad ſuam defenſionem.*

13 *Dominus ſi dicat accipe baſtonum, & fac ut ſentiam nouum, præſumitur mandatum ut non occidat ſed percutiat baſtuno, ideo ſi occidit non tenetur dominus.*

14 *Famulus mandatum repudians licet poſtea occidat non tenetur dominus, & quid ſi primò acceptat, inde repudiat. nu. 15.*

16 *Mandatum ex tribus præſumitur quando præcedit inimicitia, ſecundò quòd dominus loquatur famulo ad aures, tertio quòd incontinenti famulus faciat, aliàs ſi unum deficiat non præſumitur mandatum.*

17 *Iniuria ſi fuit lictè illata domino, per verba quòd faciat iniuriam ſeu vindictam intelligitur licito modo.*

18 *Indicium faciunt ad torturam verba quòd ſentiat nouum, aut faciat vindictam, dicta à domino famulo, non tamen condemnatur ex his & nu. 20.*

19 *Præſumptionibus quantumcunque violentis non deueritur ad condemnationem, & pœnam corporalem.*

21 *Mandatum an contrahatur ſi dominus dicat famulo, facias vindictam, & an ſi fuerit occiſus erit indicium ad torturam.*

22 *Mandatum præſumitur ſi dominus aut pater offenſus loquatur ad aures famulo vel filio, & ſtatim per famulum aut filium ſit commiſſum homicidium, niſi occiſus fuerit amicus domini. nu. 23.*

24 *Mandatum an contrahatur ſi quis dicat amico ſe velle occidere, & ille dicat amico placet, fac bonum & cito.*

25 *Annuens humeris an præſumatur mandaſſe, ut quia filius voluerit occidere, & pater humeris annuat.*

26 *Mandatum an inducatur tacendo.*

27 *Famulus aut filius ſi in præſentia domini vel patris occidat iniuriantem dominum vel patrem, an præſumatur mandato domini, vel patris.*

28 *Minæ cum inimicitia faciunt præſumi mandatum.*

29 *Frater rixantis ſi occidat rixantem, an frater rixans teneatur de homicidio.*

30 *Minis præcedentibus famuli, aut filij an ſi occidant, dñs aut pater teneatur ut perſuaſor.*

31 *Dominus an & quando teneatur ex delicto famuli.*

32 *Mandatum an præſumatur ex verbis dictis per mandantem in dubio.*

33 *Verba quæ ſonare poſſunt, ad delictũ & nõ delictũ in dubio interpretantur ad nõ delictum.*

CIRCA Secundum videlicet de mandante abſque pecunia. Primò videndum erit, qualiter & ex quibus verbis mãdatum contrahatur. Secundò de nonnullis quæſtionibus circa mandantem. Tertiò de cauſis & excuſationibus ex quibus mandans excuſatur. De pœna verò dicetur infrà quando de vtroque ſimul tra-
1 ctabitur. Circa † primum qualiter cõtrahitur mandatũ, dic quòd contrahitur vbi mandatur delictum committi propter ſeipſum ad ſuæ voluntatis ſatisfactionem nulla pecunia data quæcunque verba interueniant, ita tamen quòd ſi ad voluntatem mandantis: ita dicit Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. Angel. in glo. Sempro. mand. in prin. Bald. in l. hæc verba. ff. de infam. & per Angel. in conſil. xxij. Alexand. in conſil. cxxvij. quarto volu. ſeq. & ſeq. conſil. ſubſcribentium. & per Corn. in conſil. lvij. quarto volum. Siue vtatur verbis imperatiuis, vt quia dicat, occide vel percute, vade fac occidas, & ſimilibus. Siue verbis rogatiuis, rogo vt occidas, vel vindictã pro me facias, vel dicat, vel opto vt occidas, vel aliis verbis, de quibus in l. j. ff. mand. vbi Bar. & in l. j. & in l. quodam. C. mand. Dummodo non ſint verba admonitoria, cõmendatoria, vel perſuaſoria, vt per gl. & Bart. in l. j. ff. man. Nec cõditionaliter prolata, ſed ſimplicia, & pura, vt per Bar. in l. ſi pupillus. §. videamus. in fi. ff. de ne. ge. Nec mandetur ꝙ tenebatur facere de neceſsitate. Bar. & Bal. in d. l. j. C. de
2 pœn. Inducitur † etiã mãdatum per ſubſcriptionẽ, gl. & Bal. in l. etiam. C. quod cũ eo.
3 Item † præſumitur mandatum, ſi fiat voluntate mea, vt per Bart. & alios in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. Alex. poſt Bar. in l. j. ff. mand. Cor. in conſi. liiij. ſeu lvij. iiij. vol. Et tãdem ſi interueniant quæcunq; verba etiã enunciatiua, ex quibus coniecturatè appareat, quòd optet fieri vindictam, vt per Bal. in l. j. C. de ſer. fug. ver. & probatur mandatum. Ana. in conſi. lix. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acqui. hære. & in d. l. j. in fi. ij. par.
4 gl. C. de ſer. fugi. Et † ideò ſi pater, aut dominus ab alio iniuriatus dixerit filio: aut famulo, nõ redeas domum, niſi ego ſentiam nouũ de iſto negotio, deinde filius aut famulus occidat iniuriantem dominum, aut patrẽ, nam tunc præſumitur patrem, aut dominum mãdaſſe, vt per Bar. & alios cõmuniter doct. in d. l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acq. hære. Ang. in gl. Sempro. man. xxj. q. vbi dicit quẽdam dominũ fuiſſe ex hoc decapitatũ Florentiæ, ideò caueant pater, aut dominus vti verbis pręfatis. Pau. de Ca. in conſi. cclxij. Panor. poſt Anch. in c. ex literis. per illum tex. de exceſſ. prælat. Alex. in conſi. cxxvij. iiij. vol. Panor. in c. ſententiã. de cle. pug. Bal. in c. veritatis. de dol. & con. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mãdauerit. ff. de acq. hæ. & Iaſ. in d. l. j. C. de ſer. fug. vbi plenè Ro. in ſingu. dccxj. incip. tu ſcis. & Mat. in not. clxxxviij. & Corſe. in ſing. incip. præceptũ. lo j. incip. famulus cuiuſdã. Alex. in conſi. cvj. & conſi. liij. iiij. vol. Feli. in c. afferrè. ver. datur etiã exemplũ. de pręſump. & in c. ſicut dignũ. de ho. Alex. in conſi. lxix. ij. vol. & in l. j. C. de his quib. vt indi. & ibidẽ per Pau. & Iaſ. Bal. in conſ. lxxxij. iij. vol. plenè Mar. in conſi. cxxxij. Pan. in c. pe. ne cler. vel mo. Fel. in c. Petrus. iiij. fal.
5 de hom. Extẽde † dictã concluſionẽ etiã ſi dominus proferẽs talia verba expreſsè inhibuiſſet famolo ne occideret, per tex. in c. fi. de hom. in vj. ita Math. in d. no. clxxxviij. & per Iaſ. in d. l. j. & in d. l. ſed ſi mãdauerit. Faciunt tradita per Bald. in l. non ideò minus. xviij. q. C. de accu. Marſi. in conſi. x. & conſi. lxvij. & Cepo. in conſi. xxxiiij. vbi de mandante ante delictum, & expreſsè prohibẽte ne occidat, an occidendo teneatur. de quo
6 infrà dicetur. Et † an, & quãdo delictũ & homicidium factũ à famulo, & cõſanguineo præſumatur factũ de mãdato domini, & cõſanguinei, maximè ſi eſſet præſens, & nihil diceret, plenè dic, & limita, & declara multipliciter, vt per Fel. in d. c. Petrus. de hom. & per Pan. in c. cõſtitutus. lo. j. & in c. cũ cauſa de teſtib. & Iaſ. in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. & Boni. in tit. quid ſit accuſatio. in fin. In quibus diſtinguitur ſi delictum habeat cauſam

ſue

ſucceſsiuam,vt tunc dominus teneatur,ſi cauſam momentaneam,vt in homicidio,quod non.& per Paran vebr.tortura.lo iij.verſi.mandauit Rex.ibi,filius occidit. vbi an filio occidente in præſentia patris habentis enſem euaginatū auferentis, & receptantis fi-
7 lium,præſumatur mandaſſe,quòd non. Amplia † etiam præfata, etiam ſi non proferat talia verba directè,& expreſſa famulo, ſed dubiè & impersonaliter, vt quia dicat malum eſt hoc factum,& malum,& iniuriam remanere impunitam, loquendo cū famulo,nā per talia verba cenſetur mandaſſe,per tex.in cap.literis.de exceſſ. prælat.Ro.
8 in d.ſing.dccxj. Limita† tamen primò ſecundū aliquos,& intellige,quādo iniuria fuiſſet facta domino,nam tūc per talia verba præſumitur mandatū: ſecùs ſi iniuria fuiſſet facta famulo principaliter,& non domino.nā tunc nòn præſumitur mandatum,& ita intelligit.Paul.de Caſt.in d.§.ſed ſi mandauerit.tamē cōmuniter tenetur,quòd ſiue domino,ſiue famulo, quòd præſumetur mandatū ex talibus verbis, vt per Iaſ.in d.§.ſed
9 quid ſi mādauit. Limita † ſecūdò,& intellige quādo talia verba fuiſſent prolata,& dicta perſonæ in qua nō poterat cadere alia coiectura veriſimilis, & interpretatio quā homicidij cōmittēdi, vt quia famulo præfata verba fuiſſent dicta, aut filio, vel ſeruo. Secùs quādo perſonæ ex qua alia coiectura ex dictis verbis percipi potuiſſet: nā tunc ſtaretur interpretationi cū iuramento,iuxta notata in §.ſed aliæ.inſt. de act. vt quia verba fuiſſent dicta procuratori,vel aduocato: nā intelligitur per iuſtitiā, vt not in l.j.C.
10 de his quib.vt indi.& ita declaratur per Bal.in d.§.ſed quid ſi mādauit. Tertiò† Limita niſi offenſa fuiſſet illata domino,non cū ferro,ſed cū pugnis,quia dominus vtens talibus verbis,fac quòd ſentiam nouū,intelligitur mandaſſe de ſimili vindicta cū pugno, ideò famulo occidente nō tenetur dominus,per not.in l.j.cū ſimilibus.C.vnde vi.Ro. & Alex.in d.§.ſed quid ſi mādauit.& in d.l.j.C.de his quib. vt indi. & in conſil.ccxxj.j.
11 vol.& conſ.xxviij.iiij.vol. Intellige† tamē hāc limitationē cum diſtinctione qualitatis perſonæ,quādo iniuria fuiſſet illata ab æquali,aut inferioris cōditionis exiſtenti,& nobiliori:nā tunc intelligeretur de æquali pugno,ſecùs tamē ſi inferens iniuriā & offenſam fuiſſet vilioris cōditionis,& offenſus fuiſſet nobilis,nam habita qualitate perſonę
12 interpretandū erit de vindicta per quā iniuria fuiſſet propulſata. Faciunt † in hoc tradita.in l.j.C.vnde vi.& in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& per doct. & per Ang.in glo.& d. Titius ſe defendens. Nam ſi inferior inſiluit nobiliorē,non tenetur nobilior fugere,cū fuga in nobili ſit dedecus, & ideò occidēdo non tenetur de homicidio,& ſic in plus ſe habet nobilitas:faciunt tradita in l.gracchus. C. de adulteriis. Nam maritus vilis non poteſt impunè occidere adulterum,& faciunt tradita per Matth.in conſtitut. qui doloſè.& in conſtitut. vt dignitatum ordo ſeruetur. & in conſtitut. vt participatio. In quibus de pœna ruſtici verberantis nobilem,& militem:nam maior pœna imponitur ruſtico,quàm ſi non militem verberauerit,facit l.fina.ff de iniur.cum mille ſimilibus,
13 & ſic in nobili maior fit interpretatio. Quartò † limita, niſi famulus excederet fines mandati, cùm in poteſtate famuli eſſet excedere fines mandati, vel non excedere, vt quia dominus diceret famulo fac vindictam cum baſtono,vel alapa,vel accipe baſtonum,& fac vt ſentiam nouum, ſi ille famulus occidat etiam cum baſtono, non tenenur dominus de morte, cùm ex genere armorum præſumatur animus mandantis non fuiſſe quòd occideret,vt not.in l.prima.§.diuus.ff.de ſica ita ſingul. per Bald. in l. mandati.in fin. C. manda.ita limitat text.in dicto capit.fin.de homic.in ſexto.& in l.ſi quis mihi bona.§.ſi coram.ff.de acquiren hæred.vbi limitat etiam dictū cap. fina.non procedere quando mandaſſet ligno,aut alapa percuti, & ille ferro occidat, non tenetur de morte.ita etiam Bald.in dicta l.non ideò minus.C.de accuſat.& Ange.in gloſſ. Sempro.manda.xviij.quæſtio.Bart.in l.diuus. in fin.ff.de ſicar.faciunt dicta Bart. in l.
14 tertia.in fin.ff.de adi.legat. Quintò † limita niſi famulus ille mandatum repudiaſſet:

nam licet poſtea occideret,non tenetur dominus, ita Bald.in l.ſi literas.in fi. C.mand.
15 Sed quid † ſi à principio acceptaſſet mandatum,deinde repudiaſſet,an poſtea occiden-
do teneatur dominus? dic quòd ſi interuallo,non tenetur vt per Bart.in l.non ſolum.
§.ſi mandato. verſic.quæro mandauit. j.quæſt. ff.de iniur. Bald.in d. l.j. C.de ſer. ſugi.
16 verſic.& idem ſi mandantum.poſt Innoc. in c.ad audien.de homic. Sexto † limita,&
intellige tribus concurrentibus.Primò præcedente inimicitia capitali.Secundò quòd
ſecretè fuerit famulo loquutus ad aures. Tertiò quòd incontinenti fuerit ſecutum
homicidiū,aliàs vbi vnum ex his ceſſaret, non procederet ſupradicta concluſio com-
munis,ita per Bald.in d l.j.verſi.& ille dicitur mandare. & ita intelligit dictum Barto.
in d.l.ſi quis mihi bona. §.fin.cum not. per eundem in l.ſi ventri. §.fin. ff.de his quæ in
fra.cred.& ita per Anan.in d.conſi.lix.& Corſet.in ſing.incip.præſumptio. verſic.ce-
leritas actus. & per Bald.in c.veritatis. de dolo & contuma. & in c.j. §.vel furti.de pa.
17 iura firm.& in cap.ſi quis deceſſer t.ſi de feur.ſuer.controuer.Septimò † limita,& in-
tellige vt procedat,quando dominus recepiſſet iniuriam illicitè,nam tunc talia verba
domini de vindicta , aut nouo intelliguntur , quòd ſicut illicitè iniuriam recepit , ita
mandaſſe videtur illicitè propulſare , aliàs ſi licitè receperat iniuriam , ſecus : ita per
Alexan in conſil.ccxx.incip.quoniam abundè.ij.volum. Qualitas enim præcedentis
iniuriæ arguit qualis fuerit animus domini mandantis in ſequētibus, arg.c. ſcriptum.
de electio. & per tradita in d.l.ſi ventri. §.fin. & in ſimili vide Bald.in l.ſi prædium. de
18 ædil.actio.verſi.ſed pone.vbi ex qualitate factorum animus præſumitur. Vltimò † li-
mita, & intellige quòd propter præfata verba taliter prolata , & dicta famulo & pro-
bata , procedatur ad torturam contra dominum , non autem vt ex his condemnetur
ad mortem:nam ex talibus verbis vt ſuprà , præſumitur mandatum cæteris concur-
19 rentibus.Et clarum † eſt,quòd ex præſumptionibus quantumcunque violentis non
poteſt deueniri ad condemnationem, & pœnam corporalem , vt per Innoc.in c.quia
veriſimile.de præſumpt.& ibi per Panorm.& alios,& in c.afferte.eod.& per Panorm.
in c.auditis.de præſcrip.Bald.& alij in l.fin. C.de probat.Roman.in l.j. §.ſi quis in villa.
ff ad Silleia.Marhe.in not.cxix.Alexan.in conſi.xv.j volum. & in conſi.cxvj.eod.vol.
Bald.in c.literas.de præſump. Gand in rubr.de indi.indubi. ad cond.Brun.j.par.tract.
de indi.& tor.Marſi.in pract.in §.diligenter.& in § quoniam.& in §.ij.quæſt.& in l.re-
peti.ff.de quæſt.& in rubr.C.de probat.Cepo.in conſil.xxxij. Thom.Gra.in vol.x.ita
20 Iaſ.in d.l.j.C.de ſer.fug.& in d.§.ſed ſi mandauit. Et hoc † etiam videtur ſentire Alex.
& alij in d §.ſed ſi mandauit.& Corſet.in ſingu.incip.famulus in quantum.poſt alios,
ibi, & in l j. C.de his quibus vt ind.quatenus dicunt , quòd ſi hæres aut alius dixerit,
de hoc me vindicabo, aut faciam vindictam de morte defuncti , aut alterius inimici,
ſi præfata verba fuerint probata , & occiſus fuerit ille inimicus , quòd faciunt indi-
cium ad torturam, & talis torqueri poteſt conſtito de verbis prædictis : non ergo di-
cunt condemnari poſſe,ſed torqueri,& per Alexan.poſt Bart.in d.l.j. C.de his quibus
21 vt indi. Et ex † prædictis etiam contrahitur mandatum ſi dicat dominus famulo , fa-
cias vindictam, deinde mortuus ſit : nam præſumitur mandatum concurrentibus ſu-
pradictis vt torqueri poſsit, videlicet concurrente qualitate perſonæ , iniuriæ , & in-
ſtrumenti.vt ſuprà,& per doct.in d.l.j.& in d.§.ſed quid ſi mandauit.aliàs eis non con-
currentibus interpretandum eſt in mitiorem partem , videlicet de vindicta per proſe-
22 cutionem accuſationis.vt ibidem dicunt doct. Item † contrahitur mandatum,& præ-
ſumitur ſi dominus, aut pater offenſus loquatur ad aurem famulo, vel filio, & ſtatim
ſit per famulum aut filium commiſſum homicidium , nam ex breuitate temporis
concurrente etiam inimicitia præſumitur mandatum , concurrente ſola inimicitia
præſumitur, conſilium in mitiorem partem, nulla concurrente inimicitia, nec manda-
tum

tum nec conſilium præſumitur, etiam ſi minæ præceſſiſſent, ita Bald. in l. j. verſic. ille dicitur mandare. C. de ſer. fugi. Bald. in l. ſi quis mihi bona. §. fin. ff. de acq. hære. & in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priuil. cred. Brun. in tract. indi. Corn. in conſi. lvij. iiij. volum. Corſet. in ſing. incip. præſumptio. in verſic. celeritas actus. Iaſo. in l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turp. cau. Innoc. & alij in c. ad audientiam. de homicid. & Bald. in l. Papinianus. §. ſi mandato. & in l. multum. C. ſi quis alter. vel ſi. Aretin. in c. tertio loco. C. de probat. Alexand. in l j. C. de his quibus vt indi. Par. in tract. ſyndi. Marſi. in l. ſtatuliber. ff. de quæſt. & in rub. ff. de fideiuſſ. v. quæſt. & in conſi. iij. Alexan. in conſi. lxix. ij. vol. Anan. conſil. iiij. glo. in §. ope. inſtit. de oblig. quæ ex deli. na. Loquuntur tamen de conſilio,
23 vt conſilium præſumatur. Solus Bald. in d. l. j. dicit præſumi mandatum. Fallit † tamen niſi occiſus fuiſſet amicus domini: nam non præſumeretur mandatum, nec conſilium, vt dicit Bald. in d. l. j. C. de ſer. fug. ij. not. glo. & Barto. in l. j. C. de ſicar. & habetur poſt
24 Bart. in d. l. ſi ventri. §. fin iij. addit. Sed an † mandatum contraharur, ſi deliberans occidere aliquem acceſſiſſet ad amicum, & dixerit ſe velle talem occidere, & ille dicat, placet, fac bonum, & citò? dic quòd non, vt per Gand. in rubr. de rar. quæſtio. in malefic. Bald. in l. ob hæc verba. ff. de infamib. Angel. in conſil. xxij. Iaſ. in d. l. j. C. de ſer. fugi. & per doct. in l. ſi obſtetrix. ff. ad legem Aquil. & in l. j. §. vltimo. ff. de ſer. corr. & in can. tanta. lxxxvj diſtin. dicitur enim hortator, & non mandator, vt per Bald. in dicta l. ob
25 hæc verba. Sed quid † de annuente humeris, vt quia filius voluerit occidere, & pater humeris annuat, an dicatur mandaſſe annuendo? dic vt per Bald. in conſil. cxl. j. j. vol. aut iiij. volum. vbi an torqueri poſſit, quòd non, habetur poſt Barto. in l. j. ff. mand. in
26 in apoſti. Et an † tacendo inducatur mandatum? Bel. in pract. in rubr. de quæſtio. &
27 per doct. in c. ſicut dignum. de homicidio. Et quid † ſi famulus, aut filius in præſentia domini vel patris, iniuriantem dominum aut patrem occidit, an præſumatur mandato domini, aut patris: aliquid ſuprà fuit dictum. Barba. in c. j. de offic. delega. dicit quòd ſi cedit delictum in vtilitatem domini, præſumitur mandatum, & tenetur, per dictum Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. nou. nun. x. quæſt. Panor. in c. cùm cauſam. & in c. conſtitutus. de teſti. dicit contrarium, quòd ex quo eſt delictum momentaneum, non præſumitur mandato domini. Alexand. verò in d. §. ſi quis ipſi prætori. per doctr. Bald. in d. l. j. C. de ſer. fugi. dicit, quòd ſi potuit dominus prohibere, & non prohibuit, præſumitur mandatum, vide Mathe. in conſtitut. ſi quis aliquem. x. quæſt. & Bald. in l. iij. C. de epiſc. & cler. & Barto. in l. j. in fin. ff. quod vi aut clam. & habetur poſt Bald. in d. l. j. & poſt Barto. in d. §. ſi quis ipſi prætori. Alexand. in l. cùm dotem. §. ſi mulier. ff. ſolu. matri. per Panorm & Felin. in d. c. Petrus. & per Deci. in l. nullum crimen. ff. de reg. iur. & Curt. in conſil. xlj. Thom. Gram. in conſil. viij. Bonifa. in rubr. de inſul. & percu. & in rubr. quid ſit accuſatio. Non enim ex conuerſatione, aut familiaritate præſumitur mandatum, ſed ex minis & inimicitia præcedente, vt per
28 Bald. in dicta l. j. verſic. dicitur mandare. Et ſic † minæ cum inimicitia faciunt præſumi mandatum, vt per Bald. in dicta l. j. & Alexand. in l. j. C. de his quibus vt indi. facit
29 dictum † Bald. in l. data opera. C. qui accuſat. po. verſic. ſed pone Titius. vbi de fratre rixante, & altero fratre ſuperueniente, & occidente, quòd non tenetur frater rixans, & ſic non præſumitur mandatum, licet frater: & Mar. in conſi. xxv. & in l. fin. ff. de ſica. & in pract. in §. conſtante. & in conſi. lxix. & conſi. lxxxj. doct. in c. cùm ad ſedem. extra
30 de reſtit. ſpol. Fallit † niſi mandatarius prius minatus ſit velle occidere, cùm præſumatur aliàs facturus omnino, ſed dominus tenetur tanquam perſuaſor; vt per Bald. in dicta l. j. C. de ſer. fugi. & Angel. in d. conſil. xxij. & per Iaſ. in d. §. ſed quid ſi mandauit.
31 an dominus † teneatur ex delicto famuli. per Bart. vbi ſuprà. & in l. nec idiſ. ff. de incen. Bald. in l. iij. C. de epiſc. & cler. & in l. ad inuidiam. vbi Alexan. & Iaſ. C. quod met. cau.

Antonius & alij in capitulo primo.de reſtitutio.ſpoliato. Anan. in conſilio ſecundo. Iaſo.in dicta l.prima. vltimo notab.C.de ſer. fugit. & per Felinum in dicto capitulo, Petrus. & per Thom.in deciſi.xxxiiij.numero 39.an præſumatur ex mandato domini
32 factum.Sed † quid in dubio, an ex verbis cæteris dictis expreſsè ad mandatum non conferentibus,præſumatur mandatum?dic quòd non, ſed in mitiorem partem, cùm plus obliget mandatum,quàm aliud delictum,veluti conſilium, perſuaſio,& inſtigatio,vt per Baldum in dicta l.prima.C.de ſer.fugiti.& ideò pari concurrente inimicitia præſumatur conſilium,& non mandatum,vt ibi per Baldum. Et concurrentibus minis præcedentibus mandatarij, vel quia aliàs erat facturus, vel ſtante amicitia mandantis cum occiſo,non præſumitur mandatum, ſed in mitiorem partem eſt interpretandum vt ſuprà fuit dictum.,& per Baldum ibi,in dicta l.prima. verſiculo,primo no. quòd conſilium.& tradita ibidem per Iaſo.& in dicta l.prima.C. de his quib. vt indig. & per Alexand.in conſilio ccxx.ſecundo volumine. incipiente, quoniam abundè. &
33 faciunt † dicta M.ar.in conſilio ij.& conſil. ciiij.& conſilio cxxxij.& conſi.lxxvij.& in l.j.C.de ſic.& in rub.ff.de fideiuſ.nu.55.& ſeq.& nu.59.& conſi.vij.& conſi.ix.& conſi. xlj. Ang.in gl.falſario.in prin.In quibus traditur,quòd vbi verba poſſunt in dubio ſonare,ad delictum & non delictum, interpretandum eſt ad non delictum in mitiorem partem,ſic & ad non iniuriam,& non falſitatem.Plura etiam per Tho.Gra.in volu.x.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Mandans committi homicidium an ſit cauſa proxima & immediata homicidij, an mediata, & propriè dicatur facere.*

2 *Statutum puniens homicidium an comprehendat mandantem,vt eadem pœna puniatur ſtatuti.*

3 *Mandans an comprehendatur ſi ſtatutum dicat ſi quis manibus propriis occidat puniatur.*

4 *Mandans ſub ſtatuto de faciente non comprehenditur ſtante altero ſtatuto quòd nullus corporaliter puniatur,niſi lege municipali caueatur.*

5 *Conſtitu.reg.terminum vitæ.& conſtit.ſi quis aliquem ſuper homicidio & percuſſione, an comprehendant mandantes.*

6 *Statutum Mediolani quòd homicida decapitetur, non comprehendit mandantem.*

7 *Pœnalis conſtitutio licet fauorabilis non extenditur.*

8 *Lex,Quoniam multa.C.ad leg.Iuliam de vi.non extenditur ad mandantem.*

9 *Iudices obſeruant mandantem punire pœna mortis.*

10 *Conſtit.terminum vitæ.locum habet ſi ſuffocet aut ſuſpendat, aut oſtendat malam viam latronibus.*

11 *Mandans vni ſi ille mandat alteri, an omnes teneantur.*

12 *Nuncius portans literas homicidij ſcienter punitur ſicut mandans.*

13 *Mandans pluribus vt occidant ſi omnes occidũt,an vnica pœna puniãtur, an pluribus.*

14 *Mandans vt teneatur an neceſſe eſt quòd ſit præſens mandato.*

15 *Mandans,inſtigans aut ſollicitans, vt clericus percutiatur, an ſit excommunicatus. & quid ſi reuocet mandatum, nu. 16. & quid ſi mandans moriatur ante exequutionem mandati.num.17.*

18 *Clericus ſi mandet aut inſtiget percuti,an efficiatur irregularis.*

19 *Clericus an ſit irregularis ſi quis percutiat armis clerici.*

20 *Clericus ſi mandat percuti & ille occidat, an ſit irregularis.*

21 *Mandans an teneatur de auxilio & mandato,vt quia mandaret & aſtaret.*

22 *Mandans & mandatarius ſequuto delicto ſtatim tenentur, niſi excuſentur.*

1 CIRCA Tertium † primò quæro ſecundum Bal.in d.l.non ideò minus.C.de accuſa.verſicu.in iſta materia prima quæſtio.quid dicatur mandans agere in vim paſſo, & occiſo, & ſic an mandans ſit cauſa proxima & immediata delicti, an verò extrinſeca, & remota? refert quoſdam dicere fore cauſam proximam, & immediatam delicti, & productiuam mortis,ſicut ſi quis Baliſta de lōge occideret aliquem. Nam baliſtando quadam longa via videtur hoc facere, ita mandans per interpoſitam perſonā, ſicut & baliſtans cum ſagitta,& baliſta. Quod tamē Bal. reprehendit,dicēs non eſſe cauſam intrinſecam,& immediatam,ſed mediatam diſtinctam, & ſeparatam ab intrinſeca,diſtinguens cauſas primas, & ſecundas, & ſubdiſtinguens aut cauſa ſecunda nihil operatur per abſentiam primæ:& tunc prima cauſa eſt, quæ principaliter agit,& ideo baliſtans dicitur ipſe agere actum, ex quo ſecunda cauſa videlicet baliſta nihil agit,nec poteſt agere de per ſe ſine cauſa prima, & baliſtante, & ſic prima cauſa neceſſariò aſsiſtat actui,aut ſecunda cauſa eundem effectum operatur per abſentiam primæ cauſæ,ſicut per præſentiam,vt quia quis facit aliū occidi, aut percuti per perſonam interpoſitam:nam iſte poteſt percutere,etiam abſente principali, & ſic prima cauſa eſt ſeparata à ſecunda,id eſt,principalis à faciente, & ſecunda cauſa agit & aſsiſtit actui,non prima.Ita & mandans qui eſt prima cauſa, & mandatarius ſecunda, qui verè immediatè,& intrinſecè facit,& non mādans, qui non per ſe ſed per alium facit. Nulla eſt enim proximatio inter primum agentem,& mandantem, & paſſum, & occiſum, & ideò actus non attribuitur agenti primo per propriam operationem, ſed per alienam,& ſi per accidens operatur,& non per propriam, & naturalem operationem,& ita reſidet ibi Bal.& Ang.in glo.Sempro.mand.x.q.& ſic innuere videtur quòd mandans non propriè,& de per ſe agere videtur, ſicut quando baculo & baliſta percutit,adeò quòd licet per diuerſa verba,idem tamē concludit quod Bart.in l.ſi vnius. §.ſeruus.ff.de iniur.quòd in grauibus delictis mandans non dicitur propriè facere, & occidere, ſed eſt cauſa mortis, & inſtrumentum quo facit actum mandans, eſt liberum.Et agit virtute libertatis ſuæ, vt eſt mandatarius,& non neceſsitate cogente, vt baliſta, ideò ipſe verè facit,& non mandans, qui præbet cauſam mortis.l.ſi obſtetrix. §.j.ff.ad leg.Aquil.l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma.reſpondet ad c.mulieres.de ſenten. excom. procedere quo ad peccatum, vel irregularitatem incurrēdam, in quibus animus inſpicitur, & non factum.vide per Panor.in c.Henricus.de cler.pug.in du.Alex. in conſil.clxxix.vij.volu.& conſil.lxix.iiij.volu.Non autem ad actum puniendum in quo factum conſideratur vt puniatur.Roma.verò in l.ſi quis pro emptore. ff. de vſucap.aliter reſpondet,vt per eum & per Iaſo.ibidem in repet. & per Ange.in dicta glo. Sempro.manda. xiiij. quæſtio. & per Math. in deciſio. xliij. in ſecunda difficultate.

2 Iſta † quæſtio effectum operatur circa ſtatutum puniens delictum, homicidium, & vulnus, an comprehendat mandantem, vt mandans puniatur eadem pœna qua faciens,vt ſi ſtatuto caueatur,quòd pro homicidio pœna capitis puniatur, an comprehendatur mandans?in qua quæſtio.docto. fuerunt in varia opinione. Nam alij quòd non comprehendatur mandans qui non verè dicitur facere ſicut requirit ſtatutum,& ita conſuluit Bald.Mediolani, vt in conſilio quinquageſimoſecundo. tertio volumine.Alij quòd comprehenditur,ex quo quando ſtatutum comprehendit fauorem publicum fit extenſio de caſu vero, ad caſum fictum, vt refert Math. in conſtitut.ſi quis aliquem, Alij diſtingunt, aut ſtatutum loquitur per actum immediatum, vt quia dicat ſi quis occiderit, & tunc mandans non comprehenditur. Aut per actum mediatum,vt quia dicat ſi quis commiſerit homicidium, & tunc mandans comprehenditur. Alij diſtingunt, aut ſtatutum loquitur in rem, aut in perſonam, ſi in rem,

compreheditur mandans, vt ſi dicat, pro homicidio & vulnere puniatur tali pœna.
Si in perſonam, non comprehendit mandantem, vt ſi dicat, ſi quis occiderit tali pœna
puniatur. l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi aut clam. & ibi Barto. eadem eſt diſtinctio,
vt ſuprà proximè, hanc diſtinctionem facit Bart. in d. §. fin. & in l. ſi vnus. §. ſeruus. ff.
de iniur. & in l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi quis id quod. ff. de
iuriſdict. omn. iud. & in l. ſi pater. ff. quæ in fra. u. credi. & in conſi. cj. & in l. ij. §. ſi pro-
curator. ff. quod quiſ. iur. & in l. hæc verba. ff. de adulter. & in l. non ſolum. in princip.
ff. de iniur. Corn. in conſi. lxix. iiij. vol. hæc eſt communis diſtinctio, & eam communi-
ter ſequuntur, quam ſequitur Bald. in l. non ideò minus. vij. quæſt. C. de accuſat. vbi
etiam Salyc. & in l. j. §. ne autem. C. de cadu. tollen. & in l. tranſigere. C. de tranſac. Ang.
in d. l. ſi pater. Panorm. in d. c. mulieres. de ſentent. excomm. Anchar. in c. canonum
ſtatuta. de conſtit. Flor. in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Ang. in d. glo. Sempron.
man. Alexand. & Moder. in d. §. ſi procurator. & in d. l. ſi quis id quod. & poſt Barto. in
dicto §. ſi ſeruus. vbi etiam de ſtatuto concedente pacem offenſori, an comprehendat
mandantem. Rom. & Iaſ. plenè in d. l. ſi is qui pro emptore. vbi dicit hanc fore com-
munem, licet in puncto iuris arguat, & inferat alias opiniones, vide doct. Modern. &
Aretin. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſth. & per Alberic. in prima par. ſtatut.
quæſt. xv. Salyc. poſt Butr. in l. non dubium. C. de legib. Paul. de Caſt. in l. ſi per alium.
ff. ne quis eum qui. Panorm. in c. ſicut dignum. poſt glo & Ioan. And. extra de homic.
& per Bald. in c. j. §. iniuriam. de pace iuramento firmanda. & in l. ad peremptorias. C.
ſentent. reſcin. non po. & in d. l. non dubium. vbi etiam de occidente bannitum an
comprehendat mandantem, & in l. ſi ſeruum. §. prætor. ff. de acquir. hæred. & in l. ſi fa-
mil. C. de iuriſdi. omn. iud. & in l. omnes popu. eod. tit. & per Mar. in pract. in §. aggre-
dior. & in multis locis, de quibus per Iaſ. in d. l. ſi quis pro emptore. & in d. l. ſi quis id
3 quod. Alexan. in conſi. lxxv. iiij. volum. & poſt Bart. in d. §. ſi ſeruus. Et † limita, vt per
Iaſ. in d. l. ſi quis pro emptore dupliciter. Et primò niſi dicat ſtatutum, ſi quis occide-
rit manibus propriis, nam tunc, non comprehenditur mandans. idem ſi dicat per ſe,
vel aliter perſonaliter loquatur, vt per doct. in locis allegatis per eum, maximè in d. l. ſi
quis pro emptore. & Angel. in d. glo. Sempron. mand. & Alexand. in dicto §. ſi ſeruus.
4 Secundò † limita, niſi eſſent duo ſtatuta, quorum vnum imponat pœnam pro homi-
cidio, & aliud dicat, quod nullus corporaliter puniatur, niſi lege municipali cauea-
tur: nam tunc non comprehenditur mandans, ita per Iaſ. vbi ſuprà, & vide Alex. in d.
l. ſi quis id quod. & in d. §. ſi procurator. & per Mar. in ſing. clxxxj. incip. mandans. Fel.
in d. c. mulieres. & in d. c. ſicut dignum. Cepol. in conſil. xxxvj. circa fin. & in conſilio
xxxiiij. Bald. in conſi. lij. iiij. volum. aut iij. & Bernar. poſt Ang. in d. glo. Sempron. man.
poſt Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. Thom. Gram. in vol. ix. in fin. in addit. & in volum. xv.
& Mathe. in d. conſtit. ſi quis aliquem. & in conſtitu. eos qui ſcienter. Gand. in rubr. de
tranſact. verſi. vlt. circa materiam. & in tit. de pœn. verſi. item not. quod dicit Odofr. &
in titu. de homic. verſic. pone aliam quæſtonem de facto. & in rubr. vbi punitur delin-
quens. Cardi. in clemen. j. de vita & honeſt. cler. v. quæſt. Corne. in conſi. lxix. iij. volu.
Corſet. in repert. Panor. in verbo, mandans an teneatur, & pleniſsimè firmat in reper.
ſuo iij. par. verſic. ſtatutum in maleficiis. verſ. ſtatutum delinquente, & ſequen. de fal-
lentia. niſi dicat propriis manibus, & de hac quæſt. ij. in verbo, mandans. ver. xxv. vſq;
ad verſic. xxxv. & per Math. in conſti. omnes noſtri. iiij. not. in fin. Alexan. in conſ. lxv.
5 & conſi. lij. iiij. vol. Et hæc † quæſtio facit ad intellectum conſtit. reg. terminum vitæ.
de occidente, an extendatur, & comprehendat mandantem occidi, in qua quæſtione,
habita, & retenta communi ſupradicta diſtinctione de ſtatuto loquente in rem aut in
perſonam, eſſet dicendum dictam conſtitu. non comprehendere mandantem, ex quo
verba

verba d.conſtitut.ſonant in perſonam facientis, quatenus dicitur quicunque alium fuerit aggreſſus,& in aggreſſu ipſo eundem probabitur occidiſſe,& per alia verba ſequentia.Cùm ergo ſonent dicta verba in perſonam facientis, non comprehẽdit mandantem:nam mandans non dicitur aggredi, & in aggreſſu occidere:cùm ergo conſti. regni ſint ſtrictis iuris, & non extenduntur vltra caſum in quo loquuntur, vt ſuprà fuit dictum,de conſtit.ſi quis aliquem. & conſtit.eos qui ſcienter. & Thom.Gra.in d. vot.& conſtit.omnes noſtri.non extenditur ad mandantem,vt ibi per Math.& conſt. reg.de falſificante literas regis,incip.qui literas regis.in iij.lib.non extenditur ad mandantem,cùm ſit ſtatutum pœnale,vt per Matthæ.in deciſi.cccciij.in ſecunda difficul-
6 tate. Facit pro † hoc dictum Bald.in conſi.lij.iij.volu.vbi de ſtatuto Mediolani, quòd homicida decapitetur,non comprehendit mandantem, & in dicta l.non ideò minus. vij.quæſt.vbi etiam de ſtatuto Mediolani,apoſt.poſt Bart.in d.§.ſi ſeruus.in verſi.do-
7 minus.& facit † dictum Bal.in l.illud.C.de ſacroſanct.eccl.vbi dixit, quòd conſtitut. fauorabilis,vbi imponat pœnam eſt odioſa,ex conſequenti non extendenda,in regu.
8 odia.& faciunt † tradita per Franci.Capiteli.inter conſilia Cep.conſi.xxxvj.in qu.ultum limitat conſtit.l.quoniam multa.C.ad legem Iul.de vi pu.non extendi ad mandantem,cùm verba eius ſonent perſonalitatem, & faciunt alia dicta ibi per Cepol.in
9 conſil.præced de lege loquente in rem,aut in perſonam. Et licet † in puncto iuris ita eſſet tenendum, tamen iudices contrarium ſeruant, cùm etiam mandantem pœna mortis condemnent.ſequentes glo.in d.c.ſicut dignum.de homicid.per quam dicunt Ioan.And.& Panor.ibi, quòd aſſeſſores mandantem puniunt pœna mortis, ſicut facientem, concurrente illa ratione, quòd cùm ſit fauorabilis dicta conſtit.reipubl.cæ.
10 recipit extentionem ad mandantem,& eum comprehendit: concurrunt † dicta per Iſer.in d.conſtit.terminum vitæ.quatenus dicit locum habere nedum quando ferro occid.t,ſed quando aliter perimit, vt ſuffocando,aut ſuſpendendo, aut aliter mortis cauſam præbendo, vt in oſtendente malam viam, vbi latrones aſsiſtunt & latent, & occidatur, oſtendens tenetur pœna d.conſtitut. & tamen verba dictæ conſtitutionis, non ſonant in iſtis,ſed in aggreſſoribus, & occidentibus perſonaliter.Matth. etiam in dicta conſtit.ſi quis aliquem.ſentit,& concludit illam conſtitu.comprehendere mandantem,quando de mandato conſtat per veras probationes, & non per coniecturas.
11 Secundò † quæro quid ſi quis mandat vni,quòd committat homicidium, & ille mandet alteri,an vterque teneatur ſecundus mandans, & primus, & ſic ambo.Bald.in l.ſi ego.per illum text.ff.quod vi aut clam.tenet, quòd ambo puniuntur, idem dicit in l.j.§.ne autem.C.de cadu.tollen.verſic.extra text.quæro. & Barto.in l j.§.incidit.ff.ad Turpil.Bolo.in ſuis interpretatio.in d.l.ſi ego.Angel.in gloſ.Sempro.mand.vj.quæſt. Mar.in ſingu.clxxxj.Bart.in d.l.ſi quis pro emptore.ff.de vſucap.& habetur poſt Bar.
12 in dicto §.ſi mandato.in apoſt. Et ideò † dicunt Bald.vbi ſuprà, Barto. & Angel.eſſe idem in nuntio portante literas de homicidio: nam eo ſecuto tenetur nuntius,ſi fuerit ſciens,ſicut mandans,vt per Cyn.in d.l.non ideò minus.C.de accu.& Bart.in §.incidit.& Bart.& Mar.in l.ſi ſcienter.ff.de parric.Mar.in conſi.xxvij.& in l.j.§.preterea. ff.de ſicar.& in ſing.clxxxj. & ibidem dicunt nuntios portantes literas de proditione, & tract.contra rempublicam,aut contra principem teneri vt principales, vt not.in l.j.
13 ff.ad legem Iul.maieſt. Tertiò † quæro, quid ſi vnus mandat pluribus, vt occidant, & omnes occidunt, an dicatur vnum delictum mandantis, vt vnica pœna puniatur, an plura,vt pluribus pœnis? dic quòd vnum eſt delictum, & ſic vnica pœna punitur, quando vnicum mandatur delictum, licet pluribus: ſecus ſi plura delicta, & homicidia, nam quot ſunt delicta, & homicidia, tot dicuntur delicta, & tot pœnis punitur mandans,vt per Bart.in l.fin.verſic.& pro hoc poteſt ſolui.ff.de ſicar.& per Barto.in

l.fi.ff.ſi funi.fur.fec.di.& faciunt dicta ſuprà in materia auxilij,de vno præſtante auxi-
14 lium pluribus,vt per Corn.conſi.viij.iij.vo.Quartò † quæro an requiratur quòd man
dans ſit præſens,vt teneatur de mãdato,an verò teneatur mandãs etiã ſi tẽpore delicti
fuerit abſens? Dic quòd non requiritur quòd ſit præſens, ſed abſens punitur per text.
in l.prima.§. prætor.ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi exi.quem ibi ponderat ad hoc
Paul.Iaſ.& alij.& per Bartolum in l.ſi per alium. eodem titulo. & alibi non reperitur
15 text.de hoc,vt ibi per eos.Quintò † quæro quid ſi aliquis mandat,inſtigat aut ſolici-
tat,quòd clericus percutiatur,an mandans incidat in canonem ſi quis ſuadente, & ſit
excommunicatus ſi percutiatur, aut occidatur? Baldus Angelus Raphaël & Imola
in l.quid ergo §.penultimo.ff.de legatis primo.dicunt quòd ſic, ſicut ſi ipſe percuſsiſ-
ſet,aut occidiſſet.Iaſ.in l.prima. C.de ſeru. fugitiuis. Alexand. poſt Bartolum in dicto
16 §.ſi mandato.in fine.Panormita.in dicto capitulo,ſi mulieres. quod † extendunt etiam
ſi mandans antequàm mandatarius percutiat, vel occidat, reuocet mandatum,dum-
modò notificaſſet mandatario reuocationem, & per Bartolum in l.ſi pecuniam.§.ſi
ſeruum.ff.de condict.ob cauſam. vide gloſſ. in dicto capitulo, mulieres. quòd ſolus
Papa abſoluit, & not.in capitulo,cùm quis.extrà, de ſententia excommunication.in
ſexto.Imo.in capitulo,ad audientiam.de homicidio.Felin. in capitulo, ſicut dignum.
17 de homicidio.Limita † vt per Felinum in dicto capitulo,mulieres. niſi ante executio-
nem mandati,mandans moriatur,& Vide per Baldum in marga. in verbo, mandans.
18 verſiculo ſexto.vbi etiam ſi indirectè mandauerit,& ibi limita. Quid † econtra ſi cle-
ricus mandat,aut inſtigat,quòd percutiatur & occidatur, an ſit irregularis,doctor.in
d.§.penulti. dicunt quòd ſic, & in capitulo, ſicut dignum.de homicidio.in ſexto.vbi
etiam ſi prohibeat ne occidat.Bald.in l.cùm mandati.C. manda. Angel. in dicta gloſſ.
19 Sempro.manda.viij.& ix.quæſtio.Et † quid ſi aliquis percutiat aliquem armis clerici,
an clericus ſit irregularis? Dic,vt per Feli.in dicto capitulo,ſicut dignum. & doctor. in
dicto capitulo, Petrus. de homicidio. & de his vide per Nicolaum plo.in tractatu de
20 irreg.xiij.& xiiij.irregular.Et † quid ſi clericus mãdat quòd percutiat,& mandatarius
in aggreſſu occidatur, an clericus ſit irregularis per mortem mandatarij? Dic vt per
21 Panorm.in capitulo,ad audientiam.extra de homicidio. Sextò † quæro an mandans
etiam teneri poſsit de auxilio,vt quia mandat,& aſtatet, Bald. in dicta l.non ideò mi-
nus.verſiculo,item quæritur an quis poſsit teneri. dicit quòd non, ratione contrarie-
tatis,nam mandans vt principalis tenetur,quòd ſecus eſt in auxiliatore,vt ibi.Et not.
22 quòd † ſecuto delicto ſtatim mandans,& mandatarius tenẽtur, niſi legitimè excuſen-
tur, vt per Bartolum in dicto §. ſi mandato. verſicu. ſed quando. & Angel. in gloſſ.
Sempronius mandauit.

## SVMMARIVM.

1 *Mandatarius ſi exceſſit fines mandati an teneatur mandans, & quando, & quid in tacito mandato. num. 2.*

3 *Mandans vt vulneret & prohibens ne occidat ſi occiderit an teneatur pœna mortis.*

4 *Mandans ferro percuti ſi prohibuerit ne occidat, occidendo tenetur pœna ordinaria.*

5 *Mandans pugno aut bastono percuti ſi ille ferro, excuſatur mandans, idem ſi vt percutiat in vno loco & ille in alio percuſſerit. num. 6.*

7 *Mandans bastono percuti, & ille ferro percutiat tenetur & fit irregularis iure canonico.*

8 *Delictum ſi mandatur committi, vt raptũ mulieris, an excuſatur ſi excedit fines mandati.*

9 *Mandans quis occidi ſi vulneret & non occidit an teneatur de vulnere.*

10 *Mandans an excuſetur ſi mandatarius erat alias facinoroſus, & qualiter præſumitur quod erat*

erat factuꝛus.

11 Mandatarius ſi facit nomine mandantis, an excuſetur mandans, licet eſſet alias facturus.

12 Mandatarius quòd erat alias facturus, qualiter cognoſcitur.

13 Mandatarius an in dubio præſumatur quòd erat alias facturus, & numero 15. quid de mandante.

14 Mandans an excuſetur ſi mandatarius dixerit ſe feciſſe propter odium, non propter mandantem.

16 Mandatarius ſi à principio non acceptauit mandatum, an teneatur mandans ſi occiderit mandatarius.

17 Mandatarius ſi acceptauit & poſtea reuocauit mandatum, an mandans teneatur ſi occidit mandatarius.

18 Reuocare mandatum quomodo dicitur.

19 Reuocare dicitur tacitè mandatum, ſi mãdans fecit pacem, aut parentelam cum inimico.

20 Reuocare dicitur mãdatum, ſi diu ſtetit mandatarius quod non adimpleuit mandatum.

21 Mandans tali & certo die occidi, & ille poſtea occidit, non tenetur mandans.

22 Mandans tenetur ſi tacitè aut expreſsè mandatum non reuocauerit.

23 Mandatum tacitè reuocatur ſi superuenerint inimicitiæ capitales inter mandantem & mandatarium.

24 Mandans non tenetur ſi mandatarius attentauit, & non perfecit.

25 Mandans an teneatur in aſſaſſinio ob delictum attentatum per mandatarium, & quando.

26 Mandans an ex ſimplici mandato re non ſecuta teneatur, & quid in aſſaſſino.

27 Tractatus & ordinatio, an & quando puniatur.

28 Dolus an puniatur, & qualiter.

29 Mandatum ſolum non attenditur, ut puniatur pœna ordinaria, & quomodo punitur. numero 30.

31 Homicidium mandatur committi Florentiæ & Bononiæ occidit, an locus mandati, an delicti inſpiciendus ſit, & ubi puniendus eſt.

32 Mandans punitur in loco delicti, & ratum habens in loco ratihabitionis, ideo in libello locus delicti in mandato opponi debet, & non mandati, diſtingue ut num. 33.

34 Mandans ut teneatur debet præcedere mandatum, & factum ſubſequi, vel in ipſo actu interuenire.

35 Delictum ſi non poteſt ineſſe mandanti per rerum naturam non tenetur mandans, ut quia impubes mandet committi falſum, idem in cæco.

36 Mandans non tenetur ſi plures in eodem actu non poſſunt ſimul & ſemel concurrere, ut quia mandet adulterium committi.

37 Teſtium dicta ſi non concurrant cum rebus ſenſatis non nocent ſuper mandato, ut quia famulus, aut inferior mandaſſet domino, aut ſuperiori.

38 Mandatarius ſi non tenetur nec etiam mandans.

39 Mandans non tenetur ſi non conſtat de principali mãdatario.

40 Mandans non tenetur, ſi per ſe poterat facere, nam mandando excuſatur, & numero 41. & 42.

43 Mandans excuſatur ratione officij, ut non teneatur aliqua pœna ſi facit ratione officij ſui.

44 Mandans ingreſſum poſſeſſionis ſi contingat homicidium non tenetur pœna ordinaria.

45 Mandans excuſatur ſi mandatum fuerit inualidum.

46. Mandans excuſatur ratione non probatæ qualitatis, ut quia accuſatur quod mandauit occidi, & probat qualiter ipſe occidit, idem ſi probatur de conſilio dum accuſatur de mandato.

1 CIRCA Tertium † de cauſis excuſantibus mandãtem, dic quòd
primò excuſatur mandans, ſi madatarius exceſsit fines mandati.
arg. l. diligenter. ff. mand. & Mar. in conſi. xxj. ſed diſtingue, vt per
Bal. in d. l. non ideò minus. verſi. item quçro. an mandans teneatur
& in l. cùm mandati. C. manda. & refert, & ſequitur Ang. in gloſ.
Sempton. mand. x. quæſt. vbi diſtinguit, quòd aut eſt in poteſtate
mandatarij ſeruare fines mandati, vt quia mandet vt percutiat in
vno loco, vt extra plateam, & ille percutiat alio loco, vt in platea, vt per Bald in l. fin.
C. ſi à non compe. iud. vel mandet, vt percutiat ligno, & haſta, & ille percutiat ferro,
& tunc mandans excuſatur à pœna ordinaria mandati, vt per Bald. in d. l. cùm mandati.
aut ſeruare fines mandati non erat in poteſtate mandatarij, vt quia mandet gladio
percuti, & vulnerari, & quòd non occidat expreſſe prohibendo, & tunc ex quo
etiam vulnus minimum poteſt eſſe mortale, nec eſt in poteſtate mandatarij ſeruare
fines mandati, cùm mortale, & non mortale non eſt in eius poteſtate, mandans in totum
tenetur de homicidio, ſicut ſi ipſe mandans mandaſſet homicidium committi,
per text. in c. fin. extra, de homici. in ſexto. Auguſt. tamen poſt Angel. in d. gl. Sempro.
man. alegat contra hanc diſtinctionem text. in d. c. ad audientiam. extra de homic.
2 tamen ipſe tenet dictam diſtinctionem Bald. quam † amplıat habere locum etiam in
tacito mandato, nedum in expreſſo per text. in c. ex literis. de exceſſi. præla. & limitat,
vt per Bald. in d. l. cùm mandati. quando mandat ligno percuti, & ille ferro, tunc non
3 tenetur. ſecus ſi vt ferro percutiat, vt ibi. Et de † hoc, an quando mandat vt vulneret,
& prohibet ne occidat, an occidendo teneatur pœna mortis mandans? habetur in d.
c. fin. de homic. in vj. & ibi per Gem. & per Socin. in d. c. ad audientiam. & Anan. in d.
c. ſicut dignum. §. fin. Bart. & Iaſ. in l. non ſolum. §. mortis. ff. de operi. no. nun. Alexan.
in conſi. cxl. ij. volum. Bart. in l. diuus. ff. de ſicar. Marti. in l. j. § diuus. ff. de ſicar. & in
l. j. C. eod. Bald. Paul. Roma. Aret. & Iaſ. & alij in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit.
ff. de acquir. hæred. Cuma. in conſil. cxxxiiij. doct. in l. quid ergo. §. pen. ff. de leg j.
pleniſſimè per Cepo. in conſi. xxxiij. & in quatuor ſequen. conſil. xxxv. xxxvj. xxxvij.
xxxviij. per alios conſulentes & ſubſcribentes, vt per Anton. Roſel. Franciſ. Capitch.
& Angel. de Caſt. qui omnes in his terminis conſuluerunt, & nouiſsimè conſuluit
pleniſsimè Mar. in conſil. lxvij per totum, & aliquid per eum in conſi. x. & per Bel. in
pract. in titu. de quæſt. doct. in l. quoniam multa. C. ad legem Iul. de vi publ. & Dec. in
conſi. ccxxxiiij. & Iaſ. in l. j. C. de ſer. fugi. Panor. & alij in c. ex literis. de exceſ. præla. &
in c. ſententiam. ne cler. vel monac. Felin. in c. vniuerſitati. in princ. extra de ſentent. excommu.
Imol. in d. c. ſicut dignum. & Thom. Gram. in conſi. xx. vbi fuit mandatum baltono
percuti, & ille ferro, & occidat, qui omnes dicunt teneri de madato, differunt
4 tamen † quo ad pœnam. Nam Cepo. in d. conſi. xxxiiij. conſuluit in ciuitate Vicentiæ
puniendum eſſe mandantem pœna mortis, & vltimo ſupplicio ſi ferro madauit percuti,
& vulnerari, non obſtante proteſtatione facta, quòd non occidat, quæ proteſtatio
nihil releuat tanquam contraria actui, per tradita per Barto. in d. §. morte. per text.
in d. c. fin. quem intelligit locum habere etiam in cauſis ſanguinum, nedum quo ad
irregularitatem, per multas rationes reſpondendo ad rationes contrarias: alij verò
conſulentes in eodem caſu, vt Anto. Roſ. Franc. Capi. & Angel. de Caſt. filius Pau. de
Caſt. conſuluerunt contrarium quòd non puniatur pœna mortis, ſed alia pœna mitiori,
vt exilio, & hanc dicunt fore veritatem, & Ang. ibi teſtatur Deum, & veritatem
quòd non puniatur pœna mortis. Tamẽ in caſu quo Mar. cõſuluit, mandauit percuti
baltono, in quo ceſſant rationes contrariæ concurrente doc. Bal. in d. l. cùm mandati.
& hæc opinio eſt humanior, & tutior, maximè in homine bonæ famæ, & non ſolito

talia

5 talia committere. Limitat tamen † prædictam quæſtionem.d.c.ſi. Iaſ.in d.l.ſi quis mihi bona. §.fin.& Mar.in d.conſi.lxvij. quatuor modis. Primò vt locum habeat, quando mandatur ferro percuti, & tali inſtrumento in quo non eſſet in poteſtate mandatoris obſeruare fines mandati, ſecus tamen, ſi pugno, aut manu vacua, aut baſtono, vt per Bald.in d.l.cùm mandati.& in d.§.fin.vbi Pau.Roman. Aretin.& Alex.in d.§.ſed quid
6 ſi mandauit.& in conſi.cxl.ij.vol.& plenè Mar.in d.conſ.lxvij. Secundò † limita iuxta doct.Bald.in d.l.non ideò minus.& Ang.in d.gl.Sempron.mand. quando eſſet in poteſtate mandatarij ſeruare formam mandati, vt quia in vno loco mandauit, vt in platea,& ipſe in alio loco percuſſerit, vt per Ana. in d.c.ſicut dignum.& Mar.in d.conſil.
7 lxvij. Tertiò limita † vt procedat iure canonico, quo ad irregularitatem, non autem iure ciuili, quo ad pœnam ſanguinis, inter quæ iura longa eſt differentia, vt tradunt doct.in c.ſignificaſti.lo ij.de homic.Alex.in d.conſi.cxl.& ita limitat Iaſ.ibi in d.§.fin. & Mar.in d.conſil.lxvij.& inter conſil.Cep.per ſupradictos. Ant.Franc.& Ang.in d. conſi.xxxv.cum ſequentib.dicit tamen ibi Iaſ.in d.§.fi.doct.extendere illud c.ſi.etiam quo ad pœnas ſanguinis, per doct.Bald.in l.diuus. ff.de ſicar.in ſi.qui alleg.etiam text.
8 in l.fin.ff.de crim.expi.hær.Quartò † limita,& intellige,& declara vt per Dec.in dicto conſi.ccxxxiiij. quando mandatur delictum committi quod tendat ad homicidium, ſecus ſi ad aliud delictum, vt ad raptum mulieris, vt ibi per Dec.& per Alex.in d.conſ.
9 cxl.ij.vol.& Aret.in conſi.xxx. Quid † autem econtra, an ſi mandat occidi, ſi vulnerauit,& non occidit, an teneatur de vulnere? Bald.Pau.Rom.Aretin.& Iaſ.in §.fin.l.ſi quis mihi bona.& in l.in ſuis.ff.de lib.& poſthum.quòd ſic,& Corn.in conſil.ccxlix.
10 j.vol.Mar.in l.j.in prin.& in d.§.diuus.in prin.ff.de ſica. Secundò † excuſatur mandãs, ſi mandatarius erat aliâs omnino facturus: nam tunc non tenetur de mãdato, ſed tanquam inſtigator,& perſuaſor, vt per Bald.in l.j.C.de ſer.fugit.& Ange.in conſil.xxij. Corne.in conſi.lxiiij.vol. quod tamen deprehenditur ſi præceſſerit inimicitia capitalis inter mandatarium, & occiſum, vel minæ præcedentes ipſius mandatarij, vel præparamenta per eum: nam tunc ex his minis præcedẽtibus,& ſi ſolitus erat minas mittere ad effectum, vt per Fel.in d.c.ſicut dignum.iij.conclu. tunc præſumitur quòd erat aliâs facturus, vel nulla ſtante inimicitia mandantis cum occiſo, vt ibi per Bal.in d.l.j. verſi.& ille dicitur mandare. Debet etiam eſſe mandatum ſuperiori ab inferiore.& ſic tria concurrant, inimicitia offenſi,& mãdatarij minæ eiuſdem, & quòd inferior mandaret ſuperiori: ſecus econtra, vt per Iaſ.in d.l.j.quod dicit ibi Pau.de Caſtr.menti tenendum, ex quo poteſt quis amicum euadere, & pecunias lucrari,& ita dicit ſe conſuluiſſe. Alex.poſt Bart.in d.§.ſi mandato.verſi.niſi gratia mandantis.in fin.& in conſi.
11 cxxvij.iiij.vol. contrarium † tamen in hoc tenet Bal.in l.metũ.C.quod met.cau.alleg. c.cum quis.de ſenten.excomm.in vj.vbi dicit ſi facit nomine mandantis, non excuſatur mandans, licet eſſet aliâs facturus, & in l.j.in princ.ff.de eo per quem fac.erit, vbi Ang.alleg glo.in l.apud Celſum.in princ.ff.quib.ex cau.in poſſeſ.ea.quòd excuſatur. Cep.in caut.lxv.Bald.in l.ob hæc verba. ff.de infamib. & in l.data opera. C.qui accuſ. poſſ.& in d.l.j.C.de ſer.fugit.Bar.in d.§.ſi mandato.not.gl.in §.ope.Inſti.de oblig.quę ex delic.naſ.Matheſi.in ſing.xcvij.& in ſing.ciij.Salyc.in l.j.C.de raptu virg.Ioan.Fab. Inſtit.mand.in princ.Felin.in d.c.ſicut dignum.Ioan.de Lign.in c.mulieres.de ſenten. excommu.Bald.in c.j.§.iniuria. de pace iuram.firman. Angel.in glo.Sempron.mand. circa fin.Corn.in conſi.lvij.iiij.vol.Iaſ.in d.l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit. circa fin.can.in c.j.de offic.deleg. Bald.in c.j.quibus mod.feud.amitta.Marſi.in conſi. lxj.Iaſ.in d.l.j.& in d.§.ſed quid ſi mandauit.concludit communiter teneri opin.Bart. in d.§.ſi mandato.quòd non debet fieri talis diſtinctio in mandante, licet in conſulen-
12 te,& parſuadente ſic. Sed † qualiter cognoſcitur, quòd erat aliâs facturus? dic vt per

Bal.in d.l.j.C.de ſer.fug.& in l.metum.C.quod me.cau.& in l.data opera.C.qui accu. poſſ. Aug.in l.j.ff.de eo per quem factum erit. Alex.poſt Bart.in d.§.ſi mandato.Corn.
13 in d.conſil.lvij.iiij.volu. Feli.in d.c.ſicut dignum.in gl.in d.l. apud celſum.Sed † an in dubio præſumatur quòd erat aliàs facturus conſtito de mandato, ſed quòd fecerit ad mandatum mandantis, vt per Dyn.in reg.in obſcuris.de reg.iur.in vj.Bal. in d.l.ob hæc verba.& habetur poſt Bald.in d.l.j.C.de ſer.fugi.Bald.in l.data opera.Felin.in d.c. ſicut dignum.Iaſ.in d.l.ſi quis pro emptore.ff.de vſucap.Alex.in conſi.cxij. primo vol. Mar.in ſing.ccxviij.incip.regulam habemus.& in l.j.§.diuus.ff.de ſica.& in l.j.C.cod. Alex.in d.l.metum.vbi fallit niſi minæ præceſsiſſent,& capitalis inimicitia,& per Bal. in d.l.j.& ibi Iaſ & Ang.in conſil.xxij.& Thom.Gra.in vol.vj.verſi. nec videtur. dicit ſi præcedit odium mandatarij, præſumitur ex odio, & non mandato occidiſſe. vide
14 per eundem in deciſ.xxxiiij.nu.40.Tertiò † excuſatur ſi mandatarius dixerit ſe feciſſe, non vt adimpleat mandatum, ſed quia erat eius inimicus:nam talis excuſatio prodeſt mandâti, dummodò concurrant aliæ cõiecturæ,& præſumptiones de inimicitia, vel minis præcedentibus, vt per Bal.in l.j.§.iniuria.verſic.quæro ſi Titius. de pace iura.fir. Cepol.in caut.xlj.Mar.in conſil.lxj.in fin.Par.in tract.ſynd.in verbo, tortura.verſicu.
15 quia ſæpè. ver.an ſi quis mandauit Seio.Cepo. † in caut.xxix.inci.vidimus quamplures.vbi in dubio præſumitur contra mandantem.Mar.in l.j.§.diuus Anto.ff.de quæſt. verſi.an autem mandatarius.vbi quòd in dubio contra mandantem præſumitur,& in ſing.cij.incip in ore duorum. Alex.poſt Bar.in l.pen.ff.de quæſt.Thom.Gra. in conſil, lxiij. in fi.vbi quòd non præſumitur ex mãdato, ſed ex procedenti inimicitia. Quartò
16 excuſatur † ſi mandatarius non acceptauit mandatum à principio, ſed illud repudiauit:nam non tenetur mandans, licet poſtea mandatarius occiderit, vt per Bald.in l.ſi literas.in fi.C.mand.& in l.j.C.de ſer.fug.Bar.in l.qui in aliena.§.ſi is qui. ff. de acquir. hæred. Alex.poſt Bar.in l.is qui.§.vnde quæritur.ff.de manumiſ.Alex.poſt Bart.in d.§. ſi mandato.verſi.ſemper teneatur. Alex.poſt Bart.in l.fi.ff.de quæſt.Bald.in l.quicunque.C.de ſer.fug.Bar.in l.qui.in aliena.§.is qui.ff.de acq.hær.Alex.poſt Bar.in l.is qui. §.vnde quæritur.ff.de ma.Alex.poſt Bar.in d.§.ſi mandato. ver.ſemper teneatur.Alex. poſt Bar.in l.fi.ff.de quę.Bar.in l.quicunq;.C.de ſer.fug.& in l.nõ ideo minus.C.de ac.
17 Idem † excuſatur ſi mandatũ acceptauit,& poſtea reuocauit, dũmodò reuocationem notificet mãdatario,& etiã notificet ei qui eſſet offendẽdus vt caueat, aliàs tenetur, vt per Bal.in locis ſ.in d.l.j.C.de ſer.fug.& in d.l.ſi literas.& in d.l.mandatũ.in fi.C.mand. Inn.in c.ad audiẽtiã.de ho.Bal.in d.l.nõ ideo minus.Alex.in d.§.ſi mãdato.poſt Bar.in fi.ver.quæro mãdaui tibi.vbi dicũt nõ eſſe neceſſe nominare offendẽtẽ, ſed tantũ ꝙ caueat ſibi,& per Alex.in conſil.lxxxiij. vij.vol.Cepo.caut.vlt.nu.255.Fel.in d.c.ſicut dignum.de ho.Bal.in l.ob hæc verba.ff.de infa.Anch.in cle.j.de renun. doct.in c.mulieres.extrà,de ſen.excom.gl.in c.cùm quis.de ſen.excom.in vj.plenè Mar.in conſi.cl.vbi etiam in crimine aſſaſsinatus, quòd nõ puniatur ordinaria, ſi fuit reuocatum mandatum re integra, contra gl.in d.c.j.de ho.in vj.& per Ang.in l.item apud Labeonem.§.ſi curauerit.ff.de iniur.& ſuprà fuit dictum.& per Mar.in l.j.C.de rapt.virg. vbi vide an puniatur ſi reuocauit mandatum per aſſaſsinium,& per Thom.Gra.in deciſi.xxxviij.
18 Reuocare † autem dicitur expreſsè,& tacitè. expreſsè, quãdo verbis expreſsis reuocat prohibendo ne mandatum ad effectum producat, vt per Bar.in d.§.ſi mandato.in fine. verſi.quæro quare.& in l.ſi non remunerãdi.§.ſi.mãdauero.ff.manda.& Bald.in d.l.ob
19 hæc verba.& in margar.in ver.mandatum.vj.ver.tacitè, † quia mandans fecit pacem, vel parentelam cum offendendo, Arg.l.iij.ff.de adimen. lega.per Bar.in d.§.ſi mãdato. verſic.quæro mandaui tibi,& habetur per Apoſt.poſt eũ,& Ang.in gl.Sempro.mand.
20 verſi.quintò quærit Bar.Item † tacitè dicitur reuocatum mandatum ſi diu ſtetit man-

datarius qui non compleuit mandatum, vt quia ex longo interuallo occidit: nam ex
longinquitate temporis præſumitur mutata volũtas. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus.
ff. de damno infecto. l. fi. in fi. ff. quod vi aut clam. habetur in l. in vtilitatibus. ff. de con-
firm. tuto. l. ſi mandaſſet. ff. manda. Paul. de Caſtr. in l. ſancimus. C. de teſtamen. vbi di-
21 cit eſſe æquius & benignius. Quod † limita niſi tempus eſſet limitatum, vt occidat
tali die, aut menſe, & ille poſte. nam tunc ſi diu, non tenetur, vt per Salycet. in d. l. non
22 ideò minus. quarta quæſt. Augu. poſt Ang. in d. glo. Sempro. manda. Bart. † tamen in
dicto ver. quæro mandaui. tenet quòd ſemper teneatur ſi non fuit expreſsè, aut tacitè
reuocatum, & Inno. & Panorm. in dicto cap. an audientiam. Alexand. poſt Barto. in l.
tertia. §. vnde quæritur. ff. de manu. glo. in §. ope. inſtit. de obli. quæ ex delict. & in l. j. §.
perſuadere. ff. de ſer. cor. Alex. poſt Bart. in d. verſic. quæro mandaui tibi. & in d. verſic.
quæro quare iſta perſuaſio. Bald in d. l. ſi mandatum. in fi. & in d. l. ob hæc verba. Alex.
poſt Bart. in d. l. ſi mandato. in fi. & in ſing. clxxix. vij. vol. & in fin. j. conſi. iij. volum. vbi
præſumitur occidiſſe ex præcedente tractatu, & ordinatione, & dixit Ange. in gl. col-
loquium. Bald. in d. l. ſi literas. in fin. & in d. l. j. C. de ſer. fug. Rom. in l. qui in aliena. §. ſi
is qui. ff. de acquir. hære. Iaſ. in d. l. ſancimus. & in l. poſt dotem. ff. ſol. matr. poſt Imo. &
alios, & Imo. in cle. j. de homi. & Salyc. in d. l. non ideò minus. ii. j. q. & Bald. ibidem in
fi. & in l. j. §. ne autem. C. de cadu. tol. Flor. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Felin. in cap.
cùm Marchio. de conſtitut. & in d. c. ſicut dignum. Iaſo. in §. ſequens. inſtit. de actio. &
Ang. in fi. d. glo. Sempro. mand. gl. in d. c. mulieres. Bar. in l. ſi pecunia. §. ſi ſeruum. ff. de
cond. ob cau. Ang. in l. j. C. de nili aggerib. non rump. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. j. C. de
23 ſer. fug. Item † tacitè reuocatur ſi ſuperueniant inimicitiæ capitales inter mãdantem,
& mandatarium, nam præſumitur reuocatum mandatum. l. ſi cum Cornelio. vbi Bar.
ff. de ſol. Alex. in conſil. ccix. & ſeq. vij. vol. Bal. in l. ſi mandatum. C. mandat. vbi an, &
quando in notitiam debet peruenire reuocatio mandati, & per gl. & doct. in l. filius. §.
24 procuratorem. ff. mand. Quintò excuſatur mandans ſi mandatarius attentauit deli-
ctum, & non perfecit. nam non tenetur mandans pœna ordinaria, niſi perfecto deli-
cto & conſummato, per tex. in l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de iniur. not. in
d. §. ope. & in l. ſæpe. in fi. ff. de verb. ſign. & per Thom. Gram. in volu. xxxviij. vbi de at-
tentante venenare, & an mandatum excuſauerit facientem, vt per eum. in contrarium
facit text. in l. j. in princ. ff. de extraordi. cri. Bar. in d. §. ſi mandato. verſi. hoc præmiſſo.
diſtinguit aut delictum eſt atrox, & tunc punitur extra ordinem. d. l. j. aut eſt leue, &
tunc non tenetur aliqua pœna. d. §. ſi curauerit. & ibi Dyn. idem tenet Saly. in d. l. non
ideò minus. iij. q. & Ang. in d. gloſſ. Sempro. manda. ij. q. & Ang. in conſilio xiiij. Areti.
in conſilio clxv. Bald. in conſilio lxxxj. tertio volum. & in d. l. non ideò minus. & in
conſilio cccxxiij. tertio volu. Floria. in dicta l. liber homo. Aretin. in l. cùm quidam. §.
iuſti. ff. de acquirenda hęreditate. Felin. in tracta. de cona. fallit in clementina prima. &
25 ibi per Cardin. poſt gloſſ. de pœnis. fallit † etiam in aſſaſsinio per d. capit. primum de
homicidio. in ſexto. vbi non fit diſtinctio inter mandantem, & mandatarium, tamen
Ange. in dicto §. ſi curauerit. & in dicto conſilio xiiij. tenet quòd pœna extraordinaria
puniatur. Thom. Gram. volum. viij. & in volum. ix. in fin. in addit. vbi mandans aſſaſ-
ſinus extraordinaria, & mandatarius ordinaria punitur: tamen in vol. xx. dicit idem in
mandatario quòd extra ordinem puniatur. & in volu. ix. pœna mortis, tamen ibi con-
currebat reiteratio delictorum, in dicto verò volu. xx. bona fama delinquentis, & par-
tis remiſsio, vide per Gand. in rubri. de homicid. verſi. ſed pone quòd dedi pecuniam.
& per Mar. in l. prima. in prin. verſi. in odo. ff. de ſicar. & in d. l. j. §. diuus. ff. de ſica. & in l.
qui falſam. ff. de falſ. & in l. is qui cum telo. C. de ſicar. & in l. prima. C. de rapt. virgi. &
in conſilio cl. & fallit in atrocioribus, vt per Par. in tractatu ſyndic. in verbo, tortura.

operis.Bonifa.in rubr.de Falſ. vbi in mandante alibi falſum committi, & ibi cuius ſit electio accuſati, an accuſatoris vbi conueniatur, & per Baldum in l.fin. C. ſi à non competen.iudic. & dicta l.non ideò minus, vj.quæſt. & in l. Gallus. §. quid ſi is. ff.de liber.& poſthum.& in l.prima.C.de ſer.fugiti.& Bart.in l.ſi annua.ff.de ann.leg.Gem. in cap.j.de homicid.in ſexto.Panorm.& Felin.in cap.j.de præſumpt. vbi in loco delicti,& plenè in dicto cap.j.an in loco delicti, & loco mandati, & per Panorm.& Felin. in c.fin. de fo.compe.& in cap.parentibus.de priuileg. plenè per Mar.in l.fin.in verſi. vltra prædicta.ff.de iuriſd.omn.iud.& in ſing.ccccciij. allegat Pau.in l.vt proponitur. Alexand.in conſil.cxvj.vj.volum. Aretin.in conſi.lviij. Mar. in l.j.in princ. ff.de ſicar. Bart.in dicto §.ſi mandato. verſic.quæro vnde oritur. & ibi poſt eum Anchar. in cap. poſtulaſti. extra de foro competen.Barto.in l.qui ſeruo. §.idem Pomponius. & l.qui opem.ff.de furt.in loco ergo commiſſi delicti puniendus eſt, non in loco mandati, & ex conſequenti in accuſatione, & libello contra mandantem inſeri debet locus, vt tempus commiſſi delicti,& non mandati, vt per Bart.in d.§.ſi mandato.verſic.ex hoc ſequitur.habetur poſt Bart.in l.libellorum.ff.de accuſa.Roma.conſi.lx.& Bald.in d.l. non ideò minus.iij.v.& vj.quæſt.licet in v.quæſt.diſtinguat aliqualiter,tamē idem in effectu,vt per Ang.in d.gl.Sempr.man.vij.& xij.quæſt. Sal.in d.l.nō ideò minus.vij.q.

33 Ang.in conſi.clxxviij.Quòd † tamen intellige,vt puniatur mandans pœna ordinaria, ratione delicti conſummati, ſecus ſi pœna extraordinaria ratione mandati tantum, vt ſuprà,nam tunc locus,& tempus mandati,vt per Bal.in d.l.non ideò.v.quæſt.& Imo. in d.l.ſi vt proponitur.ff.de fideiuſſ.poſt Bart.ibi,& Bal.in l.ſi eximendi. §.prætor. ff.

34 ne quis eum qui in ius vo.Aug.poſt Ang.in d.gl.Sempro.man.vij q. Septimò † excuſatur mandans ex defectu ordinis non probati, nam ad hoc vt de mandato teneatur mandans,neceſſe eſt, vt mandatum præcedat factum, vel interueniat in ipſo facto,vt per Bal.in l.j.verſi.item nemo punitur. C.de ſer.fug.& ibi Iaſ.verſ.ſecundo diligenter no.& in d.l.non ideò minus.verſi.item quæritur quòd eſt differentia.no.in l.ſi verò.§. ſi poſt creditam.ff.manda.Bald.in l.ob hæc verba.ff.de infami.Alex.poſt Bart.in d.§.ſi

35 mandato.Pau.de Elea.& Cardi.& doct.in clem.j.de pœn. Octauò † excuſatur mādans ſi delictum non poſſit ſibi ineſſe per rerum naturam, & ideò ſi impubes mandet ferri falſum teſtimoniū,non punitur de falſo,ſed aliter extra ordinem,cùm in impuberem non cadat periurium,vt per Bald.in l.fi. C.ad Sillcia.Idem ſi cæcus mandat fieri falſam ſcripturam,nam ipſe non poteſt ſecundum naturam fabricare falſum, ergo nec mandando obligatur,ita per Bald.in d.l.j.C.de ſer.fugi. verſi.& no.quòd mandans. vbi de cæco. Contrarium dicit verius, quòd teneatur mandans, aliàs illiteratus, & idiota non teneretur de falſo. In falſo verò teſtimonio excuſatur pupillus,vt ſuprà:ſecus tamen ſi maior eſſet,nam eadem pœna puniretur,vt per Bald.in l.j.§.ne autem. C.de ca-

36 du.tollen. Marſil.in l.j. ff.de ſicar.in princ. Nonò † excuſatur in caſu quo naturaliter non poſſunt plures ſimul concurrere in eodem actu, & ideo mandans adulterium committi,non punitur de mandato,ſed tenetur,vt cōſulens,& inſtigator, vel fautor, vt per Bald.in d.l.j. C.de ſer.fugi. & in d.§.ne autem. & in d. l.non ideò minus. poſt x. quæſt. & in l.j.§.ſi procurator. ff.ſi quis ius dicen.non obtemp. Butri. in cap.ij. in fin.

37 de ordi.cogn.Roman.in l.ſi quis miſſum.in princ.ff.de damno infe. Decimò † excuſatur mandans ſi contra eum teſtium dicta non concordant, cum rebus ſenſatis, & veriſimilibus,ſecundum communem hominum opinionem,vt quia dicant teſtes,quod vaſallus, ſeu familiaris mandaſſet domino, vel filius patri, vel minor maiori, vt occideret, nam non eſt veriſimile hoc, vt per Bald.in dicta l.j.verſi.Et ideo in quadam inquiſitione vbi dicit fuiſſe annullatam inquiſitionem, in qua continebatur, quod familiaris mandauerat domino, & per Alexand.poſt Bart. in dicto §.ſi mandato.verſic.

38 excuſatur. Vndecimò † excuſatur mandans, ſi mādatarius non teneretur. nam mandans excuſaretur. l. ſi quis rem. §. ſi Titium. ff. de furtis. Declara tamen & dic, vt per Bartol. & Iaſ. in l. ſi quis id quod. §. primo. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. & per Barto. in dicto §. ſi mandato. & Bald. in dicta l. non ideò minus. & vide Angel. in glo. Sempro.
39 manda. verſic. quæro tertio. Duodecimò † excuſatur mandans ſi non conſtat de principali mandatario, nam incertitudo principalis delinquentis infert in acceſſorio impotentiam procedendi. Perſona enim eſt nominanda ne in tali crimine vagetur. l. prætor adduxit. in principio. ff. de iniuriis. ita conſuluit Anchara. in conſilio ccxvij. in fine verb. & ita conſuluit Marſil. in conſilio xlix. verſicu. iij. pro hac parte, & in ſequenti ſubſcriptione Caro. Roi. verſic. ſed præmiſsis, & per eundem in conſil. xliij. & conſil.
40 l. & conſil. lxix. & conſilio lxxxj. & conſilio cx. Decimotertiò † excuſatur ſi per ſe potuit delictum facere, & occidere, ergo potuit alteri mandare, & mandando non tenetur mandans, vt per Balduin & Salycetum in l. gracchus. C. de adulter. vbi etiam per aſſaſsinium: licet de aſſaſsinio contrarium dicat Math. in conſtitutio. pœnam eorum. Et quòd mandans non tenetur, conſuluit Bart. vt refert Anchar. in capitulo primo. de conſtitut. in fin. verſic. hic poteſt. not glo. in l. ſed ſi vnius. §. ſi ſeruus. ff. de iniur. & per Dyn. in reg. ſi quis mandato. in vj. & per Bart. in dicto §. ſi mandato. contrarium Bald. in l. accuſationis. C. quod met. cau. & in capitulo primo. §. ſi verò. de pac. iur. firm. & in l. ad officium. C. communi diuidun. & in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. & in l. prima. C.
41 vnde vi. Et † de hoc an, & quando ſibi liceat de iure communi aut ſtatutario alteri demandare, & mādando non teneatur, dic vt ibidem in d. locis. & plenè per Alex. poſt Bart. in dicto §. ſi mandato. in verſic excuſatur. & poſt Bal. in l. Gracchus. & in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matr. vbi etiam Paul. & alij. & in l. accuſationis. C. quod met. cau. & in l. prima. §. vſufruct. ff. de oper. noui nun. Par. in tract. ſynd. Ange. in gloſſ. & dictus Titius ſe defend. verſic. quæro ſtatutum. Roma. in l. tertia. §. ſi maritus. ff. ad Sille. & in dicto §. ſi vſufructuarius. in addit. & per Paul. & Floria. in l. refectionis. ff. commun. prædi. & per Alex. in d. §. ſi ſeruus. not. in l. cùm fundum. ff. de vi & vi arm. & Iaſ. in d. l. vt vim. & plenè Felin. in c. vniuerſitatis. de ſent. excom. Bart. in rubr. de ho. Feli. in c. ſuper literis. de reſcript. Bald. in c. de cætero. extra de re iudic. Ana. in c. ſi. verſi. vltimo pro ampliori. de rapt. Cepol. in conſil. iiij. Paul. in l. raptores. C. de epiſ. & cleric. Cepo. in tract. de ſer. in rubri. qualiter quis vti debeat ſeruitute. ver. item licitum. poſt Bal. in c. fin. de iura. cal. plenè per Marſil. in l. prima. C. de rapt. virgi. & in ſingul. clxxv. incipi. conceſſo vno. In quibus limitat quòd in caſu quo non poſsit aliis demandare, intelligitur extraneis, ſecùs filiis, vt in dicta l. Gracchus. & Bar. in d. §. ſi mandato. & in
42 locis ſuprà. Item † poteſt alios congregare ſocios, & facere, & tunc nec ſocij, nec ipſe tenentur, vt ibi plenè, & ſupradictum fuit in materia auxilij, & per Feli. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Par. in tract. ſynd. verſic. familiaris. Ang. in gloſſ. che hai adulte. la mia Don. Marſi. in ſing. ccxliij. & ſing. ccxlviij. Bel. in pract. in titu. de leno. Mar. in conſil. xvj. Par. in tract. ſingu. in verbo, adulterium. Math. in conſtit. maritus. Ang. in d. gl. & dictus Titius. Alexand. in dicta l. accuſationis. & in dicto §. vſufructuarius. & ibi Iaſ. Roma. in conſil. cccclxxxiiij. & Iaſ. in l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdi. omn. iud. Alex. poſt
43 Bar. in l. vtrum. ff. de parri. Decimoquartò † excuſatur ratione officij, nā ſi iudex mandat occidi, & decapitari, vel torqueri taliter quòd mortuus ſit, nō tenetur, dummodò in caſu licito, & non dolo aut culpa, ſed legitimè intantum, quòd nec etiam in foro conſcientiæ tenetur cum fecerit tanquam miniſter iuſtitiæ, vt in iuribus allegatis per Par. in tracta. ſyndi. in verb. maniuoltus. in fi. ſecùs tamen ſi dolo, aut culpa, aut in caſu illicito: nam tunc officialis mandans tenetur pœna capitis, vt in conſtitut. reg. ſi iudex præceden. & ſe. & in c. reg. ſi iuſtè appellauerit. & traditur plenè per Bru. in tracta. indi.

ij. par

ij.parte.& per Angel.in l.libertorum.§. excuſantur.ff.de infa.Gand.in rubri. de pœn.
44 Decimoquintò † excuſatur ratione doli ceſſantis, & ideò ſi mandatur ingreſſus poſ-
ſeſsionis, & in ingreſſu contingat homicidium, non punitur mandans pœna ordi-
naria,nec locum habebit diſpoſitio l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul. de vi pu.
quæ loquitur in ingrediente per ſe.ita per multa conſuluit Cepol.in conſ.xxxiiij.cum
45 ſequẽ.Decimoſextò † excuſatur mandans ratione inualidi mandati nullũ dantis præ-
iudicium alteri.l.fin.& ibi Bald.ff.quod falſo tuto.Mar.in conſilo cxj. & in l.j. §.præ-
46 terea.ff.de ſicar.Decimoſeptimò † excuſatur ratione non probatæ qualitatis obiectę,
& ideò ſi accuſatur quòd occidit Sempronium,& tamen probauit de mandato ad oc-
cidendum,abſoluitur ab accuſatione,& non condẽnatur de mandato, ita Io.Mona.
in reg.qui per alium.de reg. iur.in vj. & per Bald.in c.j.§.iniuria.de pac.iur.firm.& per
Ioan.de Arno.in commenta.clix.& per Feli. in cap.mulieres.extra de ſentent. excom.
Mar.in ſingul.clxxxvij.& in rub.C.de proba.circa fin.ver.item ad prædicta. & in pra.
in §.& quia.verſic.nam facit ad prædicta.& in §.quoniam.vbi etiam ſi de mandato ac-
cuſatur,& probatur de conſil.& inſtigatione,de quo per Alex.in quodam ſuo conſil.
operatur tamen clauſula in fine poſita,ſuper quibus omnibus,& ſingulis,& clauſula,
ac prorſus extraneis,& clauſula,omni meliori modo,de qua per Par. in tract.ſynd.in
verb.ſententia. in intellectu d.c. deteſtantes. quod ſecundum declaratoriam Reginæ
Yſabellæ locum habet etiam in criminalibus, vt in pragmat. Yſabella. & per Angel.
in gloſſ. & vna alia percuſsione. & in gloſſ. ſanguis exiuit, & Iaſo.in fine §. omnium.
inſtitut.de actio.& per Capi. in deciſ.decima.hæc de mandante.

## SVMMARIVM.

1 *Mandatarius an ſtatim teneatur ſequuto delicto.*
2 *Mandatarius an ſecuto delicto præſumatur ſecutus mandatum.*
3 *Mandatarius portans literas de homicidio an teneatur ſequuto delicto.*
4 *Mandatarius ſi alteri mandet an vterque teneatur.*
5 *Mandatarius vbi conueniri debet.*
6 *Mandatarius ſi attentauit occidere an ſi non perficit teneatur eadem pœna.*
7 *Pœna mortis an teneatur ex ſolo tractatu de occidendo contra officialem.*
8 *Conatus & attentatum punitur vbi facit quicquid poteſt,& impeditus impedimento facti non perficit,ſecus ſi pœnitentia.*
9 *Conatus vt puniatur debet eſſe actus principaliter multum propinquus delicto, & de eſſe ipſius delicti.*
10 *Mandatarius an poſſit eſſe teſtis contra mandantem,& an faciat indicium.*
11 *Aſſaſſinus mandatarius facit indicium ad torturam contra mandantem, & an ſolus. numero 12.*
13 *Mandatarius an torqueri poſſit,vt oſtendat mandantem, & quando.*

1 SEQVITVR De † mandatario:& primò quæro an mãdatarius
ſtatim teneatur ſecuto delicto? dic quòd ſic,ſi nulla cadit defenſio
mandatario,vt in dicto §.ſi mandato.& dicta l.non ideò minus. &
2 vtrobique per Bar.& Bal.& Ang.in d.gl.Sempr.mand. Sed † an ſe-
cuto delicto poſt mandatũ prẹſumatur mandatarius, ſecutus mã-
datũ. dic ꝙ ſic,vt per Bal. & alios in l.qui aliena.§.ſi is qui.ff. de ac.
hær. Bald. in l.ſi literas.in fi.C.mãd.& in l.multũ intereſt.C.ſi quis
3 alte.vel ſibi.quod tamẽ limita,vt ſuprà de mãdante.Secũdo † quẹro an mãdatarius por
tans literas de homicidio,teneatur ſecuto delicto? dic quòd ſic, & ſuprà fuit dictum

per Cyn. & Salyc.in d.l.non ideò minus. verſi.viſo de mandante. & per Bal.in l.j. §.ne
autem. C.de cadu.tollen. Bart.in l.j.§.incidit. ff.ad Turpil. & in l.aut qui aliter. §.j. ff.
quod vi aut clam.Marſi.in l.j.§.præterea.ff.de ſicar. Alexan.poſt Bart.in d.§.ſi manda-
to.& per Ioan.de Arno.in ſoliloquio.xliij.incipië.nuntius. & per Mar.in conſi.xxvij.
4 Idem ſi † mandatarius alteri mandet, nam vterque tenetur, vt per Baldum per illum
textum in l.ſi ego.ff.quod vi aut clam.& ibi in interpretationibus Bolog.& per Bald.
in d.§.ne autem.& per Alexand. in d.§.ſi mandato. & Angel.in gloſ.Sempron. mand.
5 vj.quæſt. Tertiò † quæro, vbi mandatarius conueniri debet? dic, quòd in loco con-
ſummati delicti, vt ſuprà fuit dictum de mandante, per Bald.in d.l.non ideò minus.
6 Angel.in gloſ.Sempron.mand.vij. & xij.quæſt. & xx.quæſtio. Quarto † quæro, an ſi
mandatarius attentauit occidere, & tamen non perfecit, teneatur eadem pœna? dic
quòd aut ſine pecunia,& tunc pœna extraord.punitur, & non ordinaria, vt per Bald.
in dicta l.non ideò minus. & in l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſc. & cler. Felin.in
tra.de cona.extat conſtit.reg.aſperitatem in j.lib.per quam non tenetur pœna ordina-
ria, ſed duplicata pœna armorum ſi non vulnerat, ſed vulnerando tenetur pœna ma-
nus,vt in conſti.ſi quis aliquem. Aut cum pecunia,& tunc aut non deuenit ad actum
proximum, & tenetur pœna extraordinaria, aut ad actum proximum deuenit,&
tunc licet non perfecerit,punitur pœna ordinaria,per text.in c.pro humani. de homi.
in vj.& per Mathe.in d.conſtit.aſperitatem. & per Thom.Gram.in vo.viij.in vo.ix.&
in vo.xj.& in vo.xxj. & ſuprà fuit dictum, vbi fuit limitatum multipliciter, & maxi-
7 mè in crimine læſæ maieſtatis contra principem, aut patriam: quòd † extende etiam
contra officialem,& poteſtatem, vt ex ſolo conſenſu & tractatu de occidendo tenea-
tur pœna mortis,& læſæ maieſtatis crimine, vt per Ang.in l.ij.ff.ad legem Iul.maieſt.
& per Alber.in l.j.C.ne quis in ſua cauſa.& plenè Capi.in deciſ.cxxx.vbi de offenden-
te officialem principis, & vicarium Imperatoris, & Regis, an teneatur crimine læſæ
8 maieſtatis, & de dante alapam officiali, qua pœna puniatur, vt per eum,& † declara
de attentato vt per Capi.in deciſi.clv. vbi quando conatus cum actu propinquo non
deuenit ad cõſummationem delicti, vt quia agens non impeditus impedimento facti
deſtitit agere pœnitens incepti,conatus non punitur,per l.qui ea mente.& ibi gloſ.ff.
de fur.Secus tamen ſi impeditus impedimento facti, cùm non ſtetit per eum commit-
ti, ſed ob impedimentum: nam tunc punitur, vt per Felin. in d.tract.de cona. & per
9 Capi.ibi, & † declara & diſtingue, quando conatus puniatur, vt per Capi. in deciſi.
cxxvj.vbi ad hoc,vt conatus puniatur,debet eſſe actus multum principaliter propin-
quus delicto, & quaſi de eſſe eius, & quaſi pars intrinſeca eius, & ibi per eum,an pro
conatu ſit locus torturę,& in cauſa attentati an quis ſit torquendo,vt per eũ.Quintò
10 quæro † an mandatarius poſſit eſſe teſtis contra mandantem vt faciat indicium? dic
vt per Bald.in conſi.xcvij.incip. an mandatarius.v.vol.vbi dicit, quòd facit indicium
ad inquirendum,& non ad torquendum,& hoc,ſi mandatum acceptauit.Si verò non
acceptauit,facit indicium ad torquendum. Alexand. verò in conſi.lxxxviij. v.volum.
dicit mandatum,& commiſſionem ſibi factam probari per teſtes, Marſi.verò in prac.
in §.diligenter.verſi.quæro igitur.& in l.j.§.diuus Antoninus. ff.de quæſt.& in ſingu.
xxij.tenet, quòd non facit indicium vllo modo ad torturam, tum quia ſolus, & non
concurrunt alia indicia: Tum quia deponit de remoto à maleficio,& debent eſſe duo
teſtes. Item deducit ad abſurdum,vt ibi per eum. Thom.Gram.in vo.xv.in princ.alle-
gat Bald.in l.iudices.C.de fide inſtrum. & per Barto.in l.ex ſententia. ff.de teſtam.tut.
11 Fallit in † aſſaſſino mandatario, nam indiſtinctè facit indicium ad tort.vt per Bald.in
dicta l.non ideò minus. circa princip. Salyc.in l.fin. C.de accuſat. Imol.in cap.primo.
de confeſſ. Alexand.in conſil.cxxvij.iiij.volum. & Thom.Gram.in vo.xxxiiij. allegat
Guido.

12 Guido.de Suza.in tract.malefic.in titu.qualiter reus ſubiiciatur torturæ. Dic † tamen quòd ſiue ſit ſimplex mandatarius, ſiue aſſaſsinus, non facit indicium, niſi aliis concurrentibus, vel in tortura d.xerit, ſentit Thom. Gram. in dicto vo.xxxiiij. & idem plenè concludit ipſe Thom.Gram. in conſil.xxj. vbi an ex ſola nominatione mandatarij aſſaſsini poſsit mandans torqueri abſque aliis indiciis, concludit quòd non, poſt Mathe. in conſtitut.ſi damna clandeſtina. vbi dicit ita vidiſſe obſeruatum, etiam in crimine læſæ maieſtatis, & vide per Thom.Gram.in conſilio iij. & ibi an ex ſola inimicitia inter mandantem, & offenſum ſufficiat procedi ad torturam contra mandantem. Septimò † quæro an mandatarius torqueri poſsit, vt oſtendat mandantem?
13 Angel.in l.& ſi certus.ff.ad Silleian.tenet quòd ſic, ſequitur Decius in conſil.clxxxix. Bald.in margar.in verbo, confeſsio.verſic.xxj. Florian.in l.ait lex.§.Iulianus. ff.ad legem Aquil. Bologn.in conſil.viij. Angel.in glo.fama publica. verſicu.quæro aliquis. & in glo.Sempron.manda. Marſil. in §.diligenter. verſicu.modò incidenter hic quæro. & in §.quoniam. & in l.repeti. ff.de quæſtio. & in l.prima.§.diuus Antoninus. ff. eodem. Par. in tract. ſyndic.in verbo, tortura. verſicu. an ſtetur dicto torti. Brun. in tracta. de indi.& tortu.ſecunda parte.& maximè procedit in aſſaſsino mandatario, vt per Baldum in dicta l.non ideò minus.in princip. & Salyc.ibi, verſic.modo veniamus. Alexand. poſt Bartolum in dicta l.repeti. Angel.in gloſ.Sempron.manda. in princip. Marſi. in dicto §.diligenter. Thom.Gram.in volu.xxxiiij. & ſuprà fuit dictum in materia aſſaſsinij.

## SVMMARIVM.

1 *Mandatarius excuſatur ratione ſuperioritatis, vt quia ſuperior mandet ſubdito delinquere vt pater filio.*
2 *Delicta quæ dicantur leuia grauia grauiora, & grauiſſima.*
3 *Grauis dicitur iniuria quæ fit ad domum vel in domo in qua habitat.*
4 *Mandatario ſi immineat periculum mortis ſi non occidat, excuſatur, & nu.19.*
5 *Artifex ductus ad ligna incidenda an & quando excuſetur à pœna. & nu.6. & quando excuſatur, & quando non. nu.7.*
8 *Familia poteſtatis exequens ſententiam capitalem excuſatur licet iniuſta ſit.*
9 *Exequutor an teneatur exequi ſententiam iniuſtam, & an torquere indebitè de mandato ſuperioris.*
10 *Mandatum ſuperioris an & quando excuſat.*
11 *Exequutor exequens iniuſtas ſententias capitales an peccet. & nu 17.*
12 *Superior ſi mandat officiali, vt occidat vel torqueat indebitè, an teneatur exequi & obedire.*
13 *Superior quando mandat iniuſtum officiali, debet ſuperſedere, & reſcribere.*
14 *Princeps non poteſt facere vt ex proceſſu informatiuo homo bonæ famæ torqueatur.*
15 *Principis factum præſumitur iuſtum, ſi factum ſit cum conſilio procerum ſuorum, alias non.*
16 *Mandatum iniuſtum ſuperioris an excuſet exequentem.*
18 *Officialis torquens indebitè de mandato Regis an excuſetur.*
20 *Mandatarius excuſatur ſi licet mandanti facere per ſe.*
21 *Mandatarius ſi petat terminum ad denunciandum mandati vt inſtruat de defenſionibus, concedi debet & ſuperſederi.*
22 *Familia ſi inſequitur vt capiat delinquentem, & ille reſiſtit, an liceat occidere, & quando, videlicet, vbi habet in mandatis & non aliter. nu.23.*

1 SEQVITVR Ex† quibus cauſis excuſetur mandatarius,& pri-
mò excuſatur ratione ſuperioritatis mandantis, vt quia ſuperior
mandet ſubdito delinquere, vt quia filius vel ſeruus delinquat
mandato patris aut domini, quibus licebat obedire, credentibus,
in hoc eis licere obedire, nam delinquendo non tenetur, vt in l.li-
ber homo. vbi glo.& Flor. ff. ad leg. Aquil. Bart. in d.§. ſi mandato.
Ang. in d. gl. Sempro. man. diſtingunt inter delictũ leue, & graue,
vt in leuibus excuſet, in grauibus non excuſet. dicta l. liber homo.& l. ſi ſeruus. ff. de
actio.& obliga.& per Dec. in reg. velle. ff. de regu. iur. vbi ratione iuſſus etiam in gra-
uioribus mitius punitur. Limita tamen in terminis c. quicunque. de ſentent. excom.
2 vbi iuſſus non excuſat. Quæ † autem dicantur delicta leuia, & quæ grauia, traditur
per doct. in l. leuia. ff. de accuſat. Bart. in d.§. ſi mandato. Ang. in d. gloſſ. Sempro. mand.
docto. in l. liber homo.& in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & in l. ferè in omni-
bus. ff. de regu. iur.& in l. ad ea. ff. eod.& per Alex. poſt Bar. in d. l. leuia.& in l. prætor. §.
præterea. ff. de iniur.& in l. iij. C. de epiſcop. aud. cano. in c. ſedes. extrà de reſcript.& in
cap. at ſi clerici. extrà de iudic. Cepol. in conſil. lxij.& conſil. xj.& traditur in §. atrox.
inſtitut. de iniur.& per Felin. in tract. de cona. docto. in l. aut facta. ff. de pœn. Alexan. in
conſil. ccij. primo volu. Bart. autem in d.§. ſi mandato. diſtinguit quædam delicta eſſe
leuia, quædam grauia, quædam grauiora, quædã grauiſsima. Leuia delicta aſſerit eſſe
illa in quibus dolus nõ requiritur, vt damnũ iniuria datum, vt not. in d. l. liber homo.
& in l. non ſolum in princi. ff. de iniur. vel vbi dolus adeſt, tamen damnum committi-
tur in modica re, vt furtum rei modicæ, vt not. in l. adeò. ff. de re iudi. l. ſi libertus. ff. de
furt. l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. ff. de pœ. in his autem excuſatur mandatarius,
& in cæteris de quibus traditur in d. l. leuia.& in locis ſuprà, mandans tamen in hoc
tenetur de damno,& non mandatarius. Grauia dicuntur crimina priuata, dolum re-
quirentia,& parientia magnum preiudicium,& magnam pœnam merẽtia, vt furtum
rei magnæ. d. l. reſpiciendum. §. furta.& d.§. in delictis.& not. in d. l. ad ea. Idem iniuria
perſonali illata perſonæ, etiam ſi manu vacua percutiat, multò magis ſi vulneret, ex
quo iniuria perſonalis maior eſt quæcunque reali. l. in ſeruorum. in fi. ff. de pœn.& per
Bal. in l. j. C. qui accu. poſ.& in l. ſi magnũ. C. eo. in his autem filius, aut ſeruus, & qui-
uis inferior non tenetur obedire patri, domino, aut ſuperiori, vt dicit Bar. in d.§. man-
dato. tamen parendo mitius punitur, vt per Bald.& Sal. in l. ſeruus. ff. ad leg. Iul. de vi
pub.& per Ang. in gl. Sempro. mand.& Ang. in l. iij. ff. quod quiſque iur. Alexand. poſt
Bar. in d.§. ſi mandato. Tho. Gra. in vol xxxviij.& conſil. xxxvj.& Dec. in d. l. eius ve-
3 rò.& † grauis etiam dicitur iniuria, quæ fit ad domum, vel in domo in qua habitat. l.
quod ait. §. j. ff. de adult. idem in iniuria parua, miſta cum ingratitudine reputatur gra-
uis. l. ij.& ibi Bald. C. de liber.& eor. lib. habetur poſt Bart. in d.§. ſi mandato.& vide de
atroci,& graui iniuria, vt per Ang. in conſil. xiiij. Bald. in conſi. lxxxj. tertio volu. Aret.
in conſil. clxv.& per Matth. in conſtit. priuſquam citatę.& glo. in c. tanta. de exce. prę-
lat.& traditur in c. cùm illorum. de ſenten. excommu.& in §. atrox. inſtit. de iniur.& in
l. prætor. iiij.§ fin.& in l. fin. ff. de quæſt. Grauiora dicuntur delicta publica, in quibus
non eſt imponenda pœna mortis. Grauiſsima verò in quibus pœna mortis intelligi-
tur, vt not. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. ita Bart. in d.§. ſi mandato. In quibus
4 non licet obedire, cùm ſint de genere prohibitorum. Fallit † niſi mandatario immine-
ret periculum mortis, vt quia ſi non occidat, mandans eum occideret, nam tunc oc-
cidendo excuſatur ſecundum Bald. in c. j.§. iniuria. verſic. ſed pone quidam potens. de
pac. iur. firmand. Alexand. poſt Bart. in d. l. liber homo. Iaſon §. minus. inſtitu. de actio.
verſic. nunquid. gloſ. in l. ſi familia. ff. ſi fami. fur. feci. dica. Bald. in l. j. xj. q. C. vnde vi.&

in

in marg.in verb.homicidium.Cyn.in l.ſcientiam.§. qui cùm aliter.ff.ad l.Aquil.Corſe.
in ſing.in verbo,metus.Dec.in d.l.vt vim.ij.no.Mar.in l.j.xviiij.limita.ff.de ſica.Secùs
5 autem † ſi mandatum eſſet de genere permiſſorum,vt ſi quis conduxerit artificem ad
incidendum ligna in fundo alieno,vel laboratorem ad laborandum: nam tunc ratione
mãdati excuſatur mandatarius,& mandans tenetur de damno.l.in rem. §. tignum.
& ibi Bar. & Bal. ff.de rei ven.hoc verũ,niſi fuerit artifici,aut laboratori proteſtatum,
quòd ligna non incidat,ex quo dominus:ita Sal.in d.l.non ideò minus. & Imo.Ro. &
Alex.in d.l.de pupillo.§.ſi fortè.ff.de oper.no.nunt.& Bal.in d.l.non ideò minus.& in
quæſt.incip.accuſatus de vi turbatiua.Alexan.in conſi.xxxvj.quarto volu. & conſil.
lxxix.eod.vol.Ang.in Auth.vt omnes obed.iudi.in prin.Ancha.in c.primo.xiiij q.de
conſtit.& Bald.in conſil.incip.præmittendum eſt.& conſil.cxxv.ij.volu.& conſi.xxix.
6 tertio vol.& conſil.ccix.quarto.vol.Quod † tamẽ limita ſi proteſtatio fuit facta ante
locatas operas,non ſi poſt,quia non tenetur credere,vt per Barto. in l.fin.C.de nego.
geſt.Alexand.in d.§.ſi fortè.& plenè per Dec.in d.l.velle.ff.de regu.iur.& vide in d.l.ſi
pupillo.§. nunciationem. & in l.in prouinciali.§.nunciationem.ff. de oper. no.nun.
7 quando operarius credere debet proteſtanti.Idem † ſi laborator , & artifex eſſet vicinus:nam præſumitur ſcire,ideò non excuſatur.Spec.in tit.de empt.& vend.§.oſtenſo.
circa fin.Bald.in d.l.non ideò minus.ver.in glo.iij.Ang.in gloſ.Sempro. mand. ver. &
prædicta procedunt.Gand.in rub.de pœn.ver.pone quòd ego duxi.& in d.§.ſi fortè.&
in d.§.nunciationem.& vide multa dicta, poſt Bart.in d.§.tignum.& Roma.in conſil.
ccxciiij.& per Bal.in l.qui ſepulchra. C.de ſepulchr. viol. quod iſti laboratores agere
poſſint contra conductores ad damnum, & actione iniuriarum,vide in apoſti.in d.§.
tignum.vbi limita,& Boni.in rub.quis alium poteſt offend.ver.item not.quòd ille qui
8 truncat.Gand.in tit.de pœn.ver.nec ſequitur punitio. Idem † quòd ratione ſuperioritatis excuſatur beruarius,& familia poteſtatis exequentis ſententiam capitalem , licet iudex,aut poteſtas fecerit iniuſtitiam,nam ratione officij excuſatur,vt per Dyn.in
reg.quòd ſi mandato.de reg.iur.& ibi per Dec.Bel.in pract.in gl.falſarium.in fin.Ang.
in d.gl.Sempro.mand.Bel.in d.l.non ideo minus.verſi.quando mandatur.Alexand.in
conſil.j.iiij.vol.& plenè Par.in tract.ſynd.in verbo,maniuoltus circa fi.alleg.Bald in
repe.l.ne quicquam.§.proficiſci.ff.de offi.proconſ.Ro.in l.j.ff.de re iud.& Par.in verb.
familiaris.ver.poteſtas tenetur pro furto. ibi,miles poteſtatis.Bal. & Ang. in l.liberũ.
§.qui iuſſu.ff.de infa.Flor.in l.quemadmodum.§. magiſtratus. & in l.liber homo.ff.ad
l.Aquil.Ang.in gl.appellante.Fel.in c.quæ in eccleſiarũ.v.conclu.de conſtit.& ibi per
9 Pan.& Dyn.in d.reg.quòd ſi mandato.Idem † ſi iudex mandet aliquem iniuſtè,& indebitè torqueri,nam excuſatur executor,familiaris,& miles.Inno.tamen in c. paſtoralia.extra de off.deleg.dicit in ſententia capitali ſi executor videt iniuſtã ſententiam,
non debet exequi:de tortura vide apoſtillam poſt Bar.in d.l.liber homo.Dec.in d.reg.
ſi quis mandato,& per Amode.in tract.ſynd.nu.117.& per Bal.in l.excuſantur.ff.de infami.Bru.in tract.indi.ij.par.v.q.Ang.in gl.fama pub.in materia capturæ.in fi.j.quæſt.
Ang.in conſi.ccc.in quibus quòd in executione ſententiæ capitalis iniuſtæ , quòd debet ſuperiori reſcribere,& non exequi.& vide multa per Tho.Gra.in deciſ.xxxvj.in fi.
10 Et † an,& quando excuſat mandatum ſuperioris,per Ang.in l.liberorũ.§.fi.ff.de infa.
doct.in l.iij.§.procuratorem.ff.quod quiſque iur.Bal.& Flor.in l.liber homo.imò non
11 peccat † executor exequens cauſas capitales & ſententias ad mortem , maniuoltus,vt
ibi per Par.& Specu.in tit.de exec.ſenten.ver.item not.& ibi Bald.in ad.fir.verſic.non
peccant.in titu.de adult.§.vij.in fi.xxiij.quæſt.quinta.c.ſi homicidiũ.& ſeq. & c.per
malos.& c.qui iudex.& ſeq.Felin.in d.capit.quæ in eccleſiarũ.v.conclu Alexand.poſt
12 Bartol.in dicto §.ſi mandato.Sed † quid ſi princeps mandet officiali ſuo , vt aliquem

occidat,decapitet, vel ſurca ſuſpendat, vel torqueat illegitimè, an teneatur officialis
exequi, & exequendo, an excuſetur ex mandato ſuperioris præcedente? per Thom.
Gram.in decii.xxxvj.in fin.idem ſi poteſtas mandet ſuo conſiliario,& aſſeſſori,an ex-
cuſetur?Cyn.in l fin.C.ſi contra ius vel vti.publ.& in l.reſcripta.iij. & iiij.quæſt. C.de
preci.impe.offer.tenet quòd debet exequi, & obedire, etiam ſi mandet abſque cauſæ
cognitione, vt aliquem ſurca ſuſpendat, nam exequendo non tenetur, etiam in foro
conſcientiæ,& Pauor.in c.quanto.de iureiur. imò non obediendo ſuperiori teneretur
crimine ſacrilegij.l.j.C.de offic.præſi.& l.j. C.vt dign.or.ſer. Ergo tenetur ex neceſſi-
13 tate officij. Tamen † communiter contrarium concluditur, nam exequi non debet,
ſed debet ſuperſedere, & principi reſcribere: maximè ſi princeps fuerit motus iracun
dia,per l.vendicari.C.de pœn.c.apud Theſſalonicam.xij.quæſt.& not.gloſ.in §.ſi quis
autem.in auth.de manda.princ.ita arguit Par.in tract.ſynd.in verbo, excedunt conſi-
liarij.vbi exclamat cõtra tales exequentes,& talia mandata principum, & non reſcri-
bentes,& in verbo,tortura.verſi.mandant Rex.Iſern.in conſtit.proſequentes. & ibi-
dem plenè per Math.& in conſtit.diram & duram.Bald.in l.iij.§.ſi is pro quo.ff.quod
quiſ.iur.Felin.in c.dilecti.de except.Socin.in conſi.cxx.& conſil.clxiij.& conſil.clxvj.
14 Aretin.in conſi.clxv.Bart.in l.filiusfam.ff.de don. in † quibus princeps non poteſt fa-
cere,vt ex proceſſu informatiuo quis bonæ famæ torqueatur, de quo plenè per Tho.
Gram.in vo.xxij.per totum, vbi an, & quando teneatur inferior exequi mandatum
15 ſuperioris,poſt Par.& Andr.& Math.vbi ſuprà reſpondendo ad dicta Cyn. & † intel-
ligendo caſu quo proceſſerit princeps de conſil. ſuorum peritorum, & conſiliario-
rum:nam tunc præſumitur quòd ex iuſta cauſa fecerit,per dictum Bal.in l.humanum.
16 C.de legib.quod ſentit Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum. Imò † exequendo tenetur of-
ficialis ex quo mandatum iniuſtum ſuperioris non excuſat exequentem. l.ſi memine-
rint.vbi plenè doct. C.vnde vi.& in l.fin. C.ſi per vim,vel alio modo. Bald.in d.quæſt.
accuſatus de vi turbatiua. de quo tamen plenè per Deci.in l qui iuſſu. ff.de reg.iur.&
Math.in l.j.in princ.ff.de ſicar.vbi an & quando mandatum iniuſtum ſuperioris excu-
ſat,& plenè, per Rober.Maran. venuſi.in quæſtionibus ſuis, in prima quæſtio.vbi di-
ſputat an, & quando mandatum iniuſtum ſuperioris excuſat, & an teneatur exequi
mandatum iniuſtum, & per Card.in clemen.j.iij.quæſt.de ſepul. vbi de ſepeliente ex-
communicatum, vel vſurarium de mandato prælati in eccleſia, an excuſetur. Sed an
& qua pœna puniatur non parens mandato ſuperioris,dic vt per Tho.Gra.in deci.xl.
17 & de † exequente ſententiam capitalem iniuſtam, per Bald. in l.addictos. C.de epiſc.
& cler.& Par.in verbo,familiaris.verſi.poteſtas.& in verbo,tortura. verſic.viſo de re-
petitio.per Capi.in deciſi.ſacri.conſi.cxxxij.vbi an,& quando mandatum ſuperioris,
& Papæ excuſat, & an teneatur obedire ſi iniuſtè mandat, & vide Cepo.in cau.ccxij.
18 per Thom.Gram.in conſi.xlv.& vide † cap.reg.in accuſatis. quod excuſat officialem
quando torquet de mandato regis etiam indebitè,excuſatur, & vide de hoc quendam
Moder.Cauen.ſuper prag.reg.inoleuit.de modo proced.in cauſa ciuil.& circa prædi-
cta,vide per Thom.Gram.in vo.xxxviij.& Cepo.in caute.incip.iiij.not.& per Deci.in
conſil.ccccxxxix. & in reg. velle non creditur. ff.de regu.iur. & in d.reg. quod iuſſu
iudicis, & Iaſo.in l.ſi quis iniquum. §.ſi procurator. ff.quod quiſ.iur. & Mar. in l.j.in
19 princ.xv.fallen.ff.de ſicar. Limita † tamen,niſi ipſi ſubdito,& inferiori immineret pe-
riculum ſi non exequatur, vt quia ipſum occideret ſuperior, & princeps faceret eum
decapitari, vt ſolent quandoque facere tyranni: nam ratione imminentis periculi
exequendo,& occidendo excuſatur,vt proximè in dictis locis, vt per Bald.in c.j.§.in-
iuria.de pace iur.fir.Bald.& Salyc.in l.j.C.vnde vi.Pet.& Flor.in l.ſcientiam.§.qui cùm
aliter.ff.ad legem Aquil.Alexan.poſt Bart.in d.l.liber homo. Mar.in d.l.j.in fin.princ.

ff.de

ff.de ſicar.& per Deci.in l.eius verò.ff.de reg.iur.& in l.in omnibus. ff.eo. Mod.in c.ij.
de homici.Ludo.Montal.in tract.de reproba.ſent.Pila.verſi.& hæc ſufficiant.verſic.&
propterea.per Ioan.de Arno.in epit.viij: vbi limitat tunc conſtit.terminum vitæ. non
20 habere locum. Item †excuſatur etiam mandatarius,ſi ex forma ſtatuti,aut iure com-
muni mandans excuſaretur: nam ſi mandanti licet, & mandatarius excuſatur per ea
quæ ſuprà allegata ſunt in excuſatione mandantis, per glo. in l.cùm fundum. ff.de vi
& vi arma.& Bald.in d.l.gracchus. & doct. in d.l.ſi quis id quod.§.fin. ff.de iuriſd.om.
iudi.Pau.in l.refectionis. ff.de vſufr.& in l.raptores. C.de epiſc.& cler.docto. in d.l.vt
vim.Ang.in glo.& dictus Titius ſe defendendo.Cepo.in conſi.iiij.& in tract. ſer.vrb.
prædio.c.xxiij.Alexan.poſt Bart.in d.§.ſi mandato.& in l.vtrum. ff.de parric.& plenè
in l.ſi cùm dotem.§.transgrediamur.ff.ſolu.matr.vbi plenè an,& quando poteſt alteri
demandare quod licet ſibi mandanti, vt excuſetur mandatarius, diſtingue vt per eum,
& licet modificent in perſonis,quibus poteſt imperari, vt filio,vel ſeruo: tamen Cep.
in locis ſuprà maximè in iiij.conſil. dicit communiter teneri contrarium, quòd etiam
21 in aliis,& quòd ita dicit obtinuiſſe in facti contingentia. Item † excuſatur mandata-
rius ſi petat terminum ad denuntiandum mandanti, vt inſtruatur de defenſionibus,
& quòd antea non procedatur,non tamen vt liberetur,vt per Barto.in authen.qua in
prouincia.& ibi per Bald. C.vbi de crimi.agi.opor. Ang.in auth.vt omnes obed.iud.
vbi dicit etiam poſſe petere, quòd ſoluat pœnam de bonis mandantis ſi ipſe non eſt
22 ſoluendo. Item †excuſatur ſi occidat pro executione ſui officij,& ideo ſi familia inſe-
quatur delinquentem,& delinquens reſiſtat in captura,impunè poteſt eum occidere,
vel ſi ducat condemnatum ad ſupplicium,& timeat auferri, poteſt eum occidere, vt
per Bald.in l.addictos. C.de epiſc.au. Flor.in d.§.magiſtratus. Bar. in l.ſi ſeruos. C.de
his qui ad eccl. confug.Pau.in conſi.cxcij.Butri.Salyc.& Angel.in l.ij.C.de his qui la.
occu.Par.in tract.ſynd.in verbo, familiaris. & Mar.in l.j.in princ. ff.de ſicar. quod ta-
23 men †intellige,ſi habuit in mandatis, vt in d.locis traditur, & non aliter, vide multa
per Thom.Grain.in deciſ.xlj.per totam,an & quando poteſt reſiſtentem vulnerare &
occidere,& quando iuſtè,& non iniuſtè,& non aliter, vt ibi per Mar.vbi etiam an, &
quando licet reſiſtere officiali iniuſtè exequenti. Par.in verbo, officialis.lo j. Cætera
circa mandatarium,dic vt infrà de excuſationibus homicidiorum.

## SVMMARIVM.

1 *Mandantis delictum & mandatarij an ſit vnum & idem.*
2 *Mandantis,& mandatarij obligatio an eadem ſit,vt pariter obligentur ex delicto.*
3 *Mandantis, & mandatarij obligationes an ſint eiuſdem forma.*
4 *Mandans,& mandatarius an eodem libello accuſari poſſunt,an in diuerſis debent.*
5 *Mandantis citatio ſi procedatur ad ſententiam contra mandatarium, an ſit neceſſaria.*
6 *Delicti locus & tempus in mandante an apponi debeant in libello,an mandanti.*
7 *Qualitas quæ ineſt mandanti an inſit in mandatario & econtra,diſtingue, vt nu.8.*
9 *Statutum in plus teneatur popularis quàm nobilis, vel econtra, ſi popularis mandat nobili,vt occidat,vel opem præſtet,an teneatur mandans pœna mandatarij vel in plus, & de intellectu l.vtrum.ff.de parric.*
10 *Nobilis ſi mandet ignobili vt occidat an nobilis furca ſuſpendatur iuxta conſtitut.reg. terminum vitæ.*
11 *Qualitas non inhærens perſonæ, ſed concomitantiis in perſona madatarij an inſint mandanti.*
12 *Qualitas quæ ineſt mandatario an,& quando ex diuerſis delictis inſit mandanti.*
13 *Mandans an ex eodem facto teneatur æquè principaliter ſicut mandatarius.*

14 *Mandans & mandatarius an puniantur eadem lege & eadem pœna, & num. 15.*
16 *Probationes factæ pro mandatario, an proſint mandanti,*
17 *Sententia lata pro mandatario an proſit mandati.*
18 *Sententia lata contra mandatarium an noceat mandanti.*
19 *Mandans & mandatarius conuenti coram diuerſis iudicibus an poſſint petere ſe remitti ad eundem iudicem.*
20 *Mandatarius ſi non poſſit teneri an teneatur mandans.*

1 SEQVITVR De † vtroque, de mandante, & mãdatario ſimul. Et primò quæro an delictum mandantis, & mandatarij ſit vnum, & idẽ? Cyn. Bal. & Sal. in d. l. non ideò minus. Bar. in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus. ff. de iniu. gl. in l. quòd crimine. C. de accu. Cyn. in l. j. C. ſi reus vel accu. mor. fuer. Bal. in l. j. §. ne autem. C. de cad. tol. & in l. j. C. de ſer. fu. Dyn. in reg. ratihab. & in reg. qui per aliũ. de reg. iur. in vj. Bal. in d. l. non ideò minus. arguit, & tandẽ concludit, ꝙ reſpectu finis, ſit vnum & idem delictũ numero, quando mandatum tranſit in nomen delicti quod à mandatario cõmittitur, vt ſi mandatur homicidium committi nam ſecuto homicidio mandator dicitur homicida ſicut mandatarius, ergo vnum & idem eſt delictum, cùm vna examinatio fiat circa homicidium, quod attribuitur duobus mandanti ratione mandati, & mandatario tanquam principali, & immediatè facienti, & ſic ratione finis vnum & idem eſt, ſed ſi non reſultat in mandante & mandatario idem delictum, quia aliud delictum conſideretur in mandante, & aliud in mandatario, vt cùm mandatur committi adulterium per alium vt ſuprà fuit dictum, vt per Bald. in d. l. non ideò minus. x. q. tunc non eſt idem numero, cùm tale delictum mandatum inhæreat facienti, & non conueniat mandanti, ideò diuerſa ſunt delicta numero, per nota. in l. j. §. deieciſſe. & §. ſed quoties. ff. de vi & vi arm. & l. hoc iure. §. deiecit. ff. de reg. iur. idem ſi mando ſeruo tuo aliquid propter quod ipſum corrũpo, & tũc aliud eſt delictum meum, & aliud eſt delictum ſerui, & tunc ego ſtatim teneor cùm mando, nec expectatur quòd ſeruus delinquat vt teneat, immò immediatè quòd mãdo teneor l. j. §. perſuadere. & ibi not. ff. de ſer. corrup. facit. l. ſi quis ſeruo. ff. de fur. & eo caſu non eſt vnum, & idem, ſed diuerſa ſunt delicta, nec mandatum tunc tranſit in nomen delicti mandati: ſecùs ſi tranſiret, vt ſi mando propriè furtum cõmitti, quòd non tenear de corrupto, nam tunc non teneor, niſi furtum committatur, & tunc erit vnũ & idem cùm tranſeat in nomen delicti mandati, & ita reſidet Bal. in effectu in d. l. non ideò minus. & Ang. in d. gl. Sempro. mand. inde ſubiectit Bal. ibi. & in xxiij. q. quòd primo loco dicatur idem delictũ ſpecie, ex quo idem numero: ſecundo loco non idem ſpecie, ex
2 quo non idem numero, intelligendo ſpeciem ſecundũ legiſtas, vt ibi. Et † ex hac quæſtione ſequitur primò an eadem ſit obligatio & mandãtis, & mandãtarij? dic ſecũdum Bart. in d. §. ſeruus meus, quòd aut quæris an ex eodem delicto vtriuſq; naſcatur obligatio, & tunc in primo caſu ſuprà tradito quòd ſic, nã ex eodem delicto tenetur mandans propter mandatum, aut quæris an eadẽ ſit obligatio vtriuſque ex delicto, & tunc dicit quòd non, ex quo quot ſunt perſonæ delinquentium, tot ſunt obligationes. l. ſi plures. ff. de iniur. d. l. non ideò minus. d. l. ſi id quod. §. ſi. ff. de iuriſ. omn. iud. cum l. ſeq.
3 Sed † an tales obligationes mandantis, & mandatarij ſint eiuſdem formæ? Bar. in d. §. ſi ſeruus. in fin. dicit quòd non: nam quælibet obligatio eſt de per ſe principalis, ex quo obligatio non accedit obligationi, ſicut factum facto, vt per Bart. in l. qui ſeruo. §. j. ff. de fur. Bar. in d. l. non ideò minus. viij. q. diſtinguit, aut oriuntur ex eodẽ actu, & deducuntur in iudicium per modum concludendi, & tunc ſunt eiuſdem formæ, arg. l. non

eſt

eſt nouum.ff.de actio.emp.aut oriuntur ex eodem actu & facto,nec eſt idem medium
4 concludendi,& tunc non ſunt eiuſdem formæ. Ex † hoc etiam ſecundo ſequitur, an mandans & mandatarius eodem libello accuſari poſsint,an verò diuerſis debent accuſari,ex quo diuerſæ obligationes? dic vt per Bal.in l.cū rationibus.v.q. C.qui accuſ. poſſ.quòd vno & eodem libello accuſari poſſunt. cùm vnum ſit delictum numero, quod intellige in primo caſu ſupradicto quando ex eodem facto tenentur: nam mandans ex delicto ſecuto propter mandatum tenetur,& ideò locus & tempus delicti apponi debet,& non mandati:ideò eodē libello,vide Bal.in l.minoribus. C.de his quib. vt indig.& in l.j.C.ſi reus vel accuſa.mor.fu.& in l.qui de crimine.C.de accuſa.Bar.in l.athletas.ff.de fal.eodem modo poſſunt ſimul cōdemnari, etiam ſi vnus fuit prius accuſatus,eadem ſententia,vt per Ang.in auth.vt omnes obed.iu.in fi.Sed † quid ſi
5 procedit ad ſententiam contra mandatariū, an ſit neceſſaria citatio mandantis? dic vt per Ang.in l.j.§.incognitionem.in fi.ff.ad Sille. quod tamen ſecus eſt in ſecundo caſu ſupradicto,quando non tranſit in idem nomen delicti,ideò ex diuerſis factis,& ſic in diuerſis libellis agi debet per Bart.in l.ſi maritus.§.fin.ff.de adult. & in l.hos accuſare.§.
6 lege.ff.de accuſ.Ang.in d.gl.Sempro. mand. xj.quæſt.In † dicto autem libello locus, & tempus commiſsi delicti apponendi ſunt,annus & menſis delicti,& non mandati, cùm obligentur ex delicto ſecuto,mandans videlicet,propter mandatum, & faciens, quia principaliter fecit:quòd tamen intellige vbi delictum recipit conſummationem niſi ex delicto ſecuto,nam tunc tēpus,locus,annus & menſis delicti apponendi ſunt, ſecùs tamen ſi delictum recipit conſummationem ex mandato ſolo, nam tunc locus & tempus mandati apponendi ſunt,& ſic iuxtà ſupradictam diſtinctionē, vt per Bal. in dicta l. non ideò minus.& in dicta l.cum rationibus.Bart.in d.§.ſi mandato.Angel. in dicta glo.Sempro.mand.vij.q.Ang.in conſi.clxxviij.& ſupra fuit dictum.Sequitur
7 etiam † tertiò ex ſupradicta quæſtione, an qualitas quæ ineſt mandanti ſit in mandatario,& econtra hanc quæſtionem tradit Bar.in d.l.is qui opē.ff.de fur.& in l. vtrum. ff.de parri.Bald.in d.non ideò minus.iiij.q.& ibidem per Salyce. & per Bald.in l.j.§.ne autem.C.de cad.tol.Ang. in l.j.C.de nili agger,non rump.doct.& But.in c.j.de offic. deleg.Ang.in d.gl.Sempro. manda.ij.q.Cepol.in conſil.xxxiiij.& conſil.xxxvj.& per
8 Capi.in deciſ.ſacr.conſi.clv.ex quorum dictis diſtingue,aut † quæris quādo mandans & mandatarius teneātur ex eodem delicto,aut quando ex diuerſis iuxta ſuperius dicta.Primo caſu,aut quæris de qualitate inhærente perſonæ,aut non perſonæ,ſed concomitantiis delicti.Primo caſu Bart. in d.l.vtrum.tenet quòd ſemper inſpicitur qualitas facientis per illam legem,ſed in d.l.is qui opem.ſubdiſtinguit, aut qualitas ineſt perſonæ tempore commiſsi delicti,& loco,& ſic ab initio, cùm tunc mandans teneatur,cùm delictum fuerit ſecutum,vt ſuprà fuit dictū,& tunc aut reſpectu delinquentium, aut reſpectu offenſi. primo caſu, qualitas quæ ineſt facienti inſpicienda eſt, &
9 vterque ex eadem qualitate tenetur per d.l.vtrum.& † ideò infert ſi ſtatuto in plus teneretur nobilis quàm popularis,& popularis mandaſſet nobili vt occideret, vel nobili ferret opem,cùm in præſtante opem loquatur,tamen ex quo in d.l.vtrum.loquitur in mandante.& refert ſe ad ibi dicta in dicta l.is qui opem. idem erit de vtroque mandante & auxiliante,& tunc popularis tenetur pœna qua nobilis tenetur: idem ſi extraneus mandat patrem occidi per filium,extraneus mādans tenetur de parricidio, ſicut filius faciens, & ſic qualitas facientis influit in mandante.In hoc autem Bald.reprehendit Bart.quòd non ſit verùm quòd qualitas facientis inſpiciatur, & non mandantis,imò in caſu propoſito popularis non tenetur pœna maiori, ratione nobilioris facientis,ſed vterque puniri debet ſua pœna, ex quo ratio qualitatis prædictæ eſt diuerſa in vno,& in alio,& cùm ſit diuerſa ratio in vtroque, diuerſa pœna eſſe debet,

cùm diuerſa ſtatuatur. reſpondet ad d.l.vtrum. vt procedat vel ratione immanitatis criminis, vel ratione qualitatis inhærentis perſonæ offenſæ, & non offendentis: dic quòd in d.l.vtrum.non tantùm attenditur perſona offenſi, quàm etiam principalis offendentis, vt quia filius patrem occidat, nam quia filius, & quia pater tenetur de parricidio, aliâs ſi ratione offenſi tantùm, ſequeretur quòd ſi filius mandet extraneo vt patrem occidat, extraneus teneretur de parricidio, ſicut filius, & tamen filius tenetur tantũ de parricidio, & extraneus de homicidio ſimplici, vt ſentit Bar.in d.l.qui ſeruo. §.j. ff.de fur.niſi dicas, quòd ibi loquitur quo ad pœnam minuendam, quòd qualitas in principali non influat in mandãte, & opem præſtante, ſecus quo ad pœnam augendam, per d.l.vtrum.& ibi in d.l.qui ſeruo.dicit Bart.in fin.§.j.allegat etiam Bal.contra Bart.tex.in l.moræ.§.iſtæ.ff.de pœnis.per quem dicit, ſi ex ſtatuto nobilis, aut decurio beſtiis non ſubiciatur, ſed vilis perſona, aut ſeruus, quod tunc ſi decurio mandet vili, non propterea decurio beſtiis debet ſubiici, ſed ſua pœna puniri, quod ſecus eſſet, ſi

10 attenderetur qualitas facientis. Et ideò †cùm conſtit.reg.nobili imponat pœnã quòd decapitetur, ignobili verò quòd furca ſuſpendatur, vt in conſt.terminum vitæ.quòd licet nobilis mandet ignobili, quòd occidat, non tamen per hoc nobilis mandans furca ſuſpendi debet, quod ſecus eſſet ſi attenderetur qualitas facientis, aut qualitas non ineſt tempore, & loco commiſſi delicti, ſed extra dictum delictum, tunc quilibet punitur ſecundum qualitatem ſibi inhærentem, non autem ex facto, & qualitate principalis, per tex.in d.l.is qui opem.ff.de fur. vbi præſtans opem non tenetur de furto manifeſto, poſt apprehenſionem furti in principali, ex quo illa qualitas manifeſti non fuit tempore commiſſi furti, ſed ex poſt facto, & ideo ſi principalis fuit condemnatus in plus propter negationem, vel contumaciam, opem præſtans & mandans non tenetur in plus, per negationem & contumaciam principalis, niſi & ipſe fuerit negans, aut contumax ſicut principalis, aliâs non, vt per Bar.in l.libertis.§.poſthumus. ff.de alim. & ciba.lega.& poſt eum habetur, & per Bald.in l.j.iiij.opp. C.de rap.virg. & Bar.in l. ob hæc verba.ff.de infam.& in l.cùm mulier.ff.ſolu.matr. Innoc.in c.j. de offic.deleg.

11 Secundò †caſu, de qualitate inhærente non perſonæ delinquentis, ſed concomitantis delicti, & tunc ſi illæ qualitates inſunt tempore delicti, tenetur mandans ſicut principalis, ideò ſi mandat quis committi homicidium de nocte, & ille committit de die, vel extra plateam, & ille in platea, vel hominem non poſitum in dignitate, & ille poſitum in dignitate, tunc ex quo mandans obligatur ex delicto ſecuto, vt ſuprà fuit dictum, & illæ qualitates aderant tempore delicti commiſſi, obligatur mandans ſicut principalis, & ita reſidet Bart.in d.l.is qui opem. licet Bal.dicat in d.l.non ideò minus. Bart.contrarium ſentire, tamen non videtur ſed idem, prout etiam tenet Bal.ibi in d. l.non ideò.reſpondendo ad d.l.is qui opem. quæ non loquitur in qualitate inhærente ipſi facto, ſed perſonæ, cum manifeſtus fur dicatur, non manifeſtum furtum, vel ibi deuenit qualitas ex poſt facto, non in ipſo facto, ideo non egreditur perſonã, vt ſuprà fuit dictum, concomitantias autem dicit tempus, & locum delicti. c.abbate ſanè. de re iudi.in vj. quæ ſunt in rem qualitates, ideo ad mandantem extenduntur. Secundò

12 caſu †principali quando ex diuerſis delictis tenetur, qualitas inhęrens facienti nõ extenditur ad mandantem, nec aggrauat eum, ſed quilibet de per ſe tenetur, vt in caſu d.l.j. §.perſuadere. ff.de ſer.corr.& de mandante adulterium committi, vt ſuprà fuit dictũ, nam vnus tenetur de mãdato ſolo, alter de facto, & aliter vt ſuprà, & per Bal.in d.l.non ideò.x.q.inde ſequitur quòd ſi ex eodẽ delicto obligantur mandans, & mãdatarius, quòd qualitas loci, & temporis comprehẽdit vtrunq;, ſi de diuerſis delictis, & tunc aut recipit conſumationem per delictum in mandato ſolo, & tunc non vtrunq; comprehendit, ſed tantum mandantẽ, vt d.§.perſuadere.aut recipit cõſummationem

per

per delictum ſecutum,& vtrunq; comprehendit.l.hæc verba.ff.de adult. & ideò dicit Bal.in d.l.non ideò minus.& Bart.in d.§.mandato.& Ang.in d.gl.Semp.man.quòd in inquiſitione & accuſatione inſeri debet locus, & tempus cõmiſſi delicti, & non facti mandati, & iudex facti delicti cognoſcit, & non mandati,aut originis,vt ſ.plene fuit dictum,niſi puniatur ſpecialiter mandatum de per ſe, & ex ſolo mandato recipiat delictum conſummationẽ,cum tunc in loco mandati cõueniri,& puniri debet,vt ſuprà
13 fuit dictum. Sequitur † etiã & quarto ex ſupradicta quæſt.quòd ſi ex eodẽ facto obligantur mandans & mandatarius,quòd tenetur æque principaliter mandans, ſicut faciens,ſed quando non ex eodem facto obligantur, non dicitur principalis,ſed acceſſorius,& acceſſoriè tenetur.per d.l.hæc verba.effectus erit, vt primo caſu quilibet puniatur ſua pœna,ſecundo caſu eadem pœna, vt per Bal.in d.l.non ideò minus.ix.q. & vide Bar.in d.l.qui ſeruo.§.j.& in l.ſed ſi vnius.§.ſeruus.ff.de iniur. & in l.ij.§.non homines.ff.vi bon.rap.Ang.in d.gl.Sempr.man.xvj.q. Par.in c.mulieres.de ſent.excom. Saly.in d.l.non ideò.viij.q.& Cepo.in d.conſi.xxxiij. & Alex.in d.conſi.xv.iiij.vol.&
14 Bal.in l.data opera.ver.conſilium.C.qui accuſ.po.dicit acceſſoriè.Sequitur † etiam,& quintò ex ſupra dicta quæſt.an mandans,& mandatarius puniantur eadem lege,& ex conſequẽtia, an eadem pœna hanc quæſt.pertractat Bar.in d.§.ſeruus meus.& in d.l.is qui opem.Bal.& Salyc.in d.l.non ideò minus.Ang.in d.gl.Semp.man.xiij.q. & ſeq. &
15 Cepo.in conſil.xxxvj.Corn.in conſi.lvj.iiij.vol.pendet † ſolutio quæſt.ex ſupradictis in quæſt.an mandans ſecuto delicto dicatur verè,vel interpretatiuè facere vt comprehendatur ſub ſtatuto loquente de faciente,& hoc pro intellectu conſti.reg.terminum vitæ.an comprehendat mandantem, de qua ibi fuit dictum, & per Gandi.in rubr.de tranſ.verſi.vltimò.circa materiam.& in rub.de pœn.verſi.item no.vt dicit Odof.& in rub.de homic.in quibus locis concludit Gand.poſt alios,mandantem indiſtinctè,ſiue inſpecta iuris communis diſpoſitione, ſiue municipalis, teneri eadẽ pœna, & hanc dicit fore communem opinionem,& alios ſequi. Cepo.in d.conſi.xxxvj licet non ſit ipſius,ſed alterius,tenet quòd non eadem pœna,ex quo lex Cornelia loquitur in perſonam, vt qui hominem occiderit puniatur, & ſic non comprehendit mandantem, & tunc teneretur quando imperſonaliter loqueretur, ſeu realiter,vt pro homicidio puniatur tali pœna, tunc comprehendit mandantem, etiam ſic dicit diſtingui in ſtatuto ſectatus Bart.in d.l.is qui opem.Bal.verò aliter diſtinguit, & Saly.in d.l.non ideò minus.tamen in effectu ad idem cõcluditur quòd aut ſtatutum, ſeu lex loquitur imperſonaliter,ſeu realiter,& comprehenditur mandans, aut in perſonam dicendo, ſi quis occiderit,tunc non comprehenditur,ex conſequenti.d.conſtit.locum non haberet in mandante,cum in perſonam loquatur,ibi, ſi quis aggreſſus fuerit,& in aggreſſu ipſo occiderit,quæ verba ſonant in perſonam facientis:de hoc ſuprà dixi,ibi recurrendum, & ſentit Capi in deciſi.ſac.conſi.clv.in ij.dubit.& per Corſ.in repert. Pan.in ver.mandans.& per tradita per doct.poſt Bart.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iud.§.fi.& per Iaſ.l.ſi quis pro emptore.ff.de vſuc.& per Ang.in d.gl.Sempro.man xiiij.q. Mar.ſing. clxxxj.Alex.poſt Bart.in l.j.ff.de quib.reb.ad eun.iud.& per Cor.plenè in conſil.lvij. iiij.vol.vbi de ſtatuto,quòd mãdans pari pœna puniatur,& per Cepo.in conſ.xxxiij. vbi concludit teneri pœna capitis etiam ſtante proteſtatione quòd non occidat, vide ſupradicta.& vide per Fel.in d.c.mulieres. de ſent.excom. vbi etiam no.quòd ibi dicit poſt Bal.in c.j.§.iniuria.de pac.iur.firm. quòd ſi accuſatio facta eſt ꝙ occidit,ſi probat de mandato abſoluitur,vt per Math.in conſt.ſi quis aliquem.& plenè per Tho.Gra.in deciſ.xxviij.in fi.vbi plenè an cõſti.ſi quis aliquẽ.extendatur ad mandantẽ,quòd non.
16 Secundò † quæro, an probationes factæ pro mandatario proſint mãdanti? dic vt per Bar.& Alex.poſt eum.in l.j.§.fi.ff.de quæſt.& econtra,& Ang.in d.gl.Sempron.man.

17 Tertio † quæro an ſententia lata pro mandatario proſit mandāti? Bald. poſt Cyn.in d.
l.non ideò.verſicu.item quærit an ſententia.concludit quòd ex quo poſsibile manda-
tarium non teneri,& tamen teneri mandantem, tunc abſolutio mandatarij non pro-
deſt mandanti,idem etiam ſi poſsibile ſit mādatarium teneri:nam res inter alios acta,
item ſimul,& ſemel agi poteſt contra vtrunque.l.prima. C.ſi reus vel accuſ. mort.fu.
quòd non eſſet ſi vnius ſententia alteri præiudicaret,& vide per Bartol.in l.ſi adulte-
ram.§.ſi eo.ff.de adulter. Ang.in dicta glo.Sempro.mand.xix.quæſt.Gand.in rubri.de
homicid.verſiculo,pone etiam.& verſic.ſed pone quòd dictus Scius diſtinguit quòd
aut eſt abſolutus:quia non reperitur illud maleficium fore commiſſum,& tunc victo-
ria mandatarij parat liberationem mādanti,aut fuit abſolutus,quia non repertus cul-
pabilis, & tunc non prodeſt per dictum regul. quia res inter alios acta. & per Thom.
18 Gra.in deciſ.xxxviij.nu.9.In † alio verò capite,ſi fuit condemnatus mandatarius, an
noceat mandanti,an verò ſit liberatus,quia punitus faciens? Gandi. ibi in dicto verſic.
pone etiam.arguit ad partes,& tandem concludit mandantem teneri,nec per hoc eſſe
liberum,& ibidem per Gandi.in verſic. ſed pone actum eſſe.quærit quid ſi actum fuit
ad intereſſe contra facientem qui ſatisfecit,an iterum mandans teneatur ad intereſſe?
concludit quòd non,& de ſupradicto vide per Bal.in l.ſecunda.C.quor.appel.non re-
cip.vbi,ꝙ punitis occiſoribus proceditur contra mandantes.& vide de his,& vtroq;
per Ange.in gloſſ.And.auxil.verſiculo,quæro an Caio.& in fin.gloſſ. & in glo.caput
à ſpatulis,verſiculo,ſed quæro an damnato, & ſequen. & per Bel.in pract. in rubr de
quæſtionibus.& in ſimili per Par.in tractatu ſyndic.& per Baldum in l.iuris.in fin.C.
quibus res iudi.non noc.Bartol.& Marſi. in l.prima.§.ſi quis vltrò.ff.de quæſtio.Ioan.
Andr.& Dec.in capitulo,ratihabitio.de reg.iur.& per Innoc.in capit.cùm vintonien.
de electio.glo.tertia.q.vj.c.hoc quippe,& Bart.in l.ex duobus.iiij.q.ff.de duob. reis,&
in l.admiſsi.§.fin.ff.de fideiuſ.& in l.furioſo.& in l.fin.ff.de iureiur. & in l.aduerſus. ff.
de arbi.Saly.in l.j.de rapt.virg.Alex.in l.ſæpe.ff.de re iud.& in conſil.lxxxviij.iij.volu.
19 Quartò † quæro an mandans & mandatarius conuenti coram diuerſis iudicibus poſ-
ſint petere remitti ad eundem iudicem? Bald.tradit in d.l.non ideò.in fin.& Ang.in d.
glo.Sempro.mand.x.q.arguit,& tamen concludit fuiſſe determinatū quòd non, cùm
iſti obligentur quilibet de per ſe, & proceſſus cum vno non valeret cum alio.l.j.ff.de
quibus reb.ad eundem iud.vide per Mar.in l.fin.verſicu.vltra prædicta.ff.de iuriſdict.
omn.iud.Alex.in l.nulli.in fin.C.de iudic.quòd tamen limita vt per Nell. in tractatu
bannit.in ij.par.vij.q.& vide ſuprà quæ dicta ſunt, vbi mandans & mandatarius con-
ueniantur,& vide Boni.in tract. ma.in rub.de fal. Angel.in glo.exiſtens floren. Mar.in
ſingul.cccciiij.& vide per Capi.in deciſ.ſacr.conſil.cxij. Quinto † quæro quid ſi man-
datarius non poſsit teneri,an mandans teneatur? dic vt per gl.& doct.in d.l. ſi id quod
§.fi.de iur.om.iud.Bald.in d.l.non ideò minus.Ang.in d.gl.Sempro.man.iij.q.& ꝗ.fuit
dictum in excuſatione mādantis.hæc circa mandantē & mandatariū, & vtrūq; ſimul.

## SVMMARIVM.

1 *Conſulere maleficium & homicidium quis dicatur.*
2 *Conſilium, perſuaſio & inſtigatio & inſtructio an differant.*
3 *Conſilium dans an dicatur opem præſtare, & n.7. & an ſimul de auxilio & conſilio teneri poſſit.n.8.*
4 *Aſſocians delinquentem ad euadendum eſt præſumptio conſilij.*
5 *Conſilium quando dicatur præſtare in maleficio.*
6 *Conſilium quot modis præſtare dicatur.*
9 *Conſulens & auxilium præſtans an eadem pœna teneantur, an diuerſis.*

*Conſu*

10 *Conſulens idem & opem ferens an duplici pœna teneatur, an vtraque confundatur.*
11 *Conſilium præſumitur ſi loquatur ad aures, & ſtatim patratum eſt delictum concurrente pariter inimicitia.*
12 *Conſulere dicitur vbi quis ſuadet maleficiũ, rogat, inſtruit, vel vtilitatẽ futuram oſtendit.*

SEQVITVR De conſulente, in quo primò vidẽdum erit quis
dicatur conſulere in maleficio, ſecundò quot modis, & qualiter di-
catur præſtari conſilium. iij. aliqua de concernentibus conſil. iiij.
de accuſationibus conſilij. v. de pœna conſulentis in maleficio.
1 Circa † primum ille dicitur conſulere & præſtare conſilium in
maleficio qui verbo ſuadet, & inducit delinquentẽ ad maleficium
gratia eius cui fit perſuaſio, non gratia cõſulentis, aliâs eſſet man-
datum: nam differt conſilium & perſuaſio, à mandato, cùm mãdatum ſit gratia man-
dantis, conſilium verò & perſuaſio gratia facientis, cui conſulitur & perſuadetur, ita
per Bartol. in dicto §. ſi mandato. prima quęſtio. verſiculo, veniamus ad perſuaſionem.
Bald. in l. prima. circa princip. verſiculo, eius conſilio autem. C. de ſer. fugi. dicitur ver-
bo, ad differentiam eius qui facto adminiſtrat, ſeu operatur in maleficio, nam ſi non
verbo, ſed facto, dicitur præſtare auxilium, & de auxilio tenetur, etiam ſi nihil fecerit,
ſed ſteterit armatus ex propoſito, vt ſuprà fuit dictum in materia auxilij, ita per Bald.
in d. l. prima. & Bartol. in dicto §. ſi mandato. in finalibus verbis: hanc facit tex. in l in
2 furti. §. conſilium. ff. de pœnis. & in §. ope. inſtit. eod. Sed † an ſit aliqua differentia inter
conſilium, perſuaſionem, inſtigationem, & inſtructionem, text. in dicta l. in furti. §.
conſilium. ſentit quòd non, ſed Bartol. in dicto §. ſi mandato. vltima quæſtio. dicit, aut
quæris quo ad maleficium ſubſecutum puniendum: aut quo ad ipſum perſuaſionem,
conſilium, & inſtigationem puniendam, aut ad puniendum ipſum ratione pręcedentis
conſilij, & perſuaſionis ad pœnam delicti, aut ad ipſum puniendum pro ipſo conſi-
lio, & perſuaſione, & inſtigatione tantum. Primo caſu nulla fit differentia, ex quo
omnia fiunt gratia facientis, & non conſulentis, ſeu perſuadentis, & inſtigantis, &
cùm non gratia facientis, tam perſuaſio, quàm inſtigatio ſeu inſtructio effectualiter
dici poteſt conſilium, cùm fiat verbis, & in hoc primo caſu nulla fit differentia, circa
punitionem conſilij perſuaſionis, & inſtigationis, nec alia fit diſtinctio, ſed ſimpliciter
puniuntur, vt l. prima. §. perſuadere. ff. de ſer. corru. ita per Bartolum in dicto §. ſi man-
dato. in quæſtio. fin. & Ang. in dicta glo. Sempron. vigeſimaſecunda quæſtione. & vide
3 de prædictis Alexand. in conſilio cxxvij. quarto volumine. An † autem dans conſi-
lium dicatur opem præſtare, & an includatur in ſtatuto de auxilio? Dic vt per Salyce.
in l. prima. C. de rapt. virginum. & Paul. Grillam. in tractatu de pœnis omni. fa. coi. de-
4 cima quæſtione ſexta. Dicitur † etiam præſtare conſilium præſumptum, ſi quis poſt
delictum commiſſum aſſociet delinquentem ad euadendum: nam tunc præſumptio
eſt, nedum occulti auxilij, ſed occulti conſilij, vt per Felinum in capitu. ſicut dignum.
extrà, de homicidio. Mar. in l. prima. C. de rap. virginum. & in practica in §. conſtante.
5 quarto volumine. Thom. Gramma. in conſilio trigeſimoſecundo. Quando † autem
dicatur præſtare conſilium in maleficio per Paulum de Caſtr. in conſilio xxij. & Bald.
in conſilio cxx. tertio volumine. Cepol. in conſilo xxvij. Lucas de Pen. in l. prima. C. de
ſilentiar. libro duodecimo. per Decium in capitulo primo. de officio deleg. r. & in reg.
6 conſilij. ff. de regulis iuris. Circa † ſecundum quot modis dicatur præſtare conſilium,
& qualiter Bald. in d. l. j. C. de ſer. fug. verſi. ſed conſilium. dicit præſtari facto, & verbo,
& facto, & verbo ſimul, de quo in l. ſæpe. §. primo. ff. de verbo. ſign. non tamen intelli-
gendum eſt propriè facto pręſtari conſilium, cùm potius auxilium diceretur, ex quo

conſil.um propriè verbis tátum præſtatur, vt ſuprà, ſed impropriè, cùm longa ſit differentia, ſi facto, vt d.l.ſæpe.& d.ı.in furti.§.ope.ın fi.nam adhibendo conſilium, videtur dare opem & auxilium largè, ſecundum doct. Bar.in d.§.conſiliũ. l.in furti.in quo fit diſtinctio, & differentia inter opem, & conſilium, cùm conſilium verbis, & ante factum adhibeatur, auxilium verò in facto, & facto pręſtatur, ſed impropriè, ſecundum Bart.in d.§.ope.in fi.nam adhibendo conſilium, videtur dare auxilium & opem largè, cùm tale conſilium ſit quædam confortatio & adiutorium, & hoc modo intelligendo conſilium facto præſtari videtur: ſtrictè verò differunt, vt ibi per Bar. & in d l ſæpe. &
7 in d.§.conſilium. Et an † præſtans conſilium, opem præſtare dicatur, per Salyc.in l.j. C.de ſer.fug.Bal.in conſi.cxx.iij.vol.& in conſi.cclvj.iiij.vol.Bart.in conſil.clxv. & in d.§.ſi mandato.verſi.quæro vtrum.ibi, prætere, & in fi.per text.in l.qui ſeruo.§.eadem Pomponius.ff.de fur.& ſic verbis propriè dicitur præſtari conſilium, & etiam verbis, & facto vt quia antea præſtet conſilium, & etiam facto aſtet maleficio, & tunc non
8 propriè conſilium, ſed auxiliũ præſtari dicitur. Sed an † tunc ſimul de auxilio, & conſilio teneatur, & vtraq; pœna pro conſilio, & auxilio, & quid ſi diuerſæ pœnæ imponantur à ſtatuto, an vtraque pœna in mandante ponit Bal.in d.l.non ideò minus.verſi. item quæritur.an quis poſſit teneri de mandato, quòd non teneatur duplici pœna, ſed vna tantũ, ſed illud procedit ratione contrarietatis, ex quo ſi vt mãdator teneretur, vt principalis teneretur, ſed opẽ pręſtando acceſſoriè, & non principaliter reſpectu alterius: ergo ex codẽ facto ex diuerſis & contrariis mediis non teneretur: ſed conſulens non tenetur vt principalis reſpectu alterius, cui conſiliũ datur, niſi dicamus adhibita diſtinctione, infrà dicenda in caſu quo nõ eſſet aliàs facturus, niſi ratione conſilij, vt in c.ſicut dignum.§.qui verò.de homi.& in §.clericus.vt quia dat cauſam homicidio, vt per Cepo.in conſi.xxvij.verſic.item qui conſilium.per no.in c.de cætero.de homici.In contrarium facit, quod tradit idem Bald.in d.l.non ideò. verſic.ſed iuxta hoc vertitur quæſtio.vbi concludit, quòd quis poteſt teneri vt principalis, & vt opem ferens, ergo dato quòd conſulens teneretur, vt principalis, poſſet etiam teneri acceſſoriè, vt opem ferens, diuerſis reſpectibus, licet non vno, & eodem reſpectu, vt ibi dicit Bald. quod dictum Bal.impugnat Aretin.in l.j iij.concluſ.C.de ſer.fugi.in hoc erit videndum, an diuerſa ſint delicta conſilium, & auxilium, & in hoc fuit dictum diuerſa eſſe per d.§. conſilium.& d.l.ſæpe.& ſi diuerſa, an procedant ex eodem facto, an ex diuerſis: quoniam ſi ex eodẽ facto, & tunc, aut ſunt diuerſæ ſpecies delicti, & ſeparatæ, aut eædem, vel ſe habentes, vt genus & ſpecies, ſi diuerſę & ſeparatæ, & tunc vtraque pœna puniri poteſt, & de auxilio, & de conſilio, licet ex eodem facto, vt homicidio perueniat, per l.ſi adulterium cum inceſtu. ff.de adult. ſi eædem, vel ſe habentes vt genus & ſpecies ſecus, per l.ſenatus.ff.de accuſat.ſed ex quo diuerſæ, & ſeparatæ ſpecies.d.l.ſæpe & d. §.conſilium.vtraque pœna punitur: ſi ex diuerſis factis, quia vnum ex conſilio, aliud ex auxilio, & aſtantia, & tunc idem quòd vtraque pœna tenetur per d.l.ſenatus.& ibi tradita per Bart. & in l.nunquam plura.ff.de priua.deli. & Salyc. in l. qui de crimine. C.qui accuſa.po.& Ang.in glo.& caput à ſpatulis.& Dyn.Bar.& Imo.in l.j.§.dixerit.
9 ff.de public.ex quibus decidi poteſt hæc quæſtio. Rurſus † erit diſtinguendum an eadem pœna teneatur conſulens, & auxilium præſtans, an diuerſis: ſi eadem, aut ex eadem lege communi, vel municipali, & tunc licet diuerſæ ſint obligationes propter diuerſa facta, & ſpecies diuerſas, tamen quo ad executionem vna pœna imponetur, vt per Bart.in d.l.ſenatus.in prin.& in l.ſanctio legis.ff.de pœnis.aut ex diuerſis legibus, & tunc idem licet ex vtraque lege teneatur, tamen executione vna imponitur, vt in d.l.ſenatus.per Barto.ſi diuerſis pœnis puniatur conſulens, & opem præſtans, & tunc ſiue eadem lege cõmmuni, aut municipali puniatur, ſiue diuerſis, vt vna lege cõmuni,
& alià

& alia lege municipali,& tunc vtraque tenetur conſulens,& opem præſtans in ſimul
propter diuerſitatem factorum pœnarum, & legum cùm diuerſa ſint facta & obliga-
tiones,diuerſæ pœnæ,& diuerſæ leges, vel eadem lex, diuerſa facta,& pœnæ diuerſæ,
vt ſumitur ex dictis locis, & ex dictis per Boniſa.in rubr.de inſul. & percuſsio. & per
10 Mar.poſt Bart.in l.fi.ff.de ſicar. Sed an † vna pœna confundatur per aliam, quia con-
ſulens,& idem opem ferens, vide quòd ſic, vt dicitur de inſultu, & percuſsione: nam
inſultus confunditur cum percuſsione licet diuerſæ pœnæ imponantur, vt per Boni.
in d.rub.de inſul.& percu.& per Bar.in d.l.nunquam.ff.de priu.deli.& traditur in d.l.
qui de crimine.& per Bal.in l.aduerſus.C.de fur.& per Bar.in l.& ſi amicis.ff.de adult.
& per Math.in conſti.ſi quis aliquem.ex quo tendunt ad vnum, & eundem effectum,
videlicet ad homicidium perpetrandum, dic vt per Bal.in d.l.aduerſus. & Bart.in d.l.
nunquam.ver.venio ad alios,quòd aut incõtinenti, & eodem impetu,& ſtatim facto
conſilio aſtet maleficio, aut ex interuallo poſt conſilium, nam primo caſu confundi-
tur,ſecundo non,& ideo tractatus,& ordinatio cõfunditur cum delicto poſtea ſecu-
to,ſi ſtatim fuit perpetratum,quia ad eundẽ effectum,licet diuerſa pœna eſſet,pro tra
ctatu & ordinatione,vt ibi dicit Bal.& Bar.dicit, ſi ex propoſito vulnerandi percuſsi,
deinde ex aliquo dicto,vel facto occidi ſuperueniẽte impetu,teneor de occiſo,& vul-
nerato ex quo non eodem impetu,licet incontinenti:ſed ſi animo occidendi percuſsi,
& perſequutus ſum aliquem animo occidendi, licet poſt inſecutionem occidam ex
interuallo,ex quo eodem impetu teneor de occiſo tãtùm,aut vulneribus: ita ergo vi-
detur dicendum in conſulente,nam ſi ſtatim dato conſilio aſtiti,cõfunditur,& vnica
pœna tenetur, ſi verò ex interuallo vtraq; pœna tenetur per dictum Bal. in d.l.aduer-
ſus.& Bar.in d.l.& ſi amicis. Et vide multa dicta per Mar.in d.l.fin.ff.de ſicar.quando
delicta confundantur,& Ang.in gl.fecit inſultum.& in aliis locis,vt ibi per Mar.& in
pract.§.pro complemento.& in §.& quia.& in l.j.C.de rap.virg. & in conſi.lj.Gandi.
in rub.de pœn.Boni.in d.rub.de inſul.& percuſ.Math.in d.cõſti.ſi quis aliquem. Alb.
in tract.ſtatu.quæſt.xxviij.Bal.in c.j.§.futurum.de pa.iura.fir. Aret. in conſi.x. Alex.in
conſil.cxvj.iij.vol.Augu.poſt Ang.in d.gl.fecit inſultum. & in gl.admenauit. Conſu-
11 lere etiam † dicitur, ſi quis locutus fuerit ad aures occidentis,& eodem inſtanti fuerit
ſecutum homicidiũ,& concurrebat pariter inimicitia vtriuſque,facientis,& loquen-
tis ad aures: nam tunc præſumitur conſuluiſſe ad maleficium perpetrandum & non
mandaſſe præſumendo in mitiorem partem ex quo durius obligat mandatum quàm
conſilium,vt traditur per Io.an.And. in c. nullus ex conſilio. extra de reg.iur.ſi autem
nulla præcedebat inimicitia loquentis, nec conſilium præſumitur, ita per Bald.in l.j.
verſi.ille dicitur mandare.C.de ſer.fugi.& Corſe.in ſing.in verbo,præſumptio.verſic.
12 celeritas actus.& ſuprà fuit dictum. Conſulere † etiam dicitur, vbi quis ſuadet male-
ficium,rogat,inſtruit,vel vtilitatem futuram oſtendit, vt per Cald.in clem.j.v.oppo.
de pœn.& in clem.j.xvj.q.& ſequen.de for.competen.vbi quis dicatur pręſtare conſi-
lium,& quis fauorem,& per Saly.in l.j.C.de rap.virg. & eſt vtile ſcire propter verba,
an ſonant in mandatum,an in conſilium vt ſciatur proponi accuſatio, & formari in-
quiſitio,an de mandato,an de conſi.per Cep.in conſ.xxvij.in dubio verò quando ver-
ba ſe habent, & habere poſſunt ad mandatum,& conſiliũ, præſumendum erit in mi-
tiorem partem ad conſilium per dictum Bald.in d.l.j.verſ.dicitur autem.& ſuprà fuit
dictum in materia mandati,& per Alex.in conſi.cxxvij.iiij.vol.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Accuſatus aut inquiſitus de mandato, ſi in proceſſu conſtat de conſilio an damnari poteſt de conſilio.*

V v

2 *Clauſula ſuper quibus omnibus & ſingulis quid operatur in inquiſitione ſeu accuſatione, & an de conſilio damnari poteſt ſtante illa clauſula ſi inquiratur de mandato, & an de morte ſequuta damnari poteſt inquiſitus de vulnere. num. 3.*

4 *Conſulens vt clericus percutiatur an ſit excommunicatus.*

5 *Clericus conſulens vel inſtigans vt percutiatur ſi mors ſequatur an ſit irregularis.*

6 *Clericus conſulens homicidium vel percuſſionem ex qua debilitatio ſit ſequuta, vt efficiatur irregularis.*

7 *Clericus ſi conſuluerit rem illicitam ex qua homicidium non erat veriſimiliter ſequendum, ſi ſequatur, an ſit irregularis.*

8 *Clericus conſulendo ſi tantum oſtendat vtilitatem peruenturam ex homicidio efficitur irregularis.*

9 *Clericus conſulens committi homicidium ſi ille occidatur, & non occidat efficitur irregularis.*

10 *Clericus conſulens licitam occiſionem non efficitur irregularis.*

11 *Conſulens excuſatur ſi ille erat aliâs facturus.*

12 *Conſulens ex nudo conſilio abſque perfectione delicti, non efficitur irregularis, & nume. 16.*

13 *Clericus vulnerans mortuum inimicum ad quem occidendum accedebat, non efficitur irregularis.*

14 *Clericus ratum habens homicidium quod ſuo nomine geſtũ non eſt nõ efficitur irregularis.*

15 *Voluntas ſola non facit clericum irregularem.*

17 *Clericus qui primò cõſuluit, deinde diſſuaſit homicidiũ ſi poſtea ſequatur nõ eſt irregularis.*

18 *Clericus ſi tanquam iuriſperitius conſuluit eſſe dignum pœna mortis qui poſtea fiat decapitatus non efficitur irregularis.*

1 CIRCA Tertium † primò quæro, quid ſi quis fuit accuſatus de mandato, vel inquiſitus, & in proceſſu per cõfeſsionem, aut probationes conſtet de conſilio, an puniatur de conſilio de quo non fuit accuſatus nec inquiſitus? Alexand. in conſilio cxxix. quarto volumine, licet fuerit. Anto. de prato veteri, concluditque quòd non, cùm aliud ſit mandare, aliud conſulere, & longa eſt differentia inter vtrunque, vt not. gloſſ. in l. nullus ex conſilio. ff. de regu. iur. & ſicut in ciuilibus propoſita vna actione, ſi probetur de alia ſuccumbit, ita & in criminalibus, cum in eis ad inſtar ciuilium procedatur, vt proſequitur Mar. in practica in §. diligenter. ex conſequenti, cùm non ſit probata inquiſitio ſeu accuſatio, abſolui
2 debet: ſed † quid ſi in inquiſitione, aut accuſatione fuerit appoſita clauſula ſolita apponi ſuper quibus omnibus & ſingulis, cum annexis & connexiſq́, ac prorſus extraneis petit ſibi ius & iuſtitiæ complementũ miniſtrari, omni meliori modo, via, iure & forma, an tunc ſi non probetur de mandato in eis deducto, ſed de conſilio, condemnari dabet, an abſolui? de qua clauſula tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, pleniſsimè per Iaſ. in §. omnium. inſtitut. de actio. doct. in capi. ſecundo. de ordi. cognitio. Dec. in capitulo, licet cauſam. in gloſſ. aſtrinxit. de probationibus. Bald. in l. ſecunda. C. eodem. Iaſ. in l. patens. C. de pactis. Par. in tracta. ſyndic. in verbo, ſententia. ver. an dicto capitulo, deteſtantes. Angel. in gloſſ. ſuper quibus omnibus Mar. in conſilio lxxv. Auguſt. & Bernar. poſt Angel. in dicta gloſſ. Com. in conſil. cxcij. ſecundo volu. Felinus in capitulo, ex parte. de reſcriptis. & per Capi. in deciſio. ſacr. conſil. x. & plenè per Amod. iuſti. in tract. ſynd. ſub nume. 18. incip. emergentibus. videtur quòd poteſt condemnari. nam ſi intentatur delictum qualificatum, vt percuſsio cum ſanguine, vel de nocte, ſi qualitas non eſt probata, ſed ſimplex maleficium, punitur pro-

pter dictā clauſulam.& conſuluit Barto.conſilio cxxviij.incipien.accuſatio fuit inſtituta,licet contrarium videtur Rom.in conſi.de quo per Bern. poſt Aug.vbi ſuprà. & Barba.in conſil.x.& per Ang.in gloſ.ſanguis exiuit.& in gloſſ.de nocte. & per Dec.in d.c.licet cauſam.& Mar.in d.conſi.lxxv.& Par.vbi ſuprà.& dicit Amod.vbi ſuprà.ꝙ ſi fiat accuſatio de vulnere,inde mortuus ſit ſtante dicta clauſula, poteſt condemnari de morte ſecuta. Sed contrarium credo, ex quo crimen conſilij differt à mandato vt dictum eſt,cùm ergo vnū crimen proponit,& probat aliud non intentatū abſolui debet vt per Alex.in d.conſil.facit,nam agens ex vna cauſa ſi probat de alia, abſolui debet,vt per Bart.in l.j.in princip.ff.de eden. Inno. in c.ex parte.de priuileg. Thom.Gra. in conſil.xxvj.non obſtat illa clauſula, nam illa operatur cùm crimen fuiſſet connexum crimini intentato:nam licet non probetur intentatum, ſed aliud connexum,tamen puniri poteſt per iudicem per illam clauſulam; ſecus quādo crimen eſt alienum, & extraneum ab inteſtato,ita ſentit Andr.in conſtitut.ſi damna clandeſtina.quem refert,& ſequitur Par.vbi ſuprà,ſecùs tamen ſi eſſet vtrobique, vtrunque deductum,& alterum probatum,non ſufficeret vt per doctor. vbi ſuprà , maximè concurrentibus aliis clauſulis coniunctim,& diuiſim copulatiuè,&alternatiuè,vt doct.in locis ſuprà. nec releuat clauſula prorſus extraneis, nam intelligitur concernantibus intentatum crimen non ſeparatum,nec deductum, vide tamen Par.vbi ſuprà. vbi videtur ſentire contrarium , cùm officium iudicis ſit latiſſimum,vt etiam nō deductum puniat ſtante
3 dicta clauſula,tamen allegat Andr. vbi ſuprà contrarium ſentientem , & not. † illud quod dicit Angel.in dicta gl.emergentibus,quod operetur illa clauſula, ſi fuit actum de vulnere,& deinde mors ſequatur,licet de iure non poſſet condemnari de mórte ſecuta ex eodem proceſſu,tamen virtute illius clauſulę poteſt condemnari,licet Augu. ibi contra poſt eum , & ibi etiam quid operetur circa qualitates omiſſas, vt per eum.
4 Secundò † quæro an ſi quis conſuluit,vel inſtigauit, & perſuaſit vt clericus percutiatur,an ſit excommunicatus? Dic quòd ſic, vt in capitulo, mulieres.& in cap.nuper.de ſenten.excommunica.Bald.Angel.Raph.& Imol.in l.qui ergo.§.penultimo. ff.de legat.j.Ange.in glo.Sempro.manda.vij.quæſt.Alex.poſt Bart.in d.§.ſi mandato.in fine.
5 Tertiò † quæro,quid ecōtra, an ſi clericus conſulendo,vel perſuadendo & inſtigando percutiatur,& mors ſequatur,efficiatur irregularis? prædicti docto.quòd ſic, & Ange. in d.glo.ix.q.Bel.in pract.in rub.de quæſt.Iaſ.in l.j.C.de ſer.fug.Mar.in conſi.x.& ſeq. dummodò quòd declaratur,vt amittat beneficia,vt per Mar.in conſil.lxij & in conſi. lxxiij.Fel.verò in c.ſicut dignum.de homi.ij.concluſio.& in c.j.de offi.deleg.ver. vtrū autem ratione conſilij clericus.in quibus plenè ampliat, & limitat ex eius dictis. Pri-
6 mo † amplia,nedū ex conſilio ſequitur homicidiū.& membri mutilatio, vt d.c.ſicut. & c.ſi quis viduā.l.diſt can.ſi quatuor.xxiij.q.viij.c.ij.de cler. pug.in fi. ſed etiam ſi cōſuluit conſtructionē alicuius inſtrumēti bellici , vel diceret inſtrumentū bellicū fore aptum in tali loco vt proficiat bello,ex quo homicidium fuerit ſecutū , vt per Innoc. in cap.ad audientiam.extra de homicid.etiam ſi fuit cauſa remota conſilium , vt quia conſuluit aliquid remotum à maleficio , & poſtea fuit ſecutum homicidium , vt in exemplis per Panorm.in d.c.ad audientiam,vt quia conſuluit iactum baliſtæ,vel machinę,vel inſultum caſtri,vel quod furtiuè capiatur,vt ibi per eum,& traditur in cap.
7 presbyterum.de homicid.& per Nico.plo.in tract.irregu.xij irregu.Secundo † amplia vt ſi conſuluiſſet rem illicitam ex qua veriſimiliter non eſſet ſequendum homicidium, ſi poſtea ſequatur homicidium , efficitur irregularis , vt per Speculator. in titulo,de lega.§.iuxtà.verſiculo,ſed quæritur vt ſi furtum clandeſtinum , vel rapinam cōſuluit, ex quo poſtea fuit ſecutum homicidium, & hoc quia dabat operam rei illicitæ, licet præter propoſitum euenerit, facit tamen contra glo. in capitulo,Maximianus.

vigeſimatertia quæſtione tertia. vbi ſi clericus accuſauerit aliquem de leui crimine, ex quo mors ſequi non debebat, ſi iudex condemnauit ad mortem, non efficitur irregularis clericus, ex quo præter propoſitum, not. in capi. prælatis. de homicidio. in vj. facit dictum Bart. in l. illicitas. §. ſi cuti. ff. de off. præſi. vbi clericus non efficitur irregularis propter homicidium caſuale: ſed dic, quòd in terminis gl. non dabat operam rei illicitæ, cùm accuſatio de leui crimine permittebatur, ſecus de graui abſque proteſtatione, vt in c. prælatis. de homicid. in vj. vbi gl. etiam ſi contra iuſtitiam iudex occidat, & ideò ex homicidio caſuali quando datur opera rei licitæ, non efficitur irregularis, ſed quando dat operam rei illicitæ, vt in c. continebatur. & in c. lator. & in cap. ad audientiam. & in c. dilectus. & in c. ſignificaſti. & c. exhibita. & c. Ioannes. de homicid. &
8 ſuprà fuit dictum ſuo loco. Tertiò † amplia ſi ſolùm conſulendo oſtendat vtilitatem prouenientem ex homicidio, ſecundum Ioan. And. in c. felicis. de pœn. in vj. Quartò
9 amplia † ſi ille cui conſulitur, in aggreſſu occidatur, ſecundum Inno. in c. ad audientiam. vbi etiam Card. de homici. & ibi per Felin. de materia irregularitatis, & in locis per eum allegatis ratione homicidij, aut percuſsionis, & membri mutilationis, & per Nicol. Plo. in tract. irregu. poſt Specu. in tit. de leg. ſeu de diſpenſ. §. iuxta. ij. de occiſo in aggreſſu: quòd conſulens ſit irregularis. Io. And. in c. is qui. de homic. in vj. & Specu. in
10 d. §. iuxta. & Nicol. Plo. in xiij. irregu. in trac. irreg. Et limita † primo prædictam concluſionem, niſi clericus ſuaderet licitam occiſionem, vt pro proximo, pro eccleſia, pro patria, vel pro Chriſto, vt per Specu. in §. iuxta. verſi. porrò. Nico. Plo. in d. irregu. xiiij.
11 & ſeq. Secundo † limita niſi is, cui conſulitur, fuiſſet aliàs facturus, vt per Panor. poſt
12 Hoſt. in c. ex literis. propè fin. de exceſ. præla. Tertio † limita, & intellige, ſi fuit conſilio paritum, & fuerit ſecutum homicidium, & non aliter ex nudo conſilio ſecundum Ioan. And. in Specu. in d. §. iuxta. verſi. ſed quæritur. ratio aſsignatur, ex quo ex ſola, & nuda voluntate non efficitur irregularis, ſecundum Archi. in cap. periculosè. de pœn. contra tamen ibi glo. diſtin. j. & in §. ſi ergo. xvij. quæſt. iiij. & in can. ſi. xxiij. quæſt. viij. & ſi voluntas fuerit deuenta ad actum extrinſecum cum omni conatu ſine effectu, ſe-
13 cundum Gemin. in can. ſi quis poſt acceptum. l. diſtinctio. Et ex † hoc dicebat Archid. in c. ſi. xv. quæſt. j. quòd ſi clericus inueniat mortuum illum ad quem occidendum accedebat, & intulit ei mortuo vulnera in loco mortali, non eſt irregularis, & per Mar.
14 in ſing. clxxxiiij. Et † dixit Specu in d. §. iuxta. quòd ſi clericus habuerit ratum homicidium quod ſuo nomine geſtum non eſt, non efficitur irregularis. ſecus ſi ſuo nomine geſtum. & per Archi. in can. omnes. xvij. quæſt. iiij. & Hoſtien. in ſum. de homic. §. quæ noua. ver. quid ergo ſi placet. dummodo ratum habeat, nō aliter, vide de hoc, per Feli. in c. j. de offi. delega. verſi. ſed dubitatur. vbi ſi aliquis occidatur intuitu clerici, an effi-
15 ciatur irregularis. Et quòd † ſola voluntas non facit clericum irregularem, niſi actu occidatur, & de dicto ſuperiori Archid. per Nicol. Plo. in d. tract. irreg. xxvij. irregular.
16 Limita † tamen quòd ex ſolo conſilio, ſi non fuit perfectum homicidium, non efficitur irregularis. in cap. felicis. de pœn. in vj. & in clemen. j. eod. & ibi per Card. v. opp.
17 & in xij. quæſt. Quarto † limita niſi per clericum fuiſſet diſſuaſum homicidium, niſi dubitans aſtaret in dicto homicidio, vt per Felin. in dicto cap. ſicut dignū. verſic. vij. &
18 vltimo limita de homici. Quinto † limita, niſi clericus interrogatus tanquàm iuris peritus generaliter reſponderet, dignum eſſe morte, propter quod conſilium fuiſſet decapitatus: nam non efficitur irregularis, niſi ſpecialiter ſuper illo caſu fuiſſet interrogatus, & conſultò reſponderet, vt per Specu. in dicto §. iuxta. per Nico. Plo. in dicta tract. irregu. xxxix. irregula. & per doct. in cap. literis. de exceſſ. prælato. per Baldum in authent. habita. C. ne fil. pro pa. in princip. & Panorm. in cap. primo. de fur. Gemi. in cauſa. ſin. iij. diſtinctio.

SVMM

## SVMMARIVM.

1 *☞ Conſulens non tenetur ſi is cui conſultum eſt ex interuallo occiderit.*
2 *Homicidium ſi ſequatur poſtquam duo habuerint tractatum ad occidendum, præſumitur ex illo tractatu factum.*
3 *Conſulens non tenetur ſi conſilium fuit tacitè vel expreſsè reuocatum. & nu. 5.*
4 *Conſulens non tenetur ſi conſilium non fuiſſet acceptatum ſed ſpretum.*
6 *Conſulens non tenetur ſi conſulitur aut perſuadetur quod expediri non poteſt niſi per facientem, vt adulterium.*
7 *Conſulens an excuſatur ſi is cui conſulitur erat aliâs facturus.*
8 *Conſulens punitur pro conſilio & perſuaſione, non de crimine, licet aliâs erat facturus.*
9 *Conſulens tenetur de conſilio in caſu clementinæ j. de pœn. vide nu. 10.*
11 *Conſulens vt teneatur debet conſilium, & perſuaſio præcedere.*

1 CIRCA Quartuin † primò excuſatur conſulens, ſi is, cui fuit
conſultum, ex interuallo occiderit, Pau. de Caſt. in l. ſancimus. C.
de teſtam. dicit inclinandum in miriorem partem, vt non tenea-
tur, ſed præſumatur non ſecutus conſilium, tamen Imo. & Felin.
in c. ad audientiam. & in d. c. ſicut dignum. & in c. j. de offic. deleg.
& Panorm. in d. c. ad audientiam. dicunt contrarium, quòd cen-
ſetur motus ex conſilio. dic, & limita, vt per Felin. vbi ſuprà.
2 Facit † dictum Bald. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. vbi dicit quòd ſi duo
habuerunt tractatum de aliquo occidendo, & per alterum ſecuta fuit mors, præſu-
mitur ſecuta ex illo tractatu, & in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. & Felin. in d. c. ad audien-
tiam. in fin. & vide Salyc. in hoc in d. l. non ideo. Bart. & alij in l. quandiu. ff. de acquir.
hæred. & in d. §. ſi mandato & Bald. in d. l. j. C. de ſer. fugi. & vide quæ dicta ſunt ſuprà
3 de mandato. Et † limita, vt ibi, niſi conſilium, & perſuaſio fuiſſent reuocata tacitè, vel
expreſsè, vt per Bart. in d. §. ſi mandato. per Bald. in l. ſi literas. C. manda. & in d. l. non
4 ideò. in fin. vel non acceptata, vt ibi. Idem † excuſatur ſi non fuiſſet conſilium accep-
tatum, ſed ſpretum, vt per Bald. in d. l. ſi literas. & in d. l. non ideò. & per Cepo. in caut.
5 cclv. quæ eſt vlt. & vide ſuprà de mandante. Idem † excuſatur ſi conſilium fuerit reuo-
catum, & perſuaſio: nam non tenetur vt ſuprà, quòd tamen dic, vt per Innoc. in d. cap.
ad audientiam. & Bart. in d. §. ſi mandato. Ang. in d. glo. Sempron. mand. in fin. & Imo.
& Anchar. in clem. j. de renun. & doct. in c. cùm quis. de ſentent. excommu. in vj. & in
c. mulieres. eod. titu. & Alexand. poſt Bart. in d. §. ſi mandato. quòd licet in mandante
ſufficiat ſimplex reuocatio, tamen in conſulente, & perſuadente requiritur, quòd ta-
liter ſuadeam quòd ſim certus te mutaſſe propoſitum, aliàs debeam tibi offendendo
nunciare quod caueas, & vide quæ dicta ſunt ſuprà, in mandante, & quod dicit glo. in
d. cap. cùm quis. ſi prius inſtigauit, vel mandauit clericum percuti, & re integra ante
percuſsionem reuocauit, demum percuſsit, excuſarur, loquirur tamen in mandante:
in conſulente verò, dic vt dicit Bart. in d. §. ſi mandato. & per Felin. in d. c. ad audien-
tiam. & Alexan. in conſi. lxv. iiij. vol. & Deci. in d. c. j. de offic. deleg. & in d. l. conſilij. &
per Pau. Grill. in tract. de pœn. om. coi. x. quæſt. & per Felin. in d. c. ſicut dignum. v. lim.
& in d. c. j. verſic. vltima concluſio. Salyc. in l. j. x. quæſt. C. de raptu virg. & per Bald. in
6 §. ope. Inſtit. de obli. quæ ex deli. naſ. Item † excuſatur ſi id quod non poteſt per alium
expediri, niſi per facientem conſulitur, aut perſuadetur, vt adulterium, & fornicatio
vt ſuprà de mandante fuit dictum, & infrà, & vide per Math. in conſtit. capitalem, vbi
7 de conſulente, & perſuadente raptum. Vltimò † excuſatur, quòd ille cui fuit conſi-
lium præſtitum, erat aliâs facturus abſque conſilio, & perſuaſione: in hoc autem, an

debeat fieri talis diſtinctio, an aliâs eſſet facturus, an non. per Dyn. in regul. nullus ex conſilio. de reg. iur. in vj. qui diſtinguit, aut conſuluit id, quòd cadit in delictũ, & non adhibetur talis diſtinctio, aut conſulitur & perſuadetur id quod non cadit in delictũ, & tunc adhibetur talis diſtinctio, & hanc ſequitur Bartol. in d. §. ſi mandato. vbi corroborat quòd conſilium eſt opem præſtare, ſed in opem præſtante non ahibetur talis diſtinctio, ergo nec in conſilio, & perſuaſione: quæ diſtinctio nullo modo locum habet in mandante, vt ibi per eum, & ita reſidet Ange. in d. gl. Sempro. mand. q. xxij. & vide Bar. in conſil. clxv. & Bald. in conſi. ccxx. tertio vol. & Inno. in c. querelam. de electio. Sal. in d. l. j. C. de rapt. virgi. Bald. in l. ob hæc verba. ff. de infami. & in l. data opera. verſi. conſilium quoque. C. qui accuſare poſſ. vbi idem vt ſuprà, & per Fel in d. cap. j. de offic. deleg. & in dicto cap. ſicut dignum. & in c. nuper. in ij. gl. de ſenten. excom. & Iaſ. in §. omnes. inſtit. de actio. & in l. j. C. de ſer. fug. & in l. Titia. §. ſi idem. ff. de verb. oblig. Ang. in l. j. in princ. ff. de eo per quem fa. er. Cano. in c. mulieres. de ſenten. excom. & in cap. ſuper eo. vbi Felin. eod. tit. & in clemen. j de pœn. & plenè per Dec. in d. c. j. & in d. reg. conſilij. vbi plenè limitat, & ibi an in dubio præſumatur quòd eſſet aliâs facturus, & qualiter hoc probetur, & per Paul. Gril. in d. tracta. de pœn. omni. coi. x. q. poſt Sal. in dicta l. j. & Gand. in rubri. de pœn. verſi. item pone quod ego dedi. dic, & limita, vt per Mar. in ſingu. dclxv. vbi limitat in arrociſsimo delicto non adhiberi talem diſtinctionem, & per Boni. in rubr. de inſult. & percuſ. verſic. ſed quid in conſilio in quibus locis plenè traditur an fieri debet diſtinctio, quòd eſſet aliâs facturus, & ibidem limita

8 vt per eos. Limita † etiam niſi eſſet tractandum de punienda ipſa perſuaſione, & conſilio, & non crimine ratione conſilij, nam tunc punitur ſimpliciter abſque alia diſtinctione, vt per Bart. in dicto §. ſi mandato, & Ang. in d. glo. Sempro. mand. in fi. & Bald.

9 in dicta l. data opera. & alij in locis ſuprà. Limita † etiam in caſu clement. j. de pœn. & ibi per Cardin. xij. quæſt. & v. oppoſ. & in caſu cap. felicis. de pœn. in vj. vbi ſimpliciter

10 punitur conſilium. Limita † etiam, vt per Iſern. in cap. primo. quib. mod feud. amit. vt procedat quando delictum concernit perſonam perſuaſi, vt non fiat diſtinctio, ſecus ſi non perſonam perſuaſi, ſed extra perſonam: nam ſi erat aliâs facturus, non punitur

11 & vide quæ traduntur poſt Bar. in d. §. ſi. mandato. Et † not. quòd accuſans de conſilio debet probare ordinem temporis, vt quia conſiliũ & perſuaſio præceſſerit factũ, aliâs non tenetur. vt per Bald. in d. l. j. C. de ſer. fug. Alex. poſt Bal. in d. §. ſi mandaro. verſicu. quarto, vnde oritur. Bald. in l. ob hæc verba. ff. de inf. am. Alexand. in conſilio cxcvj. ſecundo volumine. Dec. in dicto capitulo primo. de offic. delega. & in dicta regu. conſil. Iaſ. in d. l. j. C. de ſer. fugi. & ſic excuſatur ratione ordinis non probati.

## SVMMARIVM.

*1 Conſulens & perſuadens an puniatur ſicut faciens & qua pœna.*

*2 Conſulens in atrocioribus etiam ſi eſſet aliâs facturus punitur eadem pœna.*

*3 Conſulens non debere tributum cæſari pœna capitis punitur.*

*4 Qualitas aggrauans delictum in principali non aggrauat in conſulente.*

*5 Statutum loquens perſonaliter in faciente non comprehendit conſulentem.*

*6 Statutum ſi diuerſa pœna puniat facientem, & diuerſa conſulentem quilibet tenetur propria pœna.*

*7 Conſulens in interdicto vnde vi non punitur ſicut faciens.*

*8 Conſulens in furto tenetur ſicut faciens.*

*9 Conſulens & opem ferens indiſtinctè tenetur ſiue eſſet, ſiue non aliâs facturus.*

*11 Conſulenti an proſit ſi dicat faciens quòd erat aliâs facturus, & qualiter probetur quod erat facturus. nu. 10. & quid præſumatur in dubio. nu. 12.*

*13 Conſilium quod poteſt ſe habere ad bonum & ad malum in dubio ad bonum preſumitur*
*14 Conſulens tenetur ad emendam & damna illa tatum & non ſequentia, vt nu.15.*
*16 Conſulens & perſuadens tenetur de dolo.*

1 CIRCA Vltimum † an conſulens,& perſuadens puniatur ſicut
faciens,& qua pœna? dic quòd aut cõſilium fuit immediata cauſa
delicti, vt quia ille talis nullo modo erat facturus niſi mediante
conſilio,& perſuaſione,& tunc eadẽ pœna punitur.c. ſicut dignũ.
§.qui verò.de homicidio.& d.§.ſi mãdato.aut non fuit immediata
cauſa,ſed aliâs erat facturus,& tunc non punitur eadem pœna,ſed
mitiori,& licet Bart.teneat indiſtinctè teneri abſq; tali diſtinctio-
ne,& Dyn.in locis ſuprà,tamen communis eſt opinio debere diſtingui, vt ſuprà, &
ita refert,& ſequitur Feli.faciens hanc concluſionem in d.ca.ſicut dignum.& in d.c.j.
de offi.deleg.& Bal.in d.l.j.C.de ſer.fug.& in d.l.data opera. ver.conſilium. ſequentes
glo.in §.ope.inſtit.de oblig.quæ ex deli.naſ.& in l.j.§.perſuadere.vbi Bal.ff.de ſer.cor-
rup.& in l.ob hæc verba.ff.de infa.Sal.in d.l.j. C. de rap.virgi. Marſi.in ſingu.dclxv.in
nouiſsimis.vbi plenè poſt Dec.in d.c.j.de offi.deleg.& alij doct.in locis ſuprà,& Imo.
in d.c.j.dicit hanc fore communem opinionem,& tanquam æquiorem ſequi debere,
& vide Boni.in rubr.de inſul.& percuſ.& per Angel.in d.glo.Sempro.mand. & habe-
tur poſt eum,& per Pau,Gril.in dicto tractatu de pœn.omni.coi.x.q.vbi diſtinguit in
atrocioribus eadem pœna puniri,ſi non eſſet pœna determinata,vt per Salyc.in d.l.j.
2 in alijs delictis mitiori ſi non apparet certa pœna, niſi qualitas aggrauet.Et † ſupra-
dicta concluſio limitatur, vt per Felinum in dictis locis, primò non habere locum in
atrocioribus, nam etiam ſi eſſet aliâs facturus, punitur eadem pœna.l.quiſquis.C.ad
leg.Iuliam maieſta.ita per Bald.in dicta l.data opera.verſiculo, conſilium.& in dicta
l.prima.C.de ſer.fugit.& per Dec.in dicto capitulo primo. & in dicta l. conſilij.& per
Mar.in d.ſingu.dclxv.& habetur in dicto capi.felicis.& in dicta clementina prima.de
3 pœn.quæ iura ita intelligi debent,vt per Felinum in locis ſuprà.Limita † etiam in con-
ſulente non debere tributum imperatori: nam punitur pœna capitis,vt per Ludouic.
Monta.in tractatu de reprobat.ſenten.Pila.tertio articu.verſiculo,nec obſtat.Limita
4 ſecundò † niſi qualitas exiſtens in principali aggrauaret delictum: nam talis qualitas
non aggrauat in conſulente per Salycetum in dicta l. prima. C.de rapt.virginum. &
5 Dec.vbi ſuprà in dicto capit.primo.& in d.reg.conſilij.Tertiò † limita niſi lex vel ſta-
tutum loqueretur perſonaliter.& in faciente: nam non cõprehendit conſulentem: ex
conſequenti non tenetur eadem pœna,etiam ſi non eſſet aliâs facturus, vt per Bart.in
l.ex furtiua. cum ſequen. ff. de condict.furt. & ſuprà fuit dictum in mandante,& per
Bald.in l.prima.ff de ſicariis.& Panormi.in capitulo mulieres. de ſententia excommu.
6 per Dec.in locis ſuprà. Quartò † limita,niſi ſtatuin diuerſam pœnam poneret vni, &
diuerſam alij,vt conſulenti maiorem,nam tunc nedum pari,ſed maiori pœna punire-
7 tur quàm faciens,vt per Salyc.in d.l.prima. Quintò † limita non habere locum in in-
terdicto vnde vi: nam conſulens non tenetur eadem pœna,vt per Innocen.in capitu.
querelam. de electio. & Panorm. in dicto capitulo, ſicut dignum.& Floria.in l.ſerui-
tute.ff.quemadmod. ſer. amitt. contrarium tamen fuit deciſum per Rotam vt dicit,
& refert Romanus in ſingul. incipiente,conſilium.& incipiente,contractibus,& hoc
tenet Bartol.in l.ſecunda.C.de ſer & aqua.& per Feli.in dicto cap.primo.& d.c.ſicut
8 dignum.Sextò † limita in furto: nam indiſtinctè tenetur de conſi.l.in furti §.ope.ff.de
furt.Inno.in dicto cap.ad querelam.Car.in clemen.j.de fo.compe.Bart.& Bald.in d.l.
prima.C.de ſer.fug.& ibi per Salycet.& per Bald.in dicta l. ſecunda C.de ſer.& aqua.

verſic.vj.quæro.& vide per Paul.in dicta l.j. & traditur in l.ſæpe. ff.de verbor.ſignific.
9 quòd tenetur de dolo ratione conſilij. Septimò † limita, niſi præſtitiſſet conſilium & 
opem: nam tunc indiſtinctè teneretur, cùm in opem ferente non fiat talis diſtinctio, 
ita per Bald.in dicta l.j.verſi.glo.noſtrà. & alias limitationes vnà cum prædictis, vide 
10 per Dec.in dicto cap.j.de offi.deleg.& in d.reg.conſilij. Sed † qualiter probetur, quòd 
erat aliàs facturus, Bald.in dicta l.j. C.de ſer.fug. dicit conſiſtere in facto, & ſic eſſe 
probandum,& in l.metum. C.quod met.cauſa.ſed dic vt per Paul.de Caſt. in dicta l.j. 
& in apoſti.poſt Bart. & Bal.ibi. quòd probatur ſi faciens faciebat præparamenta, vel 
minæ præcedebant, vel ſtante inimicitia offenſi cum conſulente, vt per Bald.in dicta 
l.metum.& in dicta l.j.& per alios in locis ſuprà.& glo.in l.apud Celſum.ff.de except. 
Angel.in l.j. ff.de eo per quem fact.er. & per Alexand.in dicta l.metum. & Felin.in d. 
11 cap.j.& in d.cap.ſicut dignum.& per Mar.in conſi.lxij. Et an † ſi faciens excuſet con-
ſulentem, quòd erat aliàs facturus, proſit conſulenti? dic vt per Par.in tract. ſyndic. 
12 Sed quid † in dubio præſumitur, an quòd erat aliàs facturus, an non, Bald.in dicta l. 
data opera. & in dicta l.j.dicit quòd non, ex quo in dubio præſumitur, & interpreta-
tur in non delictum, & per Bald.in dicta l.ob hæc verba.& Paul.in d.l.j. & plenè Feli. 
in locis ſuprà,& Mar.in ſingu.ccxviij.& Bald.in cap.j.§.iniuria.de pa.iur.firm.& Mar. 
in l.j.§.diuus.ff.de ſicar.& in l.prima. C.eod. facit, nam nemo ex actu quem facit præ-
ſumitur delinquere.l.meritò.ff.pro ſocio.glo.in l.qui iniuriaſſe.§.ſi pater.ff.de iureiu. 
Alexand.in l.j.C.de his quibus.vt indi.& in conſi.lxxiij.& in conſil.cxcij.ij.volum.& 
conſi.cvj.& præced.iiij.vol. & conſi.lxx.j.volum. niſi quando delictum fuiſſet ſibi fa-
13 uorabile, vt ibi. Facit, nam † conſilium quod poteſt ſe habere ad bonum, & ad ma-
lum, in dubio præſumitur, & interpretatur ad bonum,& non ad malum, vt per Bald. 
& Iaſ.in dicta l.j. C.de ſer.fugiti.& Alexan.in conſil.ccxx.ij.volum. & Felin.in c.audi-
tis.in fin.de præſcrip. vbi ſtatur propriæ interpretationi, & per Deci.in dicto cap.j.de 
offic.deleg.& in d.re.conſilij. Alexan.in conſil.cxxviij. iiij.volum. imò ipſemet poteſt 
interpretari, vt ibi per eos, & Felin. vbi ſuprà. faciunt etiam alia dicta de loquente ad 
aurem, vt ibi per Felin.ex conſequenti in dubio teneretur conſulens, niſi fuiſſet pro-
14 batum, quòd eſſet aliàs facturus, vt ibi per eos, per modos vt ſuprà. Punitur † etiam 
conſulens, quia tenetur ad emendam & reparationem damnorum, & intereſſe, vt 
per Innoc.in d.c.ſicut dignum.Anton.& Anan.in c.tua nos. de homici.plene Felin.in 
d.c.j.& in d.cap.ſicut dignum.vbi limitat, niſi eſſet aliàs facturus: nam tunc non tene-
15 retur. Et nota † quòd tenetur de illo damno tantùm, & non de ſequentibus, vt per 
Bart.in l.inde Neratius.§.j.ff.de ſer.cor.Iaſ.in dicto §.omnes.inſtit.de actio.poſt Fabr. 
& Angel.vbi dixit Iaſ.quòd deflorans virginem non tenetur de aliis fornicationibus 
ſequentibus.an autem, & quando, & qualiter fiat reſartio damni, per conſulentem, 
& per plures principales,& an vno ſoluente cæteri liberentur? dic, vt per Felin.in d.c. 
16 ſicut.in fin. & Ang.in glo.auxiliatorem. Item † conſulens & perſuadens tenentur de 
dolo, vt in l.cùm quis.& ibi Bart.ff.de dolo.Hæc de conſulente.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Homicidium perſuadere quis dicatur, & quid differat à mandato.*
2 *Pœna perſuadentis homicidium quæ ſit, & de perſuadente, conſulente, &c. vide numero 3.*
4 *Inquiſitus de mandato ſi probetur de inſtigatione an abſolui debeat.*
5 *Inſtigator percuſſoris clerici incidit in excommunicationem.*
6 *Delicto aſſentiens & præſens, & non prohibens an teneatur ſicut faciens.*
7 *Suggerens regi & inflammans eius animum vt occidatur, an puniatur.*

Sequitur

1 SEQVITVR De †perſuadente: perſuadens dicitur, qui aliquid
perſuadet ad vtilitatem facientis, & non ſui ipſius, vt per Bart. in d. §.
ſi mandato. Salyc. in d. l. j. C. de raptu virg. differt autem à mandato
quod fit gratia ipſius mandantis, & à conſilio, & inſtigatione non
differt, vt per Bart. in d. §. ſi mandato. & in fin. & Alex. in conſi. clxvj.
2 iiij. vol. ſequen. & ſequen. conſil. De pœna † autem perſuadentis, di-
ſtinguitur, vt in conſulente, vt ea quæ de conſulente dicta ſunt, dicenda ſint de per-
ſuadente, & inſtigante, de qua perſuaſione, & inſtigatione, vt in d. c. ſicut dignum. &
d. §. ſi mandato. l. j. §. perſuadere. ff. de ſer. corr. vt teneat, ſi erat cauſa delicti, & ille non
erat aliâs facturus, & in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & per Felin. in d. c. ſicut dignum. & in
c. j. de offi. deleg. & ea quæ de conſulente ſuprà dicta ſunt hic referas: quoniam ibi per-
3 miſtim fuit dictum. Et de †perſuadente, conſulente, ſolicitante, & hortante, dic vt per
Bal. in d. l. ob hęc verba. ff. de infa. & in d. l. cùm quis. ff. de dolo. & in l. j. §. ſi curatorem.
in ſumma. ff. de magi. conuen. Alex. poſt Bart. in d. §. ſi mandato. vbi etiam Barto. dicit
4 inſtigationem eſſe perſuaſionem, & differre à mãdato. Et dixit Bal quòd †ſi eſt inqui-
ſitus de mandato, & probetur inſtigatio, abſolui debet, vt per Bald. in d. l. ob hæc ver-
5 ba. Alexan. in conſi. cxvj. iiij. vol. & in l. habebat. ff. de inſtit. & dixit † etiam Bal. Ang.
& Imo. in l. quid ergo. ff. de leg. j. Alexan. poſt Bart in l. j. §. quanquam. ff. de iniur quòd
6 inſtigator percuſſoris clerici, incidit in excommunicationem ſicut faciẽs. Quid †au-
tem de aſſentiente delicto, & exiſtente præſente, & potente prohibere, & non prohi-
buit, an teneatur ſicut faciens? de hoc per Bel. in pract. in rubr. de quæſt. Mar. in conſi.
cxxvj. & in l. j in princ. ff. de ſicar. & in l. eiuſdem. §. item. & in l. nihil intereſt. ff. eo. in l. j.
C. de raptu virg. Felin. in cap. j. de offic. de leg. & in d. c. ſicut dignum. vbi plenè, & limi-
ta, & diſtingue inter ius ciuile, quòd non teneatur obuiare niſi in quibuſdam caſibus,
vt ibi per Felin. & per Math. in conſtit. ſi quis in poſterum. xx. not. & per Capi. in deciſ.
ſac. conſi. cxxx. vbi ſi officialis patitur vim, & iniuriam in præſentia ciuium, ciues te-
nentur iuuare, aliâs puniuntur. De iure canonico, quòd tenetur, aliâs punitur, vt in
c. quanto. extra de ſenten. excommuni. & per Ang. in l. j. C. de nili agger. non rump. &
7 Roſ. in conſi. cccxiiij. & ſuprà fuit dictum in materia auxilij. Et de † ſuggeſtione, vide
in d. c. ſicut dignum. §. qui verò. ibi, animum regis ſuis ſuggeſtionibus inflammaſſet:
vt ſi aliâs rex non faceret, teneatur ſuggerens eadem pœna qua faciens, vt ibi per glo.
quod limita, quando in ſpecie contra talem inflammaſſet, & non in genere, vt ibi per
Anto. & de prohibere valente, & non prohibente, an ſit irregularis? dic vt per Nicol.
Plou. in tract. irregular. xx. irregulari. vbi etiam ſi amici mei occidant me prohibente,
an ſim irregularis. Hæc de perſuadente, & aliis.

## SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio qualiter inducatur & ex quibus verbis.*
2 *Ratihabitio inducitur per non contradictionem, vt ſi dicatur talis pro te occidit, & ille non contradicat.*
3 *Ratihabitio inducitur ſi ex poſt facto receptauit homicidam, & magis eum habuerit in amicum.*
4 *Fideiubendo pro eo qui facit delictum nomine fideiubentis an dicatur ratum habere.*
5 *Ratihabitio an inducatur ſi familiaris meus receperit in domo occidentem pro me.*
6 *Ratihabitio an inducatur ſi dicat, ſi ille non feciſſet feciſſem ego, & lo ioi ne ra fatio.*
7 *Ratihabitio vt inducatur quæ requirantur.*
8 *Ratificari nõ poteſt actus qui per aliũ explicari non poteſt niſi per ſeipſum, vt adulterium.*
9 *Auxilium preſtans vel perſuadẽdo adulteriũ contra dominum vaſſallus feudo priuatur.*

10 *Pax ſi facta eſt pro ſe & complicibus ſi complices ſint offenſi, an per ratihabitionem pax ſit rupta.*

11 *Ratihabitio an equiparatur mandato.*

12 *Mandatum vbi lex expreſsè requirit ratihabitio non ſufficit.*

13 *Ratihabitio quando tendit in præiudicium tertij non equiparatur mandato nec retrotrahitur.*

14 *Ratum habens delictum an puniatur ſicut faciens, vel ſicut mandans.*

15 *Statutum in faciente an et quando locum habeat in ratum habente, & quid quo ad irregularitatem & excommunicationem. & num. 19.*

16 *Ratum habens delictum, an & quando teneatur iure canonico.*

17 *Lex ſi requirit doli, tractatum & machinationem, non comprehendit ratum habentem.*

18 *Ratum habens tacitè & expreſsè an teneatur pœna ſtatuti de faciente.*

20 *Mandaſſe cenſeretur ſi fuiſſet præſens & ratificaſſet factum.*

21 *Ratum habens vbi conueniendus eſt, an in loco delicti, in loco ratihabitionis.*

SEQVITVR De ratum habente, in quo primò videndum eſt
ex quibus verbis inducatur ratihabitio, ſecundò quæ delicta poſ-
ſunt ratificari, tertiò, an ratihabitio æquiparetur mandato in deli-
1 ctis, quartò de pœna habentis ratum maleficium. Circa † primum
inducitur ratihabitio ex verbis expreſsis ipſius ratum habentis,
vt quia dicat contentor de eo, quod feciſti, vel placet mihi, vel
gaudeo, vel bene egiſti, vel ero tibi de hoc obnoxius de hac vindi-
cta, quam pro me feciſti, vel alia huiuſmodi verba dixerit, indicentia concurrentem
voluntatem, ſiue loquatur cum delinquente, ſiue cum alio, vt per Barba. poſt Bar. in
2 in l. j. §. ſed & cùm quis. ff. de vi & vi arm. & ibi per gl. inducitur † etiã ratihabitio per
non contradictionem, vt ſi ei dicatur, talis pro te, & tuo nomine occidit talem, & ille
non contradicat, cenſetur ratificare delictum, vt per Oldra. in conſil. cxcviij. incip. pro
fundamento aduertendum. facit gl. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Marſi in conſil. ciiij.
Quid ſi erat præſens ille pro quo homicidium fuit commiſſum, & nihil dixit, an tenea
tur & obligetur, quod ſic, text. & gl. in c. Petrus. de homic. vbi Ancha. & Ana. & Felin.
vbi quòd efficitur irregularis, & vide per Iaſ. in. in l. quæ dotis. ff. ſolut. mat. in xv. caſu.
3 quando in delictis taciturnitas obligat. Item † inducitur ratihabitio ſi ex poſtfacto
receptauerit delinquentem, & magis diligeret, & in amicum haberet, vt not. in c. cùm
4 quis. extra de ſenten. excom. in vj. vbi etiam gaudendo inducitur ratihabitio. Sed † an
fideiubendo pro eo qui fecit delictum nomine fideiubentis. intelligat ratificare? dic ex
dictis gl. & Bald. in l. exceptatione. C. de euic. vbi fideiubendo non dicitur conſentire,
5 ſed vt quilibet facit. Et † quid ſi familiaris meus receperit occiſorem in domo, & gaui-
ſus fuerit maleficium eſſe commiſſum, an ex hoc præſumatur ratificatio delicti in me?
6 dic vt per Feli. in c. afferte. circa fi. de præſump. quòd nõ. Sed † an inducatur ratificatio
ſi dicatur, ſi ille non feciſſet, feciſſem ego: vulgariter dicendo, lo torneria fare io. dic quod
7 non, vt per Corn. in conſil. xxij. iiij. volu. ſub li. f. Circa † ſecundum dic, quòd ad indu-
cendam ratihabitionem multa requiruntur, de quibus per Car. in cle. j. §. vo ... imus. de
fo. comp. &c. cle. j. de pœn. Feli. in c. poſt ceſsionem. de prob. Bald in l. fi. C. ad Maced.
Alex. in conſil. xxvj. vj. volu. & conſil. clxviij. v. vol. & inter alia quod inueniat princi-
pium affirmabile, & quòd actus medius non impediat coniunctionem extremorum,
ſed de facili coniunguntur extrema, & iuris fictio non refragaretur ex quo ratificatio
inducitur per quandã fictionem, & non realiter dicitur delinquere, & facere, vel mã-
dãse, vt per Bald. in l. ſi quis pro emptore. ff. de vſucap. Alex. in conſil. xxvj. vj. volumi.

Et

8 Et † ideò maleficium quod non poteſt explicari per extraneum inſtrumẽtum, nec per
iuris fictionem, vt eſt adulterium, quod non poteſt per alium explicari, & cùm per na-
turam ſit impoſsibile per aliũ explicari, impoſsibile erit per artem, & iuris fictionem,
vt per Bald. in l. non ideò. & in l. j. §. ne autem. C. de cad. tollen. Anton. poſt Innoc. in c.
ij. de ordi. cog. Bal. & Ang. in l. iij. §. j. ff. quòd quiſ. iur. & in l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis
ius dic. non obtemp. Roma. in l. ſi quis miſſum. in prin. ff. de dam. infe. Oldra. in conſi.
cxcix. & ita Bald. poſt Cyn. in d. l. fi. C. ad Maced. quòd adulterium factũ nomine meo,
ratum habere non poſſum vt puniar de adulterio, & gl. idem dicit in l. j. §. ſed & ſi cùm
quis. ff. de vi & vi arma. Bar. verò ibi tenet cõtrarium: nam licet te adulterante nomine
meo impoſsibile ſit, quòd ego adulteraſſem, tamen idẽ eſt in homi. nam te occidente,
ego non occidi, & tamen per adulterium, & homicidium fieri poteſt iniuria, & ideò
poſſum mandare quòd occidat, aut adulteret, & hæc faciendo iniuriam facio, ex con-
ſequenti poſſum ratificare nomine meo geſtum, ſed dic quòd aut quæris de puniendo
ratificantem de adulterio, & tunc Barto. non negat, quòd non poteſt puniri, ex quo
impoſsibile eſt quòd adulteraſſet, aut vt alia pœna puniatur, vt de iniuria, & tunc pu-
nitur, ex quo ita fieri poteſt iniuria per adulterium, ſicut per alia crimina, ita per Bald.
in d. l. non ideò. xij. q. & Feli. in c. mulieres. de ſenten. excommu. Bal. in l. quid ergo. ff. de
infa. & vide glo. in cap. ſciant cuncti. de electio. in vj. & Panor. in d. ca. mulieres. & quæ
habentur poſt Bart. in d. §. ſed & cùm quis. vbi etiam dicit Bart. quòd poſſum ratifica-
re factum, & non qualitatem facti, & Ang. in glo. Sempro mand. xv. q. ver. nunc quin-
todecimo. & Bartol. in d. l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & quòd per
9 adulterium fiat iniuria, per † Bal. in c. j. quib. mod. feud. amit. vbi præſtando auxilium,
vel ſuadendo adulterium vxori domini, vaſallus feudo priuatur, & Alexan. poſt Bart.
10 in l. item apud. §. ſi quis. ff. de iniur. vbi limita ſi ſcienter, & non ignoranter. Et † quid
ſi eſt facta pax pro ſe & complices fuerunt offenſi, an per ſecutam ratificationem pax
ſit rupta? dic vt per Bald. in d. l. fin. C. ad Macedon. & Angel. in l. qui religioſis. ff. de rei
vendica. doct. in cap. j. de poſtula. prælat. Bart. in l. ſi quis vxoris. §. ſi quis. ff. de adulter.
11 & ibi per Alexand. poſt Bartol. Circa † tertium, an ratihabitio æquiparetur mandato
in delictis, de hoc in reg. ratihabitio. & in regul. ratum. de reg. iur. in vj. vbi per Dyn. &
Anchar. Innocen. & Panorm. & alios in c. cùm vos. de his quæ fiunt à prælat. ſine con-
ſenſu capituli. Specu. in tit. de abolit. §. ij. verſic. is igitur. Gand. in rubr. de furtis. & Bel.
in pract. in titu. de quæſtio. & Bald. & Salycet. in l. non ideò. vbi tractat materiam per
quinque quæſtio. quas vide, & per Ang. in glo. Sempro. manda. xv. q. Cyn. & Bald. in d.
l. fin. C. ad Macedo. Felin. & alij in d. cap. mulieres. Aretin. in conſilio cxxviij. Angel. in
conſil. clxj. Alexand. in conſil. clxxviij. & conſil. lxxxj. v. volu. Car. in clement. j. de foro
compe. & in clemen. j. de pœn. Bart. Imol. & Iaſ. in d. l. ſi quis pro emptore. Bald. in l. j.
C. de ſer. fugiti. plenè in l. obſeruare. §. fina. ff. de offic. proconſul. vbi materiam expedit
per xv. quæſtio. & Ang. in l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de nego. geſt. & Alexand. in d.
conſil. xxvj. ſexto volu. Ang. in l. iij. §. j. ff. quod quiſque iur. & in d. l. ob hęc. ff. de infam.
& in d. §. ſi mãdato. & in l. Iulianus. ff. qui ſatiſ. cog. & in d. l. j. §. quoties. ff. de vi & vi ar.
gl. in can. omnes. xvij. q. iiij. Gem. in d. c. ſciant cuncti. extra de ele. in vj. Mar. in ſing. clx-
xiiij. plenè Feli. in c. ſicut iuris. de ſimo. doct. in c. ij. de ord. cog. Gemi. plenè in c. cùm
quis. de ſent. excom. in vj. Math. in conſtit. terminũ vitæ. vj. not. q. x. Iaſ. in l. prætor. §.
hoc interdictum. ff. de oper. noui nuntia. & plus dixit in l. ſi quis. §. ſi procurat. ff. quod
quiſque iur, quòd nedum æquiparatur mandato in delictis, ſed in habentibus ſpeciem
12 delicti, & per Socyn. in conſilio cxxviij. primo volumi. Fallit † primò niſi lex expreſsè
requireret mandatum, nam non ſufficit ratihabitio ſecundũ Bald. in l. penulti. quinto
volumine. C. de execu. rei iudic. Alexand. poſt Bartol. in l. bonorum. ff. rem ratam habe.

13 vide Iaſ.in d.l.ſi quis pro emptore.& ſeq. Secundò † fallit quando ratihabitio tende-
ret in præiudicium tertij: nam retrotraheretur, nec mandato æquipararetur, vt per
Bart.in l.res aliena.ff.de pignor.actio.& per Dec.in l.ſemper quæ non prohibent.ff.de
14 regu.iur. Circa † tertium dic, quòd aut delictum fuit geſtum nomine ratum haben-
tis,& ille ratum habet tanquàm nomine ſuo geſtum, & tunc tenetur ſicut mandans,
aut nomine ſuo non eſt geſtum, vel ſi nomine ſuo geſtum, non ratificat tanquàm no-
mine ſuo geſtum, & tunc non tenetur ſicut faciens, & ideo articulandum eſt fuiſſe
factum maleficium,& homicidium nomine ratum habentis,& ille tanquàm nomine
ſuo geſtum ratificauit, ita per glo.& Bart.in d l.j.§.ſed & cùm quis. ff.de vi & vi arm.
per illum text.& in c.j. de homic.in vj. & Angel.in d.glo.Sempro. mand.xv.quæſt. &
per Thom.Gra.in conſi.xx.in fin. & per Ioan.de Ami.in conſi.xxxviij.aliàs, ſi aliquod
prædictorum deerit, non tenetur ratum habens. Iaſ.in d. l.ſi quis pro emptore. poſt
15 cum.dicit tunc eadem pœna teneri, ſicut facientem. Fallit † primò, niſi lex requireret
actum perſonalem: nam non ſufficeret habere ratum,& maximè in ſtatuto, vt Ana.in
cap.ſicut iuris.de ſimo.per glo. & Cardi.in c.j.de conuer.infid. quod tamen Felin. ibi
in d.cap.ſicut reprehendit per can.ſi quis ſuadente. xvij. quæſt.iiij quæ loquitur per
actum perſonalem, ibi, manus violentas iniecerit: & tamen per ratihabitionem eſt ex-
communicatus, vt not.in d.cap.cum quis.de ſenten.excommu.in ſexto. quod tamen
procedit iure canonico quo ad actum irregularitatis, vt per Nico.Plo.in tract.irregu.
xxvj.irregu.& Spec.in tit.de diſpen.§.iuxta.& per Ioan.And.in d.c.cùm quis.in noue.
& per Anton.in c.ij.de ordi.cog.& Felin.in c.ſicut dignum.verſ.iij.fallit.de homi.vbi
clericus habens ratum homicidium non ſuo nomine geſtum, non efficitur irregula-
ris, vt per Specu.in d.§.iuxta. verſic. ſed cor.ſecus ſi nomine ſuo, vt per Felin.ibi, licet
commiſſum eo ignorante. Secus de iure ciuili: nam ratum habens, fictè dicitur man-
dare, vel facere, per tradita in d.l.ſi quis pro emptore.& Alexan.in d.conſil.xxvj. & ibi
quòd non habet locum, vbi lex,& ſtatutum perſonalitatem requirit, & ſuprà fuit di-
16 ctum. Et † an,& quando teneatur de iure canonico ratum habens, per Auguſt.poſt
Ang.in d.glo.Sempro.anan.& Car.in d.clemen.j. de pœnis. & Mar.in d.ſing.clxxxiiij.
& Felin.in d.c.ſicut dignum.& in c.à nobis.de ſenten.excommun. & Iaſ. in d.l.ſi quis
17 pro emptore. Secundò † fallit niſi lex requireret dolum tractatũ,& machinationem:
nam non comprehenderetur ratum habens delictum, vt per Gem. in d.c.cùm quis.
in prin. de ſenten.excomm.in vj.vbi ita intelligit glo.in d.c.j.de conuer.in fid.fallit in
18 diſpoſitione.c.felicis. de pœn.in vj.& clem.j.de pœnis. & ibi per Card. Tertiò † fallit
in tacita ratificatione per ſigna: nam vt teneatur eſt neceſſe, quòd expreſsè ratum ha-
buerit.ita per Anton.de Butr.in c.ij.de ordi.cog.alle.glo. & Bart. in d.§.ſed cùm quis.
verſ.expreſſe.quod verbum, nec in glo.nec in Bart.videtur: facit tamen pro hoc, quòd
non teneatur pœna ordinaria, quia tunc ſi per ſigna puniretur, eſſet punire ex præ-
ſumptionibus, & clarum eſt, quòd quando ex præſumptionibus damnatur, pœna
minoratur,& non corporalis imponitur, vt traditur in cap.afferte.de præſum.& per
Innoc.in c.auditis.de præſumpt. & in c.quia veriſimile. de præſumpt. & ibi Panor. &
Gand.in rub.de indi.indubi.ad condemnat.Brun.in tracta.indic.& aliàs plenè fuit di-
19 ctum. Quartò † fallit in ſtatuto (nam non comprehenderetur ratificans delictum)
loquente in faciente: nam ratum habens, dicitur facere per fictionem, vt per Iaſ.in l.ſi
quis pro emptore. & in l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum. ff.de acquir. hæred. quæ locum
non habet in ſtatutis. l.tertia. §.hæc verba. ff.de nego.geſt.imò hîc duæ concurrerent
fictiones, vna quòd fingeretur mandaſſe, & alia, quòd fingeretur feciſſe, quæ duæ fi-
ctiones ſimul, & ſemel circa idem non poſſunt concurrere, vt per doct. in d.l.ſi quis
pro emptore. vbi de ratihabit. per fictionem, & ibi quòd fictio non habet locum in
ſtatutis,

ſtatutis, vbi etiam de mandante, an comprehendatur ſub ſtatuto de faciente, quæ no.
pro intellectu conſtitu.reg.terminum vitæ. an comprehendat ratum habentem, elice
ex ſupra dictis, maximè quia d.conſtit.requirit perſonalitatem. vt ex ea patet. Et nota
20 quòd † ſi fuiſſet præſens delicto, & ratificaſſet factum, cenſeretur mandaſſe delictum.
l.qui patitur.ff.manda.idem ſi mandaſſet, deinde reuocaſſet mandatum, & poſtea ra-
tificaſſet, cenſeretur mandaſſe, & de mandato teneretur. l.ſemper ſit. ff.de reg.iur.ita
21 per Aretin.in l.ſi pecuniam.C.de nego.geſt. Nota † etiam quòd ratihabitio non pro-
ducit actionem, & ideò non poteſt conueniri in loco ratihabitionis, ſed in loco facti
delicti, vt per Bald.in d.l.ſi pecuniam. & de materia ratihabitionis videndus Salyc.in
dicta l.non ideò minus. qui plenè pertractat materiam, per v.quæſt. & ibi per eum,
de pœna ratum habentis. Et per hæc datus eſt finis huic §.quot modis homicidium
committatur. Sequitur videre de quarto principali quæſito, quibus ex cauſis homi-
cidium excuſetur.

## SVMMARIVM.

1 *Homicidium ex quibus cauſis excuſetur.*
2 *Ætas delinquentis excuſat ab homicidio, & ideo infans non punitur de homicidio.*
3 *Infans doli capax efficitur irregularis propter homicidium.*
4 *Doli capax maior infante & impubes an excuſetur ab homicidio.*
5 *Minor an reputetur maior ob geminationem delictorum, & an ordinaria pœna teneatur.*
6 *Minor an & quando teneatur ex delicto in omittendo.*
7 *Minor an torqueri poſſit, & quid in crimine leſæ maieſtatis.*
8 *Minor ſi committit delictum in minori ætate an effectus maior teneatur pœna minoris an maioris.*
9 *Confeſſio minoris ſpontanea an valeat, aut per torturam abſque curatoris authoritate.*
10 *Minor ſi confeſſus fuerit delictum in quo non erant aliæ probationes tanquam læſus reſtitui poteſt.*
11 *Minor an & quando in delictis reſtituatur, & an aduerſus contumaciam & bannum.*
12 *Minoris dictum & depoſitio an & quando valeat & probet, & an faciat indiciũ, & quod,*
13 *Ætas ſenilis an ſicut puerilis excuſet à delicto & pœna.*

1 CIRCA Quartum, itaque † quibus ex cauſis excuſetur homi-
cidium, primò videndum erit de excuſationibus à natura proue-
nientibus, ſeu naturalibus excuſationibus: ſecundò de excuſatio-
2 nibus accidentalibus, & poſitiuo iure inductis. Circa † primum,
excuſat ab homicidio delinquentem ætas: nam infans occidens,
non tenetur de homicidio, tam iure ciuili per l.infans. ff.de ſicar.
Bel.in pract.in rubr.quod dictus Titius.Bonif. in rubr.de homic.
Ang.in gl.ſcienter & doloſè. quàm iure canonico quo ad irregularitatem, vt in cle.j.
de homi.quæ emanauit ad tollendum id quod dicebat Hoſti.in c.j.de deli.puer.quòd
puer non doli capax proiiciendo lapidem, vel cultellum, & occidat aliquem, efficie-
batur irregularis, licet non habuerit animum occidendi cùm in lege promotionis
non voluntas, ſed factum, & exitus ſpectatur. Bene tamen dicebat tale homicidium
fore diſpenſatione dignum, cùm quantum ad hoc reputabatur caſuale, nulla habi-
ta diſtinctione an dabat operam rei licitæ, an illicitæ, vel diligentiam adhibuerit, an
non, cùm talis ętas neſciat diſcernere: tamen per illam Clem.j.fuit terminatũ non fore
irregularem, ex quo talis ætas neſciat quid agat, vt ibi per glo.j.& per Car.in j.oppo.

quàm etiam iure regni, nam infans excuſatur, vt in conſti.terminum vitæ.imbecillitas enim conſilij ipſum excuſat, vt ibi, & dicta l.infans: talis enim ætas quicquid vidit, ignorat.l.j.C.de fal.mo.cum cæteris, vt per Mar.in d.l.ſi infans.& in l.fi.ff. de ſic.
3 & Math.in d.conſt.vij.fal.& xij.no.Limita † tamen in infante doli capace: nam tunc efficitur irregularis, ꝙ tenetur de homic.vt per Panor.& Ana.in c.j. de deli.puer.poſt Ioan.And.ibi, vbi ita limitat Panor.tex.in d.cle.j.& ibidem per Card. & per Mar.in d. l.ſi infans.in principio.& in dicta l.fina.& in ſingul.dcxxviij. Barba. verò poſt Panor. in apoſt.in dicto cap.j.de deli.puer. allegat in contrarium textum.in leg.impuberem. ff.de fur.vbi fit diſtinctio inter infantem, & doli capacem, ergo præſupponitur infantem non eſſe doli capacem, ſed tamen ille text.loquitur ſimpliciter in infante, nō doli capace.non tamen negat reperiri infantem doli capacem, vt per Ioan. Andr.& Panor. in d.c.j & per Dec.in l.pupillum.ff.de regul.iur.vbi declarat tales ætates, & per Felin.
4 in cap.ſi verò.extra de ſenten.excommuni.Quid † autem de maiore infante, & doli capace, & impubere, an ætas excuſet? dic quòd non excuſat, præter in delicto carnis, in cæteris punitur, vt traditur per doct.in d.l.infans.& in d.c.j.& in d.clement.j.& in d.l. impuberem.vbi Ang.& per Gand.in rubr.de pœnis.verſi.ſed an quis minor.vbi etiam de ſene, & in quibus fallit, & quòd arbitraria pœna, & non ordinaria puniatur. & per Tho.Gra.in deciſ.xxiij. ſub nu.11. & nu.12. & in fi.vbi fuit condemnatus ad triremes, & ad opus publicum iuxta qualitatem ſuæ perſonæ.Ang.in glo.ſcienter & doloſè.& Bel.in d.rubr.quòd dictus Titius.Mar.in d.l.infans. & in l.de minore.in princip.ff.de quæſt.& in l.j.in princ.xvij.limita.ff.de ſica.& in l.ſi eo.& in ſing.cxxviij.doct.in c.j.de ſenten.excommu.& in l.j.§.impubes.& in l.excipiuntur.ff.ad Sille.cum cæteris, vt per Mar.in d.locis.Bart.& alij in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& in l.auxilium. ff.de min.
5 & Marſi.in ſingu.ccclxxvij.incip.geminatio. Vbi † amplia ſi geminaſſet delictum, licet leue, nam reputatur vt maior, vt ibi, quòd tamen intellige, & non puniatur ordinaria pœna delicti, & homicidio, ſed mitiori, vt relegatione, aut pecuniaria, vt per Mar.in pract.§.quoniam.& in d.l.infans.& d.l.de minore.& conſi.xxiiij & conſi.xxx. & conſi.xxxix.& conſi.xlvij.& conſi.xlviij.Cum.in conſi.xcv.Dec in l.ferè omnibus. ff.de reg.iur.doc.in c.fi.extra, de ſen.excõ.& in d.c.eo.& in c.j.& ij.de delic puer.Tho. Gra.in v.xiiij.Bal.in l.data opera.C.qui accuſ.poſ.& in l.& ſi ſeuerior.C.de infa.Bart. in l.adminiſtrantes.§.corporis.ff.de excuſa.tuto.Mar.in ſing.dcxxviij. & Auguſt.poſt Ang.in d.gl.ſcienter.vbi euaſit puerum lapidem proiicientem, & occidentem à pœna mortis, de quo etiam per Cepol.in conſi.xxx.& Anchara. in conſi.cclxxxvij.& Paul.
6 de Caſt.in conſi.xx.Et † an, & quando teneatur minor de delicto in omittendo? dic vt per Ang.in d.gloſſ. ſcienter.& poſt eum per Augu.& per Marſil. in d.l.infans.& in d. ſing.dcxxviij.& doct. in c.j.de deli.puer.& per Marſi.in d.l.de minore. in fi.prin.Fulg. in conſil.clvij.Dec.in c.de cauſis.extrà.de offi.deleg.Alex.in conſi.clx.vij.volu. Ancli.
7 in conſil clxxxv.An † autem minor poſsit torqueri? dic vt per Guido.de ſuza.in tract. indi.& tot.ver.excipiuntur.& per Marſi. & alios in d.l.de minore. ff.de quæſt.& dictũ eſt ſuprà in materia torturæ: fallit in crimine læſæ maieſta.vt per Capi. in deciſio.ſacr.
8 conſil.cxxx.vbi ponit ſpecialia talis criminis.Sed † quid ſi minor committit delictum in minori ætate, & vetante ſtatuto quòd puniri non poſsit, an effectus maio puniatur? dic vt per gloſſ.in l.ſciant.C.de legit.hæred.quòd non vt maior, ſed vt minor punitur.Marſi. in dicta l. infans. & in dicta l.de minore. in fine princip. & Panormita. in capitulo fina.extrà, de ſententia excommunica.dicit puniri, vt maiorem.Felin.in cap. extrà, de homicidio. Facit, quòd inſpicitur ſtatus qui erat tempore delicti, quod tradit Thom. Gram.in deciſio.x. vbi ſi clericus committit delictum tempore quo erat clericus ſi poſtea ducit vxorem, nihilominus cognoſcit & punit eccleſiaſticus & non

ſecu

9 ſecularis. Et † an, & quando valeat confeſsio minoris ſpontanea, vel in tortura abſq;
curatore, & an & quomodo autoritas curatoris interuenire debet, dic vt per Angel. in
gloſſ. compa. inquiſit. & conſi. tot. verſic. necnon ſis, & plenißimè Marſil. in practica
in §. nunc videndum. & in §. expedita. & in §. poſtquam. in l. prima: in principio. & in
§. ſiquis vltrò. & in l. ſtatuliber. ff. de quæſtionibus. & in rubrica. ff. de fideiuſſ. & in l.
qui cędem. ff. de ſicariis. & in conſilio nono. & conſilio xxvj. & conſilio xlviij. & con-
ſilio lxij. & conſilio cxxx. & in dictis locis quid ſi fuerit iurata, & per Thomam Gram.
in conſilio xvj. & in conſilio lx. vbi fallit in crimine lęſæ maieſtatis. & in atrocioribus,
& per Marſi. in dicto conſilio ix. & in dicta l. de minore. & per Math. in conſtitutio.
minorum iura. poſt docto. in l. clarum. C. de auto. præſtand. & in conſtitutio. obſcuri-
tatem. quarto notab. ſecunda quæſtio. & per Par. in tractu ſyndic in verbo, tortura. lo
primo. verſiculo, an ſtetur dicto torti. ibi, an confeſsio adulti. vbi quòd curator inter-
10 uenire debet ante decretum, vt per Baldum in l. prima. C. de confeſſ. Et † not. quòd ſi
minor confeſſus fuerit delictum abſque alia probatione, etiam ſi cum curatoris au-
toritate tanquàm læſus reſtitui debet, nec per talem confeſsionem punitur, vt per
Angelum in l. certi. §. pupillo. ff. de confeſſ. Alexander in conſilio cxx. quinto volumi.
& per Marſil. in conſilio cxxx. & Thom. Gramma. in dicto conſilio xvj. & conſilio
lx. Alexand. & Iaſ. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. Alexand. in conſilio
cxvj. tertio volumine. & per Dec. in regu. non capitur. ff. de regul. iur. in quibus etiam
non docto de errore, vt per Thom. Gramma. vbi ſuprà, & per Ioan. de Arno. in ſolilo.
lxx. vbi etiam abſque probatione erroris reſtitui debet aduerſus confeſsionem. & per
Math. in conſtitutio. obſcuritatem. quarto notab. ſecunda quæſtio. & ibi ſi conſtet
ſaltem per vnum teſtem, aut per famam rem aliter habere, & per Ioannem de Ana. in
11 conſilio cxxxiiij. Et † an, & quando minor in delictis reſtituatur, & in quibus, & an ad-
uerſus contumaciam, & Bannum, vide per Math. in conſtitut. minorum iura. quarto
12 not. vbi in facto principali non reſtituitur, ſecus in emergenti in lite, & † an & quãdo
dictum, & depoſitio minoris valeat, & probet, per Mar. in locis ſuprà, & maximè in
dicta l. infans. vbi plenißimè in criminalibus quando dictum impuberis, & minoris
probet, & faciat indicium, & quando aliter veritas haberi non poteſt, & qualiter, &
quando hoc habeat locum, & per Mar. in l. diuus Pius. & in l. de minore. in principio.
ff. de quæſtionibus. & in conſilio quinto, & conſilio xxviij. conſilio xxxj. & conſilio
cij. & in conſilio cxxvij. & in practica in §. diligenter. Auguſtinus in gloſſ. fama publ.
circa finem. verſiculo, poſtquàm. Decius in l. fœminæ. §. etiam impuberes. ff. de regulis
iuris. & qualiter probetur minor ætas, & an parentes admittantur in criminalibus
13 per Thomam Gramma. in deciſio. xlviij. & in volumine xiiij. Sed † quid in ſene delin-
quente, an ætas ſenilis quæ ad inſtar puerilis ſe habeat, excuſet, dic vt per Gandin. in
rubrica de pœnis. Par. in tractatu ſynd. in verbo, pœna. verſiculo, ſi dicatur. alleg. cap.
diſcordia. de pœnis. quòd ſenex reuertitur ad ſenſum puerilem, & ſic excuſatur, & per
Guid. de ſuza. in tractatu quæſtioni. ſeu. torm. Item in ætate decrepita, & ibi per Bolo.
in addi. quò ſenex non torquetur: fallit in crimine læſæ maieſtatis, vt ibi, & ſuprà fuit
dictum in materia torturæ.

## SVMMARIVM.

1 *Furioſus ſi occidat aliquem an teneatur de homicidio, & an ſit irregularis.*

2 *Occidens ante furorem ſi poſteà furor ſuperuenit, an teneatur de homicidio commiſſo ante furorem.*

3 *Furor ſi ſuperueniat facto proceſſu, & ſequuta condemnatione de homicidio, an impediatur exequutio.*

4 *Occidens ſi per ſimulationem finxerit ſe furioſum, tenetur & punitur.*
5 *Furioſus effectus ſua culpa, non excuſatur à pœna.*
6 *Furioſus an puniatur pœna pecuniaria, vel publicatione bonorum.*
7 *Furioſus committens enorme crimen an puniatur.*
8 *Gladium ponens in manu furioſi ſi occiderit tenetur.*
9 *Furor qualiter probetur.*
10 *Confeſſio furioſi an valeat, & noceat in delictis.*
11 *Furioſus habens lucida interualla, an præſumatur deliquiſſe tempore ſanæ mentis.*
12 *Dementia an excuſet à pœna ordinaria.*
13 *Infamia an excuſet à pœna ordinaria.*
14 *Prodigus an excuſetur in delictis.*

1 SECVNDO Excuſat † furor, nam licet furioſus occidat aliquem, non tamen punitur, nec tenetur de homicidio, cùm eum
fati infelicitas excuſat. l. diuus. ff. de offi. præſi. d. l. infans. & dicta
clem. j. & d. conſtit. terminum vitæ. & c. aliquos. & ſeq. & c. nec is.
& c. ſi quis inſaniens. xv. quæſt. j. & traditur in l. furioſum. C. qui
teſta. fa. po. vbi doct. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Bald. in l.
humanitatis. C. de impu. & al. ſub. Marſi. in l. j. in princ. verſic. redeundo, modo ad text. ff. de ſicar. & traditur in l. fin. ff. de parr. & per Bald. & Alua. in
c. j. an ille qui inter. fra. domini ſui. & Bart. in c. Rainutius. de teſta. nec incidit in irregularitatem. d. clem. j. & per Nico. Plo. in tract. irregula. xviij. irregula. & ſequent. Sed
2 quid † ſi ante furorem occiderit, & poſtea furor ſuperueniat, an teneatur de homicidio ante furorem commiſſo? Bald. in d. l. humanitatis. & alij in d. l. ex facto. & in d. l. furioſum. in quibus per Alexan. & Aretin. & Iaſ. poſt alios, & Bald. in d. c. j. & Alex. poſt
Bart. in l. congruit. ff. de offic. præſi. & per Dec. & habetur poſt eum. in l. in negotiis. ff.
de reg. iur. tenent quòd non, ex quo non poteſt formari proceſſus contra furioſum, &
iſta eſt communis opinio, vt per eos. licet aliter fuerit iudicatum quòd in puncto iuris
ſuſtentari poſſet vt per eos: tamen in iudicando & conſulendo à communi non eſſet
recedendum, vt ibi per Iaſ. reſpondentem ad d. l. diuus. & per Marſi. in d. l. j. ff. de ſicar.
3 & Ang. in glo. ſcienter & doloſè. Sed † quid, ſi factus fuiſſet proceſſus & facta fuiſſet
condemnatio an ſi ſuperueniat furor, retardetur executio, an verò exequatur ſententia. Imo. in d. c. Rainutius. dicebat conſulendum ſuperiorem, per d. l. diuus. §. ſi verò.
Bald. verò in d. l. humanitatis. & Bart. in d. l. ex facto. non poſſe exequi antequam reſipiſcat. ex quo furioſus mortuo æquiparatur: ſed mortuus non poteſt decapitari, aut
ſuſpendi, vt per Cyn. Bal. Alex. & Iaſ. in l. ij. C. qui teſta. fa. po. ergo nec furioſus poteſt
decapitari, aut ſuſpendi. ita per Alex. in d. l. furioſum. Alex. & Iaſ. in d. l. ex facto. Bart.
Cep. in cau. ij. verſi. eſt & alia caut. & plenè per Augu. poſt Ang. in d. gl. ſcienter & do-
4 loſè. Limita † niſi per ſimulationem finxerit ſe furioſum. nam poteſt puniri, & decapitari, vt in l. obſeruare. ff. de cura. furio. & d. l. diuus. Bar. in l. congruit. ff. de offi. præſi.
& Bald. in d. l. furioſum. Cepo. in d. ij. cau. Mar. in l. j. in princ. ff de ſicar. & in pract. in §.
5 opportunè. Limita † etiam ſecundum Card. in d. clemen. j. in vj. quæſt. niſi fuiſſet ſua
6 culpa effectus furioſus, nam tunc non excuſatur. Limita † etiam quo ad pœnam corporalem puniendum, ſecus pecuniaria, vel publicatione bonorum, vt per Bald. in d.
7 l. furioſum. & in d. c. j. Aret. & Iaſ. & alios in d. l. ex facto. Limita † etiam niſi cōmiſiſſet
crimen enorme: nam in tali crimine puniri poſſet, vt d. l. diuus. vbi ratione immanitatis criminis, quia matrem occidit, punitur, & ita contigit aliâs in facto, vt per Mar. in
d. l. j. ver. redeūdo. ibi, ſed prædicta poſſent limitari, vbi corroborat per multa ſpecialia

ratione

ratione immanitatis criminis, ex qua ſolent pœnæ augeri, & ſentit Iaſ. in d.l.ex facto.
8 reſpondendo ad d.l.diuus. Limita † etiam quo ad ipſum furioſum puniendũ, non quo
ad alios ponentes gladium in manu furioſi, & occidente: nam illi tenentur tanquam
dantes cauſam homicidio, vt per Ang. in conſi.cclxxvij.& Mar. in l.nihil intereſt.ff.de
9 ſicar.& in conſi.vij. Qualiter † autem probetur furor, dic vt per Alex. remiſsiuè in d.
l.furioſum.in fin.& Lanfran.in c.quoniam contra.§.teſtium depoſi.de probat.Panor.
in c.cùm dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt.& Alex.in conſi.lxxx.ij.vol.& conſi.liiij. iij.vol.
& in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.ff.ſolu.matri.& conſi.liiij.iij.vol. & Socin.in conſil.
lxiij.j.vol.vbi de fatuo, & demente, & iracundo, ebrioſo, & phrenetico, & Alex.poſt
Bart.in d.l.congruit.& Bald.in d.c.j.an ille qui inter.&c.& qualiter probetur quẽ eſſe
fatuum, per Thom.Gram. in deciſi.ij. circa princ. vbi quando vnum dicit & poſtea
10 contrarium. Et an † valeat confeſsio furioſi in delictis, per Spec.in tit.de confeſſ. § ſe-
quitur.verſi.xiij.& plenè per Thom.Gram.in conſi.xvj.& ibi quis dicatur furioſus, &
11 qualiter probetur plenè, & de mente, & eius cõfeſsione, an noceat ſibi. Quid † autem
in habente lucida interualla, an præſumatur deliquiſſe tempore ſanæ mentis, an verò
tempore furoris? dic vt per Angel.in d.glo.ſcienter, & doloſè. vbi ſi probetur fuiſſe
ſemel in furore ante delictum, quòd præſumitur in furore deliquiſſe, niſi probetur
contrarium, vt not.in cap.fin.de ſucceſ.ab inteſt. Anchar.in d.clemen.j.de homic.Bar.
& alij in l.ij.ff.de bonor.poſſeſſ.infan.vel furio.dela. Auguſt.poſt Ange.in d.glo.ſcien-
ter.dat tamen ibi Angel.cautelam, vt non ſtatim iudicetur furioſus, ſed per multas in-
12 terrogationes inquirat, vt ibi per eum. Sed an † dementia excuſet? dic, vt ff.de pœn.
l.aut facta.§.euentus. vbi Bart.declarat Boniſa.in opere male. in rubr.de homic.in fin.
13 & in rub.de inſul. & percuſ.in fin. vbi ex quibus excuſetur homicida. Et an † inſania
excuſet? dic vt xxv.quæſt.j.c.ſi quis inſaniæ.& Boniſa.vbi ſuprà, quòd excuſent ambę,
dementia, & inſania.& per Socin.in d.conſi.lxiij.j.volum. vbi de fatuo, phrenetico, &
14 iracundo. An autem † prodigus excuſetur in delictis? dic, vt per Bald. in dicta l.furio-
ſum. quòd non, & per glo.in l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.Nicol. de Neapo. in l.j. ff.
de curat.fur. Barto.& alij in l.is cui bonis.ff.de verbor.obligat. dicunt, quòd non ex-
cuſatur, & ibi per Imo.& Angel. & Bald.& Angel. in dicta glo.ſcienter. verſi.quid in
prodigo. Angel.in l.Fulcinius.§.adeò. ff.ex quibus cau.in po.ea. & Iaſ. in dicta l.is cui
bonis.& Deci.in l.furioſum.ff.de reg.iur.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Ebrietas an excuſet à pœna ordinaria homicidij.*
2 *Blaſphemans per ebrietatem an puniatur.*
3 *Inebrians ſe vt occidat ſciens vitium ſuum quod de facili ſe inebriat, an puniatur ſi oc-
cidit.*
4 *Clericus delinquens per ebrietatem qualiter puniatur iure canonico.*

1 TERTIO excuſat † ad inſtar furoris ebrietas. can. ſanè. & ſeq.
& can.inebriauerunt.xv.quæſt.j.Bart.in l.reſpiciendum.§.delin-
quunt.& in l.aut facta.in princ.ff.de pœnis.& in l.diuus. ff.de of-
fic.præſi. Alexand. poſt Barto. in d.§.delinquunt. & in l.dolum.
in fin.C.de dolo.Bald.in l.data opera.verſi.nunc de tertio. C.qui
accuſ.non po.& in l.j.C.vnde vi.Salyc.in l.j.C.de ſicar. Ang. in d.
glo.ſcienter.verſi.ſed quid ſi quis propter ebrietatem. Pano.in c.
ſicut nobis.de teſtib.Feli.& habetur poſt eum in c.ſi conſtiterit.in prin.de accuſ.Bon.
in tit.de homicid.in fin.& in rub.de inſul.& percu.in fin.& in rubr.quid ſit accuſatio,

verſiculo,ſed pone quis propter ebrietatem.Marſi.in l.prima.in princip. verſic.modo
redeundo.ff.de.ſic.& in l.quæſtionis modum. ff.de quæſtio.Gemi.in cap.venter. xxxv.
diſtinct.Roma.in l.prima.ff.de verbo.oblig.& in l.j.§.adipiſcimur.ff.de acquir. poſſeſ.
Anchar.Imol.& Car.in d. clement.j.de homic.viij.q. Felin.in ca.ex literis. de iureiur.
Cepol.in l.prima.§.idem Iulianus.ff.de ædil.edi.Ang.in l.j.C.ſi quis Impera.male. vbi
an excuſat ab illa pœna,Math.in conſtitut.terminum vitæ.ix. fal.xij.notab. Ludouic.
Montal.in tracta.de reprobat.ſenten.Pilati.primo dub. & prædicti doct. diſtinguunt,
aut ebrietas fuit leuis, & tunc non excuſat,aut fuit grauis,& tũc non excuſat à toto,
ſed mitius punitur. ita per Bal. in d.l.data opera.& extra ordinem;tamen Alexan.poſt
Bartol.in dicto §. delinquunt.dicit etiam corporaliter puniri, ſed non pœna capitis.
Boni.in dicto titu. quid ſit accuſa.dicit in caſu contingente Ianuæ, fuiſſe condemna-
2 tum decem annis in carcere,& quòd decætero non bibat vinum.Et † de blaſphemãte
per ebrietatem,quòd non puniatur.Math.in conſtitut. blaſphemantibus. vide vt per
3 eum.Limita † tamen, vt per Bonifa. in rubri.de inſult.& percuſſ.circa fin.niſi doloſè
ſciens ſuum vitium inebriaret ſe vt occideret,& occidit, tunc punitur pœna ordina-
4 ria,& per Card.in dicta clemen.prima.de homicid. Sed † qualiter puniatur de iure ca-
nonico clericus delinquens per ebrietatem, & an priuetur, & ſuſpendatur beneficio?
dic vt in cano. epiſcop.& cano.ante omnia.xxxv. quæſtio.prima. vbi à communione
ſubmouetur,aut ictibus fuſtigatur.Ioan.de fir.in tract.de epiſcop.iiij.libr. prima par.
q.pen.& in vlt. par.de degradatione,& per Pan.in d.c.ſi conſtiterit.de accu.quòd non
eſt cauſa ſufficiens vt deponatur,nec vt beneficium amittat,vt ibidem per Felin.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Dormitio an excuſet ſi dormiens occidat.*
2 *Dormiens vt occidat ſciens vitium ſuum, an teneatur.*
3 *Dormienti an fiat iniuria, & clericum dormientem percutiens, an ſit excommunicatus.*

1 QVARTO Ad † inſtar furoris excuſat dormitio,nã ſi quis dor-
miendo deliquerit,& occiderit,excuſatur,vt not.in d.c.ſanè.& c.
merito.& in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.ff.ad leg.Aquil.de
quo per Bar.in l.penult. ff.de parri.& Guil.in d.l.diuus.ff.de offic.
præſid.Roma.Alex.Aret.& Iaſ.in d.§.adipiſcimur.Floria. in d.§.ſi
fornicarius.& in l.qui occidit.§.in hac.ff.ad leg. Aquil.Anchar.&
Card.in d.cle.j.Ang.in d.glo.ſcienter.Bart.Iaſ.& Dec.in l.vt vim.
ff.de iuſti.& iure.& in l.j.C. vnde vi.Mar.in l.j.in princi.verſicu. redeundo.x. limit. ff.
de ſica.& Boni.in d.rubr.de inſult.& percuſſ.in fin.tandem diſtinguunt, aut neſciebat
ſuam naturam, & vitium quòd in dormiendo deliquerit, & tunc excuſatur,cùm fu-
rioſo,& infanti æquiparetur,vt not.in c.maioris.de pactis.& vide per Angel. in gloſſ.
compa.inquiſi.inter defen.verſiculo,quid ſi dicat. Alexand.in conſil. cxl.ſecundo vo-
lumi.Gandi.in rubr.de pœnis.aut ſciebat, & tunc punitur ratione culpæ, non tamen
ordinariè & directa pœna legis Corneliæ, ſed mitiori & de culpoſo homicidio,vt per
Bartolum,Iaſ.& alios.in dicto §.adipiſcimur. & Cardin.in dicta clementina prima. &
2 Mart. in dicta l. prima. & Dec. in dicta l. vt vim. vbi † etiam limita niſi doloſè ſciens
ſuum vitium dormierit, vt occidat, vt per Bonifa. in dicta rubrica de inſult. &
3 percuſſ.in fine.& † an dormienti fiat iniuria,& ſi clerico dormienti,an ſit excommu-
nicatus,dic vt per Mar.in dicta l.prima in locis per eum.& per Cardin. in clementina
prima.vj.quæſt.de pœn.& Felin.in cap.nuper.de ſenten.excommu.

SVMM:

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens ad ſuam neceſſariam defenſionem, an excuſetur.*
2 *Defenſio eſt licita pro tuitione proprij corporis.*
3 *Clericus in celebrando ſi fuit aggreſſus, poteſt dimittere celebrationem, & occidere, & redire ad eam.*
4 *Clericus occidens ad defenſionem, an efficiatur irregularis.*
5 *Occidere licet pro ſua defenſione Pontificem, & Imperatorem.*
6 *Occiſus aggrediens videtur à ſeipſo occidi, & non ab aggreſſore.*
7 *Defenſio eſt naturalis, & cuilibet licita eſt, & permiſſa.*
8 *Bannito licita eſt defenſio, & occiſio ad ſui defenſionem.*
9 *Occidens ad ſui defenſionem, non dicitur committere homicidium.*
10 *Occidenti ad defenſionem indulgetur ex quo prouocatus vlciſcitur.*
11 *Occidenti ignoſcitur quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare.*
12 *Occidere pro defenſione rerum an liceat, ſicut pro defenſione perſona, & an iure canonico, & quando. num. 13. & 22.*
14 *Clericus detinens furātem rem, qui poſtea per iudicē fuit furca ſuſpenſus, an ſit irregularis.*
15 *Poſſeſſionem an liceat defendere ex interuallo.*
16 *Detentator ſimplex an defendere poſſit rem detentam occidendo.*
17 *Defendere an liceat rem iniuſtè poſſeſſam etiam occidendo.*
18 *Defendere an liceat ſi vis fiat adificando.*
19 *Defendere contra turbantem in poſſeſſione an liceat.*
20 *Vilem rem an liceat defendere occidendo.*
21 *Furem diurnum, vel nocturnum an liceat occidere, & quando.*
23 *Defenſio rerum an licita ſit fratribus religioſis.*
24 *Clericus an poſſit defendere vibrando enſem, & an in foro conſcientiæ liceat defendere res occidendo. num. 25.*
26 *Amicos congregare, & occidere an liceat pro defenſione rerum, & poſſeſſionis.*
27 *Occidere pro defenſione dignitatis, & officij an liceat.*
28 *Occidere pro defenſione honoris, & propulſare iniuriam, & conuicium graue an liceat.*
29 *Occidere an liceat ſi imminet periculum perſonæ, ſed non mortis.*
30 *Occidere pro defenſione filij, ſicut pro propria perſona an liceat.*
31 *Defendere filium naturalem an liceat.*
32 *Filius an poſſit impunè patrem defendere.*
33 *Clericus an poſſit defendere patrem, & non fiat irregularis.*
34 *Frater an poſſit fratrem defendere.*
35 *Frater ſi rixatur cum alio, & alter frater ſuperueniat, & occidat rixantem, an frater rixans teneatur.*
36 *Defendere conſanguineos, & affines an liceat.*
37 *Clericus occidens ad defenſionem conſanguinei, an efficiatur irregularis.*
38 *Clericum capiens licet non percutiat, an incidat in excommunicationem.*
39 *Marito an liceat defendere vxorem, & econtra.*
40 *Concubina an poſſit amaſium defendere & econtra.*
41 *Sponſo an liceat ſponſam, & econtra defendere.*
42 *Socio an liceat ſocium defendere.*
43 *Iniuria facta vni ex conſortibus toti conſortariæ facta videtur.*
44 *Amico an liceat defendere amicum.*
45 *Inimico an liceat inimicum defendere.*
46 *Defendere an liceat virum incognitum, & nu. 61.*

47 *Domino an liceat ſeruum vel vaſſallum defendere.*

48 *Famulo conducto an liceat dominum defendere.*

49 *Vaſſallus tenetur dominum defendere, aliâs feudum amittit.*

50 *Vaſſallus an debeat preferre vitam ſuam vita domini.*

51 *Vaſſallus ſi patrem aut filium domini non defendit amittit feudum, & an dominum domini ſui.*

52 *Vaſſallus tenetur dominum defendere vbi ſcit, vel denuncietur periculum imminere.*

53 *Vaſſallus non tenetur defendere dominum rebellem, bannitum, aut excommunicatum.*

54 *Vaſſallus an teneatur defendere dominum in bello iniuſto, & quid ſi eſt dubium an ſit iuſtum.*

55 *Conuaſſallus an teneatur dominum defendere.*

56 *Vaſſallus non tenetur dominum defendere contra ſeipſum, filium, vxorem, aut fratrem, & conſanguineos, & an contra patriam, aut regem proprium.*

57 *Vaſſallus inhabilis non defendens dominum, feudo non priuatur.*

58 *Vaſſallus faciens violentiam domino, qualiter punitur.*

59 *Ciuitas & vniuerſitas an teneatur officialem ſuum defendere violentiam, & iniuriam patientem.*

60 *Clericum defendere an quis teneatur, & an ſit excommunicatus non defendendo.*

62 *Defendere eum poteſt ſi non faciat, an teneatur, & ſi ſcit preparamentum de occidendo, an teneatur reuelare.*

63 *Clericus an teneatur reuelare proditionem, & tractatum, et ſi reuelando proditor ſit mortuus, an clericus ſit irregularis.*

64 *Dominus an teneatur ſubditum defendere, & econtra.*

65 *Vaſſallus tenetur defendere principem, & ciuis patriam, & an clericus teneatur reuelare proditionem.*

66 *Delictis in atrocioribus tenetur obuiare cùm poteſt.*

67 *Mulieri patienti violentiam, & clamanti tenetur occurrere.*

68 *Seruus & libertus tenentur defendere dominum, & patronum.*

69 *Officialis ſi videt aliquem offendi, & non obuiat, punitur, & quando quis tenetur obuiare. numero 70. & 71.*

72 *Defenſio vbi licita eſt an poſſit armis defendere.*

73 *Defendere permittens an ſi damnum patiatur, poſſit petere damnum reſarciri.*

74 *Defendere an teneatur iure canonico, vt puniatur ſi non defendit cùm poteſt.*

75 *Obuiare cùm poteſt ſi doloſe deſtitit, an teneatur, & in dubio an dolus preſumatur. nu. 76.*

77 *Prelatus tenetur obuiare cùm poteſt, aliâs punitur.*

78 *Erranti in fide tenetur obuiare, aliâs punitur.*

79 *Obuiare valentem maleficio ſi alius prohibeat, prohibens tenetur, & quando quis tenetur obuiare.*

80 *Clericum patientem violentiam non defendens, an ſit excommunicatus.*

81 *Defenſa poteſt imponi in regno pro perſonis quas licet defendere, dum violentiā patiuntur.*

1 QVINTO Excuſat †defenſio naturalis, vt ſi quis ſe defendendo occidat, nam tunc occidens ad ſuam defenſionē excuſatur, vt in d. clem. j. de homicid. & in c. j. §. ſi quis hominem de pac. tenen. & in d. conſtit. terminum vitæ. & in conſtit. pacis cultum. & in l. j. §. vim vi ff. de vi & vi arma. & in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. in l. j. C. vnde vi. l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad legem Aquil. & l. ſi ex plagiis. §. cùm tabernarius. ff. ad legem Aquil. l. j. quando lice. vni. ſine iudi. ſe vindicare. & in cap. ij. & in cap. ſicut dignum.

dignum.in glo.de homicid.& in c.dilecto. extra de ſenten.excom.in vj.can. de his.xx.
diſtin.& c.ius naturale.j.diſtin.xxiij.quæſt.in ſum.& c.cum voluntate.de ſent.excom.
l.ſed & partus.§.fin.ff.quod metus cau.l.is qui aggreſſorem. l.ſi quis percuſſorem. C.
de ſicar. l.j.§.ſed cùm arietes. ff.ſi quadru.pau. fec.dic. hanc materiam proſequuntur
pleniſsimè doct.in locis infra ſcriptis.Gand.in rub.de defen.reo.fa.& in rubr.de ho-
mic.Bel.in pract.in rubr.de inuaſore.Bonif.in rubr.de inſul.& percuſ. & in rubr.quis
poteſt alium defend. & in §.ius autem gentium.inſti.de iur.natura.gent.& ciui.Ang.
in glo.& dictus Titius ſe defen.& in d.§.ius autem.Bart.Iaſ.& Deci.in d.l.vt vim.Bar.
& Bald.in d.l.j.C.vnde vi.& in l.data opera. C.qui accuſ.poſſ. Bart.& Florian.in dicta
l.qui cùm aliter.Imo.in d.clem.j.Panorm.& Felin.in c.ſignificaſti.lo ij. de homic.& in
d.c.ſicut dignum.poſt glo.& in c.olim.de reſtit.ſpo. Ioan.Andr.poſt Specu. in ritu.de
homicid.Iſer. in d.c.ſi quis hominem. Mar.pleniſsimè.in l.j.in princ.ix.l.miratio. ff.de
ſicar.& in d.l.ſi quis percuſſorem. & in d.l.is qui aggreſſorem.& in l.j. §.cogniturum.
& in §.præterea.& in l.penult.ff.de quæſtio.& in l.ij.C.de ſicar.& in l.furem.ff.eodem.
& in l.j.C.de raptu virg.poſt Salycabi,& in ſingu.100.incip.occidens aggreſſorem.&
in ſingu.dcxxxviij.& in ſing.dcxl.& in ſing.dcxcij.& in pract.in §.expedit.i. & in §.ag-
gredior.& in §.quoniam.& in conſil iiij. & conſil.xxv.& conſil.xxxj. & conſil.xxxiij.
conſi.lxxxj.& conſi.cxxxvij.& conſi.xij.conſi.xiiij.conſil.xviij.conſi.xxj. conſilio xlj.
conſil.xlviij.conſil.50.conſi.lij.conſi.lxv.conſi.lxviij.conſil.cxiij.& in l.qui falſam.ff.
de falſ.Cepo.in conſi.viij.conſil.xxix.conſil.xlij.conſi.xliij.conſi.xliiij. & conſilio xlv.
Alexan.in conſil.cix.& conſi.lxxvj j.vol.& conſi.ij.& conſi.cxix.vij.vol.& conſi.cxlj.
ij.vol.& conſi.xiiij.iij volum.Corn.in conſi.cvij.& conſi.clxij.j.vol.& conſil.cxxxiij.
iij.vol.Aretin.in conſi.xxxiiij & in conſi.lxxx.Pau.de Caſt.in conſi.cxcij incip.in cau-
ſa carceratorum.Ioan.de Ami.in conſi.iiij.conſil.xxiij. & conſi.lxxvij. Curt.in conſil.
xx.& iiij.quæſt. nouiſsimè per Thom.Gram.in volu.xxiiij. & in volu.xx. & plenè in
conſil.xviij.& pleniſsimè in conſil.xxix.& in conſil.lxj.& in conſi.lvj. & conſi.lxiij.&
conſi.lxviij.Math.in d.conſtit.terminum vitæ.& in conſtit.pacis cultum.& in deciſi.
ccvj. & in locis ſuprà traditis, ex quorum omnium dictis primò videndum erit qui-
bus liceat defenſio, & quos licet defendere. Secundò contra quos liceat defenſio, &
quibus non licet. Tertiò ex quibus cauſis liceat ſe defendere: quartò de modo ſe de-
fendendi. Quintò de exceſſu in ſe defendendo. Sextò de aliquibus ſpecialibus in de-
2 fenſione. Circa † primum licita eſt defenſio pro tutione proprij corporis: nam occi-
dendo ad ſuam defenſionem, non punitur de homicidio, nec tenetur aliqua pœna,
ſed impunè occidit, vt dicit d.conſtit.terminum vitæ.ibi, nullam calumniam ſuſtine-
re debebit, & in d.clem.j. & in d.§.qui cùm aliter. nedum dico pœnam temporalem,
3 ſed nec etiam ſpiritualem. In tantum † quòd ſi clericus in celebrando fuerit ab aliquo
aggreſſus, licet ei dimittere celebrationem, & occidere: deinde redire ad altare, & cele-
brationem perficere, ita dixit Ioan.de Ligna.in tract.de duello, & refert & ſequitur
Panorm. in c.clerici.lo primo. de vita & hon.cleri. & in c.ſicut dignum. de homic. &
ſequitur Socin.in repet.c.ad audientiam.verſi.xxvij.de homic.& fur.& ſequitur Mar.
in l.j.in princ ff.de ſicar.& in d §.quoniam.& in d.l.is qui aggreſſorem.& in aliis locis
ſuprà, & per Gand.in rubr.de homic. & per Caro.in conſil.cxix. & Cald.in conſil.xj.
4 de treuga.& pac.vbi, an † tunc incurrat irregularitatem.text. & ibi traditur in d.cle.j.
de homici.& per Deci.in d.l.vt vim. vbi etiam an in foro conſcientiæ liceat occidere,
ſe defendendo, & de irregularitate per Nico.Plo.in d.tract.irregu.xxxv.irregu. an ſit
occidendo irregularis? & declara vt per Panor.vbi ſuprà quo ad peccatum, & irregu-
laritatem ſi non poteſt fugere, ſecus ſi poteſt, & non fugit, ſed occidit: nam efficitur
5 irregularis, & peccat: plus † dixit Card.in d.cle.j.de pœn.vij.quæſt.& Mar.in conſi.iiij.

quòd pro tuitione ſui corporis etiam licet occidere põtificem,& etiam imperatorem,
vt per Capi.in deciſ.ſacr.conſil. cxxx. multæ rationes aſſignantur in hoc quare occi-
6 dens ſe defendendo non punitur. Et † primò ex quo occiſus videtur à ſeipſo occidi,&
non ab aggreſſore, vt per Pan. in d.c.clerici. Bal.in l.ſi.poſt princip.ff.de rerum diuiſio.
Marſi.in d.l.j.ix.limit.& in d.l.is qui aggreſſorem.& in d.conſil.xxxj.& conſil.lxxxj.&
7 conſi.cxxvj.Secunda † ratio, ex quo defenſio eſt inducta à natura , & cuilibet compe-
tit,etiam brutis, vt inquit Cicero in j. libr. offic. Omni generi animantium à natura
tributum eſt, vt ſe, vitam, corpúsque tueatur. Inſitus eſt enim à natura viuendi appe-
titus , & cuilibet ſpeciei ſe conſeruandi in eſſe proprio intantum quòd defenſio non
poteſt tolli à Principe,& Papa,vel ſtatuto, vt plenè proſequitur Mar.in d.l.j. ix.limit.
8 & in d.l.is qui aggreſſoré.& in d.§.quoniam.& in aliis locis ſuprà.Intantum, † quòd
etiam bannito licet occidere ſe defendendo , ex quo cùm defenſio ſit iure naturali , &
9 non poſitiuo,ei non tollitur, vt per Dec. poſt alios in d.l. vt vim. Tertia † ratio ex quo
occidens ad ſui defenſionem non dicitur committere maleficium , vt per Bald.in d.l.
data opera.C.qui accuſ.poſſ.& Mar.vbi ſuprà, & vbi non eſt maleficium,non eſt pœ-
10 na l.ſancimus. C.de pœn.Quarta † ratio ex quo occidens ad ſui defenſionem prouo-
catus vlciſcitur,cui tanquam prouocato eſt ignoſcendum , vt dicit text.in l.cui cùm
maior ſi libertus.ff.de bon.lib.ibi,ignoſcendum eſt enim ei qui prouocatus voluit ſe
vlciſci.Mar.in d.conſi.lxxxiij.& cõſil.cxxxvij.& per Tho.Gra.in deciſ.xxxvij.Quinta
11 ratio, † quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare.l.ſi adulterium cum inceſtu.
§.imperatoris.ff.de adult.Mar.in d.conſil.lxxxiij.& conſil.cxxxvij. facit conſtit. ſi ma-
12 ritus.Secundo † quæro an ſicut licita defenſio pro perſona propria , ita ſit licita pro
defenſione rerum ſuarum, vt occidendo non teneatur? glo.& Bar.in d.l.vt vim.tenent
quòd ſic,& in l.furem.ff.de ſicar.& in l.j.C.vnde vi.Bal.in l.ſi vt allegatur. tex.in l.iiij.
§.lex xij.tabularum.ff.ad legem Aquil.doct.in c.ij. & in c.ſignificaſti.de homi.Mar.in
conſil.iiij.Are.conſi.lxxx.Cepo.conſi.xxix.Card in d.cle.j. de homi. Ana.plenè in c.ij.
& in c.perfodiens.de homic.Ang.in gl.& dictus Titius.circa princ.& plenè arguit ad
partes Iaſ.& poſt eum Dec.in l.vt vim.& Mar.in d.l.furem.& in d.l. ſi vt proponas.&
doct.in c.ſuſcepimus.de homi.Feli.in d.c.ij.de homi.Panor.& Ana.in c.ſuſceptum.de
homic.& in c.clerici.lo ij.de vita & ho.cleri.gloſ.xxiij.q.in ſumma.Feli.in c.ſi verò. de
ſenten.excom.doct.arguunt ad partes cùm cautum non reperiatur, & iura loquentia
de defenſione,loquuntur de defenſione perſonali,maximè text.in d.conſti.terminum
vitæ.tamen iure ciuili concluditur excuſari occidendo pro neceſſaria rerum defenſio-
ne,ſicut pro perſona,& maximè per d.conſtit.pacis cultum.& ibi per Math.in vj.not.
13 Iure † verò canonico ſecus concluditur,& maximè in foro conſcientię, vt per Panor.
& Ana.& Felin.in d.c.ij.& Dec.in d.l.vt vim.Inno.Ana.in d.c.ij.dicit etiam ſeruari in
terris ſubiectis eccleſiæ in foro ciuili,quod ibi reputat ſingulare.Feli.niſi etiam immi-
neat periculum vitæ,& perſonæ,& rerum inſimul, vt in d.c.ij. vbi ita põderat ibi Pan.
& ita gl.in ſumma xxiij. q.iij. nam tunc licita eſt defenſio etiam in foro canonico , vt
ibi,& plenè per Nicol.plo.in tract.irregu.xxxvij.irregu. poſt Ioan. And. in d.clem.j.in
14 nouæ.& † vide de furante rem,& detento per clericum , ſi poſtea occidatur per iudi-
cem,an ſit irregularis.per dictum Nico.plo.in tract.irreg. xxxij.ſeq. & ſeq. & ibidem
de occidente latronem, vel detinente,& clamante,qui fuit captus:& occiſus, & de oc-
15 cidente in captura latronem.Communem † tamen cõcluſionem legiſtarum extende,
vt per Iaſo.in d.l.vt vim.primò etiam ſi defendat ex interuallo,ſecundum Bart.ibi per
tex.in l.iij.§. cùm igitur.ff.de vi. & vi arma.per Math.in dicta conſtit. pacis cultum.in
xx.notab.in ſeptimo caſu,vbi licet principi deiecto de caſtro, ſuam poſſeſsionem re-
cuperare, etiam per lapſum decem annorum, & vide per eundem in vj.notab. vbi
dicit

dicit ſecus eſſe per illam conſtitut. quæ permittit incontinenti, vt ibi, & vide per Bal.
in l.fin.C.de his qui à non domino manu. vbi vſque ad decem annos, & vide per Bo-
nifa.in rubri.de inſult. & percuſ. verſic.& prædicta vera.& per Gand.in rubri. de de-
fenſ.areo.fa.Bart.& Bal.in d.l.j.C.vnde vi.& Alexand.poſt Bart.in l.ſi C. vti poſſ.Se-
16 cundò † extende in ſimplici detentatore per tex.in l.colonus. ff. de vi. & vi arma.nam
17 licet ei occidere defendendo. Tertiò † extende, etiam ſi res fuerit iniuſtè poſſeſſa, nam
licita eſt defenſio, vt per glo.& doct.in l.j.§.vim vi.ff.de vi & vi arm. dic vt per Bart.in
18 d.l.j.C.vnde vi.vj.q.vbi contrarium ſentit. Quartò † extende, ſi inferatur vis ædificando,
nam licet reſiſtere, vt l.ſi vitem.§.ad ianuam.ff.quod vi aut clan.l.de pupillo.§ me-
19 miniſſe.ff.de ope.no.nunt. Quintò † extende ſi inferatur vis turbatiua.l.iiij.§. cùm ge-
raliter.l.cùm fundum.& l.j.§.vim.ff.de vi & vi arm.Bar.in l.j.§.hęc autem interdictio.
20 ff.de itin.actu.pri. Limita † primò vt locum habeat iſta concluſio iure grauis præiu-
dicij, ſecus in re vili, nam tunc non eſt licita defenſio occidendo, ita per Bald. in l.j.C.
loc.& text.in l.ſi ex plagiis.§.tabernarius.ff.ad leg.Aquil. Ange.in l.j. C.vnde vi. Alex.
poſt Bart.in d.l.furem.& Mathę.in no.cxxxv.& ibi quòd dicitur res modica, & vilis,
21 ſi valuerit duobus aureis. Angel.inſtit.de act. §.j. Limita † ſecundò in fure diurno, vel
nocturno quem cognoſco, nam cognoſcendo non poſſum occidere, vt d.l.furem.ſe-
cus tamen ſi non cognoſcam etiam in diurno, vel aliter non poſſem recuperare rem
meam niſi occidam.nam poſſum, vt per Bald.in l.ſi vt alleg.is.C.de ſica. etiam ſi ſur ſe
non defendat, vt per Mar.ibi, imò ibi tenet contra Bart.& Ang.in d.l.furem.nã etiam
ſi cognoſcat, & teſtes non habeat, quia aliter non poteſt recuperare, licet occidere, vt
22 ibi per eum. Tertiò † limita in clericis & perſonis eccleſiaſticis: nam tales non poſſunt
pro rebus ſuis tantùm occidere, vt eſt text.in c.ſuſcepimus. de homic.& ibi no.panor.
offenſio concurrit cum iniuria. vt quia fit vis & iniuria, ſeu iniurioſa offenſio: nam
tunc licet ſe defendere, & ideò ab animali bruto, furioſo, & dormiente non poteſt
inferri iniuria, cùm non ſentiat, ſed vt ſe defendat, duo copulatiuè requiruntur, vt fiat
vis & iniuria, ita ſentit gl.& Bar.eam declarat in d.l.vt vim. & ideò nō licet defendere
contra animal brutum, furioſum, & dormientem. Bald.tamen in d.l.j.in verſicu.quid
de furioſo, & dormiente: tenet quòd tam contra animal brutū, quā contra furioſum
& dormientem licet ſe defendere, ex quo non contingit vitio defenſionis, ſed natura

defenſionis, vide tamen per Bart. Bald. & Rapha. in d. l. vt vim. & poſt eos Deci. in glo.
ibi, non tamen. & verſic. vltimo. dum Barto. vbi etiam vide an talis defenſio ſit à iure
naturali, an gentium, & vide ſingulariter per Marſi. de his in ſing. ccclxxviij. incipien.
32 ſtulti non debent eſſe. Septimò † limita contra mediatorem, nam non licet mediato-
rem offendere, aut alium circunſtantem ſe non impedientem. d. l. ſcientiam. §. qui cum
aliter. Angel. in dicta glo. & dictus Titius. in princ. Ange. in l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur.
Mar. in l. de minore. in princi. ff. de minor. Cepo. in conſi. xxxiij. fallit niſi pro tuitione
propria, vt ſi non poſsit aliter euadere, niſi occidat mediatorem, vt per Angel. in l. ij.
C. de ſicar. & Auguſt. poſt Ang. in dicta glo. & dictus Titius. Iaſ. in d. l. vt vim. in verſi.
nunquid autem teneatur defendere. in fin. verſi. & Mathe. in conſtitu. terminum vitæ.
33 xvj. fallen. Sed an † ſocium criminis, vt ſocium inſultantis, liceat occidere? Bald. in d.
l. j. vj. quæſt. C. vnde vi. dicit quòd ſic, per l. j C. de raptu virg. & in l. rapto. C. de epiſ. &
34 cler. & ita per Ang. in d. glo. & dictus Titius. Sed an † auxiliantes, & mandantes, &
conſulentes liceat occidere, Bald. in d. l. j. verſic. ſed an ſicut licet offendere. dicit quòd
licet auxiliatores occidere, & fautores, per l. quoniam multa. C. vnde vi. mandantes
verò & conſulentes non licet, niſi offenſio eorum induceret defenſionem, allegat ta-
men Innoc. in c. ad audientiam. de homic.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Defenſio eſt licita nedum ſi offenſio eſt in actu, ſed ſi eſt in potentia, vt ſi video inimi-
cum contra me venientem gladio euaginato, nec debet expectare ſe percuti. num. 2.*
3 *Armorum terror inducit iuſtum metum, vt dicatur feciſſe ad ſuam defenſionem.*
4 *Defenſio licita eſt contra præparantem offendere.*
5 *Defendere licet ſi veriſimile eſt inimicum velle percutere, & ſigna percuſſionis appa-
reant, & quia ſolitus.*
6 *Minantem occidere an liceat pro minis de occidendo.*
7 *Minis ſolis præcedentibus an præſumatur occiſus vt torqueri poſſit.*
8 *Defenſio licita eſt nedum quando imminet periculum mortis, ſed etiam quando imminet
periculum iniuriæ perſonalis.*

1 CIRCA Tertium † ex quibus liceat ſe defendere, dic quòd nedum
ſtante in actu offenſione licita ſit defenſio iuribus ſupra allegatis,
ſed etiam ſtante offenſione in potentia, & aptitudine: & ideò ſi vi-
deo inimicum contra me venientem enſe euaginato, licet non per-
cutiat, poſſum me defendere, nec debeo expectare me ab ipſo percu-
2 ti, ita Bart. in l. ſi ex plagiis. §. tabernarius. ff. ad legem Aquil. & † per
Bart. in l. j. C. vnde vi. verſi. quærit. glo. vbi dicit quòd non debet expectare ſe percuti,
ſed bene fieri aliquem actum, vt inſultũ cum enſe euaginato & clamore: ſtatim enim
quòd probo aliquem contra me veniſſe enſe euaginato, probo feciſſe ad meam de-
fenſionem, idem Bal. in l. multis. C. de liber. cau. in fin. Bar. in l. ſed & ſi quæcunque. per
illum text. ff. ad legem Aquil. per Bonifa. in rubr. de inſul. & percuſſ. in verb. quid ſit
Titius. Anchar. & Card. in d. clemen. j. de homic. quæſt. xxxix. Felin. plenè in c. dilecti.
ff. de except. Bart. in conſi. incipien. Vanutius. Alexan. in l. non ſolùm. §. ſciendum. ff. de
oper. nou. nuntiat. Anchar. in conſil. cclxxij. Felin. in cap. ſignificaſti. lo ſecundo. de ho-
micid. Angel. in §. iniuria. inſtit. ad legem Aquil. & in glo. & dictus Titius. in princip.
verſi. & aduertas. & verſi. quærit. ibi glo. & ſequen. verſi. quærit etiam ibi. Thom. Gra.
in conſil. xxix. Iaſ. in d. l. vt vim. verſi. iiij. & ibidem Deci. ij. not. & moderamine. verſic.

vnde

vnde ſi probo.Panor.in d.c.olim.de reſtitut.ſpol.verſi.ſed circa.Alexand.in conſi.cix.
j.volum.Corn.in conſi.clxij.& in conſi.cciiij.& conſi.clxxiiij.j.volum.& conſil.cxvij.
eod.vol.& in conſi.cxxxiiij.iij.vol.Mar.in d.l.j.ix.limit.ff.de ſicar. ver.& facit optimè.
& in l.pen.ff.de quæſtio.verſi.& facit optimè.Corſe.in ſing.in verbo, metus.Ang.in l.
quemadmodũ.C.de inoffi.teſta.Cep.in conſ.xxix.Mar.in conſi.iiij.& conſi.xxv.verſi.
non obſtat etiam illud.& in cõſi.xxxj.in fi.& in conſ.xlj.circa fi.& conſi.50.& conſi.
lxxiij.& conſi.lxxxj.& Bel.in pract.in rub.de inuaſo. Gand.in rubr. de defenſio.areo.
faci. Bonif.in rubr.de inſul.Anton.in d.cap.olim.Marſi.in conſi.xij.& in conſi.xxj.&
conſi.xlviij.& conſi.lij.& conſi.lxv.& conſi.lxviij.& conſil.cxiiij. & in l.qui falſam.ff.
de falſ.& in l.is qui aggreſſorem.& in l.ſi quis percuſſorum. & in l.is qui cum telo.C.
de ſicar.verſi.& vltima.& in l.j.C.de raptu virgin.& in ſingu.dcxl.An.an.in cap.ſi per-
3 fodiens.de homicid. Facit † pro hoc,nam terror armorum inducit iuſtum metum, vt
dicatur feciſſe ad defenſionem. l.iij. §.armati. ff.de vi & vi arm. l.ſed ſi quæcunque. in
princ.ff.ad legem Aquil.Florian.in dicta l.ſcientiam.§.qui cum aliter. & in l.ſi ſeruus.
in fin.ff.ad legem Aquil.Cepo.d.conſi.xxix. Angel.in d.glo.& dictus Titius.verſic. &
4 aduertas.Anan.in d.cap.ſi perfodiens. & Mar.in locis ſuprà. Extende † etiam in præ-
parante offendere:nam licet eum offendere, vt per Bal.in l.lege.C.loca.quod dictum.
pro notabili refert, & ſequitur Iaſ.in d.l.vt vim. verſi.iiij. & dicit aliàs fuiſſe iudica-
tum, & ſequitur etiam Marſil.in ſingu.nouiſſ dcxxxviij.incip.præparatio. & Thom.
Gram.in vo.xx. & in conſil.xviij. vbi idem ſi probabiliter dubitabat poſſe offendi, &
5 in conſ.xxix. Tempera † tamen dummodò appareant ſigna manifeſta,& indicia quòd
voluerit percutere, vt quia præcedebat offenſa, & inimicitia, & inſultans erat ſolitus
mittere aggreſſus ad effectum, ita per Panor.in d.c.olim.el primo.Mathe.in d.conſtit.
pacis cultum.vj.not.verſic.pro declaratione.& in conſtit.intentionis.& Mar.in dicto
6 ſingu.dcxl. Sed an † propter minas de occidendo, liceat minantem occidere. gloſ.in
l.prima. C. vnde vi. ſimpliciter dicit quòd ſic, ex ratione l. j. C.quando liceat ſine iu.
ſe vin.& Curt.in conſi.xx.iiij.quæſt. & ſequitur Bald.in d.l.prima. per illum text. ſed
in d.l.prima.C.vnde vi.verſi.ſed nunquid ſolis minis. dicit contra glo.quòd non, niſi
quando eſſet periculum in mora expectandi, vt quia minans ſocios expectaret ve-
nientes:nam tunc quia ei poſſet eſſe periculum,poſſet occidere,& ſequitur Ang.in d.
glo.& dictus Titius. verſic.quæritur an ex ſolis minis. Angel.in d. l.quemadmodum.
C.de inoffic.teſta.& in l.ſi adulterium cum inceſt.§.Imperatores.ff.de adult.vbi ſi ex-
cedit,tenetur de exceſſu per Mathe.in conſtitu.terminum vitæ.vj.not.xv.fallen. Cor.
in dicto verſi.metus. vide per Mar.in pract.in §.diligenter. verſic.quæro nunc de alio
quotidiano. & plenius in d.ſingu.dcxl. Anton. in d.cap.olim. Aretin. in §.ius autem
gentium.inſtit.de iur.nat.gent.& ci. Iaſ.in dicta l.vt vim. verſic.nunquid autem. pro-
pter ſolas minas.& in l.j.nume.185.C.de raptu virgin.dic vt per Iaſo.in d. l.vt vim. &
Mar.in d.ſingu.dcxl.quòd propter ſolas minas non eſt licitum occidere, niſi minans
ſit in actu percutiendi,vel niſi eſſet periculum in mora,vt ſuprà fuit dictum. Et not.in
hoc quæſtionẽ quam ponit Math.in conſti.intentionis.iij.not.verſ.hic cadit dubium.
vbi ſtante rixa & iniuriis inter duos, ſi alter deſtinaſſet occidere faciens præparamen-
ta,ſi alter occidat præparantem non tenetur pœna capitis ſi ille erat ſolitus mittere
præparamenta ad effectum, propter periculum expectationis vt offendatur, & vide
nouiter per Thom.Gram.in deciſi.v. vbi per multa quòd etiam ſi non ſit in actu per-
cutiendi, dummodò inſit iuſtus metus & timor, vt quia fuerit conſuetus mittere
minas ad effectum, ſi occidit, non puniri debet pœna mortis naturalis, ſed ciuili &
7 mitiori pœna vt per eum. An autem † ex ſolis minis præſumatur occiſus, vt torqueri
poſſit? dic vt per Gandi.in rubr.de var.quæſt.in male.ver.item pone quidam minatus.

& per Mar.plenè in d.§.diligenter.Bar.Alexand.& alij in l.metum. C. quod met.cauſ. Spec.in tit.de præſump.§.ſpecies.verſic.ſed pone.P.minatus.Paul.& Iaſ.in l.j.C.de his quib,vt indig.Bald.& Imol.in l.fi.ff.de hære.inſti.Bru.in tract.de indi.& tor.j.par.& in aliis locis,vt per Mar.in d.§.diligenter.& in conſil. lxxij. & in conſil.iij. & ibi quando minæ ſunt ex calore iracundiæ non faciunt indicium, & per Panor.in c.ſcribantur. de præſumpt. & in c.j.extrà,de offic.deleg.& in c.cauſam matrimonij. eod.tit.Ana.in c. Petrus.extra de homic.plenè Felin.in c.afferte.verſic.& hanc partem.de præſumpt.Et
8 amplia † quòd defenſio nedum licita eſt quādo imminet periculum mortis, ſed etiam quando imminet periculum iniuriæ perſonalis,vt per Bar.in d.l.j. & in d.conſil.incip. Vanutius.Anto.in d.c.olim.Alex.in conſil.cix.primo volu.Ang.in l.ij. C.de ſicar.Iaſ. in dicta l.vt vim.Marſi.in dicta l.is qui aggreſſorem.& in ſingula.100.& in practica,in §.quoniam.& in l.prima.in principio.ix. limitatio.ff.de ſicariis.

## SVMMARIVM.


1 ☞ *Defenſio eſt licita cum moderamine inculpatæ tutelæ & non aliter, & circa quæ conſideratur moderamen inculpatæ tutelæ.nu.2.*

3 *Defendendi modus conſideratur in multis,in æqualitate armorum, & æqualibus armis fiat,minoribus tamen licet, & non maioribus.*

4 *Defenſio eſt licita inæqualibus armis ſi datur exceſſus in perſona inſultantis, & inſultati.*

5 *Inſultus ſi fiat cum baſtono,an liceat cum enſe ſe defendere.*

6 *Pugno aut alapa volens percutere,an occidi poſſit ſe defendendo.*

7 *Robuſtus & fortior ſi pugno percutit,an ſenex poſſit enſe ſe defendere.*

8 *Pugno percutiens ſi habeat arma ad latus , an occidi poſſit gladio.*

9 *Defenſio dicitur fieri ubi moderatè fit arbitrio boni viri æqualitate non curata.*

10 *Offenſio vbi verbis facta eſt,verbis licet iniuriam propulſare.*

11 *Iniuriis & verbis prouocatus ſi facto ſe defendat,& occidat,excuſatur.*

12 *Iniuria ſi dicatur an liceat dicere tu mentiris,& quid ſi dicatur iniuriam cum veritate. num.13.& quid ſi dicat tu mentiris ſaluo honore tuo,an teneatur.num. 14.*

15 *Dolus an compenſetur cum dolo in maleficiis,& quando.*

16 *Adulterantes vxorem vnus alterius an delicta mutua compenſatione tollantur.*

17 *Vxor adulterando licet dotem amittat, tamē ſi maritus retinet concubinam non amittit.*

18 *Defenſio debet fieri incontinenti non ex interuallo.*

19 *Incontinenti factum quando dicatur.*

20 *Defenſio non probatur,niſi articuletur & probetur factum fuiſſe incontinenti.*

21 *Defendiſſe ante factum, & non poſt factum probari debet,vt dicatur factum ad defenſam, niſi immediatè vel quaſi immediatè poſt factum,& articulari debet factum in rixa, & non poſt.*

22 *Aggreſſor ſi percutiat & ſtatim fugit,ſi aggreſſus inſequitur & occidit,an puniatur.& numero 24.*

23 *Aggreſſor ſi habuerit animum repercutiendi,aggreſſus poteſt occidere inſequendo.*

25 *Aggreſſor ſi fuit captus & ductus in iudicio,ſi aufugit & aggreſſus occidit, an teneatur pœna mortis.*

26 *Incontinenti factum quando dicitur in defenſione rerum , & an liceat amicos congregare & expellere poſtea.*

27 *Poſſeſſio poteſt ex interuallo recuperari,quando interuallum eſt neceſſarium ad recuperationem poſſeſſionis.*

28 *Occidens aliquem in via quem ſentit velle ſe expellere à fundo, an puniatur.*

29 *Occidere an liceat ſi me turbat in poſſeſſione, clam exarando de nocte quod aro de die.*


Reſi

30 *Reſiſtere an liceat contra ingredientem poſſeſſionem authoritate iudicis.*
31 *Offendere & occidere an liceat pro defenſione priuilegij.*
32 *Creditore annui cenſus an liceat retinere debitorem.*
33 *Expulſorem an liceat capere & ligare, & non teneri de priuato carcere.*
34 *Forudicatum & bannitum licitum eſt capere, & retinere vltra xx. horas.*
35 *Mulierem libidinis cauſſa retinens, non committit priuatum carcerem.*
36 *Conſuetudine aut ex priuilegio retinens aliquem, excuſatur à priuato carcere.*
37 *Carceratum detinens, & non ligatum, non tenetur de priuato carcere.*
38 *Redemptum ab hoſtibus licet impunè retinere pro pretio & expenſis, & non tenetur de priuato carcere.*
39 *Incontinenti factum qualiter intelligatur, vt ſi grauiori fortuna iactatus diuertit ad alios actus.*
40 *Hoſtes inuadentes licet etiam ex interuallo expellere, & an in dubio preſumatur incontinenti.*
41 *Defenſio debet fieri & percuſſio, ex cauſa defenſionis, & non zelo vindictæ.*
42 *Defenſio an eſſe debeat neceſſaria, & non ſufficiat ſimplex, vt teſtes dicant factum ad neceſſariam defenſionem.*
43 *Teſtes an neceſſe eſt dicere factum ad neceſſariam defenſionem.*
44 *Occidens, eo ipſo quòd probo veniſſe cum enſe contra me, probo feciſſe ad defenſionem neceſſariam.*
45 *Deangulatum ita fuiſſe quòd non poterat aliter euadere niſi occidendo, an articulare neceſſe ſit.*
46 *Iniuriæ perſonalis ſufficit imminere periculum, vt dicatur ad defenſam, licet non mortis, dummodò ex percuſſione & perſonali iniuria eſſet periculum mortis, nec leuis ſufficit iniuria num. 47.*
48 *Homicidium in dubio præſumitur ſemper factum ad defenſionem, vbi ad offenſam, & defenſam dici poſſit.*
49 *Defenſio neceſſaria an requiritur ad incurrendam irregularitatem.*
50 *Inſultatus an teneatur aufugere cum poteſt, & non occidere.*
51 *Inſultatus an teneatur fugere in foro conſcientiæ, & qualiter probatur feciſſe ad defenſionem. num. 52.*
53 *Inſultu probato probatur factum ad defenſionem.*
54 *Defenſio probatur ex preparamento, quia euaginat enſem & vadit contra.*
55 *Defenſio probatur ſi teſtes dicant occiſorem fuiſſe conſtitutum in diſcrimine vitæ.*
56 *Defenſio probatur ſi probat primo ſe fuiſſe percuſſum, nam ſi percuſſit preſumitur ad defenſam,*
57 *Rixantes duo ſi appareant, & neſcitur quis fuerit aggreſſor, an in dubio preſumatur occidiſſe ad defenſionem, niſi aliter conſtet ex coniecturis & præſumptionibus. numero 58. & 60.*
59 *Pax ſi facta eſt inter duos, deinde neſcitur quis primò fuerit aggreſſor, vterque abſoluitur.*
61 *Rixantium duorum ſi alter eſt bona fama, nec conſtat de defenſione, an probari poſſit eius iuramento defenſio.*
62 *Aggreſſor ex quibus preſumitur, & quòd ex inimicitia pracedente & offenſione.*
63 *Prouocans ad rixam preſumitur aggreſſor.*
64 *Aggreſſor preſumitur preparans ad offendendum, & expectans ad locum accomodando arma.*
65 *Aggreſſor præſumitur qui melius eſt armatus.*
66 *Aggreſſus præſumitur qui primò reperitur clamaſſe; ſuccurrite.*

67 *Aggreſſus præſumitur qui aufugit rixam, & vadit ſe retrahendo.*
68 *Rixoſus præſumitur primo aggreſſor.*
69 *Aggreſſor præſumitur audacior & robuſtior.*
70 *Aggreſſor præſumitur qui grauius reperitur vulneratus.*
71 *Aggreſſor præſumitur ex verbis prolatis.*
72 *Offenſor præſumitur in dubio, ſed concurrentibus præſumptionibus defenſor.*
73 *Iuramento ſtatur quòd fecerit ad defenſam concurrentibus aliquibus coniecturis.*

CIRCA Quartum † de modo ſe defendendi, dic quòd licita eſt
1 defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt in l.j.C.vnde vi.
l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi ar.not.in d.l.vt vim.text. in conſtit.
pacis cultum.per Gandi.in d.rub.de defenſ.areo.faci.Bel.in dicta
rubt.de inuaſore. Bonifa. in d.rubr.de inſul. & percuſ. Marſil. in
conſi.xxj.& conſi.lxxx.Angel.in d.glo.& dictus Titius.& in d.§.
ius autem gentium. doct.in d.c.ſignificaſti. & in dicto cap.olim.
Alexan.in conſil.lxxvj.j.vol. Iaſ.in dic.l.vt vim.in princ. Cepo.in conſil.xlij.& conſil.
2 xliiij.Ioan.de Amic.conſil.lxxvij In quo † autem conſideratur iſtud moderamen, dic
vt per glo.Bart.& Bald.in d.l.j.& in dicta l.vt vim. & in d.§.cum igitur. & per Mathe.
in dicta conſtitu. pacis cultum. quòd tale moderamen circa tria conſideratur. Primò
circa modum ſe defendendi. Secundò circa tempus. Tertiò circa cauſam defenſionis.
3 Circa † primum, modum conſideratur in multis. Et primò in qualitate facti, nam ſi
armis aggreditur, armis licet reſiſtere, dummodò æqualitas concurrat armorum, vt
ſi acutis & molitis armis aggrediatur, iiſdem armis ſe defendat.d.§.cum igitur. & ita
dicit conſti.pacis cultum.intelligas dummodò non excedat qualitas armorum, ſecus
tamen ſi minuat, vt quia aggreſſus ſe defendat minoribus armis: nam tunc licet ſe de-
fendere, nec talis æqualitas requiritur, vt minoritas excludatur, ſed exceſſus armo-
rum tantum, ita glo.in d.conſt.pacis cultum.ibi, idem ſi minoribus credo.ideò, ſi cum
enſe ſit inſultatus, & defenſio cum pugione, dicitur ſe defendiſſe æqualibus armis, vt
excuſetur: idem dicendum eſt ſi inſultatus enſe, fuſte occidat, ſecus tamen contra, vt
pugione inſultatus, aut fuſte, occidat enſe, nam tunc dicitur exceſſus in armis: idem
ſi cum baſtono, & ille roncha percutiat, aut altero armorum inæquali genere, non di-
citur æqualibus armis ſe defendere, & per Thom.Gram.in conſi.lxiij. & per Ioan.de
Amic.in conſil.lxxvij.vbi inſultans lapide, & ille enſe, dicitur excedere moderamen,
& Mar.in conſi.xxj.& Lanfran.in c.quoniam contra.§.confeſſiones.in fin.verſi.quæ-
4 ro iuxta. Tempera † tamen niſi detur exceſſus in perſona inſultantis, vt quia fortior,
& robuſtior aggreſſor, nam tunc inæqualibus armis licet ſe defendere, vt per Cynum
in d.l.j.j.& ij.quæſt.& Bart.& Bald.ibidem, & Bald.in l.j.C.de confeſſ.verſi.tu aſſeſſor.
5 & in l.furem.ff.de ſicar.in d.l.vt vim.& infrà ſubiicietur. Quæro † ergo vnà cum glo.
in d.l.j.quid ſi inſultetur cum baſtono, an liceat enſe ſe defendere? gl.ibi, & poſt eam
Bald.arguit, & tandem concludunt, aut inſultatus poterat ſe aliter defendere, & tunc
punitur cum exceſſerit, aut non poterat, & tunc non punitur, vt nota.in l.ſecunda.
C.de ſicar.& per Thom.Gram.in deciſi.xcviij.in dubio autem cùm fueris armis inſul-
tatus, quia fuſtes armorum appellatione veniant, licet armis ſe defendere, & ita reſi-
det glo.Cyn.Barto.& Bald.in d.l.j.& Panorm.in d.c.olim.& Angel.in d.glo.& dictus
6 Titius verſi.ex his infertur. & Pau.in conſil.clxxx. Et hoc † etiam quærit Bald.ibi, in
d.l.j.quid ſi fecit inſultum, ſine vllo armorum genere, ſed volebat dare vnam maxilla-
tam manu vacua, an percutiendo gladio, & occidendo, teneatur? arguit & diſtinguit
quòd non aliter poteram me defendere, & tunc teneor cùm non ſeruaui modum de-
fenſio

ſenſionis,ſed potius vindictam aſſumpſi,aut conſtat,quòd non poteram aliter euade
re quin percutiar,aut ſaltim cum vituperio,tunc excuſor:nam ſi licet ob res defenden
das,multò magis propter perſonam.& corpus: aut dubitatur, & tũc,aut inter pares,
& teneor,cùm præſumatur alia via potuiſſe defendere,aut inter inæquales,vt quia iu-
uenis cum ſene,& tunc in ſene propter inæqualitatem virium præſumitur, quòd ali-
ter non potuerit ſe defendere,& excuſatur,ita etiam ex aliis circunſtantiis deprehen-
datur,ita reſidet glo.& Bal.in dicta l.j.& refert & ſequitur Ang.in d.glo.& dictus Ti-
7 tius.verſi.etiam.& Bal.ibi,& Alex.in conſi.lxxvj.j.vol.Mar.in conſ.iiij.Tertiò † quæ-
rit Bar.in dicta l.j.ver.ſed pone robuſtus.poſt glo.& Bart.ibi, & Gand.in d.rub.de de-
fenſio.& Bonif.in rub.de inſul.& percuſ.verſic.ſaluo quod ſi ipſe.quid ſi robuſtus, &
fortior percutit pugno,an ſenex & debilis poſsit gladio percutere? dicunt, quòd ſic,
cùm defectus virium poterit ſuppleri cum iuuamine armorum, & per Thom. Gram.
in conſi.xxix.& Ange.in dicta glo.& dictus Titius.ver.quid ſi robuſtus.& Math.in d.
conſtit.pacis cultum.in fi.& dixit Math.in reperto.ſuo,in verbo defenſio, quòd aliàs
dixit,quòd duobus rixantibus vno adoleſcente,altero iuuene,iuuenis deliberauit oc-
cidere adoleſcentem,qui adoleſcens videns præparamenta expectauit iuuenem, ante
8 domum ſuam,& cum roncono occidit,dixit † adoleſcentẽ non teneri. Et limita quàm
do pugno percuteret,ſi haberet arma ad latus:nam ſi iniuriatus occidit gladio, excu-
9 ſatur:ita conſuluit Aret.in conſil.xxxiiij.Et † ex his concludit,& regulam facit Bald.
in dicta l.j.ver.ex his no.quòd tunc dicitur fieri ad defenſionem,quando moderatè fit,
& vti vir bonus faceret,& poſſet arbitrari,non curando æqualitatem, vbi neceſsitas
non poteſt euitari:neceſsitas enim facit probabile,& excuſabile, vbi aliàs non liceret.
l.qui potuerint.ff.de manu.teſta.& dixit Panor.in dicto cap.olim relinqui arbitrio iu-
dicis,& ex hoc etiam datur modus in perſonis,vt pares æqualibus armis,impares inæ-
qualibus armis, vt alterius inæqualitas ſuppleatur per inæqualitatem alterius in ar-
10 mis, vt patet ex prædictis. In † alio etiam conſideratur qualitas facti, vt ſi verbis reci-
pio iniuriam,verbis me defendam,& non facto: & ideò ſi quis vocat me latronem,
poſſum verbis propulſare,& dicere aliam iniuriam,ita per Spec.in ti. de accu.verſicu.
quid ſi vocaui te latronem,quem ſequitur,& refert Ange.in dicta l.vt vim. & poſt cũ
Iaſo.qui comprobat:nam cauſa vitæ,& honoris à pari procedunt.l.iuſta. in princi.de
manu.vin.Bart.& Iaſo.in l.tranſigere.C.de tranſact.ſed cauſa vitæ poteſt ſe defendere,
ergo & cauſa ſui honoris conſequendi.Thom. Ferra. in cau.xxix.& per Tho. Gra. in
deciſ.xcviij.& deciſ.xiiij. & in deciſi.xxiij. & in conſil.xxix. & plenè Felin.in c.dilecti.
de except. Alexan.poſt alios in l.fina.ff.quod quiſ.iur.Roma. & Alexan.in l.cùm mu-
lier.ff ſolu.matrimo. Alexand.in l.& ſi pepercerit. ff.de liber. & poſthu. & in l.ſi quis
extraneus.ff.de acquiren.hæred.& dictum fuit ſuprà, & vltra per Bald. in conſil. xlv.
iij.volumi.& in dicta l.j.C.vnde vi. Aretin. in conſil.xxxiiij. Marſil. in conſil. xxv. &
conſi.lxvij.& conſil.lxxiij. & conſilio xxx.& conſil.cv. & cõſi.cxviij. & conſi.cxiiij.
& conſil.cxxix.& in vlti. conſil.& in pract. in §.quoniam.& in ſingu.cccclv. & in l.j.
11 in princip.xiij.limita.ff.de ſicar.& Deci.in dicto capit.dilecti. Imò † plus extende, vt
per Marſil.plenè in dictis conſiliis,poſt Auguſti. poſt Angel.in dicta glo.& verba con
tumelioſa.quòd ratione prouocationis ex quo prouocatus deliquit, quòd ſi verbis,
& iniuriis prouocatus,facto ſe defendat,& occidat,excuſatur, & mitius punitur:in-
dulgendum eſt enim ei, qui prouocatus vleiſcitur, vt proſequitur in dictis locis, &
per Tho.Gram.in dicto conſil.xxix.& in vot.xxiij. verbo, præterea conſiderandum.
12 per doct. Ange.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores.ff.de adulte. Et † dicunt
ſupradicti docto.in locis ſuprà,maximè in dicta l.fina.ff.quod quiſ.iur.& Fel.in dicto
c.dilecti.& Iaſ.in d.l.vt vim.ſi alicui dicatur iniuria,an, & quando liceat ipſi dicere, tu

mentiris,& dicendo talia verba,an teneatur de iniuria,& per Capi.in deciſ.ſacr.conſi.
lviij.& limita,vt per Paul.in dicta l.fin.quòd non licet recitare dicendo tu mentiris,&
13 declara,vt per eos ibi,& per Felin.in dicto cap.dilecti.in fin.Limita † etiam, niſi dicat
verum,nam tunc non licet dicere tu mentiris,vt per Bar.in l.eum qui nocentem.ff.de
iniur.Oldra.in conſil.liij.Roma.in d.l.ſi quis extraneus.in princ. ff.de acquir.hæred.&
14 vide per Tho.Gra.in deciſ.xxxvij.Limita † etiam niſi dicat,& proteſtetur non animo
iniuriandi,ſed dicat ſaluo honore tuo, vt per docto.in dicta l.fi.& Iaſo.in d.l.vt vim.
Feli.in d.c.j.in fi.de except.Panorm. in d.c.cùm te.Inno.Alexand.& Iaſ. in d.l. turpia.ff.
de lega.j.Albe.in dicta q.xliij.Felin.in d cap.dilecti.Iaſo.in d l.ſi extraneus. & in l.non
ſolum.§.morte.ff.de oper.noui nun.dic vt per eos an per talem proteſtationem excu-
15 ſetur.Et † ex prædictis etiam infertur,an dolus cum dolo compenſetur in maleficiis,
de quo per Felin.in dicto cap.dilecti.Bel.in d.glo.& dictus Titius. & Bald.in lectura,
& Bartol.in dicta l.prima.C.vnde vi.& ibi Bald. in repetitio.verſiculo, not.quòd iſta
lex.& in dicta l.vt vim.in fine.& vide plenam diſtinctionem Salyce.in l. compenſatio-
nis.ff.de compenſ itio.& per Bald.in l.ſi quis à ſe fundum.ff.ad leg.Iul.de vi.publ.tra-
dunt doct.in l.ex hoc edicto.§.ſi ſtipulator.ff.de eo per quem fac.er. & in l. viro atque
vxore.& in l.cùm mulier.ff.ſolut.matr.& in cap.intelleximus extrà,de adulte.& Spec.
in tit.de accuſa.verſic.quid ſi vocaui.& in tit.de crimi.in moder.except.oppo.verſicu.
pr mo.Panor.in d.c.intelleximus.Tho.ferr.i.in d.cau.xxxix.vbi dat cautelam vt com-
penſetur.Marſi.plenè in ſing.ccxxxiiij.& Felin.in d.c.dilecti.verſi.ad illud. & in fin.&
Bald.in marg.in verſic.compenſatio.ver. dolus. quod tamen declara vt per eos, quòd
delicta,& dolus mutua compenſatione tolluntur, reſpectu intereſſe partis, ſecus ta-
men quo ad fiſcum:nam non datur compenſatio in delictis in præiudicium fiſci, ſed
pœna tenet ſuos autores,& vnuſquiſq; punitur iuxta ſuũ delictũ,ita Pan.in d.c.intel-
leximus.in fine.& in d.c.cùm te.de re iudica.& in cap.primo.de iniuriis.poſt Specu.&
Barto. vbi ſuprà.& Barto.in d.l.j.C. vnde vi.& Capi. in d.deciſ.lviij.vbi de iniuriis ad
16 inuicem.Et † ideò ſi vnus adulterat vxorem alterius,& ille adulterat vxorem adulte-
rantis ſuam,tunc non mutua compenſatione tolluntur delicta, ſed quilibet punitur
17 de ſuo,vt per Ioan.de Arno.in comment.ciij.Et † ex his proſequitur Marſil.in d.ſing.
ccxxxiiij.quòd licet mulier amittat dotem propter adulterium,tamen ſi maritus de-
tinet concubinam,non amittit dotem, ſed delicta mutua compenſatione tolluntur,
allegat ita conſuluiſſe Paul.de Caſtr.in conſil.cxxviij.Augu.poſt Angel.in glo.che hai
adulter.la mia don.& per Mar.in l.patre vel marito.ff.de quæſtioni.proſequere vt per
18 eum in dictis locis.Circa † ſecundum temperamentum, & moderamen temporis, dic
quòd incontinenti fieri debet defenſio,non ex interuallo,vt traditur in d.l.j. C. vnde
vi.& d.l.vt vim.& in d.l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi arma.& in d.conſtitu.pacis cul-
19 tum.Sed † quando dicatur incontinenti factum.dic vt per glo.Cyn.& Bald. in d.l.j.&
Bald.in l.cùm antiquitas.C.de teſt.i.& docto.in d.c.olim. Alexand. poſt Barto.in d.l.j.
quòd intelligitur fieri incontinenti antequã diuertat ad actus extraneos,& hoc etiam
declarat dicta conſtitu pacis cultum.ibi,incontinenti.prius ſcilicet,quàm diuertat ad
alios actus extraneos,& par Math.in conſtitut.eos tantum.in fi.tertio not. Et ibidem
quòd relinquitur arbitrio iudicis.& Pan.in d c.olim.& in c.j.de mutu.petit. & Boni.
in rub.de inſult.& percuſſ.verſi.idem dico.ſed in hoc ſecundo temporis moderamine,
aut in defenſione rerum:primo caſu dicitur fieri defenſio incontinenti ſi in ipſo actu,
aut flagranti crimine.l.ſi ex plagiis.§ tabernarius.ff.ad leg. Aquil.l.ij.§.cùm arietes.ff.
ſi qua.pau.feci.di.Barto.in dicta l.prima,verſic.circa hoc.Math.in conſtitu.ſi maritus.
20 & ibi in fi.quòd.arbitrio iudicis relinquitur.Intantum † requiritur incontinenti fieri,
quòd articulari debet,& probari quòd fecit incontinenti, & non ex interuallo, aliàs
vltio,

vltio,& non defenſio pręſumitur,vt per Ang.in d.gl.& dictus Titius.ver.aduertas.& ibi ꝙ relinquitur arbitrio iudicis,ſi fecit ad defenſam,an ad vltionẽ, & quando,& ſic incontinẽti an ex interuallo attẽta qualitate perſonę,& facti,per d.§.cũ igitur.Intantũ
21 etiam † requiritur ꝙ incontinenti fiat ,quòd neceſſe eſt probare ſe defendiſſe ante factum,& non poſt factum,niſi immediatè ſucceſsiuè,vel quaſi immediatè, vt in dicto §.cùm igitur.ita Bald.in d.l.j.verſicu.quærit.glo.Angel.in dicta gloſſ.& dictus Titius. verſicu.quæro ergo quid. & declara, vt per Bald.in d.l.prima.verſic.extra oppono.& Angel.in d.gl.verſic.& dicitur fieri incontinenti. videlicet , niſi factum ſit reducibile
22 ad priſtinum ſtatum. d. §. cum igitur. Sed † quid ſi aggreſſor percutit,& ſtatim aufugit,& percuſſus inſequitur,& occidat eum,an dicatur fieri incontinenti,vt dicatur feciſſe ad defenſionem? videtur quòd ſic, ex quo non diuertit ad alios actus extraneos, per tex.in l.quod ait.§.fi.ff.de adul.vbi licet inſequi adulterantẽ, & occidere,& incontinenti fieri dicitur.In cõtrarium tamen,nam deficit tertium moderamen ex quo non neceſsitate defenſionis,ſed tumore vltionis.d.§. tabernarius. & d.§.qui cum aliter.ita gloſſ.in cap.ſi perfodiens.de homicid.Archid.in can.de his.l.diſtin.Cyn.& Bald.in d.l. prima.x.q.& Bar.ibi,tertio moderamine.& Bart.in dicto §.tabernarius. Boni.in dicta rubr.de inſul.& percuſ.verſic.ſed quid ſi Marti.Paul.in d.conſil.cxcij. Cepol.in conſi.
23 xxviij.Tempera † tamen dummodò nõ habuerit animum repercutiendi, nam tunc licet occidere,idem ſi ſtaret,cum præſumitur habere animum repercutiendi durante rixa.Bartol.in dicto §.tabernarius.& in d.l.j.dicens deprehendi ex qualitate perſonæ, & factorum,& Bald.ibidem,verſi.vltimo concludendo.gloſſ.& Anto.in c.ſignificaſti.lo ſecundo.de homic.Aret.in conſil.xxxiiij.& conſi.lxxx.Math. in conſtitut. terminum vitæ.lj.limita.Dec.in d.l.vt vim.ij.not. Thom.Gra.in vol. xxiij. & ideò dixit Bald.ibi, dicto verſic.vltimo concludendo. quòd aduocatus caueat articulare quòd percuſsit durante rixa.& non poſt factum,cùm tunc diceretur ad vindictam,& nõ ad defenſionem,& per Dec.in cap.in noſtra.xij.not.extrà,de prob.vbi probare debet ante factum
24 inſultum,& poſt percuſsionem. Tempera † etiam,vt tunc non puniatur de homicidio doloſo,ſed culpoſo tantum,& ſic non pœna capitis, cùm iuſto dolore commotus feciſſe videtur ad occidendum ex præambula percuſsione, idem ex quo prouocatus deliquit,ideò indulgendum vt ſuprà dictum eſt.Panor.in cap.primo.de iniur.& in d.c. dilecti.vbi Felin.ita per Anton.& Panormi.in dicto cap.olim.Aret.in d.conſil. xxxiiij, & conſil.lxxx.Ioan.de ligna.in tractatu de bello verſiculo,vij.quæritur.Aberic.in d.l. prima.verſic.item quærit ſi aliquis. Dec.in d.l.vt vim. ſecundo not. Felin. plenè in d c. dilecti.& declara.Mar.in l.prima.in prin.ix.limit.verſiculo,quinimo.Ang.in d.glo.& dictus Titius.verſiculo,quæritur Titius vulnerauit.Marſil.in l, is qui percuſſorem.C. de ſicar.& in pract.in §.quoniam.nu.65.& in ſingul.c.& in conſil.vij.& conſil.xxix.&
25 conſil.cxxxij Felin.in dicto cap.ſignificaſti. lo ſecundo. de homi. Limita † etiam hoc moderamen quòd etiam licet ex interuallo occidere,in caſu de quo per glo. & Bald.in l.nulllus.C.de iudæ.& Felin.in cap.ſecundo.in prin.de homici.& Marſil.in pract.in §. diligenter.in articulo,an dictum offenſi.verſicu.præterea pro hac parte. vbi dixerunt, quòd ſi accuſaui aggreſſorem meum in iudicio,& fuit captus,deinde video ipſum fugientem, poſſum illum impunè occidere , & ſic ex interuallo vlciſci,& per Marſil.in
26 conſilio xij quod not.Secundò † caſu circa res, & rerum defenſionem , incontinenti debet fieri,dicto §. cum igitur. & declarat dicta conſtitutio. pacis cultum. ſicut in defenſione perſonæ , vt ibi per Math. Bartol. verò in dicta l. prima. dicit incontinenti fieri circa res ſi infra tres dies,dicto §.cum igitur.& in dicta l.vt vim.dicit ex interuallo poſſe recuperare.Bonifa.in rubrica de inſult. & percuſſ. Alexander poſt Bartolum in l.finali.in princip.C.vti poſsi. Math.in dicta conſtitutio.pacis cultum. Iaſo.in dicta l. i.

vt vim.dic procedere in vi turbatiua, vt per Bald.d.l.j.xj.quæſtione. verſic.ſed quid ſi
aliquis.& x.quæſt.& Alex.in d.l.fin. ſecus in vi expulſiua, per d.§.cùm igitur. & Bart.
in d.l.j.iiij.quæſt.imò non poteſt congregare homines, & poſtea expellere, vt per glo.
in d.§.cùm igitur. Gand.in rub.de deten.verſi.ſed pone.& Bal.in d.l.j. ver.ſed pone, tu
ſpoliaſti me.vbi nota etiam, quòd ſi amici interponant ſe, vt poſſeſsio abſque vi recu-
peretur, & ille noluerit, ſed cum vi, quòd non licet, niſi immineat periculum in recu-
17 perando, vt ibi, & vide per Alex.in d.conſ.lxxvj.j.vol.Limita † niſi in interuallo neceſ-
ſario ad actum recuperationis, iuxtà l.qui poſſeſsionis,ff.de vi & vi arma. Bald.in le-
28 ctura in d.l.j.in princ.& Mar.in pract.in §.attingam.Item † quærit Bal.in l.j.vij.quæſt.
quid ſi ego ſentiens quendam volentem accedere ad fundum meum, animo me expel-
lendi, in itinere eum vulneraui, aut occidi, an tenear? concludit Bald.quòd non, ſi ille
29 ibat ad fundum, & non appareant ſigna pœnitentiæ. Quærit † etiam Bald.in dicta l.j.
xj.quæſt.quid ſi aliquis me turbat clàm, vt dum de die aro, ipſe de nocte, & clam exa-
rat, an licet occidere? dicit quòd ſic, in ipſo facto, & de materia defenſionis rei & poſ-
ſeſsionis tam de corporalibus, quàm incorporalibus, & an naturaliter poſsidens poſ-
ſit expellere ciuiliter poſsidentem, & econtra ciuiliter poſsidens, aut recuperare, &
30 an habens vtile dominium. Et quid † ſi quis ingrediatur autoritate iudicis, an poſsit
reſiſti? diſtinguit, an ritè & rectè, & poteſt, aliàs ſecus, dic, & proſequere, vt per eum in
dicta l.j.verſic.nunc circa res.& Barto.in dicta l.vt vim.& Mathe.in dicta conſtitutio.
pacis cultum.& ibi, ſi pars poſſeſsionis eſt occupata, & inuaſa, poſſum totam recupe-
rare, vt per Bald.in diſputat.incipien. accuſatus de vi turbatiua. & in l.data opera. in
31 fin.C.qui accuſare poſſunt.& vide per totum.ff.de vi & vi arma. Et nota † quod dicit
Bald.in dicta l.j.viij.quæſt.quòd ſi quis eſt in quaſi poſſeſsione alicuius priuilegij, &
non permittitur vti, an licet pro defenſione priuilegij offendere, aut occidere? dicit
quòd aut poſſeſsio priuilegij redditur inhabilis, & licet in ipſo actu turbationis, &
non ex interuallo. l. ſanè. ff.de iniur. aut non affertur incommodum poſſeſsioni, &
32 non licet, vt ibi. Quærit † etiam Bald.in dicta l.j.ix.quæſt. an licet ſibi ius dicere cre-
ditori annui cenſus, vt debitorem retinere poſsit, dicit quòd non, niſi ratione iuriſdi-
ctionis, vt dominus vaſallum, in regno autem prouiſum eſt creditorem non poſſe de-
tinere debitorem, & arreſtare, & ius ſibi dicere, ſub pœna capitis, per c.reg.incipien.
contra effrenatas. in quibus autem caſibus liceat ſibi ius dicere, proſequere plenè per
33 Mathe.in dicta conſtitu.pacis cultum. Quærit † etiam Bald.in dicta l.prima.iij.quæſt.
an licet expulſorem, vel aggreſſorem capere, & ligare, vt non teneatur pœna priua-
ti carceris, dicit quòd ſi capitur, ne noceat, vel vt iudici præſentetur, poteſt, dummo-
dò non detineat vltra xx.horas, vt in l.capite quinto. ff.de adulterio. aliàs committit
priuatum carcerem, & per Iaſ.in dicta l.vt vim.in glo. ſed quid ob tutelam rerum. de
quo per Barto.in dicta l. capite quintò. & per Bald. & Salyc. in l.j. C.de priuat. carce.
34 Et limita † in capiente bannitum, & foriudicatum: nam poteſt detinere vltra viginti
horas, vt per Mathe.in conſtitu.pœnam eorum.xviij.not. & per Mar.in pract.in §.ag-
gredior.& Bart.& Bald.in d.l.j. C.de priu.carc. & Alexan.poſt Barto. in dicta l.capite
quinto. imò & quemlibet delinquentem per c.reg.incip.amplius.vbi poteſt eum deti-
nere per duos dies abſque metu pœnæ priuati carceris, vt ibi per Math. in d.conſtit.
35 pœnam eorum. xviij.not. Et limita † etiam, vt per Angel.in gloſ.qui iudi. carce.iuſſ.
verſicu.quid autem ſi vnus. & Marſi.in l.prima.num.19.C.de raptu virg.Par.in tract.
36 ſyndi. verſic.officialis videlicet in detinente mulierem libidinis cauſa. Limita † etiam
niſi ex conſuetudine antiquorum ſuorum: nam excuſat à pœna priuati carceris, vt
dixit Petr. de Ancharan.in cap.venerabilis.de conſuetud. & refert, & ſequitur Iaſ.in
37 l.de quibus.ff.de leg.Mar.in conſil.xc.& conſi.100.Cepo.in conſi.xiij. Limita † etiam
niſi

niſi fuiſſet poſitus in priuato carcere,& non ligatus, taliter ꝙ non potuiſſet aufugere: nam tunc non tenetur de priuato carcere,ita Ang.in l.ſi quis in graui.ff.ad Sill.Augu.
38 poſt Ang.in glo.fama publ.verſic.vt ergo ſcias quando. Limita † etiam vt per Mar.in conſ.cxxxv.in detinente quem redemit ab hoſtibus pro pretio,& expenſis recuperandis,limita etiam,& declara vt per Mar.in conſ.cxxxvj.quando committatur priuatus carcer.Limita etiam in patre detinente carceratum filium, & in marito vxorem cauſa correctionis, nam licet eos detinere carceratos, vltra xxiiij.horas, & non tenentur de
39 priuato carcere,vt per Par.in verbo,captura.verſ.officiales deſtinati.Et circa † temperamentum temporis,qualiter intelligitur incontinenti,per Fel.in d.c.ſignificaſti.verſi. prima concluſio.de homic.poſt Anton.Pan.& Ana.vbi limita niſi ad extraneos actus traheretur, grauiori fortuna iactatus faceret interitum, vel præiuit ad colligendos amicos,& ibi de ratione differentiæ inter violentiam perſonæ,& rerum,& per Gandi.
40 in d.rub.de defenſo.verſ.ſed quid ſi quis. Limita † etiam vt per Bald.in l.vis eius. C.de proba.& Mar.in pract.in §.attingam.ver.item adducit. etiam limita in hoſtibus inuadentibus,nam licet ex interuallo expellere, vt per Bald.in c.in literis.de reſti.ſpo. & in l.j.C.vnde vi.& per Mar.in l.quæſtionis modum.ff.de quæſtio.& vide Dec.in c.in no-
41 ſtra.xij.not.de proba.an in dubio præſumatur incontinenti. Circa † tertium moderamen,dic quòd cõſiſtit in cauſa defenſionis,vt faciat ad defenſam, & nõ ad vindictam, d.§.qui cùm aliter.& in d.conſt.pacis cultum.Bart.in d.l.j iiij.modera.& in d.l.vt vim.
42 & Ioan.de Ami.in conſi.lxxvij. Sed an † iſta defenſio debeat eſſe neceſſaria, & an ſimplex ſufficiat, vt neceſſe ſit teſtes deponãt quòd fecit ad ſuã neceſſariam defenſionem, aliàs ſi non ita deponant,ſed ſimpliciter quòd fecit ad ſuã defenſionem, non probent: hæc queſtio traditur latè per Moder.Iaſ.& Deci.in d.l.vt vim.vbi ad partes arguunt, & Alexan.in conſi.cix.j.vol.& per Ioan.de Ami.d.conſi.lxxvij. alij tenent requiri neceſſariam defenſionem,& niſi de ea teſtes dixerint, non probatur factum ad defenſionem,& ita debet articulari,& probari,ita Bald.in l.j.verſ.item tu aſſeſſor conſidera. C. de confeſſ.& in l.ij.C.de dona.propter nup. & per Bart.per illum text. in d.§.qui cùm aliter.& Ioan.de Ami.d.conſil.lxxvij.Cardin.in d.clemen.j.xxvj.quæſt.poſt glo. & ibi per Anchar.quòd debet probari, & articulari quòd erat taliter artatus, & deangulatus, quòd neque clamare, neque fugere, neque aliter ſe poterat iuuare niſi occidiſſet, per text. in d.clemen.j. Roman.in ſingu.xxviij. & Felin.in dicto cap.ſignificaſti. in fin. ſecunda concluſ.& Angel.in dicta glo.& dictus Titius:verſ.quomodo poſſit probari factum ad ſui defenſionem, vbi etiam dicit quòd debet articulare & probare, quòd ſaltim non potuit cum honore ſuo, & ſaluatione inſultum euadere, vt per Florian.in l.quemadmodum.§.ſi nauis.ff.ad legem Aquil.& plenè per Mar.in rubr.C.de probat. nume.353. debet etiam articulare quòd fuit per illam aggreſſuram in diſcrimine vitæ conſtitutus, & per hoc potuit licitè ſe defendere, per text.in dicta l.is qui aggreſſorem.C.de ſicar.& quòd non ſufficit articulare, & probare quòd fuit aggreſſus ſimpliciter, niſi dicat quòd aliter non poterat ſe tueri, nec ab eo euadere, niſi repelleret & occideret,& per Bart. in dicto §.qui cùm aliter. & Felin. in dicto c.ſignificaſti.iij.concluſ. & ſecunda ſecundæ. & in fin.primæ. & pro his facit text. in cap.j.§.ſi quis hominem.ibi,non neceſſariò.de pac.tenen. & text.in conſtitut.pacis cultum. ibi, defenſionem neceſſariò adhibere, & ſic videtur requirere neceſſariam defenſionem, & probari debet cùm qualitas ſtatuti probãda ſit,vt per Bart.in l.prima.§.ait prætor. ff.ne quid in loc.publ.Mathe.in d.conſti.pacis cultum.ponit modum articulandi,quòd erat ita, & taliter deangulatus quòd non poterat aliter euadere, & quòd erat armatus, vt ibi
43 per eum,vbi ſentire videtur, quòd neceſſaria debet eſſe defenſio.Contrarium † tamen communiter tenetur quòd non requiritur probari neceſſaria defenſio, & quòd ita te-

ſtes deponant,ſed ſufficere teſtes dicere,quòd homicidium fuit factum ad defenſionẽ,
cùm in defenſione inſit quædã qualitas neceſsitatis quę videri poteſt ineſſe per coarta-
tionem loci,& tẽporis,ita conſuluit Bar.in conſi.incip.quidã Maſſiolus. Dec. in conſ.
liij. & Bald. ſequitur in l.ſolam.C.de teſtib.verſic.ſecundo quæro.& ſequitur Alex.in
dicto conſil.cix.primo volum.& Corne.in conſil.clxij.primo volu. & conſil.cxxxiiij.
verſi.vltimo præmiſo.tertio volum.& Dec.in conſil.cclxxij.& Iaſ. & Dec. ſequuntur
44 in dicta l.vt vim.& Bald.in conſil.ccxj.iiij. volum.& Barto.in dicta l.prima.Facit† di-
ctum Barto.in l.ſed & ſi quæcunque.per illum text.ff.ad legem Aquil. vbi dixit quòd
eo ipſo quòd probo quòd aliquis veniebat contra me cum cultello & enſe, & ego
occidi,dicor feciſſe ad meam defenſionem,ſequitur Alexã.in dicto conſil.cix.& Cepo.
in d.conſil.xxix.& dixit Bal.in l.& ſi certus.§.ſi vnus.ff.ad Sille.quòd probato inſultu,
occidens euitat pœnam homicidij.Et faciunt ea quæ ſupra dicta ſunt,maximè per Bal.
in l.multis.C.de libe.cau.& in l.lege.ff.loc.quòd ſufficit probare ꝙ aduerſarius irrue-
45 bat & pręparabat ſe ad offendẽdũ,vt dicatur feciſſe ad defenſionẽ.Et†dixit Bal.in d.l.j.
in lectura,quòd licet quidam aduocati conentur articulare,ꝙ ita erat artatus in loco,
quòd non poterat aliter ſe defendere, niſi occidẽdo, quòd tamen ita non requiritur,
ſed ſufficiat articulare inſultum,& terrorem armorum.& ſic innuit non requiri pro-
46 bationem neceſsitatis defenſionis.Imò † ſufficit probare,nedum quòd immineret pe-
riculum mortis,ſed ſufficit periculum iniuriæ perſonalis,vt per Bart.in dicta l.prima.
& in conſil.incip. Annutius.Card.in d.cle.j. q.xxiij. Alexand.in d. conſil.cix.& Anto.
in dicto cap.olim.Iaſ.in l.vt vim.& Mar.vbi ſuprà & in conſil.viij. & Iaſ.in l.non ſo-
lùm.§.interdum. ff. de oper.nou.nunt.& ſic non requiritur. neceſsitas defenſionis ex-
preſsè probari,ſed ſufficit probare inſultũ,aut eius præparamenta,vt ex pręmiſsis pa-
47 tet.Limita † tamen quod proximè dictum eſt de iniuria perſonali , quando ex tali in-
iuria eſſet periculum mortis,vt in cap.fin.extrà,de homicid.in vj.aliàs ſecus,nam pro
leui iniuria perſonali non licet occidere,cùm non diceretur moderata defenſio , ita li-
mitat Dec.in dicta l.vt vim.& vide Alexand.in conſil.lxxvj.primo volu.vbi no.illum
caſum de illo qui detinebatur per capillos in eridano : nam licet poterat ſperare de
auxilio,tamen ſi occidat,non dicitur excedere,ideò non punitur,vt ibi proſequitur,&
per Ang.in §.ius autem gentium.inſti.de iur.na.gen.& ciui.& in §.iniuria.in prin.inſt.
de iniur.& in d.gloſſ.& dictus Titius,de iniuria perſonali,quòd liceat ſe defendere,&
48 Dec.in d.l.vt vim.Et † ibi etiam dicit in dubio ſemper præſumi factum homicidium
ad defenſionem in fauorem rei,vt per Ange.in d.l.ius autem gentium & Bal.in conſi.
cxcv.circa fin.primo volu.& Cor.in conſil.clxiij.primo vol.& vide Feli. in d.c. ſignifi-
caſti.ij.concluſio.vbi dicit quòd probato inſultu,& aggreſsione cum armis,& percuſ
49 ſione,eſt probata defenſio. Iure † verò canonico propter irregularitatem requiritur
neceſſaria defenſio,& quòd ita fuit deangulatus , quòd non potuerit abſque vitæ diſ-
crimine liberari,vt in d.cle.j.& ibi Card.in xxvj.q. vbi ſi aliter potuerit ſe liberare, ef-
50 ficitur irregularis. Et † ex his quæritur,an teneatur inſultatus aufugere ſi poteſt? dic
quòd iure ciuili non tenetur inſultatus fugere , quando fuga foret ipſi dedecus,vel fu-
giendo immineret periculum , vt quia habebat inimicum ad ſpatulas, & à tergo,tan-
dem Bar.in d.l.vt vim.& Bal.in l.j. in lectura,concludere videntur quòd aut ſumus in
vili perſona,& ruſtico,cui non eſt dedecus fugere, & tenetur fugere , ſecus in nobili,
vel alia perſona cui dedecus eſſet fugere : nam non tenetur,ſed ſicut ratione perſonæ
licet offendere,ita etiam ratione dedecoris euitandi , & honoris conſeruandi , cùm à
pari procedant.& Bal.idem in c.j.in prin.de pace ten.Cyn.in l.ſi ex plagiariis.§.taber-
narius.ff.ad legem Aquil.gl.& Ana.in c.Petro.extra de cler.pug.Bald.in l.prima,C.de
ædil.actio.glo.in c.ſuſcepimus.de homicid. Communiter tamen tenetur contrarium.

indiſtinctè,quòd non tenetur fugere,maximè ſi habeat inimicum à tergo,& maximè quia in fugiendo poterat cadere, & inimicus inſequendo occidere, aut percutere, vt per Bart.in d.l.j.& ibi Ang.& Sal.& Bald.in d.l.vt vim.& in c.fin.de conſuet. & in c.ij. de vi.& honeſt.cleric.Ang. in l.is qui cum telo.C.de ſica.& in l.fin.ff.de condi. inſtitu. Flor.in d.§.qui cùm aliter.Anto.& Pan.in d.c.olim.& in d.ca.ſignificaſti. & in apoſtil. poſt eum Ang.in d.gloſſ.& dictus Titius.Ana.& Felin.in d.capi.ſuſcepimus. Ancha. Imol.& Cardi.in d.cle.j.xxvj.q.& ſeq.Alex.in d.conſil.cix.Mar.in d.l.j.in prin.ix.limi. ff.de ſica.verſic.& circa hanc materiam.Iaſ.& Dec.in d.l.vt vim. dicunt hanc fore cõmunem opinionem.Bald.in l.ſi ob turpem.ff.de condi.ob turp.cau. & Bald.in l.fin.C. eod.Cepo.in conſil.xlij.& ſeq.& conſil.xxviij.& ſeq.Marſil.in l.furem.ff. de ſicar.& in ſingu.dcxcij.& in conſil.xxv.& in pract.in §. quoniam.Iure autem canonico ſi poteſt fugere,& aliter ſe tueri,nõ licet percutere,ſed percutiendo efficitur irregularis,vt not. in dicto cap.ſuſcepimus.& ideo ſi poteſt oſtium claudere, vel in turrim,vel aliam domum ſe conferre abſque periculo,tenetur hoc facere,aliàs non, vt per Cardi.in d.cle. prima.xxvj.q.Felin.in d.c.ſuſcepimus.in fin. tenet, quòd ſi probabiliter dubitaret ex fuga ſe moriturum,per inſecutionem,non tenetur fugere, & ibi per Ana.& Panor.& per Felin.in d.cap.dilecti.& per Dec.in dicta l.vt vim.in fine.Thom. Gram.in conſilio

51 xxix.& in conſil.lvj.Limita † in foro conſcientiæ: nam tenetur fugere, vt per Ana.in d.c.ſuſcepimus.& Panorm.in d.c.ſignificaſti.& Bald.in d.cap.fin.de conſue.& Dec. in

52 dicta l.vt vim.Sed † quæritur qualiter, & ex quibus probatur feciſſe ad defenſionem? in hoc alij dicunt,quòd ex quo præſumptio eſt contra occidentem.l.j.C.de ſic.l.ſi non conuitij.C.de iniur.quòd requiruntur probationes clariores ad probandum factum ad defenſam,vt not.Bart.per illum text.in l.j.in prin.ff.quod met.cau.& Panor.in cap. quia veriſsimile.in prin.de præſump.niſi quando conſtaret occiſum aggreſſum fuiſſe occiſorem,nam tunc leuiores ſufficerent probationes, vt not.in l.quoniam multa.C. ad legem Iuliam de vi publi.ſed dic quòd tunc eſt præſumptio in fauorem occiſoris, ideò non requiruntur aliæ probationes,vt not.Bart.in d.§.tabernarius.in fin.& in l.j. §.cùm arietes.ff.ſi qua.pau.feci.di.vbi Bal.per illum text.dicit,quòd inſultatus ſemper præſumitur feciſſe ad defenſionẽ,& dixit Bart.in d.l.ſed & ſi quęcunq;.ff.ad leg.Aqui. quòd probato inſultu ſtatim probata eſt defenſio neceſſaria, & ideò non requirũtur aliæ probationes.ſufficit ergo probari inſultum per occiſum factum,vt occiſor dicatur feciſſe ad ſuam defenſionem neceſſariam,nec aliæ probationes requiruntur. Contrarium ergo locum habet in accuſatore,non in reo accuſato, iuxta l.fi.C.de prob.&

53 ita dicit Dec.in d.l.vt vim.Et † probatur factum ad defenſam ex infraſcriptis,& primò probato inſultu,iuxta doct.Bar.in d.§.tabernarius.& in d.l.ſed & ſi quacunque.& per Bal. in l.ij.C.de ſic.& in l.& ſi certus.ff.ad Sille.Iaſ.in d.l.vt vim.Feli.in d.c.dilecti. ver.

54 quinimo.de except.Ioan.de Ami.in d.conſi.lxxvij.Item † probatur ex præparamento ad occidendũ,vt quia euaginat enſem,& vadit contra occiſorem: nam in tali actu occidendo, probatur, & dicitur feciſſe ad defenſionem,& maximè admenando,text.in l.ſi quis percuſſorẽ.C.de ſic.Gãd.in d.rub.de defenſ.areo.fa.Boni.in d.rub.de inſult. & percu.Cep.in d.cõſ.xxviij.& ſeq.Tho.Gra.in d.cõſi.xxix.& cõſil.lvj.& cõſ.xviij.& per Mar.in d.l.is qui cũ telo.C.de ſic.& in cõſi.c.eo enim iſpo ꝙ probat ꝙ aduerſarius euaginato enſe irruebat in me,probo feciſſe ad defenſionẽ per doc.Bal.in d.l.multis.C.de liber.cauſ.& in l.lege.ff.loca.& Alexand.in d.conſil.cix.& Mar.in d.l.j. ix.limita. ff.de ſicar.& in d.l.is qui aggreſſorem.& in l.qui falſam.ff.de falſ.& in l.j.C.de rapt. virgin. nu.175.& in d.l.ſi quis percuſſorẽ.& in cõſ.iiij.& cõſ.xiiij.& cxiiij.Alex. in d.cõſ.lxxvj. Cep.in d.conſil.xxviij.& ſequen.vbi plenè qualiter probetur feciſſe ad defenſionem. Bald.& Angel.in d.l.is qui aggreſſorem. & Anchar.in d.clem.j.& in aliis locis ſuprà,

z iiij

& per Ioan.de Ami.in problema.lxxxvij.poſt Corſet.in ſingu.in verbo, metus. & per
eundem Arno.in dialog.xxxiij. Facit dictum Ang.in l.quemadmodum.ff.de inoffici.
teſtam.vbi dixit quòd ſi haber enſem in manu, & minatur, dicitur præparatus ad of-
fenſionem,vt occidi poſsit ad defenſionem,& per Mar.in prac.in §.pro complemen-
55 to.verſi.& facit quod voluit Ang.Item probatur † defenſio, ſi teſtes deponant ipſum
occiſorem fuiſſe in diſcrimine vitæ conſtitutum, & adeò deangulatũ, vt nec fugere,
nec clamare potuerit:niſi occiderit, vel niſi cum dedecore ſuo aufugerit, vt per Bald.
in d.§.qui cùm aliter.Flor.in d.l.quemadmodum.& in l.nauis.ff.ad leg.Aquil.An cha.
56 in d.clem.j.Cepo.in d.conſi.xxix.& Mar.in d.ſing.dcxcij.Item probatur † ſi occidens
primò fuerit percuſſus:nam tunc præſumitur ad defenſam repercuſsiſſe ſi eodem in-
ſtanti,non ſi aufugerit,niſi etiam inſtaret vt percuteret,vt per Bart.in d.l.j.iij.modera.
glo.xxiij quæſt.j.c.j.Paul.in conſil.cxc.Alexan.in d.conſi.lxxvj.Cardin.in d.clemen.j.
quæſt.xxviij.Bald.in d.l.j.Gand.in rubr.de defenſ.ver.ſed ponamus tu es.Cyn.in d.l.j.
verſi.item quæritur.& dixit Bald.in d.l.j.verſic.vltimo concludendo.quòd ſit cautus
aduocatus articulare, quòd percuſſus primò, occidit, & repercuſsit eodem inſtanti
durante rixa,& vide per Mar.in d.l.j.ix.limit.Bald.in d.l.ij.C.de ſicar.Alexan.in dicto
conſi.lxxvj.Felin.in c.dilecti.Mar.in l.vnius.§.cognituram.ff.de quæſtio.& in pract.§.
quoniam.& aliquid in §.expedita.& in d.l.is qui aggreſſorem.& in conſ.xxix.& conſ.
xxv.& conſi.50.& conſi.lxviij.& conſi.lxxxj.vbi dixit quòd incipiens percutere, ſem-
per dicitur in culpa, & conſil.vltimo.Cepol.plenè in conſil.xxix. & conſil.præceden.
quando præſumatur occidiſſe ad defenſionem, & ibi quod ex coniecturis iudex arbi-
trabitur,& per Alexan.plenè poſt Bart in d.l.j.C.vnde vi.vbi arbitrio iudicis relinqui-
tur,& ibi ſtatim quod probatur inſultus,& per Bald.in Specu.in tit.de homic.verſ.an
quis dicatur.& in d.l.j.verſic.& ex his not.regulam.& in l.j.C.de confeſſ.Innocen.&
Ioan.And.in c.j.de præſumpt.Iaſ.in d.l.vt vim.verſi.confirmatur.Felin.in d.c.dilecti.
Thom.Gram.in d.conſi.xxix.tandem probatur defenſio,ſi ea quæ ſuprà dicta ſunt,in
57 hac materia fuerint probata, de quibus ſuprà. Sed quid † ſi reperiuntur duo rixantes,
nec apparere poteſt quis fuerit aggreſſor, qualiter probatur defenſio, & an occidens
in dubio præſumatur occidiſſe ad defenſionem? hanc quæſtionem tradit Bald.in d.l.j.
xij.quæſt.Cepo.in d.conſil.xxiij.& ſequen.& Felin.in d.c.dilecti.& ibi Deci.Roma.in
l.cùm mulier.ff.ſolu.matr.Thom.Gram.in vo.xxij.& in vo.xxiiij. & in d.conſil.xviij.
& conſi.lvj.& conſil.lxij.& conſi.lxix.Mar.in conſi.xlj. Paul.Grill.in tract.de relaxa.
car.in titu.de abolit.Innocen.vj.quæſt.Bonif.in d.rubr.de inſul.& percuſ.in præmiſſa
quæſtione. Bal.in d.l.j.ſi teſtes dicant quòd vnus inſultauit alterum, tamen neſciunt
quis primò fuerit aggreſſor, refert glo.tenere vtrumque abſolui debere, in l.j.§.cùm
arietes.ff.ſi quad.pau.fec.di.nec enim videtur probatum maleficium, cùm defenſio
non ſit maleficium,& certum eſt alterum eorum non commiſiſſe maleficium, cùm fe-
cerit ad defenſam: quomodo ergo vterque damnari poſsit, eſſet enim iniuſtitia, vt
propter peccatorem damnetur innocens,melius erit ergo nocentem abſoluere, quàm
innocentem condemnare, ratione enim incertitudinis, nemo damnatur.l.ſcientiam.
§.cùm ſtramenta.ff.ad legem Aquil.l.ſi duo.in princi.ff.vti poſside. Si autem conſtat
alterum fuiſſe in culpa,alterum non, neſcitur tamen quis fuerit aggreſſor, tunc pro-
cedat intentio glo.ſecundum quoſdam,alij verò dicunt non procedere,ex quo defen-
ſio eſt in modum exceptionis, quæ erit liquidò probanda, cùm non conſtet,punitur
de culpa,ſed ſi apparet,vtrumque offendiſſe,niſi probetur defenſio, vterque punitur,
reſidere videtur ergo Bal.quod niſi appareat ad defenſam in dubio punitur, non ob-
58 ſtante incertitudine. Aretin.verò † in dicto §.ius autem gentium.quem refert, & ſe-
quitur Deci.in d.l.vt vim.iij.not.verſic.& retenta communi.dicit in dubio interpre-
randum

tandum factum, ad defenſam, vide per Paul. Grill. in d. vj. quæſt. & Albe. in l. prima. C. vnde vi. & Guido Papæ in tract. de præſumpt. & per Gand. in rubr. de defenſ. vide glo.
59 Bart. & Alexand. poſt eum in d. l. j. §. cùm arietes. Vbi etiam † prædicta ſi eſt facta pax inter duos, deinde neſcitur quis primò fuerit aggreſſor, quòd in dubio vterque abſoluitur, & tradit Bal. Ang. & Inno. in l. mora. ff. ſolu. matr. Bald. in d. l. vt vim. Ioan. And. Specu in tit. de treu. & pace. Ang. in d. glo. & dictus Titius. in fi. Ang. verò in d. glo. & dictus Titius. in fin. quæſt. tenet opinionem Bal. in d. l. j. vtrumq; teneri, idem dicit Bal. in d. l. vt vim. quem ſequitur Auguſt. poſt Ang. ibi, Bernar. verò poſt Ang. ibi in d. glo. tenet cum gl. & Bar. in d. §. cùm arietes. & reſpondet ad tradita in l. ſi rixa. ff. de ſicar. ex quo ibi cóſtabat de principio, & fine delicti, ideò punitur vterq;: at in quæſtione propoſita, non conſtat de principio, nec fine, nec certum eſt ambos deliquiſſe, imò incertum, ideò ratione incertitudinis vterq; abſoluitur, allegat Rom. in conſil. ccccj. vbi ſi incendium ſit cómiſſum in domo, in qua duo habitant, & neſcitur quis immiſerit, vel
60 cuius culpa, ambo ratione incertitudinis debent abſolui. Limitat † tamen Bernar. niſi per alias coniecturas cóſtare poſſet quis fuerit aggreſſor, de quibus infrà, vt ſi rixoſus vel inimicus, vel minæ præceſſerint, vide Rom. in d. l. cùm mulier. & Dec. in d. c. dilecti. in fi. vbi limitat, vt per eum, tenens cum Bal. in d. l. j. & Ang. in d. gl. niſi cócurrant coniecturæ de quibus j. & reſponde ad d. gl. in d. §. cùm arietes. procedere quo ad intereſſe partis, non quo ad intereſſe publicú, ita reſpondet Bal. in d. l. vt vim. & ſequitur Aug.
61 poſt. Ang. in d. gl. & dictus Titius. Quærit † Boni. in d. rub. de inſul. quid ſi reperitur eorú rixantiú aliquis bonæ famæ, & alter malæ famæ, an ſtetur iuramento illius bonę famę, ꝙ fecerit ad defenſam, ſi neſcitur aggreſſor? dicit quòd ſic, atteta qualitate per-
62 ſonæ. Sed † quę ſunt præſumptiones ex quibus præſumitur primò aggreſſor, & inſultans? tradunt prædicti doct. de quibus in princip. quæſt. in d. conſiliis, & primò præſumitur primò aggreſſor, ſi præcedant inimicitiæ ex cauſa alterutrius, & minæ præcedentes propter offenſionem, & rixam præcedentem, inimicus enim & minans præſumitur primò aggreſſor, vt per Fel. in d. c. dilecti. Cepo. conſi. xxix. verſ. viij. ſubeſt Mar.
63 in conſ. xlj. Tho. Gra. in d conſ. xxix. Item † præſumitur aggreſſor ille qui primò prouocauit ad rixam, & fuit cauſa rixæ. ille enim præſumitur aggreſſor. d. l. §. cùm arietes. vbi Flor. idem Flor. in d. §. qui cùm aliter. allegat rationem, quia contra prouocantem præſumitur dolus, & ideò inſultatus, & prouocatus præſumitur ſemper facere ad ſuã defenſionem ſiue verbis, ſiue armis, & facto prouocauerit, vt plenè per Cep. in d. conſ.
64 xxviij. & ſeq. Tho. Gram. in d. conſi. xxix. Fel. in d. c. dilecti. Item † præſumitur ex præparamento ad offendendú, vt quia aſſeſsit ad locum expectans alterú tranſeuntem, & ibi, de ſe armis accómodando, nã præſumitur cogitare de rixa, & offenſione. l. iij. §. vi poſsidere. ibi, qui in hoc ipſum aptatus, & præparatus veniat. ff. de vi & vi arm. & maximè ſi fecerit ſigna, vt quia enſem euaginauerit, & chlamydem inuoluerit ad brachium, vel alia fecerit præparamenta, & ſigna rixæ, de quibus per Cep. in d. cóſi. xxviij.
65 & conſ. xxix. Item † pręſumitur ex qualitate armorum, nam ille, qui melius eſt armatus, & meliora, & potiora habet arma, præſumitur aggreſſor, & maximè in manu robuſti, & audacis viri, vt per Cep. in d. conſ. xxviij. ver. ſexta qualitas armorú. & in cóſi. xxix. ver. viij. qualitas. no. in c. ſignificaſti. in fi. de homi. alle. Bal. in conſ. lxxxij. inci. qui-
66 dam inſultatus. Item † præſumitur aggreſſus ille, qui reperitur acclamaſſe, ſuccurrite, ſuccurrite: nam præſumitur ab altero inſultatus, vt per Inno. in d. c. ſignificaſti. not. in l. capite quinto. in fi. ff. de adul. & in conſt. quicunq; mulierem acclamantẽ. Cepo. in d.
67 conſ. xxix. ver. iij. quia. & ver. iiij. Itẽ † pręſumitur aggreſſus, & inſultatus ille qui aufugit rixã, & vadit ſe retrahẽdo, vel acclamãdo: nam per talẽ retractionẽ, & fugam, præſumitur inſultatus ab alio, vt no. in d. l. j. C. vnde vi & in d. l. vt vim. Cep. in d. cóſi. xxix.

68 verſic.ij.iij.& v.quia dictus Franzonus.& verſi.vj regreſſus ipſius.Item † præſumitur
ſi alter eorum fuerit rixoſus,& ſolitus facere rixas,& brigas,nam præſumptio eſt con-
tra rixoſum,ita dixit Cardi.in dicta clementina prima.de homi.xxxiij.q.Albe. in d.l.vt
vim.Cepo.in dicto conſi.xxviij.& conſil.xxix.Thom.Gram.in volu.xxij.& in volum.
xxiiij.& plenè in conſilio xxix.& conſilio.lxij.& conſil.lxix.Feli.in d.c.dilecti.maximè
concurrente qualitate,quòd aduerſarius & occidens erat pacificus, nec ſolitus rixari
& ſimilia facere,vt ibidem per eos.& per Boniſa.in rubr.de inſult. & percuſ.verſic.ſed
69 quid ſi duo.Item † præſumitur aggreſſor ille qui reperitur audacior,& robuſtior:nam
talis præſumitur aggreſſor,& ſuperatus aggreſſus niſi probetur contrarium.l. prima.
C.de ſicar.ita dicit.Flor.in d.§.cùm arietes.,& ideò ſi vulneratus,& ſuperatus occidat,
præſumitur feciſſe ad defenſionem,vt per Cepo.in dicto conſi.xxviij.verſi.x.& vlti.&
conſi.xxix. verſi.nona præſumpt.per no.in l.ſi ex plagiis.§.tabernarius.ff.ad leg.Aqui.
70 Item † præſumitur aggreſſor ille qui grauius reperitur vulneratus,quàm alter: nam
duobus rixantibus,& ſe vulnerantibus præſumptio eſt quòd fuerit aggreſſor grauius
vulneratus,arg.l.ſcientia.§.ſtramenta.ff.ad leg.Aqui.Guido papæ in tract. de præſum.
vbi etiam dicit in dubio præſumi factum ad defenſam, vt per Alberic d.l.j.C.vnde vi.
& ita dicit Card.in dicta cle.j.q.xxxiij.Alberic.in d.l.vt vim. Bolog.in conſilio xxxvij.
Cepo.in d.conſil.xxix.& conſil.xlij.Thom.Gram.in d.vo.xxij.& conſil.lxij.Item præ-
71 ſumitur † aggreſſor ex verbis prolatis,vt per Cepol.in d.conſil.xxxix. Thom.Gram.
72 in vo.xxij.verſicu.item coroboratur.vbi de verbis rixantium.Nec † præmiſsis obſtare
videtur,quòd offenſor non præſumitur defenſor, cùm ergo offenderit, & occiderit,
præſumitur aggreſſor,& non defenſor,niſi probetur contrarium,vt dixit Flor.in d.§.
cùm arietes.& Ioan.Andr.in capi.ſignificaſti.de pœniten.& remi.Bald.in cap.primo.
in princ.de pa.tenen.& in dicta l.vt vim.verſi. & not. quòd ille qui. Cepo. in conſilio
xxviij.in princ.verſicu.iiij.Felin.in dicto capitulo,ſignificaſti. nam reſpondetur, quòd
procedit prædictis non concurrentibus, nam in dubio ita præſumitur, ſed præfatis
coniecturis, & ſignis cõcurrentibus præſumitur defenſor,& ita reſpondet idem Cep.
in d.conſ.xxix.in fin.primo dub.& vide per Bar.in d.§.cùm arietes.& Alex.poſt eum,
& Paul.Gril.in tract.de relaxa.carce.in titu.de aboli.vj.q.vbi ſi non conſtat de aggreſ-
ſore,in dubio præſumitur aggreſſus, & feciſſe ad defenſionem ſi allegat ad defenſio-
73 nem feciſſe.Et † not. quod dixit Thom. Gram.in dicto conſil.lxix.quòd concurrenti-
bus aliquibus ex ſupradictis coniecturis, ſtaretur iuramento ipſius accuſati, dicentis
ſe occidiſſe ad ſuam defenſionem,licet aliter non probauerit illam.Bald.in cap.bonæ.
de poſtul.prælato.faciunt tradita poſt gloſſ.per Iaſ.in §.ſed aliæ.inſtit.de actio.Thom.
Gram.in vo.x.quòd in conſiſtentibus in animo,quòd dolo nõ fecerit,ſtatur iuramen-
to accuſati,vt per Marſi.in conſilio lxj.& in rubrica. C. de probat.verſiculo,item iu-
ramentum.& plenè in conſilio xcvj.vbi quòd non fecerit animo occidendi ſtatur iu-
ramento,& in l.prima.C.de ſicar.& in rubr.ff.de fideiuſſor.& in practica,in §.diligenter.
& ſuprà fuit dictum in principio ſecundæ partis ,& in hac materia,quòd fecerit ad de-
fenſam,poſſet iurare concurrentibus coniecturis, per Cepol.in conſilio xlij. verſi.ſu-
pereſſet.denique allegat gloſſ.in dicta l.prima.C.de ſicar. & vide per Boni.in rubri.de
inſult.& percuſſ.verſi.& quid ſi Martinus.

## SVMMARIVM.

1 *Excedens modum inculpatæ tutelæ,& defenſionis, an in totum puniatur, an de exceſſu tantum.*

2 *Excedens dolo punitur de toto,vt ſi ex inſtrumento armorũ,& percutionis deprehendatur.*

3 *Excedens etiam dolo non punitur de toto pœna ordinaria.*

4 *Aggreſſus ſi erat debilior aggreſſore, de exceſſu non tenetur, & num. 13.*
5 *Vendicta ſi permittatur per ſtatutū ſi congregat amicos & offendit, an dicatur excedere.*
6 *Fideiuſſio ad inuicem de non offendendo ſi data eſt, ſi alter exceſſit ſe defendendo, an fideiuſſores teneantur in totum, an pro exceſſu.*
7 *Pœna exceſſus quæ ſit.*
8 *Homicidam, quem impulit iracundia, & iuſtus dolor, eſt in poteſtate iudicis depertare.*
9 *Exceſſus quando eſt punibilis punitur de exceſſu, aliâs nulla pœna.*
10 *Excedens non ex propoſito, an puniatur de exceſſu.*
11 *Excedens pro defenſione rerum, an puniatur de exceſſu.*
12 *Excedens propter iniuriam ſibi illatam per quam propter honeſtatem non licet adire prætorem, an teneatur de exceſſu.*

1 CIRCA Quintum ✝ de exceſſu in ſe defendendo, in quo primò erit videndum, ſi exceſſerit modum in ſe defendeudo an teneatur de toto, an de exceſſu, ſecundò & ſi de exceſſu teneatur, quæ erit pœna pro exceſſu imponēda. Circa primum omnes concludunt quòd ſiue culpa, ſiue dolo excedat in altero prædictorum moderaminum, circa modum, tempus, & cauſam defenſionis, quod tenetur de exceſſu tantùm, & non de toto, & ideò ſi prouocatus dicto aut facto modum excedat in defendendo, cùm difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adulteriis. ac etiam ex quo motus, & rixa inſtantis periculi tollit ſpaciū conſulendi & deliberādi. l. gracchus. C. de adult. cum homo intenſo calore commotus, non ſit in plenitudine intellectus. Bald. in c. j. §. ſi quis hominem. de pa. ten. ideò excuſatur, vt ibi per Bald. vt non de toto, ſed de exceſſu tantùm puniatur, & ſic non de homicidio doloſo ad pœnam ordinariam, ſed culpoſo tantùm. & licet gl. xxiij. q. j. in ſumma. & in d. c. ſignificaſti. dixerit quòd procedat, quando non dolo & ex propoſito excedat, & per Math. in conſt. ſi ciuiliter agens. iiij. no. & in conſt. qui de alto. iij. not. & in deciſ. ccvj. ij. dub. & Luc. de pen. in l. errat. C. de pecu. caſt. mili. lib. xij. tamen Anch. in d. cle. j. de homi. tenet quod etiam quādo dolo & ex propoſito excedit. allegat caſum in c. olim. lo j. de reſtit. ſpoli. & no. Bald. in c. j. in prin. eo. tit. & in d. §. ſi quis hominem. & in l. vt vim. Io. And. in c. ſignificauit. de pœ. & remi. & in Spec. in tit. de homi. Alex. in d. conſi. cix. & d. conſi. lxxvj. & conſi. xxiiij. & in conſi. xl. ij. vol. & plenè poſt Bar. in d. l. j. vbi limita. Ang. in d. §. imperatores. Flo in d. §. qui cùm aliter. Lud. Ro. in iij. ſing. & in d. l. cùm mulier. ff. ſol. matr. Salyc. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul de vi. Ang. in l. cū filio. ff. de leg. j. plenè Feli. & Panor. in d. c. dilecti. & in d. c. ſignificaſti. iij. decla. & ibidē Ana. Ant. & Pan. in d. c. olim. Math. in cōſt. aſperitatem. vij. not. & in ix. q. vbi de inſequente vulnerantem. Cep. in d. conſ. xxix. & conſ. xlij. & ſeq. Ang. in d. gl. & dictus Titius. Corne. in conſil. xxiiij. aut cciiij. j. volu. Alex. in conſ. cix. vij. vol. & conſ. ij. eo. vol. Ioan. de Lig. in tract. de bello. vij. q. Pau. de Caſt. in d. conſ. ccxcij. Aret. in conſil. lxxx. Sal. in l. gracchus. C. de adult. vbi dixit quod excedens modum in dubio præſumitur culpa. & dolo. Ancha. in conſil. cclxxxv. Alex. in conſil. cxxxvij. ſecundo vol. Bal. in conſ. ccccxxx. j. vol. & conſilio ccij. iiij. volumi. Cuma. in conſil. cxxxiiij. Aretin. in conſil. xxxiiij. Alexand. in conſilio xiij. tertio volumi. Cur. in conſilio xx. & ſequen. q. iiij. Cepol. in conſil. j. conſil. xxix. & conſil. xxxv plenè Mar. in pract. in §. quoniam. & in §. vlterius. & in ſingul. 100. & in l. is qui aggreſſorem. verſic. & ſcias. & verſicu. ſcias etiam. vbi etiam quod dolo & ex propoſito exceſſit modum, & in l. prima. in principio. nona limita. ff. de ſicariis. & in conſilio quarto. vbi etiam ex propoſito, & conſilio ſeptimo. & conſilio xxv. & conſilio xxxj. & conſilio lxxxj.

& conſi.cxix.& conſil.cxxxij.& conſil.vlt.vbi ex propoſito,& plenè Iaſo.in dicta l.vt
vim.vbi etiam dolo,& ex propoſito,in verſicu.iij.multum aduerte.vbi dicit, quòd in
dubio non præſumitur dolo excedere, per Salice.in dicta l.gracchus. Alexan. conſil.
lxxv.iij.volu.& Tho.Gram.in conſil.xviij. & conſil.lvj. Deci. verò in dicta l.vt vim.
verſicu.& ad ſupradicta.allegat Bald.in l.j.C.de emenda.ſer.per illum tex.tenere con
trarium,quòd ratione exceſſus dolo, punitur dominus pœna homicidij, tamen ipſe
Decius tenet non teneri,vt ſuprà.Bald.in l.ſed & ſi quæcunque.§.ſi magiſter. ff.ad leg.
Aquil.diſtinguit aut dolo,aut culpa excedat,& idem Salic.in dicta l.gracchus.quòd ſi
dolo exceſsit,tenetur pœna homicidij,idem tenet Alexan. in dicto conſi.lxxv.iij.vol.
vbi allegat dictum Bald.in dicto §.ſi magiſter.& reſpondet ad l.j.procedere, quando
ex genere armorum conſtaret de vero animo occidendi, tunc enim ratione exceſſus
doloſi,punitur de homi.& ita procedit dicta l.j.C.de emen.ſer.ſecundum Bald. in di-
2 cto §.ſi magiſter.& ita intelligit Alexan.in dicto conſil.lxxv. & ita etiam † reſpondet
Dec.in dicta l.vt vim.ex quorum dictis concluditur, quòd aut ex genere armorum,
& inſtrumento percuſsionis conſtat de animo occidendi,& tunc exceſſus punitur pœ
na homicidij.l.j.§.diuus.verſicu.nam ſi gladium.ff.de ſica.ita procedit dicta l.j.aut tali
ter non conſtat de animo occidendi,& tunc punitur de culpoſo homicidio, non pœ-
na ordinaria,& ita procedant ſupradicta allegata,& opinio contraria,& ita etiam con
cludit Tho.Gram.in dicto conſi.xxix.quòd quando ex propoſito & deliberato exce-
dit,non tamen impenſatè,& calore iracundiæ accenſus,tenetur pœna ordinaria. Cō-
3 muniter † tamen concluditur quòd ſiue culpa,ſiue dolo & ex propoſito excedat, nō
tenetur pœna ordinaria,& ſic de toto,ſed de exceſſu tantum, per rationem ſuprà di-
ctam: quia prouocatus & intenſo dolore commotus,& calore iracundiæ, punitur de
culpoſo delicto,& non doloſo.poſſet reſponderi ad l.j.quòd ibi ceſſant hæ rationes,
& apparebat de animo occidendi,vel ibi licet tanquam homicida teneatur,tamen nō
4 eadem pœna, licet eâdem lege,ſed ratione exceſſus moderatur, † & alteratur pœna.
Limita prædicta,vt non teneatur de exceſſu,ſi aggreſſus erat debilior aggrediente, ita
5 per Mat.in conſtitu.qualitas perſonæ.vbi multa de qualitate perſonæ. Et † not.quòd
dicitur excedere, ſi ſtatutum permittat vindictam,vt eſt ſenis? nam ſi ab vno offendi-
tur,ſi offenſus congregat alios amicos,& offendat,tenetur,de exceſſu, vt per Bald.in
l.ſi familia.ff.de iuriſdi.omnium.iudic.& Aret.in l.ſi ſeruus.in fi.ff.de verborum obli.
& de ſtatuto permittente vindictam, an licet congregare tunc amicos, plenè tradit
6 Firm. in verbo vindicta.lo primo? Et † not. quæſtio. de qua per Math.in dicta deci.
ccvj.quòd ſi duo dederunt ad inuicem fideiuſsionem,de non offendendo deinde alter
ſe defendendo exceſsit modum defenſionis,an fideiuſſores teneātur,& pœna ſit com
miſſa? dic,vt ibi per eum, quòd non teneantur pœna contenta in fideiuſsione,ſed ali-
7 ter puniantur principalis, & fideiuſſores, vt pro ſolo exceſſu teneantur. Circa † ſe-
cundum de pœna exceſſus,Rom.in dicto ſingul.iij.dicit pœna arbitraria puniendum,
& Marſil.in conſi.xxxj.& cæteri doct.ſuprà allegati dicunt pœnam minorandum eſſe.
8 Et † dixit Felin.in dicto capit.dilecti.& declara,quòd in poteſtate iudicis eſt deporta-
re homicidam, quem impulit iracundia etiam orta aliter quàm ex facto offenſi, per
text. in l.lex Iulia. in fin.ff.ad legem Iuli.repet. Marſil. in pract. in §.quoniam. verſicu.
attamen,& dicit Marſil.in conſil.xxv.& conſil.cxxxij.in fin.& in aliis locis ſuprà, pro
exceſſu non puniri pœna mortis,nec alia corporali,ſed pecuniaria: nam quando pœ-
na ex cauſa minoratur,reducitur ad pœnam pecuniariam,& non corporalem, vt ibi
proſequitur,& in conſil.xxiiij.& conſil.xxx.& conſil.xxxiiij.& conſi.xlvij.& in dicto
§.quoniam.& in l.prima.§.diuus.ff.de ſicar.& in l.diuus.ff.de par.& in l.prima.C. de
ſica.& Tho.Gram.in volumi.xxiij.& in conſil.xxxvj.& conſi.xxxix. & in conſil.xviij.
& conſi.

& conſi.xxix.& conſi.lvj.in quibus pro exceſſu punitur pœna pecuniaria,& per Cep.
in conſi.xj.& per Ioan.de Arno.in ſolilo.xxiij.vel ſaltim pœna relegationis, per quin-
quennium,& non vltrà,etiam ſi pro homicidio imponatur pœna mortis, per ſtatuta,
vt in regno per conſtit.terminum vitæ.vt per prædictos doct.maximè Roma.in dicto
iij.ſingu.& Tho.Gram.in locis ſuprà,& per Io.de Arno.in ſolilo.lxxxix.& in proble.
lxxxviij.& in dialogo xxxiiij.vbi fugientem occidat,& plenè nouiter Thom. in deciſ.
9 xcviij.Tempera † & limita,quando exceſſus eſſet punibilis,aliàs autem nulla pœna,
vt per glo.Anto.& alios in dicto c.olim.Angel.in dicta gloſ.& dictus Titius. verſicu.
10 aduertas.Limita † ſecundò quando non ex propoſito excedit : nam tunc nō punitur,
glo.& Archid.xxiij.q.j.in ſumma.Alexand.poſt Bar.in dicta l.prima.C.vnde vi.Anch.
in dicta clementi.j.iij.not.Floria.in dicto §.tabernarius. vide tamen Bald. in dicta l.vt
vim.& Felin.in dicto capit.ſignificaſti.ij.limi.dic tamen,vt ſuprà proximè, quæ intel-
lige,vt puniatur, at quando non ex propoſito,nec culpa,ſed alio caſu fortuito , non
punitur in aliquo, & ita dicunt dicti docto.proximè allegati in hac limitatione. Ter-
tio limita,vt per Felin.in dicto capit.ſignificaſti.quando exceſſerit pro defenſione re-
rum,vt ibi,in verſicu.iij.poſſes limitare.allegat ita ſentire gloſ.in verſicu. vicino.in c.
11 dilecto.de ſenten.excommu.in vj.potius eſt gloſ.fina. Limita † etiam quando fuiſſet
dicta,aut illata talis iniuria,quòd propter publicam honeſtatē non liceret adire præ-
torem:nam tunc etiam ex propoſito,& deliberato excedendo nō punitur de exceſſu,
12 vt per Tho.Gram.in dicto conſil.xxix. Limita † tamen prædicta, quo ad irregularita-
tem:nam excedendo efficitur irregularis,vt in longa apoſti.ad Panor. in capit.fina.de
13 tempo.ordi.Limita † etiam,vt ſuprà,vt per Math.in conſt.qualitas perſonæ.ſi aggreſ-
ſus erat debilior,nam non tenetur de exceſſu.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtes deponentes per verbum videtur, & indico, probant quando de defenſione deponunt.*

2 *Teſtes ad probandam defenſionem inhabiles admittuntur, domeſtici, & familiares, & alij.*

3 *Teſtes inhabiles etiam ad defenſam non admittuntur ad probandum repulſam teſtium.*

4 *Teſtibus negantibus maleficium licet paucioribus, magis creditur quàm mille affirmantibus.*

5 *Teſtes ad defenſam quandocunque recipi poſſunt vſque ad ſententiam.*

6 *Confitens ſe feciſſe, & occidiſſe ad defenſionem, an talis confeſſio diuidatur.*

7 *Statuto ſtante quòd ſimpliciter reſpondeat, non valet reſponſio ſe feciſſe ad defenſionem, & quid ſi principio negat factum, deinde videns probari dicat ſe feciſſe ad defenſionem. numero 8.*

9 *Terminum petens ad probandum quod fecit ad defenſionem, an concedi debet.*

10 *Termino dato ad probandum de defenſione, ſi non probatur defenſio, an torqueri poſſit vt ſimpliciter reſpondeat.*

11 *Condemnari an poſſit ad mortem qui dicit ſe feciſſe ad defenſionem, & non probauit. numero 13.*

12 *Vulnerans vt ſciatur poteſt procedi ad torturam, licet pœna minui poteſt ratione incertitudinis.*

14 *Præſumptionibus licet corporaliter non damnatur, intelligitur de præſumptionibus facti, ſecus ex præſumptione à lege inducta: nam ordinariè punitur.*

15 *Accuſatus ſi reſpondendo dicat feciſſe vlciſcendo, dum vellet dicere defendendo, an noceat.*

16 *Defenſio licita eſt quomodocunque ſe defendat ſiue equeſter ſiue pedeſter.*

1 CIRCA Sextum † & vltimum de quibuſdam particulariter, &
ſpecialiter in defenſione, & primo ſpeciale conſideratur in proba-
tione: nam licet aliâs teſtes deponẽtes per verbum, videtur, & per
verbum credo, vel iudico, & ſimilibus, non probent, cùm non per
ſenſum corporis deponant, ſed iudicio intellectus, vt l. qui teſta-
mento. §. j. ff. de teſtam. l. teſtium. C. de teſt. §. ſi verò abſunt. in auth.
de hæred. & fal. Bart. in l. quid tamen. §. ſi arbit. ff. de arbit. & in l. j. in
prin. ff. de ven. inſpi. Bal. in l. de quibus. ff. de legi: Alex. in conſil. cxlvij. ij. vol. Bar. in l. ij.
§. idẽ labeo. ff. de aqua plu. arc. Iaſ. in l. j. in princ. ff. de iuſt. & iur. & per Mar. in conſi. xx.
& cõſil. iiij & conſi. xxiiij. & cõſi. lj. & conſi. lxv. vbi etiã ſi dicãt ſe pro certo credere: ta-
mẽ taliter deponentes ad probandũ factum ad defenſionem, probãt legitimè, & ideò
ſi dixerint quòd eis videtur, vel iudicio eorum, vel credunt occidiſſe ad ſuam defenſio-
nem, ita dicit Bart. in d. conſil. incip. Vanutius. & ſequitur Alexand. in d. conſil. lxxvj.
& in d. conſil. cix. & conſil. xxxix. primo vol. Bal. in l. ſolam. C. de teſti. & ibi Saly. & Iaſ.
& Dec. in d. l. vt vim. Marſil. in d. conſil. iiij. & in l. de minore. §. plurium. & in l. vnius. §.
cogniturum. ff. de quæſt. & in rub. C. de probatio. & Thom. Gra. in conſil. xxiiij. & per
Ioan. de Arno. in ſingula. xxiiij. vbi teſtes deponentes per verbum credo, ad defenſam
2 probant. Et † in dictis locis, maximè Iaſ. & Dec. in dicta l. vt vim: quod ad probandam
defenſionem admittuntur teſtes, aliâs inhabiles, vt domeſtici, & familiares, & conſan-
guinei, vt frater, & alij. vt per Spec. in tit. de inqui. §. j. verſi. ſed nunquid. Ana. in conſil.
lix. Mar. in ſingula. lix. & in l. j. §. ad quæſtio. ff. de quæſt. & per Io. de Arno. ſing. xxv. &
in ſing. xl. vbi duo fratres admittuntur ad defenſam. & per Tho. Gra. in dec. lvj. nu. 16.
3 quod † tamen intellige & limita, quando deponunt de facto principali: nam tunc o-
mnes admittuntur: ſecus tamen ſi velit repulſare teſtes accuſatoris, nam ad probandũ
obiecta cõtra perſonas, non admittuntur, ita per Thom. Gra. in conſil. xij. & vide per
eundem in deciſ. xxxiiij. ſub nu. 14. poſt Bal. & Saly. in l. parentes. C. de teſt. & per Alex.
in conſi. v. j. vol. & intellige, niſi vrgeat alia coniectura in contrariũ, vt mala fama, ſoli-
tus talia facere, viſus in loco, & alia ſimilia: nam tunc nõ admittũtur ad probationẽ ne-
4 gatiuè, vt per Paul. Gril. in tra. de relaxa. Car. in tit. de aboli. in vj. q. Et † licet etiã aliâs
magis credatur duobus teſtibus affirmantibus, quàm mille negãtibus, vt per Mar. in
conſi. cxiij. tamẽ ad defenſam magis creditur duobus negantibus maleficiũ, quã mille
affirmantibus & acceptantibus, vt not. gl. in can. clerici. lxxxj. diſt. Lud. in l. nulla. ff. de
verb. obli. vbi etiam Imo. tradit qualiter probetur negatiua, vt teſtes de falſo non te-
neantur. & Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Iaſ. in d. l. vt vim. Mar. in conſi.
ſecũdo. & conſil. lj. & conſil. cxxxij. vbi magis creditur teſtibus laicis deponentibus me
non deliquiſſe, quàm clericis contrarium deponentibus, licet digniores ſint clerici.
5 Imò teſtes ad defenſam recipi poſſunt quandocũq; etiã facta publicatione & conclu-
ſione vſque ad ſententiam, & iudex non recipiens tenetur in ſyndicatu, vt plenè per
Ange. in gl. compa. dict. inquiſi. & nega. verſic. quæro poſtea. & in gl. & dictum proce.
publi. in fi. plenè Mar. in pra. in §. ſequens. & in ſingu. xc. Bel. in pract. crim. in fi. & Mar.
6 in l. prima. §. fin. ff. de quæſt. Sed † quid ſi confitetur homicidiũ, ſed dicit factum ad de-
fenſionem, an talis confeſsio diuidatur, vt quatenus confiteatur factum ſtetur ſuæ
confeſsioni, quatenus dicit ad defenſionem reſpuatur? Bart. in l. eum qui. in princ. ff. de
iureiuran. & in l. Aurelius. §. idem quæſiuit. ff. de libe. lega. quem refert & ſequitur Ang.
in gloſſ. compa. inquiſi. & par. nega. & par. conſi. diſtinguit, quòd aut hoc dicit in di-
uerſa oratione, vt quia dicat verum eſſe ſe occidiſſe, ſed ad ſuam defenſionem, & tunc
reſcinditur, & iudex acceptare poteſt confeſsionem homicidij, ex quo factum eſt de
genere prohibitorum. l. prima. C. de ſicarijs. ideò præſumptio eſt contra ipſum, ideò
pro

probare debet factum ad ſuam defenſionem, aliàs ſtetur ſuæ confeſsioni: aut vnico
contextu, & vnica oratione confitetur, vt quia dicat occidi ad meam defenſionem,
& tunc non diuiditur ex quo habetur pro negante, vt per Baldum in l.codicillum.
C.de codicil.& in l.prima.C.de confeſſ.& Salycet.in l.cum qui duas. C. de adulter.&
Bald.in l.decem.ff.de verborum obligat.& in capitulo, cùm veniſſent. & ibi Panorm.
tenet per rationem Bartol.in dicto §.quæſiuit.quòd ex hoc iuris eſt contra eum præ-
ſumptio, cùm ſit de genere prohibitorum,& ne delicta remaneant impunita, quòd re-
ſcindi poteſt, & ideo cautela datur ad euitandam omnem dubietatem, quòd neget
commiſiſſe delictum, ſed caſu quo appareret, vulneraſſe, aut occidiſſe, feci ad meam
defenſionem,& aliter,& alia non feci, ita gloſſ.Cyn.Bart. & Bald. in l.ſi quidem.C.de
exceptio.& ita dicit Ange.in dicta glo.vidiſſe in practica ſeruari, de qua materia plenè
per docto.in dicta l.ſi quidem.Angel.& Auguſt.in dicta gloſſ.Socy.in l.non vtique.ff.
de exceptio.vbi plenè,& Panormit.in capitulo, is qui. de ſolutio.Socyn.in l.nemo.ff.
de except.Iaſ.in l.prima.C.de furt.Dec.in l.nemo ex his.ff.de regulis iuris. Bald.in d.l.
prima. C. de confeſſ.verſiculo, denuo quæro. & in capitulo primo. §. porrò. quæ fuit
prima cau.bene.aini.Card.Anto.Imo. & Panormitan.in capitu. bonæ.lo ſecundo.de
poſtula.prælat.Bartol.Alexand.& Iaſo.in l.eum qui.ff.de iureiuran.& in l.cùm de in-
debito.ff.de probationib.vbi Alexand.poſt Barto.docto.Areti.Alexan.& Iaſ.in dicta
l.decem.Anton.Imo.& Panormita.in dicto capitulo, cùm veniſſent.de inſtitut. Cyn.
& Bald.in l.ſecunda.C.de donat.ante nupt.Angel.Ludo. Alexand & Iaſo.in l.prima.
§.ſimpliciter. ff.de verb.oblig.Panor.& Feli.plenè in cap.auditis.de præſcrip.Lanfr.in
rep.c.quoniam contra.in §.confeſsiones.de prob.Bald.& alij in l.ſicut.C.de repu.hæ-
re.Felin.in cap.dilecti.de accuſ. Bald.in l.iubemus.C.de appel.& in l.prima.C.de ædil.
actio.Archid.in c.j.de confeſ.in vj.Bart.in l.quædam.§.nummularios.ff.de eden. Ant.
& alij in cap.præterea.de tranſact.Spec.in tit.de depo.§.fin. verſic.pen. Anchar.in can.
ſi quid videri.xxxvij.diſtin.Bald.in l.j.§.editiones.ff.de eden.& in l. ea quæ.de condict.
indeb.Ludo.in ſingu.xxvj.aliâs ccviij.Bald.in conſi.xlv.incip.dauanti ad voi. & Bar.in
conſil.incip.Caterina.Ludo.in conſil.clxvij.Angel.in conſil. xxvij. Bald. in Specul.in
titu.de confeſ.verſic.confiteor hominem occidiſſe.in l.manifeſtiſsimum C. de fur.Iaſ.
in §.item ſi quis.inſt.de actio.Flo.in d.§.tabernarius.Alex.in l.non ſolum.§. ſciendum.
ff.de oper.noui nunt. Corſe. in reperto.Panor.in verbo, confeſsio. verſic.xviij. Innoc.
Butr.& Panor.in c.ſi.de confeſ.Salyc.in l.qui contra propriam.C.de non nume.pecu.
Tho.ferra.in tra.caut.caut.v.vide Celſum poſt Lanfr.in d.§.confeſsiones.verſi.quæro
iuxta præmiſſa.Iaſo.& Dec.in d.l.vt vim.Marſi.in pract.in §.poſtquàm.& in §.ij.quæ-
ſtio,& in ſingu.clxxxv.vbi plenè,& in conſil.ccxl.& conſi.liij.Iaco.de bel.in pract.cri.
in titu.de quæſtio.Bald.in conſil.cclxxij.vj.volu.Mar.in conſil.vij.& in conſi!.xlj & in
ſing.ccccxxx.Feli.in d.c.ſignificaſti.Alexan.in d.l.codicillos.Bal.in d.l.j.in repet.in fi.
C.vnde vi.exceptio ergo & articulus fieri debet; vt per Ang.in dicta glo.vt neget fa-
ctum,& ſi apparet, & conſtat, quòd fecit ad ſuam defenſionem, vt per Bald.& Soci.in
dicta l.ſi quidem.& per Ioan.de Arno.in cau.lv.& per Alios doct.in locis ſuprà, vide
tamen Gandi.in dicta rubr.de defen.vbi dicit, ſi dicat non eſſe culpabilem, & ſi appa-
reret feciſſe ad defenſionem admittitur, ſecus ſi ſimpliciter factum neget, deinde di-
7 cat àd defenſionem factum. Limita † niſi eſſet ſtatutum quòd debeat reſpondere ſim-
pliciter: nam tunc talis reſponſio, quòd feci ad meam defenſionem non admittitur,
imò iudex cogere poteſt ipſum vt ſimpliciter reſpõdeat, vt per Baldum in dicta l. pri-
ma.C. de confeſſ.& Iaſ.in dicta l. vt vim.& docto.in dicto §. ſimpliciter poteſt etiam
iudex cogere reſpondentem, vt exprimat modum defenſionis, vt per Baldum in l.
prima. circa principium. C.de ædilitia actione. Ludouicus & alij in dicto §. ſi quis

ſimpliciter.Soci.in l.j.§.ſi quis.ſimpliciter.ff.de vulga.& pupilla.Ange.in dicta gl. Sed
8 quid † ſi à principio negat factum,& deinde videns probari dicat ex interuallo, feci
ad meam defenſionem,an talis exceptio admittatur ex interuallo? Gandi. in d.rubr.de
defenſo.diſtinguit,aut negat factum ſimpliciter, & tunc non poteſt poſteà ex inter-
uallo dicere ſe feciſſe ad ſuam defenſionem,cùm veniret contra ſuum factum,& iura-
mentum,& allegaret turpitudinem ſuam,ideò non audiendus.c.cùm dilecti.de dolo.
c.cùm venerabilis.extra,de except.aut non negat factum ſimpliciter,ſed negat ſe cul-
pabilem eſſe,poteſt poſtea probare ſe feciſſe ad ſuam defenſionem: quoniam non ne-
gat factum,ſed quod factum iniurioſè non fecit,vt ibi per eum, & per Bonif.in titu.
quid ſit accuſatio.& in rub.de inquiſi.verſi cu.hæc eſt quædam inquiſitio.ver.ſed po-
ne quod iudex.Bal.verò in c.j.§.item ſi vaſallus.de cõtro.inueſti.poſt And. dicit quòd
poteſt,per tex.in d.c.cùm dilecti.extrà,de accuſa.idem Bald.in ſpecu. in titu.de depo.
verſicu.poteſt quis interpretari,& Bald.in d.authen.qui contra propriam.& in l.fina.
in fi.C.de cuſto.reo.dicit,quòd poteſt interpretari ad ſuam defenſionem, non autem
perimere,per d.c.cùm dilecti.per Luc.de pen.in l.profeſsio.C.de munc.pa.lib.x. Mat.
in conſtit.terminum vitæ.vij.q.vbi plenè poſt And.ibi, & in d.§.ſi vaſallus. & in c.ij.
de pa.ten.& per Mathe.in conſti.qualitas perſonæ. Iaſ.in d.l.vt vim. dubitat de dicto
Bald.quòd poſsit interpretari,& dicere quòd fecit ad ſuam defenſionem,doct.tamen
communiter concludunt cum Bar.in d.l.Aurelius.§.idem quæſiuit.quòd non obſtan
te tali interpretatione iudex poteſt condemnare confeſſum,& ſpernere dictum quod
fecit ad ſuam defenſionem,per quam doct.Bar.Iaſon in d.l.vt vim. verſi.iiij.circa præ-
dicta quęro.titubat & dubitat tenere opinionem Bal.de qua ſuprà,& faciunt dicta in
conſtitu.aſperitatem.& ibi per Mathe.in x.not.quòd inquiſiti ſemper quærunt colo-
rare eorum delicta,aſſerendo quòd fecerint ad eorum defenſionem: ideò excludi de-
bent.Deci.verò in d.l.vt vim.verſi.ſucceſsiuè.dicit Iaſo.æquiuocare.nam procedit,vt
non credatur ſibi ita interpretanti propter iuris præſumptionem,ſecus tamen ſi vo-
luerit hoc probare,nam poteſt.And. verò in d.conſtit.terminum vitæ. in fin.& in d.§.
ſi vaſallus.de controuer.inueſti. & in d.cap.ij.de pac.ten. & Mathe.in d.conſtitur.vij.
quæſt. dicunt admitti talem exceptionem, & dari terminum ad eam probandam, di-
9 cens,iudices ſitientes humanum ſanguinem, male facere non admittendo, dic † ergo
ſecundum And.in regno euangeliſtam,admittendam talem exceptionem, & dari ter-
minum ad eam probandam,etiam ex interuallo, prout etiam dicit Deci.in d.l.vt vim.
& ita nouiter reperio deciſum in collaterali conſilio, vt per Thom.Gram.in vol.ij.vbi
plenè, & optimè tradit.& in conſi.lxix.& per Ioan.de Ami.in conſi.lxxiiij. & hoc per
doct. Bald. in c.dudum. extra de electione. vbi magiſtraliter loquitur. præfati autem
doct. intelliguntur quando ſimpliciter fuiſſet confeſſus ſe feciſſe ad ſuam defenſio-
nem, non offerendo probare, quòd fecerit ad ſuam defenſionem, vbi ergo petitur,
& offertur probari defenſio, dari debet terminus ad probandum de defenſione, &
non poteſt denegari petenti, per doct.Bald.in c.dudum. verùm ſi non probauerit,po-
teſt torqueri,& ita intelligitur doct.Bald.in d.l.j.C.de confeſ.inquantum dicit torque-
ri poſſe taliter confitentem, vt locum habeat termino dato ad eam probandam, &
non probata: cautus ergo ſis,ſi vides probari delictum,vt petas & offeras probarę fa-
10 ctum ad defenſam, quod not.in pract. Sed quid † ſi dato termino ad probandum de
defenſione,non eſt probata defenſio,& factum ad defenſionem,an ſtante eius confeſ-
ſione ſimpliciter facta, vel qualificata, & non probata qualitate defenſionis poſsit
torqueri,& ad mortem condemnari? quòd torqueri poſsit,dicit Bald.in dicta l.j. C.de
confeſſ.& Lanfra.in d.§.confeſsiones. verſi.quæro iuxta. vbi dat cautelam, quòd po
nat eum ad torturam,& Thom.Gram.in d.vot.ij. allegat Anton.de Alexan. in apoſt.

ad Barto. in l. j. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſtio. in addit. incip. pone reus. tenere quòd torqueri poteſt, quod tamen ipſe Thom. intelligit vt ſuprà dato termino, & non probata defenſione, idem Thom. Gra. in voto xxiiij. & quòd torqueri poſsit. Thom. ferra. verò in d. caute. v. tenet quòd nec torqueri poſsit, ex quo tortura datur, vbi non ſunt aliæ probationes, ſed vbi extat confeſsio, non poteſt torqueri: ſed reſpondetur, quòd illa confeſsio non eſt ſimplex, ſed qualificata: ideò torqueri poteſt, vt ſimpliciter confiteatur, vt dicit Bald. in d. l. j. & hoc teneas, quòd torqueri poſsit, & ideò parum proficit, quod infrà ſequitur, cùm ſemper torqueri poſſet, vt ſimpliciter confiteatur. Ad ſecun-
11 dum † an poſsit ad mortem condemnari. doct. communiter concludunt cum Panor. in c. auditis. de præſcript. quòd non poteſt taliter confitens ad mortem condemnari, etiam ſi nihil probauerit, quod dictum pro ſingulari, & mirabili in practica tenet, & refert Felin. ibidem, quod dicit notandum eſſe pro adiuuando amico, & etiam tenet Felin. in d. c. cùm venerabilis. verſi. ſecundo notab. & in d. c. ſignificaſti. lo ij. de homic. vbi dicit alibi non reperiri, & in c. afferte. verſi. & reſponderi poteſt. de præſump. Aret. in l. manifeſtiſsimi. C. de fur. Alexan. in l. non ſolùm. §. ſciendum. ff. de oper. noui nunt. & Socin. in d. l. j. ff. de vulg. & pupil. Iaſ. in d. l. vt vim. vbi refert ſibi feciſſe honorem, & Thom. Ferra. in d. caut. v. & Marſi. in ſingu. clxxxv. & in conſi. liij. & in pract. in §. poſtquam. verſic. addo vlterius. Thom. Gram. in d. vo. ij. & nouiſsimè in deciſi. v. nu. 13. & ſequen. & Capi. in deciſi. ſac. conſi. clv. iij. dubi. & Math. in d. conſtitu. terminum vitæ. vij. quæſt. & Thom. Gram. in d. conſi. lxix. plenè Marſi. in l. repeti. verſic. quartus caſus. ff. de quæſtio. & in pract. §. ſecunda quæſtio. nu. 14. & ita dicunt doct. limitari dictum Bart. in d. l. Aurelius. §. idem quæſiuit. quòd licet ſtetur cōfeſsioni excluſa defenſione, vt condemnari poſsit, non tamen vt corporaliter, vel capitaliter ex quo ex præſumptionibus eſſet condemnandus, & vbi taliter condemnatur, non punitur corporaliter ex vulgata doct. Imol. in c. veriſimile. de præſump. præſumptio enim eſt, per l. j. C. de ſicar. vt dicit Bart. in d. §. idem quæſiuit. proſequere plura in hac materia, vt per Tho. Fer. in d. caut. v. dic tamen quòd ſi iudex vult procedere mediante tali confeſsione ad condemnandum ex doct. Bart. in d. §. idem quæſiuit. quòd non poteſt condēnare confitentem corporaliter, per doct. Pano. & Felin. in d. c. auditis. & aliorum ſuprà. Si verò voluerit procedere ad torturam, vt habeat claram, & ſimplicem confeſsionem, poteſt per doct. Bald. in d. l. j. C. de confeſſ. & Lanfran. in d. §. confeſsiones. & aliorum ſuprà,
12 & pro † hoc adducitur ſimile: nam ratione incertitudinis in pluribus occidentibus ne ex præſumptionibus damnetur, deuenitur ad pœnam pecuniariam, & non corporalem, & capitalem, vt ſuprà fuit dictum, & Alexan. in conſil. xv. vol. j. & Mar. poſt Bart. in l. fin. ff. de ſicar. & tamen illud procedit ad condemnandum, ſecus ſi iudex velit contra aliquem procedere ad torturam, vt indicet vulnus mortale inferētem: nam poteſt, vt plenè per Mar. in pract. in §. diligenter. & in l. j. §. diuus. ff. de ſicar. & in l. j. C. eod. & in ſing. ccxvij. & per Salyc. in l. fin. C. de quæſt. verſi. idem dico. vbi quòd torqueri poteſt, vt dicat an ex propoſito, & habito tractatu, & per Deci. in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. ita ergo in caſu iſto, licet ex præſumptionibus non poſsit ad mortem cōdem-
13 nari, tamen torqueri poteſt. Socy. tamen † in l. non vtiq;. C. de excep. tenet contra Pan. in d. c. auditis. & cōtra præmiſſa dicit Deci. in d. l. vt vim. ver. ſucceſsiuè. & per eundem Deci. in c. cùm venerabilis. de excep. & Socy. in d. l. vtiq;. declarat qualiter intelligitur dictum Inno. in d. c. quia veriſimile. & reſpondet ad doctr. Pan. in d. c. auditis. & ſaluat in vno caſu, vt per eum ibi, communiter tamen tenetur dictum Panor. in d. c. auditis. fauore accuſati, & ibi, quòd ex ſola confeſsione abſq; aliis probationibus non damnatur ad mortem, & per Par. in tract. ſynd. in verbo, confeſsio. & vide Mar. in pract. in §. diligenter in indicio fugæ. in fi. & in ſing. ccccl v. & per Ioan. de Arn. in epit. lxxxv.

vbi quòd non poſsit ad mortem condemnari, ſic etiam ſi dicat credere foriudicatum, & potuiſſe occidere impune,& tunc ſtabitur eius iuramento, vt per eundem Arno.in
14 prima cau.Et † not.etiam quod dixit Soc.in dicta l.non vtique,quòd ex præſumptione à lege inducta damnari poteſt ad mortem,non autem ex præſumptione facti,& ita procedat dictum Inno.in cap. quia veriſimile.ita limitat quod dicitur, quòd ex præſumptionibus non damnatur ad mortem:nam intelligitur ex pręſumptionibus facti, & non iuris, quæ liquida dicitur, vt per Thomam. ferra.in dicta cautela quinta.item procedit in pręſumptione legis liquidanda à iudice, ſecus ſi eſt liquida à iure, vt ibidem per Socynum quod not. pro dicta regula, vt locum habeat, quando proceditur ex præſumpta probatione à lege abſque alia probatione facti,vt ibi,quæ not. pro
15 ſuprà dictis in aliis materiis,& infra in executionibus.Et † not. circa hanc materiam defenſionis, quòd ſi accuſatus reſpondendo dum' vellet dicere, quòd fecit ſe defendendo,ſi dixerit quòd fecit vlciſcendo,talis exceptio,& reſponſio toleratur, & interpretatur vlciſcendo.i.defendendo,ita per text.glo.& Bart.in l.deuotum.in ver. vltionis.C.de metall.lib.xij Alexand poſt Bald.in dicta l.prima.C.de confeſſ.verſicu.denuò
16 quæritur.Iaſ.in dicta vt viin.verſicu.quid autem ſi accuſatus.& † dixit Mathe.in conſtitut.terminum vitæ.viij.not.quòd ſiue in mari,ſiue in terra,ſiue equeſter, ſiue pedeſter,licet inſultato ſe defendere.Et ex prædictis remanet expedita luculenter materia defenſionis,ſequitur de aliis cauſis excuſationis.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens iuſto dolore commotus,an puniatur pœna ordinaria.*
2 *Maritus an impunè hodie occidere poſſit vxorem adulteram,& quando.*
3 *Aggreſſor ſi aufugit, & aggreſſus eum inſequitur, & occidit,an puniatur pœna ordinaria.*
4 *Homo immenſo dolore commotus,inopinatè preuentus, non eſt in plenitudine intellectus.*
5 *Homo iuſto dolore commotus,an ex interuallo occidere poteſt, vt non puniatur ordinariè.*
6 *Clericum iuſto dolore commotus percutiens,an incidat in excommunicationem.*

1 SEXTO Igitur † excuſat iuſtus dolor,nā ſi quis iuſto dolore commotus occidat aliquem,excuſatur à pœna ordinaria,& minor imponitur,tex.eſt in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores. ff.de adul. vbi maritus occidens adulterum in actu adulterij inuentum,non punitur pœna mortis,& ordinaria legis Corneliæ,ſed mitius, cùm difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare,loquitur tamen iure com-
2 muni quo non licebat viro occidere vxorem impunè, hodie † verò in regno licet impunè,vt per conſti.ſi maritus.dummodo incontinenti,& eodem inſtanti,& mora aliqua non protracta,fecerit.& ſic iuſtus dolor tunc excuſat,quando in inſtanti occidit, dicetur tamen infrà de hoc,ad idem text.in l.prima.§.item diuus.ff.de ſicar.vbi mitiùs punitur,& relegatur,& in l.ſi quis in graui.§.ſi maritus.ff.ad Sille.nota. in l. gracchus. C.de adulter.& in l.nec ea lege.C.eodem.textus in l.lex Iulia.§.fin.ff.ad leg.Iuliam repetun.quem textum pro nota.refert Bald.in l.addictos. C. de epiſcop.audien.& refert
3 Roma.in l.cùm mulier.ff.ſoluto matrimonio.verſiculo, aduerte tamen.faciunt † ea quæ ſuprà dicta ſunt de vulnerante, & fugiente ſi vulneratus inſequatur, & occidat propter dolorem iuſtum excuſatur à pœna ordinaria.Panorm.in capi. olim. lo primo. extrà,de reſtitu.ſpoliat.vbi tradit quoties quis iuſto dolore commotus deliquit,pœna debet minui,per d. §.imperatores.& Feli. in capitulo,dilecti.extrà,de exceptio.Pau.de Caſtro in conſilio cxcij. Aretin.in conſilio.clxv.Mar.in dicta l.prima.in principio.xij.

limit

limita.ff.de ſicar.& in dicto §.diuus.& in conſilio xviij.ſeu cxix.& conſilio vlt .Thom. Gram.in volum.xxiiij.& Mathe.in conſtitut.ſummo periculo.decimo notab.per Io. de Arno.in ſolilo.xxij.vbi quando verbis prouocatus eſt, & ſeq. ſolilo. xxiij.faciunt ſuprà tradita de exceſſu,& Angel.in d.gloſſ.& dictus Titius.vbi idem allegat: faciunt
4 ſuprà † tradita, quòd homo immenſo dolore commotus inopinatè præuentus non eſt in plenitudine intellectus,vt dixit Bald. in capitulo primo.§.primo. in fi.de pa. iur. firm.Mar.in pract.in §. quoniam.ver. item etiam ſcias,adeò iura fauent.ex quibus locis percipi videtur,quãdo in inſtanti impulſus dolore deliquit,non ex interuallo,ſed
5 dic, † quòd etiam ex interuallo, vt minuatur pœna non in totum,ſed alleuietur:nam in caſu dictę conſtitutio.ſi maritus.ſi in inſtanti facit,quod declara vt ibi per Mathesillan.in fi.qualiter dicatur incontinenti,tunc nulla pœna punitur,vt ibidem, vt ergo alleuietur, licet ex interuallo propter iuſtum dolorem debet temperari, & iudex ex hoc poteſt ante ſententiam.ita declarat Math.in dicta conſtitutio. ſi maritus.in principio. vbi de hoc allegat Luc. de penna.in l. prima. in verbo, diſtulerit.C.de diſcuſſi. libro duodecimo.& in l.errat. C. de caſt.pecu.mil. eodem libro. & alios doctores de quibus ibi,& ita dicit ſæpius prædicatum tempore Regis Ferdinandi, & ſic iuſto dolore commotus, ſi ex interuallo deliquit excuſatur à tanto, ſed non à toto.vide nouam deciſionem.Thom Gramma.vbi multa etiam ex interuallo, iuxta narrata, & in deciſio.xxiij.vbi quod ex interuallo, ſic etiam ſi quis iuſto dolore commotus percutiat clericum,non incidit in canonem,ſi quis ſuadente, vt per Panormita.in capitulo tertio.extrà, de ſententia excommunicatio.& Cur.in conſilio xx.quarta quæſtio.vbi. etiam quòd defendendo non eſt excommunicatus,vt ibi.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Iracundiæ calore motus ſi occidit, aut aliter deliquit, excuſatur à pœna ordinaria.*
2 *Delinquens excuſatur dicto, aut facto prouocatus.*
3 *Homicidam deportare, quem impulit iracundia etiam orta aliter quàm ex facto offenſi eſt in poteſtate iudicis.*
4 *Blaſphemans calore iracundiæ mitius punitur.*
5 *Iracundia motus debet allegare iuſtam cauſam caloris,& non iniuſtam,vt excuſetur.*
6 *Iracundia motus vt excuſetur debet eſſe talis iracundia quòd ipſum à mente alienaret,& infrà quantum tempus poteſt declarare factum calore iracundiæ, quòd infrà xxx dies. numero 7.*
8 *Iniuria facta calore iracundiæ per pœnitentiam non punitur.*
9 *Confeſſio, votum, iuramentum, ſententia, & accuſatio, & alij actus facti calore iracundiæ an noceant.*

1 SEPTIMO Excuſat † calor iracundiæ, nam ſi quis motus calore iracundiæ, vt quia dicto, aut facto prouocatus deliquit & occidit, excuſatur à pœna legis corneliæ ordinaria.d.§.imperatores.& d.§.itẽ
2 diuus.& † faciũt ea quæ ſuprà dicta ſunt,quãdo quis dicto, aut facto prouocatus deliquit,vt per Math.in d.l.j.x.limi.ff.de ſicar. & in ſing. dcxxvj.& in pract.in §.quoniam.& in locis ſuprà allegatis.Paul.in d.
3 conſil.cxcij.Roma in d.l.cùm mulier.verſi.aduerte tamen. quem † etiam refert Feli.in d.c.dilecti.ſecunda declara.vbi dixerunt quòd licet homicida occidi debeat, per l. iij. C.de epiſcop.aud.tamen in poteſtate iudicis eſt homicidam deportare, quem impulit iracundia,etiam orta aliter,quàm eſt facto offenſi.alleg. pro hoc tex.in l.lex Iulia.in fi. ff.ad leg.Iul.repet.quem pro not.allegat Bald.in d.l.addictos.C.epiſco. aud.Alex poſt

Bar.in d.l.lex Iulia.quod dicit valde not.Felin.in d. c.dilecti.vbi etiam Panor.& quòd
ex hoc poſſet quis euadere à pœna mortis, & Bal.in l.ſi nō conuitij. C.de iniur.Lud.in
ſing.cccccviij.Panor.& poſt eum apoſti.in c.j.de his qui fili.occi.Iaſ.in l.ſi filiam.C.de
inoffi.teſta.Luc.de pen.in l.omnes omnino. C.de decu.lib.x. Deci.plenè in l.quod ca-
lore.ff.de regu.iur.Thom.Gra.in conſi.xxix.& in conſil.xxxix. & conſi.lxiij. & multa
in d.deciſi.v.& in d.deciſ.xxiij.Mathe.in d.conſti.terminum vitæ.x.luni. Mar.in conſ.
lxxx.& in conſi.cxix.Par.in tract.ſyndi.in verbo, ſyndicantur officiales habentes offi-
cium publicum.& in verbo,condemnatio. verſi.quidam iudex. vbi etiam de officiali
occidente, & ſuſpendente quando eſt iracundia motus,& ibi in fin.de indebitè torto
occidente iudicem,Specul.in tit.de accuſat.& ibi Bal. verſic.quid ſi vocaui.& in tit.de
præſumpt.verſ.ſed pone.Cepo.in conſi.xxix. Felin.in c.ſicut.de iureiur. poſt Pan.in d.
4 c.dilecti.Areti.in conſi.xxxiij.ſic & † blaſphemans calore iracundiæ mitius punitur,
& non pœna conſtit.regni blaſphemantibus.vt ibi per Mathe.iiij.dubita.Lud.Mont.
in tra.de reproba.ſen.pil.iij.dub.& ibi declara.vt per Hoſti.in ſum.in tit.de maledi.§.j.
& per Iaſ.in l.ſi duo.§.fin.ff.de iureiur.& per Thom.in conſil.xv.vbi etiam quod licet
repulſa non admittatur, nec defenſio, tamen poteſt allegare blaſphemaſſe calore ira-
cundiæ,& poteſt repulſare teſtes ratione inimicitiæ , cùm inimicus non admittatur in
eo crimine,ſicut nec in crimine læſæ maieſtatis, vt per Alex.in conſil.cxxvj.iiij.vol. &
5 per Franc. Ponz.in tract. de lamiis. Vbi limitat † ſi alleget iuſtam cauſam caloris , &
non iniuſtam,tex.in l.j.C.ſi quis Imp.male.l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maieſt.& in l.ij.C.de
6 aboli.tempera † tamē,& intellige ſi probetur quòd talis fuerit iracundia,quòd ipſum
delinquentem à mente alienaret,vt per Panor.& Fel.in d.c.dilecti.& Dec.in d.l.quod
7 calore. Sed infrà † quantum tempus poteſt declarare factum calore iracundiæ, dic,vt
per Ludo.de Pen. in d.l.omnes omnino. C.de decur.lib.x. & Deci.in d.l.quod calore.
8 quòd infrà xxx.dies,& per Ioan.de Arn.in epit.lviij. & lvij.vbi † de iniuria calore ira-
9 cundiæ,quòd per pœnitentiam non teneatur actione iniuriarum. & de † confeſsione
facta calore iracundiæ an noceat,per Feli.in c.ex literis.& in c.ſicut ex literis.§.ſi verò.
de iureiur.Mar.in pract.in §.poſtquàm.& in rubr. C.de probat. & multa tradit Iaſ.in
d.l.ſi filiam.& Corſet.in repet.Panorm.in verſic.calor iracundiæ.& per Panor.in c.du-
dum.de conuer.coniug.& Dec.in d.l.quod calore.& in d.l.locis.de voto,iuramento,
contractu,ſententia,accuſatione,& aliis,vt per eos.

## SVMMARIVM.

1 *Tyrannus aut potens ſi dicat alicui vt occidat aliquem , quem erat occiſurus tyrannus ſi non occidiſſet ſi occidit,an excuſetur , & ſic metus inſtantis periculi an excuſet.*

2 *Famulus cui dominus minatus eſt mortem ſi non interficiat eius vxorem, ſi occidat, an excuſetur.*

3 *Aggreſſus ab alio ſi apprèhendat mediatorem , aut alium circunſtantem , & eo vſus ſit pro clippeo vt occidatur,an teneatur de homicidio vtens.*

1 OCTAVO Excuſat † metus inſtātis periculi,& mortis,& ideò ſi quis tyrannus aut potens dicat alicui non potenti,occidas talem, aliàs occidam te,& ille erat talis quòd ſi eius iuſſum non adimpleat,mitteret minas, ad effectum, ſi aliter vitam ſuam euadere nō poteſt niſi occidendo, excuſatur ſi occidat , & non punitur aliqua pœna propter periculum mortis,ita Pet.& Cyn.in l.ſcientia. §.qui cùm aliter.ff.ad legem Aquil.allegat gloſ.in l.ſi familia communis.ff.ſi famil.fur.fe.di.ver.& ſi ſeruus.Bal.in l.j.xj.quæſt.C.vnde vi. & in c.j.§.iniuria.verſi.& pone quidam potens.de pac.tenen. & in reper.in verbo, ho-

micid

micidium.verſi.vltimo.& in l.ſeruos.C.ad legem Iul.de vi.Alexan.poſt Bart.in l.liber homo.ff.ad legem Aquil.Cep.in cau.iiij.aut xl.Iaſ.inſtit.de acti.§.ſi mitius. verſi.nunquid autem.Gand.in rubr.de pœn.verſi.non punitur.Mar.in conſi.xxv.vbi delinquẽs coactè excuſatur.Dec.in conſi.cccxxxvj.& in regu.velle non creditur. ff.de reg.iur.& in l.quod iuſſu.eo.tit.Iaſ.in l.ſi quis iniquum. §.procurator. ff.quod quiſque iur. Flor. in d.l.liber homo.circa princ.& in l.quod dicitur.in prin.ff.ad legem Aquil.Mar.in l.j. in princ.xviij.limita.ff.de ſicar. Deci.in d.l.vt vim.ij.not. Felin.in c.ſignificaſti.lo ij. de homic.circa fin.Anan.in c.ad liberandum.de iudæ.Ioan.de Lig.in tract.de bello.verſi. nono quæritur. Curt.in conſil.xx. & hanc dicit communem Deci. in d.l.vt vim. licet Bald.in d.l.ſeruos. & Flor.in d.l.liber homo.dixerint contrarium, tamen Deci.alleg. pro communi text.in l.is qui aggreſſorem. C.de ſicar. vbi occidens aggreſſorem, aut
2 alium pro ſalute propria excuſatur, allegatur † etiam text.in l.ſi quis fumo.§.fin. ff.ad legem Aquil.vbi excuſatur qui iuſto metu ædes vicini intercidit, per quem text.dicit ibi Floria.quòd excuſatur famulus cui dominus minatus eſt mortem, niſi interficiat eius vxorem quæ erat ſuſpecta de adulterio, vt per Ioan de Arno.in epito.viij. vbi limita conſtit.terminum vitæ. & pro hoc faciunt dicta per Thom.Gra.in deciſi.xxxvj.
3 in fin.vbi ſi rex mandat occidi non tenetur occidens. Et pro † hoc etiam facit quæſtio diſputata, per Angel.Aretin.incipien.Atholus Gaium aggreſſus.quæ eſt notabilis,& contingens in facto, vt diſputauit de illo, qui cùm eſſet ab alio aggreſſus, apprehendit mediatorem, aut alium circunſtantem, & illo vſus fuit pro clypeo, ſi interficiatur ille talis vſus pro clypeo, non tenetur vtens de homicidio, per d.l.qui aggreſſorem.& ita reſidet Dec in d.l.vt vim.reſpondens ad contraria vt per eum,& ita etiam reſidet Feli. in d.c.ſignificaſti. quæ not.quia quotidiana, & vide plenè de hac excuſatione, vt per Corſ.in d.ſingu.in verbo, metus.vbi plenè, & hanc dicit communem, & ſequendam, & per Thom.Gram.in vo.xxviij.

## SVMMARIVM.

1 *Diuina reuelatio, & miraculum excuſat ab homicidio.*
2 *Suſpenſus ad furcas ſi ceciderit in terram, vt quia funis rumpatur antequam moriatur, an & quando ſit liberatus, & quid ſi antea proteſtatus ſit de innocentia.*

1 BONO Excuſat † diuina reuelatio à pœna homicidij. bonus text.in capit gaudemus.de diuorr.& ibi not.ibi, Sanſon ab homi-
2 cidio.Bonifa.in rubrica de inſult.& percu.in fin. Idem † dic propter miraculum, vt per Luc.de Pen.in l prima. C.de deſert.& occult.libro duodecimo.& Decius in l.fauorabiliores ff.de regulis iur.vbi ponunt de eo, qui ſuſpenditur ad furcas, & laqueus frangitur, & cecidit ſuſpenſus in terram, quòd tunc erit liberandus, licet condemnatus ad mortem, ex quo videtur factum miraculo quodam, & ſignum eſt innocentiæ, quod tamen intelligit Decius ibi, ſi prius fuerit proteſtatus de innocentia ſua, & per Par.in tracta. ſynd.in verbo, pœna.verſicu.an ſi.lo ſecundo. per dictum in pſal.laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. & per Ioan.de Arno.in ſoblo.v.incipien.laqueus.

## SVMMARIVM.

1 *Laſciuia ſeu libido excuſat à pœna, vt ſi per libidinem occidat.*

2 *Carcerata mulier etiam meretrix ſi ſit cognita, an puniatur, & an excuſat libido.*

3 *Mulier per vim cognita conquerens infrà octo dies, facit puniri pœna capitis, & libido non excuſat.*

4 *Pax ſi facta eſt vel data fideiuſſio de non offendendo, an adulterando vxorem rumpat pacem, vel fideiuſſionem.*

5 *Rapiendo mulierem an dicatur rumpere pacem, aut fideiuſſionem.*

1 DECIMO Excuſat † laſciuia, ſiue libido: nã ſi quis per libidinem
occidat, nõ punitur pœna ordinaria homicidij, vt eſt tex. in l. lege
Cornelia. §. cùm quidam. ff. de ſicariis. vbi per quinquennium re-
legatur, & vide in conſtitut. poculum amatorium. & in conſtitu.
amatoria pocula. & ibi per Matheſil. & vide dicta per Mar. in d. §.
cùm quidam. & vide Cepo. in conſilio xxx. & conſil. xxxj. Limita
2 in † muliere carcerata, nam libido non excuſat, etiam ſi eſſet me-
retrix, vt per Par. in verbo, adulterium. Mar. in ſing. cl. & in l. j. in prin. ij. ampli ff. de ſic.
3 & in pract. in §. aggredior. in principio. Limita † etiam niſi per vim, vt in conſtitutio,
omnes noſtri reginimis vbi per Math. dummodò infrà octo dies quæ conqueratur,
4 aliâs nõ punitur pœna vltimi ſupplicij. Et † no. in hoc quòd ſi facta eſt pax inter duos,
& facta eſt promiſsio ſub pœna de non offendendo, quòd ſi alter alterius vxorem
adulterat, non dicitur rumpere pacem, & fideiuſsionem, cùm ratione libidinis, & non
iniuriandi animo, vt per Bartol. in l. verum. ff. de furt. & ibi per Barba. & Alex. and. poſt
Bart. & Angel. in gloſſ. che hai adulter. la mia don. verſic. quid autem ſi pax. Iaſ. in l. qui
ſeruum. ff. de verbo, obligat. Roma. in conſilio. clxxxiij. & conſilio clxxxv. Alex. conſi.
cxiij ſecundo volu. Par. in dicto verbo, adulterium. Mar. in conſilio ij. & conſil. xx. &
conſilio lj & conſilio lxxxiij. & conſil. lxxxv. & conſil. ciiij. & conſil. cxxxij. & in l. lege
Cornelia. in fine. ff. de ſicar. & in l. prima. nume. 24. C. de rap. virgin. & in l. prima. C. de
5 ſicariis. vbi † etiam rapiendo mulierem non dicitur pacem rumpere, ex quo libidinis
cauſa, & non animo rumpendi pacem, & offendendi feciſſe dicatur, & ideò ſi conſta-
ret animo offendendi, & iniuriandi, dicitur pacem rumpere, vt per Alex. and. poſt Bar.
in dicta l. verum. & Iaſ. in dicta l. qui ſeruum. dixit etiam ſi rapiendo percutiat vt aufu-
giat, non rumpit pacem. & Marſi. in dicta l. prima.

## SVMMARIVM.

1 *Error excuſat à pœna ordinaria, ideò ſi propoſui occidere Titium, & occidi Sempronium, excuſat à pœna ordinaria.*

2 *Teſtes ſi dicant Titium mortuum ex tribus vulneribus, & exhumato corpore non apparent vulnera, an poteſt ad mortem condemnari.*

3 *Ignorantia an & quãdo excuſat à pœna ordinaria, & quòd ſupina, & craſſa, non excuſat.*

4 *Ignorantia ſupina & craſſa quæ dicatur.*

5 *Clericum percutiens quem credebat laicum an ſit excommunicatus, & de percutiente officialem non portantem ſignum.*

6 *Ignorantia iuris an excuſet à dolo.*

7 *Ignorantia iuris poſitiui an excuſet à toto.*

8 *Ignorantia iuris naturalis an excuſet.*

9 *Ignorantia iuris diuini an excuſet.*

10 *Occidens forindicatum aut capiens ignoranter, an conſequatur præmium.*

*11 Ignorantia iuris an & quando excuſat.*
*12 Ignorantia qualiter probari debet, & an per iuramentum.*
*13 Error an & quandò excuſet, diſtingue.*
*14 Opinio an & quando praeualeat veritati in delictis, diſtingue.*
*15 Condemnatus Titius pro homicidio Seij ſi fuit decapitatus, licet poſtea fuerit repertus innocens, & quòd alius fuerit homicida, an verus homicida excuſetur.*
*16 Condemnatus quòd ſibi eruatur oculus dexter, vel amputetur manus dextera, ſi exequutor per errorem extraxit ſibi ſiniſtrum, vel amputauit ſiniſtram manum, an poſſit erui dexter, & dextra amputari.*
*17 Condemnatus quod Sempronium occidit qui viuit, an exequi poſſit contra eum ſententia.*
*18 Confeſſus occidiſſe Titium qui viuit, an noceat talis confeſſio.*
*19 Condemnetur ne ex ſimplici confeſſione, & an conſanguinei admittantur ad probandum de errore.*
*20 Confeſſio an & quando tanquam erronea reuocari poſſit, & an geminata, & iurata, & an ficta, & num. 21.*
*22 Confeſſio extraiudicialis an reuocari poſſit & reuocata an faciat indicium.*
*23 Confeſſio an acceptata per partem noceat.*
*24 Errorem non ſufficit allegari in genere, niſi cauſa erroris exprimatur.*

1 VNDECIMO Excuſat † ignorantia, & error, de quibus ſuprà
in ſecunda par. in prin. & ideò ſi propoſui occidere Titium, & per
errorem credens occidere Titium, Sempronium occidi, excuſor à
pœna ordinaria, quia non habui animũ occidendi Sempronium.
de quo per Boni. in rubri. de inſult. & percuſſ. vbi de eo quem non
cognoui, & And. & Math. in conſtitut. terminum vitae. & in capit.
primo. ver. bona committen. quae ſint reg. & per Par. in trac. ſynd.
2 in verbo, executio. & † idem ſi teſtes dicant Titium mortuum ex tribus vulneribus,
& ex humano corpore non apparent vulnera, non poteſt condemnari ad mortem, vt
per Bald. in l. ſi quis teſtibus. in fine. C. de teſti. Angel. in gloſſ. compar. inquiſi. in term.
defenſ. etiam ſi conſtat de maleficio, docto de errore: de qua materia per Angel. in glo.
appenſatè. & Gandin. in rubri. de pœnis. vbi plenè quando quis deliquit vltra cogitatum per errorem, & in rubric. de homicidio. Bel. in practica in glo. & dictus Titius. &
in rubrica. de quaeſtio. Marſil. conſi. vij. & conſi. lxviij. & in l. j. §. diuus. ff. de ſica. & in l.
diuus. eo. Cepol. conſilio xiij. Ioannes And. in reg. cum quis. de reg. iur. in ſexto. Bal. in
l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. Roma. in conſilio cccccvj. Cepo. in conſilio xxxiij. vbi de eo
qui volebat occidere inimicum, & occidit patruum. Pau. in conſil. excij. de eo qui volebat baſtonare, & occidit, & Marſi. in l. prima. §. diuus. ff. de ſicariis. & in ſingul. incip.
voluntas, & propoſitum. & vide per Iaſ. in l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de
acquirendà poſſeſsione. & per Ioan. de Arno. in caut. prima. de occidente quem puta-
3 bat foriudicatum, quòd excuſetur à pœna ordinaria. De † ignorantia autem an, &
quando excuſet, dic vt per Salyc. in l. ſenatus. C. de his qui ſibi in teſta. aſcript. vbi plenè
diſtinguit, de ignorantia facti, & iuris naturalis, & poſitiui, de iuſta, & iniuſta, & ſupina, vbi plenè de his, & per Gandin. in rubrica. de homicidio. verſiculo, ſed quid ſi quis
delinquens in ſua excuſatione. & Ang. in dicta gloſſ. appenſatè. gloſſ. & doctores in l.
ex maleficiis. §. longè minus. ff. de actio. & obligatio. glo. & doct. in l. prima. C. de colo.
Illy. libro xj. & per alios quos allegat Auguſt. poſt Angel. in dicta gloſſ. & per Par. in
tracta. ſyndic. in verbo, pœna. verſiculo, quia multa. Marſi. in l. nihil. intereſt. & in l. fin.

ff.de ſicar.vbi de duobus rixantibus,& fratre credente inſultantẽ occidere,& fratrem
inſultatum occidente, & in rubr.ff.de falſ.& in l.qui ignorans.& in l.qui falſam.ff.de
4 fal.& in l.j.C.de rapto.virg.in quibus de ſupina,& craſſa, non excuſare, & † quæ au-
tem dicatur craſſa,& ſupina,per Anto.& Pano.in c.j.de ord.ab epi.& in c.ſi ſponta.ne
cler.vel mon. & in cap.apoſtolicæ.de cler.excommuni. in quibus excuſat, & quæ ſit.
5 Mar.in rub.ff.de fideiu.num.154.vbi de affectata, & de † percutiente clericum, quem
ignorabat,& credebat laicum.Gand.in rub.de var.quæſt.in male.in fi.& Mar.in conſ.
xcvij.& Par.in tract.ſyndi. vbi de percutiente officialem non portante ſignum, & per
Bald.in c.j.§.vaſallus.ſi de feu.ſue.controu.& in l.error.C.de iuris & fa.igu. Barto.in l.
inter omnes.§.j.ff.de fur.& in l.genero.ff.de infa.& in l.eum qui.§.penul. ff.de iureiur,
6 vbi non excuſat eum, qui dabat operam rei illicitæ. Et de † ignorantia iuris, an excu-
ſet à dolo.Pau.de Caſt.in conſi.clxxxix. Alexan.poſt Bar.in l.j.ff.ſi quis teſta.lib.vbi di-
cit excuſare à pœnis doli,& non culpæ latæ.Bald.& Ang.in l.ſicut. C.de præſcri.xxx.
anno.Corn.in conſi.cxx.ij.vol.excuſat etiã à dolo præſumpto in ſtatuto, vt per Alex.
in d.l.j.& Ang.in l.ſiquis,§.doli.ff.de iur.omn.iu. Angel. & Bald.in d.l.ſicut. ignoran-
7 tia iuris † poſitiui licet non excuſet à toto,tamen mitius punitur, quàm ſi ex propoſi-
8 to,vt per Pano.in cap.per tuas.de ſymo. Ignorantia † verò iuris naturalis nullum ex-
cuſat,vt per Specul.in tit.de ſum Trin.& fid.cat.Math.in conſtit. quiſquis.x.not.Pan.
9 in c.cùm eam.de emp.& vend.nec † etiam ignorantia iuris diuini, vt per Card.in cle.j.
vj.quæſt.de conſang.& affi.Salyc.vbi ſuprà, & per Math.in conſti.homines.j.not. vbi
nunquam excuſat ignorantia, vbi habet admiſtam culpam, intellige de pœna culpæ,
10 & non doli,cùm excuſare poſsit,vt per Alex.in d.l.j. & not. quod † quo ad præmium
ignorantia legis non nocet,bene tamen ignorantia facti, & ideò ex quo conſtitu.reg.
pœnam eorum.dat præmium foriudicato, quòd ſi capiat foriudicatum ipſe ſit liber à
foriudicatione,idem occidens foriudicatũ non punitur, vt ibi,tamen procedit quan-
do ſciebat ipſum foriudicatum, non ſi ignorabat, nam tunc non conſequitur præ-
mium,ideò occidens punitur de homicidio, ſecus ſi ſciuiſſet factum, & ignoraſſet le-
11 gem,& conſtit.prædictam,vt ibidem per Math.xiij.not.Et an † & quando ignorantia
iuris excuſat,dic, & declara vt per Felin.in c.ij.de conſtitu. vbi plenè tradit, & limitat
poſt Panor.vbi etiam limita, niſi habeat culpam admixtam. in c.ij. de excep.poſt Bal.
12 ibi,& Rom.in repet.l.ſi verò.§.de viro ſi fall.ff.ſol.matr. Et an † & quando, & quali-
ter probari poſsit per iuramentum ignorantia,plenè per Felin.in c.quoſdam.de præ-
13 ſumpt.poſt Panorm.& per Arno.in j.caut.de errore † verò excuſante,dic,vt per Bart.
& Marſi.in l.diuus.ff.de ſicar. & Salyc.in l.quoniam multa. C.ad legem Iul.de vi.pub.
aliquid per Cepo.in dicto conſilio xiij.ij.dubio.quòd excuſat à pœna. Angel.plenè in
d.glo. & appenſatè. vbi magiſtraliter loquitur, & diſtinguit quòd aut non eſt erra-
tum in eo, in quo cogitauit delinquere, & tunc aut dabat operam rei licitæ, & tunc
delinquendo præter cogitatum, vel culpam non tenetur. l.qui occidit. §.pen.ff.ad le-
gem Aquil.aut dabat operam rei illicitæ,& tunc aut cogitatum tendit veriſimiliter ad
finem ſequutum,& punitur. cap.fin.de homic.in ſexto. l.quoniam multa.C.ad legem
Iuli.de vi publ. l.ex incendio.ff.de incen.ruin.naufrag. aut cogitatum non tendit ve-
riſimiliter ad finem ſequutum, & tunc non punitur qui vltra cogitatum deliquit. l.ſi
14 iniur.in princip.ff.de iniur.aut eſt † erratum in eo quod cogitabat, vel intendebat fa-
cere,tunc erit videndum an in delictis opinio præualeat veritati,vel econtra,& quan-
do: in quo diſtinguitur, aut error & opinio verſatur circa delicti productionem, aut
circa delicti ſpecificationem:primo caſu,quando non putauit committere delictum,
aut cogitatum, & attentatum eſt de genere permiſſorum, tunc ſecũdum attentatum
iudicabitur,& opinio veritati præualebit. l.item apud.§.ſi quis virginem. ff.de iureiu.

cum

cum attentatio in meretrice ſit permiſſa.l.quæ adulterium. C.de adult.aut cogitatum
eſt de genere prohibitorum, & tunc veritas attenditur, & non opinio, cùm talis opi-
nio,& iuris error non excuſat, & ideo eſſet abſurdum dicere,quòd ſcienter occidens
alium non puniretur, ex eo quòd putauit delinquere, licet iuſtus dolus interdum ex-
cuſet,vel minus faciat puniri. l.j.§.fin.ff.de ſicar. ſecundo caſu quando error verſatur
circa delicti ſpecificationem,vt quia putauit delinquere,ſed errauit, & tunc aut error
excuſatur à iuris ignorantia, vt quia non ſcit ſe delinquere ſubtrahendo rem alienam.
Item ſacram de ſacro, putans furtum ſimpliciter committere, vbi ſacrilegium com-
miſit, & tunc ſecundum veritatem punitur. l.j. C.de interd. matr. aut excuſatur ex
ignorantia rei,vel perſonæ in qua committitur, & tunc aut error eſt in ipſius rei, vel
perſonæ ſubſtantia,aut qualitate,ſi rei vel perſonæ, & tunc ſecundum veritatem iudi-
catur,dè perſona patet.l.ſi eum.§.iniuria.vbi Bart.ff.de iniur.de re patet.l.vulgare. §.ſi
qui æs.ff.de fur.ſi in qualitate rei, vel perſonæ erratur, & tunc aliud eſt in re, aliud in
perſona:nam in re,veritas qualitatis rei præualet. l.fin. ff.de crim.expi.hære. mitius ta-
men aliqualiter punitur propter ignorantiam.l.ij.in fin,ff,de termino mo.ſi in perſo-
na error attenditur in qualitate perſonæ,d.l.eum qui.§.fin.in ſubſtantia verò perſonę
ſi caſu quo attenderetur,delictum remaneret impunitum,tunc error non attenditur.
15 d.l.eum qui.§.pen.& ita reſident prædicti doct.in hac materia. circa † hunc errorem,
not.id quod tradit Bald.in l.ij.C.quib.res iudi.non noc.& Par.in tract.ſynd.in verbo,
executio.quòd ſi Titius fuit condemnatus pro homicidio Seij,& fuit decapitatus,li-
cet poſtea fuerit repertus innocens decapitatus, & ꝙ fuerit alius nominatus Titius,
quòd per talem errorem non euitat pœnam mortis verus delinquens, nec poteſt libe-
rari punito innocente, vt etiam per Bald. in l.qui ſeruum.ff.de interro. act. per illum
text.in c.j.§.iniuria.de pa.iur.fir. Ang.in l.quoties.§.fin.ff.ſol.mat.& in conſi.cxc.Pan.
in c.pen.vij.quæſt.de re iud. Dec.in l.& ſi nihil facilè.ff.de reg.iur. Mar.in l.j.in princ.
vlt.ampl. ff.de ſicar.& in l.j.§.fin.ff.de quæſt. Angel.in glo.dandis, & ſoluendis.in fin.
16 Idem † dixit Par.in verb.executio. quòd ſi fuit quis condemnatus, quòd ſibi eruatur
oculus dexter, amputetur manus dextera, ſi executor per errorem extraxit ſibi ſini-
ſtrum,vel amputauit ſiniſtram manũ, an poſsit erui dexter, vel amputari manus dex-
tera?dixit quòd non,ex quo impoſsibile eſt ſibi ſiniſtrum, aut ſiniſtram reſtitui,vt per
Bart.per illum text.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.actio.ſed tamen executor
17 puniri poteſt pœna arbitraria propter errorem.ita Pan.vbi ſuprà.Idem † not.quòd ſi
quis per errorem condemnetur quia occidit Sempronium,qui viuit,non poteſt con-
tra eum exequi ſententia, cùm conſtet manifeſtè de errore, & innocentia, etiam prin-
cipe inconſulto,vt per Aretin.in c.de his.extra de accuſ. Feli. in c.conſanguinei. extra
18 de re iudi.Dec.in d.l.& ſi nihil. Idem † erit dicendum in confeſsione, vt ſi confiteatur
ſe occidiſſe Titium,nam ſi viuit,non nocet confeſsio talis erronea. l.inde Neratius.§.
ſi quis hominem viuum.ff.ad legem Aquil. Gand.in rub.quali.fiat accuſat.& ideò di-
19 cit Anton.in c.ſignificaſti.de homicid. Bald.in l.j. verſic. ſed † quid dices.lo ſecundo.
C.de confeſſ. Par.in tract.ſynd.in verbo, confeſsio. vbi de hoc, & quando ex ſimplici
confeſsione condemnatur, & ibi quòd conſanguinei admittuntur ad probandum de
errore,Mar.in pract.in §.poſtquam.verſi.patet etiam in confeſsione impoſsibili. & in
l.j.in princ.ff.de quæſt.verſi.de confeſsione autem. & §.fin.verſic.quinimò.& in rubr.
20 C.de probat.An autem † confeſsio in iudicio facta poſsit reuocari tanquam erronea,
& quid ſi eſt iurata,& quid ſi geminata,& quid in ficta cõfeſsione per ſtatutum, plenè
tradit Mar.in l.j.§.fin.& §.quæſtioni.ff.de quæſtio.Cepo.in cautela lxix. Mar.in conſi.
xxiiij.& in l.repeti.ff.de quæſtio.& in l.penult.eodem tit.& in l.j.C.de ſicar.& in pract.
in §.poſtquam.vbi quid ſi per partem fuit acceptata, & in §.quoniam. & in §.diligen-

ter. in §.examinanda. & in §. ſequens quæſtio. vbi an poſt concluſum in cauſa, & in conſilio cxiij.& conſilio cxviij.& per Thomam Granma.in volumine xvj. & in volu-
21 mine x.in † quibus quòd in criminalibus etiam iurata & geminata, ſeu repetita, poteſt reuocari prætextu erroris, & per Par.in dicto verſicu.confeſsio. in verbo, tortura. lo primo.verſiculo, ſequitur quæſtio quotidiana.vbi an, & quando reuocari poſsit, vbi etiam limitat niſi eſſet datus terminus ad deliberandum: nam tunc deliberando non reuocat, & vſque ad quem actum, & an poſt ſententiam poteſt reuocari? & vide plenè Iaſo.in l.error.C.de iur. & fac.ignorantia. maximè circa finem. vbi etiam dicit quòd incontinenti poteſt reuocari etiam non docto de errore, & ibi etiam iuratam,
22 & geminatam,& not.† vnum ſingulare dictũ Iaſ.in l.magiſtratibus.& not.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. quòd licet confeſsio extraiudicialis faciat indicium ad torturam, vt nota.in l.capite quinto.ff.de adulteriis. Mar.in §. diligenter. & doctores in l.admonendi ff. de iureiurando. tamen talis confeſsio ſi eſt reuocata, non facit indicium etiam quòd de errore non probauerit, & ideò datur cautela, vt ſi habeatur confeſsio extraiudicialis tanquam erronea reuocatur. nam tunc etiam ſi non probetur de errore non facit indicium, quòd dictum exclamat Iaſ.pro defenſione amici, eſt dictum Bald.in l.prima.C.de confeſ.quod dictum refert pro notab.Felinus in capitulo, olim. verſic.ſecundus.de reſcriptis.& Marſil.in practica.§.diligenter. verſic. quæro vlterius,
23 an confeſsio. & in §.examinanda.in fine. & in ſingula.xxxj. & dixi † ſupra in materia indiciorum.temperarem niſi fuiſſet per partem acceptata, & incontinenti, non ex interuallo, vt per Marſ.in practica in §.poſtquam.verſiculo, & iſtis etiam adde, quòd in dubio, ſed ibi refert Alexander tenere, quòd in criminalibus reuocatur, licet per par-
24 tem acceptata, quæ not.& † not.in allegatione erroris, vt non ſufficiat errorem allegare in genere, niſi cauſam erroris exprimat, ita Bald.in l.error. C.de iur. & fa. ignor. & Curt.in conſilio lvj.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Imprudentia an excuſat, vt ſi per imprudentiam occidat, an puniatur ordinaria pœna.*

1 DVODECIMO Excuſat † imprudentia: nam ſi per imprudentiam occidit, non dicitur dolo occidere, ſed culpa, ideò non pœna ordinaria punitur. decimaquinta quæſtione prima. capitulo, illa cauenda.ita per Cum. in conſilio centeſimo trigeſimoquarto. Aretinus in conſilio octuageſimo. Alexander in conſilio centeſimo quadrageſimo, ſecundo volumine. Decius in conſilio ſexageſimo. & in l.ferè in omnibus. ff. de regulis iuris. & per Thomam Gramina.in deciſione xxiij. ſub numero 12. & per Iſern. in capitulo primo. verſiculo, bona committentium. quæ ſint regalia. vbi de iudice condemnante ad mortem non condemnandum & innocentem per imprudentiam, & ignorantiam. Gandin. in rubr. de pœnis. verſiculo, cùm aliquis minor.ibi, item in ſene, vbi per imprudentiam non punitur aliqua pœna. Angel.in l.ſi quis. §. doli. ff.de iuriſdictione omnium iudicum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Neceſſitas an & quando excuſat à pœna ordinaria.*
2 *Neceſſitas ſi eſt ineuitabilis, an poſſit promoueri abſque diſpenſatione.*

1 TERTIODECIMO Excuſat † neceſsitas, vt per Boni.in tit.
de inſult.& percuſſ.in fine.& Gandi.in rubr.de homicidio.verſic.
ſed quid dicemus nos.ibi,ſi verò neceſsitate.Gandi. verò dixit di-
ſtinguendo iure canonico, quòd aut neceſsitas fuit euitabilis.
Primo caſu imputatur ei,ita quòd ad ſuperiores ordines nõ pro-
mouetur,ſed in ſuſceptis de miſericordia toleratur. ca. dilecti.50.
2 diſtinct.Secundò † caſu quando fuit ineuitabilis, tunc ſine omni
diſpenſatione poteſt in ordine habito miniſtrare.50.diſtinctio.can. quare. ideò ſi cle-
ricus habet gladium in manu ad ſui defenſionem, Titius ſurrexit in eum, ita,quòd cle-
ricus nullo modo potuit euitare,vnde ille Titius mortuus eſt illo gladio, præter pro-
poſitum illius clerici.capitulo,ſecundo.& capitulo,lator. de homicidio.ad ſuperiores
non aſcendit abſque diſpenſatione, traditur in clementina prima. de homicidio. vbi
gloſſ.ita Gandi.ibi, & ſuprà fuit dictum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Homicidium ſi non dolo ſed culpa fuerit commiſſum, an puniatur pœna ordinaria, & quid ſi caſu, & limita vt num. 2.*
3 *Homicidium culpa aut caſu commiſſum an & quando puniatur iure canonico.*
4 *Homicidium culpa commiſſum aut caſu dans operam rei illicitæ, an puniatur ſi adhibuit diligentiam.*
5 *Ramos impedientes piſcationem incidens ſi occidat, an teneatur pœna ſtatuti.*
6 *Puer ſi proiiciat lapidem, & occidat, an puniatur.*
7 *Campanam pulſando ſi occidat, aut proiiciens perticã vel palũ, & occidat, an puniatur.*
8 *Culpa ſi præcedat caſum, an puniatur ordinariè.*

1 DECIMOQVARTO Excuſat † dolus ceſſans,nam ſi nõ dolo
ſed culpa,aut caſu fuerit cõmiſſum homicidium, nõ punitur pœna
ordinaria mortis.l.j.§.diuus. verſi. ſed ſi claua.& in fi.ff.de ſica.plenè
per Cardi.in rubr.de homi.verſic.item pone quæſtionem,ſæpe con-
tingit in facto, vbi an; & quando homicidium non dolo commiſ-
ſum,ſed culpa puniatur,& Ang.in gloſſ.ſcienter,& doloſè:& plenè
ſuprà fuit dictum ſuo loco, & per Ang.in gl.incendiario & doct.in l.reſpiciendum.§.
delinquunt.ff.de pœ. & vide Thom. gram.in vo.xxj. vbi pœna relegationis per quin-
2 quennium punitur. & per eundem Thom.in deciſ.xxiij.nu.12.Limita † quòd pro lata
culpa capitaliter puniatur,vt per Par.in tract.ſynd.in verbo. pœna.verſi. quid ſi ſtatu-
tum.ibi,licet dicatur,& de homicidio caſu cõmmiſſo ſuprà fuit dictum. & per Gand.
in d.rub.de homic.verſic.ſed quid dicemus nos.Ang.in dicta gloſſ. ſcienter. & Math.
3 in conſt.qui de alto.& Felin.in c.ex literis.lo ij.extra de homic.iure † autem canonico
diſtinguitur,aut dabat operam rei licitæ,aut illicitæ:primo caſu ſi adhibuit diligẽtiam
quam potuit,& occidit, in nullo punitur,d.c.ex literis,& c.ſignificaſti.& ca. dilectus.
extra de homi.ſed tunc ſi grauè imminet ſcandalũ,& tanta laborat infamia quòd pur-
gatio eſſet indicenda,tunc purgatio indulgetur.d.c.ex literis.ſi verò non adhibuit di-
ligentiam quam debuit,ei imputatur ob negligentiam quæ culpæ æquiparatur, quia
non promouetur ad ordines, nec vtitur ordine iam ſuſcepto. c. ad audientiã. extra de
4 homic. Secundo † caſu quando dabat operam rei illicitæ, ſiue adhibuit diligentiam,
ſiue non,ſemper ei imputatur.c.continebatur.& c.dilectus.de homi.l.culpa. ff.de reg.
5 iur.Fel.in c.† lator.de ho.vbi etiam de ſtatuto quod non cõprehendit occidentẽ caſu,
aut culpa,ſed dolo,vbi de incidente ramos impediẽtes piſcationẽ ſi ſocium ocidat, an

6 tenecatur pœna ſtatuti,Cardi.in conſi.xliiij.Alexan.in conſi.cxl.j.vol.& vide † in c.ex-
hibita.& ibi Felin.de homicidio. vbi de puero proiiciente grauem lapidem, & percu-
7 tiente in capite, & in c.Ioan. & in † c.fin.de homicid. & ibi per Felin. vbi de pulſante
campanam,& occidente,& proiiciẽte perticam, vel ferrum ad terram, & de currente
equum, & occidente puerum, per Bonifa.in rubr.de inſul. & percu. vbi diſtingue,&
8 ſuprà dictum fuit de his latè.vbi limita † niſi culpa præcedat caſum, tunc tenetur, per
Mar.in l.j.§.diuus.in fin.ff.de ſicar.Mathe.in conſtitut.terminum vitæ.xij.fallen. Hæc
circa naturales excuſationes,ſequitur de ciuilibus.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens nocturnum agrorum depopulatorem excuſatur à pœna.*
2 *Diſrobatores publicos,& latrones impunè licet occidere.*
3 *Diſrobatores & latrones tunc licet occidere impunè, quando capi non poſſunt, & duci ad iudicem.*

1 CIRCA Iraque † ciuiles excuſationes primò excuſatur occidens
nocturnum agrorum depopulatorem, & aggreſſorem viarum pu-
blicarum, & deſertorem militiæ: nam tales omnes licet impunè oc-
cidere.l.j.& ij.C.quando lic.ſine iud.ſe vin. Floria.in l.ſi ſeruus. ff.ad
legem Aquil.Mar.in l.j.in princ.vj.fall.ff.de ſicar.Math.in d.conſtit.
2 terminum vitæ. xix.fallen. & publicos † diſrobatores, & latrones,
tanquam diffidatos vnicuique licitum eſt occidere,vt per Par.in tract.ſynd.in verbo,
3 latro.in princ.Cep.in conſi.xlij intellige tamen reſiſtentes,& quando † capi non poſ-
ſunt: nam ſi aliàs capi poſſunt,non licet eos occidere, ſed ad iudicem ducere, licet ta-
men occidere quando reſiſteret,d.l.j.& ij. quod ex qualitate perſonarum deprehendi-
tur,vt per Mar.in l.furem.in fin.ff.de ſicar.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens furem nocturnum, vel diurnum quando ſe & ſua non poteſt defendere, an excuſetur.*
2 *Furem nocturnum licet occidere, ſi ſe & ſua aliter defendere non poteſt, diurnum, ſi ſe telo defendit.*
3 *Furem nocturnum licet occidere ſi eum capere non poteſt,& precedente acclamatione.*
4 *Furem nocturnum occidere non poteſt ſi luna luceat,& eum poterat cognoſcere.*
5 *Furem diurnum incognitum licet occidere,etiam ſi ſe telo non defendat.*
6 *Furem diurnum aut nocturnum non licet occidere pro re vili.*

1 SECVNDO Excuſatur † occidens furem nocturnum, vel etiam
diurnum, quando ſe, & ſua non poteſt aliter euadere, niſi occiden-
do,& non aliter,vt in d.l.furem.l.ſi pignore.§.furem.ff.de fur.cap.ij.
& c.ſi perfodiens.de homic.l.itaque.cum ſequen.ff.ad legem Aquil.
l.ſi vt allegas. C.de ſicar. Angel.in glo.compar.inquiſi.in ter.defenſ.
Corne.in conſil.xxvij.iiij.volum.Saly.in l.quoniam multa. C.ad leg.
Iul.de vi.Gand.in titu.de pœn.& ita intelligitur. cap.ſi perfodiens.quando aliter non
poteſt euadere ſe,& ſua.& per Iaſo.inſtit.de actio.in princ.in glo.in iudicio: tamen di-
2 ſtingue † inter nocturnum furem,& diurnum,vt nocturnum ita demum liceat occi-
dere, ſi ſe & ſua abſque periculo perſonæ ſaluare non poteſt. dicta l.furem. & dicto
c.ij.

c.ij.diurnum verò ita demum ſi ſe telo defendit. dicta l.ſi vt allegas.ita diſtinguit text.
3 in dicto cap.ſi perfodiens. Limita †tamen in fure nocturno,ſi acclamatio præceſſerit, & aliter ipſum capere non poteſt,dicta l.itaque.text. in conſti.terminum vitæ. vbi ita demum licet ipſum occidere,ſi capere non poteſt,& pręcedente acclamatione,& vide
4 per glo.& Marſi.in dicta l.furem. Limita † etiam niſi luna lucebat, & poterat cognoſci fur: nam tunc non liceret occidere, cùm foret ſibi prouiſum remedio iuris agendo contra eum, ita dicit Angel.in dicta l.furem. & in d.l.ſi vt allegas.poſt Barto. & Felin. in d.c.ij.de homic. quod tamen non placet Mar. in dicta l.furem. & in d.l.ſi vt allegas.
5 In diurno † verò etiam limita, niſi fuiſſet incognitus: nam tunc non poſſet agere via iuris etiam non reſiſtente, & telo non ſe defendentem licet occidere, cùm tunc non daretur via recuperandi, vt ibidem per Bart.Bald.& Angel. & Mar.in d.l.furem.& in d.l.ſi vt allegas.idem ſi eſſet cognitus, & eſſet diſceſſurus, poſſum illum occidere,cùm aliter non poſſum recuperare,vt per Alexan.poſt Bart.in d.l.furem. Angel.in glo.ve-
6 ſtem cele.verſic.& bene not.Corn.in conſil.xxix.iiij.vol. Limita † etiam in nocturno, vt non liceat occidere, & etiam diurnum pro re vili, vt duorum aureorum, vt per Alexan. poſt Barto.in dicta l.furem.Felin.in dicto cap.ij. Mar.in d.l.furem. & in dicta l.ſi vt allegas. Mathe. in ſingu.cxlij. aut cxxv. Angel. in dicta gloſſ. veſt.cel. Alexand. conſi.cxl.j.volum.Iaſ.in dicta l.vt vim.ff.de iuſt.& iu.& inſtit.de actio.in princ.verſic. in eadem glo. Angel. in d.l.ſi vt allegas.dicit remitti arbitrio iudicis quod ſit paruum furtum,& in l.j.C.vnde vi.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens debitorem fugientem, & telo ſe defendentem contra creditorem capientem excuſatur.*

1 TERTIO Excuſatur †ad inſtar furis diurni,occidens debitorem fugientem, & telo ſe defendentem contra creditorem, volentem eum capere, & neduin creditori, ſed etiam procuratori creditoris, vt per Bald.in d.l.ſi vt allegas.Iaſ.inſtit.de actio.in princ.in glo.in iudicio.ibi, in eadem glo.in fin.Mar.in dicta l.ſi vt allegas.in fin. Alexan.poſt Bart. in d.l.furem.& Mar.in dicta l.j.in princ.xxj.limita.ff.de ſicar. & in pract. in §.vlterius. Iaſ.in l.iuſtè poſsidet.ff.de acquir.poſſeſſ.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens transfugam vel hoſtem, & proditorem ciuitatis excuſatur.*
2 *Transfuga & proditor ciuitatis vel aſſaſſinus exiſtens in poſſe familiæ, occidi non poteſt.*

1 QVARTO Excuſatur † occidens transfugam, vel hoſtem, & proditorem ciuitatis.l.tertia.§.transfugas.& quis dicatur transfuga,dic vt per Thom.in deciſi.cv.num.29. ff.de ſicar. & in l.proditores. ff. de re milita. Iaſ.in dicta l. iuſtè poſsidet. Marſil. in dicta l.prima.v.limi.Mathe.in dicta conſtitu.terminum vitæ.xx. limita. & in conſtitut.pacis cultum.xiiij.caſu. & Par. in dicto verbo, latro.vbi de hoc, & ſequent. & aſſaſsino bannito, & latrone. limi-
2 ta tamen † vt per Marſil.in dicto §.transfugas.poſt Barto.& Angel.ibi, niſi transfuga eſſet in manibus familiæ, aut in carcere conſtitutus, tunc non poſſet occidi, niſi iudicis autoritate: nam ſtatim, quòd eſt captus,& carceratus, habet ſecuritatem à lege, ideò

offẽdẽs eum, punitur lege Iulia maieſt.& in l.fi.ff.de leg.j.iuncta l.j.ff.ad leg.Iul.maieſta. & iuncta l.fin. C.de matheina. Idem occidi poteſt tanquam hoſtis, rebellans contra Imperatorem, & eius officiales, vt per Bar.in conſtit.quoniam qui ſint rebel.in ver. rebellando.in ij.pœna per l.proditores.ff.de re mili.& l.iij.§.fi.ff.de ſicar.extende etiam in occulto proditore, nam occidi poteſt, vt ibi per Bar. circa fin.dicto ver.rebellando. verſiculo, circa ſecundum.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens aſſaſſinum ex quo hoſtis eſt publicus, & diffidatus, excuſatur.*

1 QVINTO Ad † inſtar hoſtis publici, & transfugæ qui idem ſunt, vt no. in d.l.proditores.Bar.in l.laqueum.ff.de acquiren.rer. domi.excuſatur occidens aſſaſsinum: nam aſſaſsinus hoſtis publicus eſt, & ei indici poteſt bellum tãquàm à lege diffidato, vt in ca. pro humani. de homi.in vj.vbi Ancha.Gemi. poſt Archi. Alexan. poſt Bart.in d.§.transfugas.Ang.in conſil.xiiij.incip.nos Carolus. Math.in d.conſtitu.terminum vitæ.xxiiij.limi.Tho.Gra.in vo.xx. Par.in d.verſi.latro & Marſi. in pract.in §.examinand.i. Alex. poſt Bart.in l.iij.§.j.ff.de ſicar. Stepha. aufre. in tracta.de pot. ſecul. contra eccle. perſ.reg.xviij.iij.fall. & ſupra fuit dictum in materia aſſaſsinij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens foriudicatum ex quo hoſtis publicus, & à quocũque occidi poteſt excuſatur.*
2 *Suſpendens foriudicatum an teneatur de vſurpata iuriſdictione.*
3 *Foriudicatus exiſtens in poſſe familiæ occidi non poteſt.*
4 *Foriudicatus frater aut pater occidi non poteſt impunè.*
5 *Foriudicatum non licet occidere proditoriè, veneno, vel pecunia.*
6 *Mandans & mandatarius pecunia occidentes foriudicatum, an vterque puniatur.*
7 *Receptans bannitum aut foriudicatum ſi ceperit, & duxerit ad iudicem, an teneatur tanquàm receptator, an præmium conſequatur.*

1 SEXTO Ad † inſtar hoſtis & transfugæ excuſatur occidens foriudicatum, qui hoſtis publicus reputatur, & à quocunque offendi poteſt, ſecundum conſtitu.reg.pœnam eorum.& ibi per Math. xj.& xij.not.vbi quòd hoſtis publicus occidi poteſt, per Bart.in l. amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de cap.& poſtlimi.reuer. Mar.conſil. ſecundo.& conſil.lvij.& conſi.cx.& conſi.lxxxvj.& dixit Luc. de pen.in l.j.C.vt arm. vſus.lib. xj. quòd occiſum hoſtem publicum nemo vlciſcitur.& per Par.in tracta.ſynd.in tit.de exceſ.reg. ver.an liceat occidere regem tyrannum. & vide per Andr.in d.conſtit. pœnam eorum. an liceat foriudicatum
2 ſuſpẽdere, & † an ſuſpendendo teneatur pœna vſurpatæ iuriſdictionis, iuxta conſtitutio.duram, & diram.primo lib.de cuius interpretatione, & quando locum habeat, per Capi. deciſ.ſacr.conſi.cxxx.dicit Andr.ibi in d.conſtit.pœnam eorum.quòd non: cùm non fecerit animo vſurpandi iuriſdictionem, & ſic amplia quòd liceat eum impunè
3 ſuſpendere.Limita † tamen niſi foriudicatus fuiſſet in fortia familiæ, & iudicis carceratus: nam ſicut transfuga non poteſt occidi, aliâs tenetur, vt per Barto.& Ang.in d.§. transfugas.ita occidi non poteſt foriudicatus, & occidendo tenetur lege Iulia. & per Bartol.in dicta l.laqueum.ita per Andr.& Math.ibi.xij.nota.ij.q.& per Math. in dicta

con

4 conſtitutione pacis cultum. xx. & vltimo caſu. Limita † etiam niſi à fratre:nam non poteſt fratrem bannitum,& foriudicatum occidere,vt per Nell.in tracta.banni.tertia par.ij.temp.q.liiij.Cepol.in conſil.v.Mar.in ſing.ccx.& conſil.cxxj.Io.de Arno.in ſolilo.lxvj.vbi etiam non licet occidere patrem foriudicatum, & per eundem in epito.
5 lxij.& in caute.v.vbi nec vxori maritum.Limita † etiam,niſi proditoriè occiderit,aut veneno vel pecunia:nam non licet impunè occidere,vt per Mathe. in dicta conſtitut. pœnam eorum.prima quæſt.& in conſtit.mala noxia.& Dec.in c.quę in eccleſiarum. de conſtitut.tamen Bald.de quo non facit mentionem.Mathe.in dicta conſtit.tenet in l.gracehus.C.de adult.etiam per pecuniam poſſe occidere,& in conſil. lj.in fin.primo volu.quòd licet eum veneno,occidere,& per Alberic.in tracta.ſtatut.ij.par. q.xcix.&
6 Nell.in tract.bannit.iij.par.ij.tempo.viij.q.diſtinguit,& † an pecunia occidi poſsit,vt vterque excuſetur mandans, & mandatarius, per Nell. in dicto tractatu in primo.ij. temp.q.xij.allegat Alberi.vbi ſuprà.xx.q.& per Marſil.in l.prima.in princ. & in rubr. ff.de ſicar.& de occidente pecunia, quòd licet,vt per Dec.in conſil. cccxxvij.Mar.in l. prima.in princi.ff.de falſ.& an liceat veneno occidere,per Cepol.in conſil.v.& an proditoriè,per Cepol.in conſil.xxxiiij.Ang.poſt Bart.in l.fin.C.de delato.libr.x. Alex.poſt Bart.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.in princ.ff.de pœn.Iac.rebuf.in d.l.fin.& Celſus poſt eum.Marſi.in ſingul.xvj.incip.proditores.& per Ioan.de Arn.in ſolilo.xxj. incip. quia occidens.dic etiam & in bannito,vt ſuprà:cùm banniti per ſtatuta Italiæ habean
7 tur vt foriudicati in regno.Sed †quid ſi quis receptauerit bānitum,aut foriudicatum, deinde cepit illum,& ducit curiæ,an teneatur tāquàm receptator, an verò præmium conſequatur de quo in d.conſtit.pœnam eorum.dic vt per Nell.in d.tracta. banni.iij. par.ij.temp.xxiiij.quæſt.quòd punitur,vt receptator,& præmium conſequitur.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens bannitum ſecundum ſtatuta Italiæ,an excuſetur.*
2 *Statutum an valeat ſeu conſtit.regni quòd bannitus,aut foriudicatus occidi poſſit.*
3 *Occidens bannitum quem ignorabat eſſe bannitum,an puniatur.& nu.4.*
5 *Occidens bannitum qui erat rebannitus,non tamen cancellatus à banno,an puniatur.*
6 *Occidens bannitum quem ſciebat rebannitum,vel bannum eſſe nullum, an puniatur.*
7 *Gratia ſtante & ſaluocōducto cōceſſo bannitis, & non cancellatis,an poſſit impunè occidi.*
8 *Occidentem bannitum an habens arbitrium poſſit condemnare ad mortem.*
9 *Occidens quem credebat bannitum qui non erat, an puniatur.*
10 *Occidens bannitum indebitè cancellatum à banno an puniatur.*
11 *Statutum ſi dicat bannitum offendi poſſe,an poſſit impunè occidi.*
12 *Occidens bannitum cancellatum qui dènunciauit occiſori eſſe cancellatum, an puniatur.*
13 *Occidens cancellatum à banno quem neſciebat cancellatum, an puniatur.*
14 *Bannitus occidens alium bannitum an puniatur.*
15 *Occidens bannitum iniuſtè an puniatur.*
16 *Occidens nulliter foriudicatum an excuſetur.*
17 *Occidens filium,patrem,aut fratrem bannitum an puniatur.*
18 *Vaſallus an poſſit impunè occidere dominum bannitum.*
19 *Occidens de proximo banniendum an puniatur.*
20 *Occidens bannitum de proximo rebanniendum an puniatur.*
21 *Occidens bannitum non regiſtratum an puniatur.*
22 *Occidens bannitum toleratum à ſuperiore an puniatur.*
23 *Occidens bannitum qui communi extimatione habebatur pro non bannito, an puniatur.*
24 *Occidens bannitus ſeipſum an puniatur.*

25 *Occidens bannitum qui ducitur ad ſupplicium an puniatur. & nu. 29.*
26 *Occidens bannitum captum, & exiſtens in forciam iudicis an puniatur, & quid ſi captus fuit inuitè, aut extra territorium. nu. 27.*
28 *Bannitus aut foriudicatus an ſtatim quod capitur, furca ſuſpendatur abſque alio proceſſu.*
30 *Fœminam pregnantem bannitam, an liceat impunè occidere.*
31 *Appellatione pendente, aut lite ſuper banno an occidi poteſt.*
32 *Bannitus ex ſimplici contumacia abſque probationibus an occidi poteſt.*
33 *Statutum an valeat quòd pro debito pecuniario liceat occidere, & occidendo an teneatur.*
34 *Bannitus an ſtatim quod eſt, aut foriudicatus occidi poteſt, & an ex particulari odio. numero 36.*
35 *Statuto ſtante quod liceat conſanguineis facere vindictam, an liceat bannitum occidere.*
37 *Bannitum aut foriudicatum an liceat occidere proditoriè, veneno, aut pecunia.*
38 *Bannitum in quibus caſibus non licet occidere.*
39 *Pace facta cum bannito ſi occidatur, an ſit rupta pax.*
40 *Bannito an fieri poſſit ſaluumconductus.*
41 *Bannito ſi fiat gratia de homicidio debet exprimi qualitas, vt parricidij, aut aſſaſſinij.*

1 SEPTIMO Igitur †excuſatur occidens bannitum, ſicut foriu-
dicatum in regno: nam ſecundum ſtatuta Italiæ licet eum impu-
nè occidere, cùm lege municipali permittente faciat. argu. l. grac-
chus. C. de adulter. facit. d. conſtit. pœnam eorum. per Ang. in gl.
compa. inquiſi. inter defen. verſic. quid ſi dicant. vbi quòd etiam
quilibet de populo poteſt comparere, & allegare beneficium ſta-
tuti, & conſtito iudici non debet vlterius procedere. Bart. in l. vbi
pactum. C. de tranſact. an autem liceat eum bonis ſpoliare, vt per Ioan. de Arno. in
2 dialog. xvij. An autem †valeat tale ſtatutum, & diſpoſitio d. conſtitu. pœnam eorum.
de ſtatuto tradita plenè Nel. in d. tract. banni. j. part. ij. temp. j. quæſt. & Math. in dicta
conſtit. pœnam eorum. j. quæſt. vbi dicunt quòd ſic, ob publicam vtilitatem. Bart. Bal.
Iaſ. & Dec. in d. l. vt vim. & Bart. & Iaſ. in l. omnes populi. ff. eo. & in l. ij. C. quando lice.
ſine iud. vind. Bald. in d. l. gracchus. Alber. vlti. par. ſtatut. quæſt. lvij. Imol. & Felin. in
c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Alexan. in conſil. cxiiij. j. volum. & conſil. iij. & conſil.
cvij. ij. vol. & conſi. lxv. iij. vol. Deci. d. conſi. cccxxvij. Mar. in d. l. j. in princ. xij. limit. &
in pract. in §. aggredior. circa prin. & in locis per eos allegatis: contrarium tamen tenet
Ioan. de Arno. in ſolilo. ix. & ſolilo. xiiij. quòd non valet dictum ſtatutum, nec dicta
3 conſtitut. ſolus tamen loquitur. Amplia † etiam in occidente bannitum ignoranter,
quia ignorabat bannitum eſſe, vt per Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. & in l. ge-
nero. per illum text. ff. de infami. Alexand. in d. conſil. cxiiij. Nell. in d. tract. in j. part. ij.
temp. quæſt. xxij. & quæſt. xxiiij. ſequen. & ſequen. & per Ioan. de Arno. in epito. xxvj.
4 Quid ſi †credens Titium Ioannis eſſe Bannitum, qui non erat, ſi occidit, an teneatur?
Concludit quòd ſi habuit iuſtam cauſam credulitatis, quia taliter dicebatur publicè,
excuſatur, aliâs tenetur de culpa, & non dolo, vt ibi per eum, quod not. pro ſuprà di-
cta excuſatione ratione erroris, vt ſuprà de ignorante, per Mar. in d. l. j. xij. limita. &
Math. in d. conſtitu. pœnam eorum. xiij. not. Mar. in pract. in §. aggredior. & Alexan. in
conſi. xxxv. iiij. vol. Corn. in conſi. cxxij. iiij. vol. Dec. in d. conſi. cccxxvij. Cep. conſ. vij.
5 Secundo †amplia, in occidente bannitum qui erat rebannitus, non tamen adhuc erat
cancellatus de banno: nam ocidendo non punitur, vt per Paul. de Caſt. in l. ſi de eo. ff.
de acquir. poſſeſſ. Alexan. in d. conſi. cxiiij. Mar. in d. l. j. xij. limi. & in dicto §. aggredior.
Nell. in d. tract. j. par. iij. temp. quæſt. ij. Mar. in conſi. lxv. Dec. in d. conſi. cccxxvij. Bald.

in l.labeo.in fin.ff.de pac.plenè Mar.in conſi.lv.vbi dicit puniri pœna extraordinaria,
6 cùm fuit in culpa non perquirendo rebannitionem,& in conſi.xcvij.intellige † tamen niſi ſciebat rebannitum:nam tunc punitur ordinaria pœna occidendo,idem ſi ſciebat bannum eſſe nullum,nam occidendo tenetur,vt per Mar.in conſil.xcvij.& conſil.cvj. vbi plenè, & Cepo.in conſil.vj. & in conſil.xxxix. & ibidem ſi ſperabatur omnino rebanniri,non poteſt occidi,ſi ſciens occiderit,tenetur:aliàs tenetur de culpa, vt ſuprà, per Mar.in d.conſ.lv.& per Iaſ.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.& in l.creditores.
7 C.de fideicommi. & vide † in hac materia, in d.conſi.tradita,an ſtante gratia & ſaluo cõductu dato bannitis,& nõ cancellatis,an poſsint impunè occidi? maximè per Dec. in dicto conſi.cccxvij.& Mar.in dicto conſi.xcvij. & per Mathe.in d.conſtitu.pœnam eorum.x.quæſtio. vbi de foriudicato obtinente ſaluum conductum, ſi occidatur, an puniatur? & in dictis conſiliis aut ſciebant, aut ignorabant gratiam,& ſaluum conductum,& per Nell.j.parte ij.temp.quæſt.xv. & an ſi commiſerit aliud delictum gaudebit ſecuritate data.quæſt.xvj. & ibidem per quem ſecuritas dari poteſt, idem vt ſuprà,dic in foriudicato,qui habuit gratiam à principe, an ante liberationem puniatur,
8 vt per Math.in d.conſti.pœnam.ix.quæſt. Amplia † etiam in habente arbitrium,nam non poteſt condemnare occidentem bannitum vigore arbitrij.Par.in tracta.ſyndic.in
9 verbo,arbitrium. Amplia † in occidente eum,quem credebat bannitum,qui nõ erat: nam tenetur de culpa,cùm debebat inueſtigare,ſi erat bannitus,vt per Bart. Angel.&
10 alios,in l.genero.ff.de infam.Cepo.conſi.xlj. Amplia † etiam ſi fuiſſet cancellatus, tamen indebitè,nam non punitur ſicut ſi non fuiſſet cancellatus, vt per Bald.in cap.j.in princ.hîc ſi.lex Corr.Cepo.in d.conſi.vij.Bart.poſt Rayn.in l.non ſecundũ.ff.de don. inter vir & vxor.Nel.in d.tract.j.par.iij.temp.iij.quæſt. etiam ſi occidens putauerit illum ritè cancellatum,vt ibi,& ij.par.ij.tem.quæſt xxiiij.ſeq.& ſequen.Mar. in d.l.j.xij. limit.& in d.§.aggredior.vbi etiam dicit iniuſtè dici cancellatum, ſi non apparet cauſa cancellationis,ſecundum Bald.in c.cùm ſuper.ff.de re iudi. & Mar.in conſi.lv.circa
11 princ. Amplia † etiam dato quòd ſtatutum ſimpliciter dicat bannitum offendi poſſe, licet non dicat occidi,nam occidi poteſt,vt per Ioan.And in Specu.in tit.de conſtitu. in fin.Bart.poſt Rayn.in l.iij.§.fin.ff.de alimen.& cibar.leg. Alber.in tract.ſtatu.j.par. quæſt.v. & quæſt.viij. Nell.in d.tract.ij.par.ij.temp.quæſt.vij. verſic.examinatis quæſtionibus.Flor.& Pau.in l.binas ædes.ff.de ſer.vrbano.prædi.Floria.in l.ſi is qui binas. ff.de vſufru.Paul.de Caſt.in l.in ſuis.vbi Alexan.Iaſ.& alij ff.de lib. & poſthum. Ang. in conſi.lxxxiij.Bart.in conſil.incipien.ſtatuto caſtri plebis.Angel.in glo.compar.inquiſ.in ter.defen.Alexan.in conſi.clxvij.iij.vol.Bart.in conſi.clxxxviij. Felin.in c.quæ
12 in eccleſiarum.de conſtit.Mar.in l.j.C.de raptu virg.nume.37. Amplia † etiam ſi bannitus notificaſſet occiſori cancellationem factam à banno:nam non tenebatur credere ipſi bannito, niſi oſtenderit publicum inſtrumentum cancellationis, & gratiæ, vt per Barto. & Iaſ.in l.non ſolum.§.morte. ff.de oper noui nuntiatio. Paul.de Caſtr. in conſil.xxxij.vbi idem ſi fuiſſet ab extraneo notificatum, operatur tamen notificatio, vt teneatur de culpa in non perquirendo,vt ibi per eos,ante verò excuſatur occidens vt per Alexand.in conſil.cxiiij.& Angel.in l.filio.ff.de liber.præteri.& Alexan.in l.fin.
13 ff.eod. Idem † ſi eſſet cancellatus, & occidens ignoraſſet cancellatum:nam excuſatur,
14 vt per Iaſ.in dicta l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudic. Amplia † etiam in bannito occidente alium bannitum,nam poteſt impunè, vt per Baldum in l.cùm mulier. verſic. ſtatuto cauetur. ff.ſolut.matrimo. & ibi per Alexand. & per Marſi. in d.§.aggredior. verſic.redeundo. & Mathe.in d.conſtitu.pœnam eorum xiij.notab. & Felin.in c.cùm
15 duobus.de ſentent.excommun. Amplia † etiam in occidente iniuſtè bannitum, nam propter bannum etiam iniuſtum excuſatur.Dyn.in l.pe.ff.de adult. Bart. poſt Rayn.

in l.prima.§.ex hoc reſcripto.ff.de vent.inſpic.Cyn.in auth.ſi vxor.C.de repud.Bald.in
dicta l.cũ mulier.& in l.eum.C.de adult.& in l.j.C.de pœn.& in l.j.C.ſi à non compet.
iudic.& in l.j.ff.ſol.matr.Bart.in l.ij.§.hæc actio.ff. vi bon.rapto. Ange. in l.quis ſit fu-
gitiuus.§.item apud Labeonē.ff.de ædil.edict.Bar.in l ſiue vxor.ff.de dona.inter vir.&
vxo.& in l.iij.§.ſi ſeruus.ff.de acqui.poſ.vbi Pau.Alex.& Iaſ.Io. And.in reg.ꝙ quis mã
dato.de reg.in merc.& in Spec.in rub.de ſol.Cor.in conſi.xvij.j.vo.Bar. in l. nõ puta-
uit.§.non quis.ff.de contratabu.Alex.in.in d.conſi.cxiiij.& per doct. Bart. Alex.& Iaſ.
in d.§.condemnatum. aliquid per Marſil.in l.j.§.præterea.ff.de ſicar.& in princip.d.l.j.
verſic.amplia etiam iſtum text.per doct.in l.ij.§.ſi ſeruus.ff.de acquiren.poſſeſ.Cepo.in
dicto conſil.xxxix.Angel.in gloſſ. qui iudex ad proba.ſuæ inquiſi. Cepol. conſilio vij.
Marſil.in dicto §.aggredior. Et licet aliqui ſupra dictorum teneant puniri, non tamen
pœna ordinaria homicidij,ſed alia extraordinaria,vt per Cepol.in dicto conſil. vij. &
6 Alexand.in dicto conſil. cxiiij. & alios vbi ſuprà, & † prædicta faciunt pro occidente
nulliter foriudicatum, non concurrentibus in foriudicatione requiſitis, de quibus
per Mathe.in dicta conſtitu. pœnam eorum. vt licet in totum non excuſatur,non ta-
17 men punitur pœna mortis. Amplia † etiam occidēdo filium,vel patrem aut dominum
bannitum,vel fratrem,vt non puniatur,vt per Bart.& Alexand.poſt eum in l.ſi adul-
terium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adulter.Alberic.in tract.ſtatuto.vij.quæſtio.quem
refert Nell.in dicto tract.ſecunda par.ij.tem. quæſtio.x. & prima parte.ij.temp.quæſt.
iiij.& q.xxij.& dixit ſuprà de parrici.& Felin.in dicto cap. quæ in eccleſiarum.de con-
ſtitutio.Marſil.in conſilio ſecundo.vbi de filio.Angel.in gloſſ compa.inquiſi.inter de-
fen.Marſil.in l.prima.numero 200.C.de raptu virgin. & in l.diuus. ff. de ſicariis. & in
conſilio cxix.de fratre,& per Ioan.de Arn.in epitome lxij. quòd non licet, & in ſolilo.
18 lxvj. An † autem vaſallo liceat occidere dominum bannitum, Par.in tracta. ſynd.cap.
19 lxxx. Amplia † etiam occidendo,nedum bannitum, ſed etiam non bannitum,tamen
de proximo banniendum,vt per Iaſon.in l.quãuis.C.de inofficio.teſtamen.& in auth.
ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccleſ.Marſi.in dicta l.prima.num.74.C.de rapt.vig.& in
conſilio xcvij.& per Ioan.de Arno.in ſingul. clxxx. poſt Iaſ.in dicta auth.ſi qua mu-
20 lier. Limita † tamen primo, niſi bannitus eſſet de proximo rebanniendus: nam impu-
nè occidi non poteſt,vt per Bald.in l.prima.§.ſerui.ff.ad Sille. Cepol. in dicto conſilio
xxxix.plenè Marſil.in ſingu.cvj.incip.qui de proximo.& in practi. in §.aggredior. &
in l.prima.in principio.quarta amplia.ff.de ficariis.& in conſilio xciiij. & conſilio x.&
conſilio lxvj. quòd intellige ſi ſciebat rebanniendum eſſe de proximo: aliâs mitiori
21 pœna punitur, vt ſuprà. Limita † ſecundò, niſi ſtatutum dictet bannitum regiſtran-
dum,nam vſque quò non regiſtratur,non poteſt occidi. Albe.in dicto tractatu ſtatu.
ſecunda parte quæſtio.cj.Nell.in dicto tractatu.ſecunda parte.ij.tempo. viij.quæſt. &
in ix.quæſt.quid ſi non apparet de regiſtro,quia fuit combuſtum, diſtinguit, aut ſcie-
22 bat combuſtum,& tenetur,aut non,& non tenetur. Limita † tertiò,niſi bannitus fuiſ-
ſet toleratus à ſuperiore: nam talis non poteſt impunè occidi, ita dixit Salyc. in l.nul-
lus.C.de Iudæ.quod ſequitur Ana.& Felin.in capitulo, ſicut iudæi.de iudæ. per Ioan.
de Arno.in ſingul.x.Alexand.in conſilio primo,ſecundo volumine.& poſt Barto.in l.
fin.ff.de adulteriis.& per Felin.in capitulo, quæ in eccleſiarum. verſiculo, quartus ca-
ſus.de conſtitut.& in capitulo primo.de treuga & pace.& Marſil.in ſingul. lxxvj. in-
cipien.patientia.& in l.prima.in princ.quinta amplia.ff.de ſicariis. & in pract.in dicto
§.aggredior.& in conſil.x.& conſil.xlvj. & conſilio lv. & conſilio lxvj.& conſil.xcvij.
& conſilio cvij.& in l.fin.ff.de iuriſdictio.omnium iudi.num.163.Iaſ.in l.vbi pactum.
C.de tranſ.& in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu. in quibus habetur pro non bannito,
23 & occidi non poteſt. Limita † quartò, in occidente bannitum qui communi æſtima-

tio

tione habebatur pro non bannito:nam talis occidi non poteſt,vt per Ang.in l.ſi duo.
ff.de acquir.hæred.Alexand.poſt Bart.in d.l.fi.ff.de adult.& in d.conſi.j. ſecundo vol.
Anto.de But.in c.quia circa.de conſangui.& affin.Mar.in d.l.j.vj.amplia.& in d.§.ag-
24 gredior.Limita † quintò,in occidente ſeipſum bannitum : nam bannitus non poteſt
ſeipſum occidere,nec vulnerare,vt proſequitur Iaſ.poſt Bald.in l.j.C.de ſer.fug.Alex.
poſt Bart. in l.libertus.§.amiſsione.ff.de capti.& poſtlimi.reu. Felin. in d.c. quæ in ec-
25 cleſiarum.vij.caſu.Marſil.in d.§. aggredior. Limita † ſextò, in bannito condemnato,
qui ducitur ad ſupplicium: nam non poteſt occidi ab aliquo priuato, nec à familia
poteſtatis.Bald.in l.addictos. C.de epiſc. aud.& in l.fideicommiſſa.§.ſi quis.ff.de lega.
tertio.& in l.fi.C.de male.& mathe.Bart.in l.cuiuſquam.ff.ad leg.Iul.maieſta.Alexan.
poſt Bartol.in d.§.transfugas.Marſi.in dicto §.aggredior.verſicu.modò vlterius.& in
26 dicta l.j.tertio conſil.vij.amplia.ff.de ſic.Limita † ſeptimò, ſi bannitus fuerit captus in
fortiam iudicis carceratus,aut in poſſe familię:nã non poteſt occidi , aliâs tenetur, vt
per Bart.in l.laqueum.ff.de acquir.rerum domi.& in l.iij.§.fin.vbi Alex. & Mar. ff. de
ſicar.& in l.legis Iuliæ.ff.ad leg.Iul. de vi publi.Bald. in l.libertas.ff.de ſtat.homin.vbi
dixit affines carceratum bannitum occidentes ne vituperentur,tenẽtur de parri.Ana.
in capitulo,cùm iuramento.de homicid.& ibi Felin.in verſicu.extra gloſſ.Mar.in dicta
l.prima.ſecunda amplia.& in pract.§.aggredior.verſic.vlterius pro ampliatione.Par.in
d.tract.ſynd.in verbo,familiaris.verſic.an ex eo.Nell.in d.tracta.j.par.ij.temp.q.xxviij.
vbi dicit teneri lege Cornelia,& non lege Iulia maieſta.Ioan.Andr. in Specul.in tit.de
accuſa.§.ſequitur.verſic.quid ſi bannitus.& in q.xxxj.& Nell.in d.tract.ij.par.ij.temp.
27 q.xxxj.quid † ſi fuit captus extra territorium bannientium. an licet occidere, & ibi
quid ſi iniuſtè fuit captus an occidi poſsit, & an tunc eximi à manibus familiæ, & in
quæſtio.xxxij.quid ſi fuiſſet captus à priuato,an alius potuiſſet illum occidere? diſtin-
guit,aut erat certum euaſurum à manibus capientis,& non tenetur, aut non erat cer-
28 tum,& tenetur,vt ibi per eũ, & ibidem quæſt. xxxiiij. An † ſtatim quòd capitur abſq;
alio proceſſu poteſt furca ſuſpendi.quod facit pro foriudicato capto, vt per Math. in
dicta conſtitut.pœnam eorum.quòd ſtatim abſque alia ſententia fit executio , intelli-
ge condẽnatoria,non declaratoria,cũ requiratur,& dictũ fuit ſuprà in materia foriu-
29 dicationis.& in q.xxxv.quid † ſi elapſi ſunt xxx.anni,& de occidẽte ductũ ad ſuppli-
ciũ quòd punitur,vt per Bal.in l.addictos.Lud.in ſing.inci.Bal.& per Lud.montal.in-
tra.de repro.ſent.Pila.verſi.hæc ſufficiant.Et quod non licet foriudicatũ occidere exi-
ſtentẽ in poſſe familię dum ducitur ad ſuppliciũ tradit Math.in cõſt.pœnã.xij no.q.ij.
30 Limita † octauo in fœmina prægnante , nam licet fœminam bannitam poſſet occide-
re,tamen ſi erat prægnans non poteſt occidi,vt per Nel.in dicto tractatu,prima parte,
ſecun.tempo.quæſtio.xxxix.& xlv.Bald.in l. imperator.ff. de ſtatu hominum. Ana.in
capitulo,intelleximus.de his qui fil.occi.extendit etiam ſi partus eſſet adulterinus, vel
in carcere conceptus,& etiam ſi eſſet prægnans. decem vel viginti dierum. Alex.poſt
Bartol.in l.prægnantis.ff.de pœnis.Marſil.in pract.§.nunc videndum.verſiculo,modo
vlterius.& in l.prima. verſiculo , contra quæritur.ff. de quæſtionibus.& per Ioan. de
31 Arno.in commentar.cxij. Limita † nono,niſi pendente lite, aut appellatione ſupra
banno,nam interim occidi non poteſt, per Iaſo.in l.poſsideri.§.ſi ſeruo. ff. de acquiren.
poſſeſsione.poſt Dyn.Bartol.& alios ibi,& in l.qui à latronibus.§.ſi quis. ff.de teſtam.
in fine.verſiculo,quærit.Dyn.in l.prima.in principio.verſiculo , quærit.Dyn.ff.nihil
inno.appellat.pend.Bald.in l.prima.C.de appellationibus.& in authen.quæ ſupplica-
rio.C.de precibus imperato.offeren.& in Specul.in titulo , de ſentent.verſiculo, pen-
dente tempore. Alexand. plenè in dicto §. ſi ſeruus. Iaſ.in §.condemnatum. Alexand.
poſt Bartolum in l.fin.ff.de adulteriis. & in conſilio xxxv. quarto volumine.vbi dicit

deſerta appellatione puniri,ſecundum Bal.in d.l.qui à latronibus.& in l.lite. C.de lib. cau.Ang.in gl.qui iudex ad probat.ſeu inquiſ. vbi idem , ſi non legitimè bannitus, & Alexan.in conſil.lxxvij.iij.volum.& conſil.cxiij.j.vol. & conſil.xv.iij.volum.Cepo.in conſil.vj.& ſequen. & Ioan.de Arno.in dialogo.xv.imò ſecundum Bart. & alios in d. §.ſi ſeruus.nec etiam pendente alio remedio, quàm appellationis, poteſt occidi , & in l.ſi quis filio.§.quòd ſi quis.in fin. ff.de iniur.rup.teſtam. Bald.in l.iij. C.de appellatio. Paul.conſi.xxx.Bald.in Specu.in titu.de accuſat. verſi.& an pendente. idem pendente tempore appellandi,vt per docto.in d.§.ſi ſeruus. & Bald.in d.l.addictos.C.de appell. Alexand.poſt Barto.in l.non tantum.ff.de appellat. Aretin.in d.l.ſi quis filio.§.ſi quis. per Felin.in c.quærenti.extra de offic.delega.& in eius repertorio. in verſic.reus condemnatus ad mortem,& in dicto c.quæ in eccleſiarum. idem dic in termino banni ad comparendum,vt per Corne.in conſi.clxxv.j.volum.ſed de appellatione.non videtur procedere in foriudicato, cùm non poteſt appellare per dictam conſtitut.pœnam eorum.per quam nec etiam regi licet ſupplicare niſi dicatur pendente nullitate , cùm de ea dici poteſt,vt ibi per Mathe.& dictum fuit ſuprà.De hac quæſtione vide per Math. j.not.vij.quæſt. vbi quòd occidi non poteſt , & ibidem in vj.quæſt.ſi occidatur, & opponitur quod ſit foriudicatus,replicatur bannum & foriudicationem nullam eſſe, & ſi conſtat nullam eſſe an teneatur de homicidio , concludit teneri de culpoſo homicidio & non doloſo , cùm probare debebat acta & foriudicationem , an erat valida an non,ideò tenetur de culpa & non dolo autoritate Bart. in l.fin ff.de adult.& ibi Alex. poſt eum,& per Ioan.And. in reg.quiſquis.lib.vj. & in Specu.in titu.de accuſat. §.fin. Alexan.in conſi.lxv.& conſi.lxxvij.iij.vol.& per Nell.in trac.banni.ſub rub.de quæſt.
32 occur.poſt bann. verſi.ſecundo quæro. Limita † decimo in bannito ex ſimplici contumacia,non ex delicto,& probationibus delicti : nam non poteſt occidi bannitus ex ſimplici contumacia,ſed ex delicto,& probationibus delicti.ſingularis eſt doct. Alex. poſt Bart.in l.omne delictum. ff.de re milit.allegat tenere Bald. & Imol.in l.mora.ff. ſolu.matrim.refert.& ſequitur Mar.in pract.in §.poſtquàm.& in §.ſequitur.verſic.& teneas menti.& in l.de vnoquoque.num.174.ff.de re iud. Felin.in d.c.quæ in eccleſiarum.j.caſu.& Angel.in glo.qui iudex videns.quòd inquiſi. Gandi.in rubr.de bannit. Marſi.in conſi.cxvij.& conſi.lxxiij.& conſi.lxxxij.& conſi.cv. & Gand.in rub.de var. quæſt.ex ſtatut.in fin. vbi de bannito ex cauſa ex quo non poteſt ad mortem condemnari,quòd tamen non procedit in regno in foriudicato per dictam conſtitut. pœnam eorum. quæ fundatur in ſimplici contumacia tantum, & tamen occidi poteſt, vt per
33 Marſi.ibi,in xij.requiſito. Limita † vndecimo in caſu quando ſtatutum non fieret ex cauſa legitima,vt quia pro debito pecuniario liceret occidere,vt per Iaſon in l.vbi pactum.C.de tranſact.Marſi.in dicto §.aggredior.Felin.in cap.quæ in eccleſiarum.j.caſu.
34 allegat Hoſtien.in cap.fin.extra de conſuet. Limita † duodecimo in occidente bannitum ſtatim , & incontinenti quòd fuit bannitus , & diffidatus , vt per Bel. in pract.in
35 rubr.falſarium. Limita † tertiodecimo niſi ſtatutum fuiſſet factum ob rancorem ad vindictam,& non zelo iuſtitiæ,& fauore publico , vt quia dicat,& permittat conſanguineos facere vindictam de morte conſanguinei , contra occiſores: nam ſi occiſor banniatur non poteſt occidi à conſanguineis vigore ſtatuti, vt per Anton.& Imol.in dicto cap.quæ in eccleſiarum.Ioan.And.in Specu.in tit.de conſtit. plenè tradit Felin. in dicto c.quæ in eccleſiarum. vbi diſputat in nono caſu , quod limitat Panor.in cap. fin.de conſuet. autoritate Ioan.And.in Specu. in dicto tit.de conſtitut. niſi ſtatutum permitteret non ratione vindictæ , ſed daret læſo ius occidendi offenſorem tanquam
36 miniſtro legis vt faciat ſibi iuſtitiam,quod dicit hoc Felin.ibidem nono caſu. An † autem valeat ſtatutum permittens vindictam offenſo,proſequere,vt per Feli.in d.nono
caſu

caſu,& ibi an quando vindicta permittitur,poſsit alteri demandare,vbi quòd non:ſed procedit quando manibus proprijs, vbi limita procedere quando ex priuilegio per ſtatutum ſibi conceditur contra ius commune,ſecus ſi iure cõmuni permittitur:nam alteri poteſt demandare,vt in l.gracchus. C.de adult.vbi not. & traditur per Barto.in l.non ſolum.§.ſi mandato. ff.de iniur. & in l.vt vim. ff.de iuſtit.& iur. vbi intelligunt procedere in filio tantum, & non in alijs, & vide per Ioan.de Arno. in dialog.xvj.an poteſt bannitus, per alium impunè occidi, an verò proprijs manibus debet occidere, & vide per Ioan.de Arn.in ſoliloquio xl.quòd foriudicatus occidi non poteſt ex particulari odio,& inimicitia,& per Felin.in c.ſi perfodiens.ante fin.de homicidio,& per Math.in conſi.x.& per Ioan.de Arno.in ſingu.lxxj.poſt Bald.in l.decuriones.in fin. C.
37 de infam. Limita † quartodecimo niſi proditoriè occidat,vel veneno,cùm tunc etiam proditoriè occidere dicatur,vt per Mar.in rubr.ff.de ſicar.circa princ.hoc de proditore dictum eſt. Ange.in l.fin.C.de dela.lib.x.& refert pro ſingulari Cep.in conſi.xxxiiij. & Mat.in d.rubr.ff.de ſicar.in fin.vbi limita niſi eſſet bannitus pro crimine læſæ maieſtatis,vide per Nell.vbi ſuprà.iij.par.ij.temp.quæſt.viij.& per Ioan.de Arno.in ſolilo. ij.& vide de occidente proditoriè,per Mar.in conſil.cxxj.& conſil.j.& conſil.xxxij.de proditore,quis dicatur, & pœnis, & per Felin.in cap.j.de homicid. Proditoriè autem dicitur facere ſi vnum actu gero,& aliud mente cogito,& ideò ſi quis veniat tanquam ſocius & amicus, & in itinere ipſum occidat nulla rixa interueniente, vel ſedens ad menſam vt amicus,percutiat,vt per Barto.in l.reſpiciendum.§.delinquunt. ff.de pœn. Anchar.Anan.& Felin.in d.c.j.Alexan.in conſi.cxlv.vij.vol. Albe.in l.& ſi amici. ff.de adult.& vide per Marſi.in conſil.cxxj. & ſuprà fuit dictum in materia appellationis,
38 & vide † nouem caſus, in quibus non licet occidere, vt per Felin.in c.quæ in eccleſiarum.vbi primò, niſi ſtatutum non fieret ex cauſa legitima. Secundò in occidente patrem,vel fratrem,aut filium bannitum. Tertiò in occidente bannitum pendente quæſtione ſuper validitate banni. Quartò in tolerato. Quintò in non ritè bannito. Sextò in occidente ſe ipſum. Septimò in ignorante bannitum,& per Ioan.de Arn.in epit. lxiij. Octauò in occidente extra territorium,& dic vt per Ioan.de Arno.in epito.lxix. quòd ſic,poſt Iaſ.in l.fin ff.de iuriſd.omn.iudi.& cap.poteſt extra territorium, vt per eundem. Arno.in epit.lxviij.& in epito.lxx. poſt Iaſ.in d.l.fin. vbi limitat, niſi in loco ſtatuti occidens capiatur, quoniam non punitur, & vide in epit.xcij.an occidi poſsit, & præmium conſequatur,vbi concordat,vbi concordat opiniones,& in ſingu.xxvij. an occidens extra territorium ſit ſecurus, alia autem concernentia materiam bannitorum,an ſpoliari poſsit bonis, & de alijs, dic, vt per Felin.poſt alios per eum allegatos in dicto cap.quæ in eccleſiarum. & Mar.in dicto §.aggredior. & Boniſa.in titu. de
39 teſt.vbi etiam de præmiſsis. Sed an † ſi facta eſt pax cum bannito ſi occidatur,dicatur rupta pax plenè tradit Marſi.in d.§.aggredior.verſi.quæri etiam poteſt. Iaſon.in l.qui
40 ſeruum.ff.de verb.obli.Mar.in conſi.clxx.& conſi.xcvij.in quibus vide de hoc. Et † in d.§.aggredior. an bannito poſsit fieri ſaluus conductus, & Nel.vbi ſuprà. Barto.in l.
41 quid ergo.§.ſed ſi hæres.ff.de leg.j.& Bald.in conſil.ccxxj.ij.vol. Vltimo † not. vnum quod dixit Felin.in cap.ex literis.de offic.delega. quòd ſi fiat gratia bannito de homicidio,neceſſe eſt exprimere qualitatem,vt de parricidio, aut aſſaſsinio: aliàs non prodeſt gratia,de ſimplici homicidio.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Pater occidens filiam repertam in adulterio excuſatur ſi in adulterio deprehendit.*
2 *Deprehendere in adulterio quando dicatur.*
3 *Pater vt poſſit occidere filiam quæ requirantur ſi in adulterio deprehenſa eſt.*

*4 Pater videns filiam in actibus venereis, & preludiis occidere poteſt.*
*5 Pater tunc poteſt occidere filiam ſi in domo propria, aut generi inueniat, & non in aliena.*
*6 Pater debet occidere vtrunque adulterum, & adulteram, & quomodo intelligitur inſimul.*
*7 Pater non poteſt occidere filiam adulteram emacipatam.*
*8 Mater, aut auus, aut frater non poſſunt occidere filiam, neptem, aut ſororem adulteram.*
*9 Raptus qualitas ſi concurrit in adulterio, licet occidere filiam, neptem, & ſororem adulteram.*
*10 Pater vt poſſit filiam occidere requiritur quòd tēpore homicidij habeat filiam in poteſtate.*
*11 Pater an poſſit filiam viduam, & non nuptam adulteram occidere.*
*12 Patri vili an liceat adulterum occidere, vel ſi filia ſit vilis.*
*13 Pater ſi eſt ſenex aut infirmus & debilis, an poſſit alteri demādare, vt occidat vtrunque.*
*14 Socer an poſſit occidere nurum adulteram.*

1 OCTAVO Excuſatur † pater occidens filiam repertam in adulterio: tam in domo propria, quàm generi, & non alibi extranea, & dummodò vtrunque occidat filiam & adulterum, de quibus in l.patri datur ius. & in l.nihil intereſt. ff.de adulte. & incontinenti hoc faciat, vt in l.quod ait lex.§.fi.ff.de adult.vbi incontinenti dicitur etiam ſi prius occidat adulterum, inde aliquibus horis interpoſitis ſequatur filiam, & occidendo dicitur incontinenti facere, cùm non ad extraneos actus diuerterit, idem ſi adulterum occiderit, & filiam vulnerauerit, licet euaſerit, non tamen punitur, vt in d.l.nihil intereſt. & quod in domo propria, & non aliena. in l.nec in ea lege. & in d.l.quod ait lex.ff.de adul.vbi ratio aſsignatur, dummodò pater non ſit in alterius poteſtate, vt in d.l.patri. & l.ſic euenit.eod.tit.
2 idem intelligas in patre adoptiuo, vt in d.l. nec ea lege. Et † dicitur pater in adulterio deprehendere, ſi in actis venereis deprehēdatur, vt no.in d.l.quod ait lex.& per Math.
3 in conſtit.ſi quis rapere.primo not.De † hoc plenè tradit Ang.in gl.che hai adulter.la mia don.verſic.an patri.vbi ponit plura copulatiuè requiſita, vt ſi vnum deficiat non
4 poſsit occidere, de quibus in d.l.Et primò † requiritur quòd filiam reperiat in actibus venereis, vt ſi nedum nudus cum nuda in lecto inueniātur, & in actu carnali venereo, ſed ſi præludiis, vt ſolus in camera, cum verbis blandis, laſciuis cum amplexibus & oſculationibus, & tactu mamillarum, vt not.glo.& Bar.in l.j.ff.de var.& extraord.crimi.& in l.quod ait lex.& in l.capite quinto.ff.de adult.Salyce.in d.l.gracchus.C.eod. And.in c.j.quib.mod.feud.ami.Math.in conſtit.ſi maritus.aliâs poſt actum carnalem perfectum non licet, poſtquam ad actus extraneos peruenit, vt in d.conſtitu. Secundò
5 requiritur † quòd inueniat adulterum, & adulteram in actu venereo in domo propria, aut generi, & non aliena, in domo videlicet propria, ſeu conducta in qua habitet: imò ſi duas habeat domos, & in altera habitet, & in altera non, & in ea in qua non habitat, inuenit adulterum, & adulteram, non poteſt interficere, vt in d.l.quod ait lex.vbi red-
6 ditur ratio, & ibi Bart.in dicta l.nec in ea. Tertiò † requiritur quòd inſimul, & pariter vtrunque interficiat adulterum, & filiam.dicta l.patri.etiam ſi filia fuerit prægnans, vt per Bart.in l.imperator.la ſecunda.ff.de ſtat.hom.& poſt eum Alex.& idem in l.ſi prægnantis.ff.de pœn.poſt Bar.& Marſi.in l.editum.verſic.ſcias tu.ff.de quæſt.& intelligitur inſimul, vel eodem impetu, ſiue eodem ictu, ſiue prius filiam, poſtea adulterum incontinenti, ſiue adulterum occiderit, & filiam grauiter vulnerauerit, quòd veriſsimile eſſet mori, ſi tamen euadat, excuſatur in totum, non tamen ſi non grauiter, vt dicit tex.
7 in d.l.nihil.Quartò † requiritur quòd filiam habeat in poteſtate, aliâs ſi emancipata fuerit, vel in poteſtate aui, vt quia pater eſſet in aui poteſtate, non licet patri eam occidere

8 dere.d.l.patri.& dicta l.ſic euenit.ff.de adult. Quintò † requiritur quòd ſit pater,non autem mater filiam,aut auus neptem, aut filius matrem, aut frater ſororem: nam eis non licet,cùm lex Iulia permittens exorbitãs eſt à iure communi, & loquitur in patre tantum,merito non debet ad alios extendi tanquam odioſa,vt in reg.odia.de reg.iur. in vj.vt in d.l.patri.cum ſeq.vbi Bar.& gl.in d.l.quod ait lex.Cyn.& Salyc.in d.l.grac-
9 chus.vide Marſil.in l.j.§. item diuus.ff.de ſicar.& in l.edictum.ff.de quæſt.Limita † tamen niſi qualitas raptus concurreret,nam iſtis liceret occidere, vt per Cyn.& Saly.in d.l.gracchus. habetur in l.j.C.de rapt.vig. & Ang. in d.gloſſ.che hai adult. la mia don.
10 Sextò †requiritur quòd tempore homicidij pater habeat filiam in poteſtate,licet tempore matrimonij fuiſſet in aui poteſtate.dicta l.quod ait lex.ver.ergo ſufficit patri.Se-
11 ptimò † requiritur,quòd ſit nupta: nam ſi eſſet vidua,ei non liceret, cùm in tali adulterio aliis extraneis non præferatur in accuſando.l.nec in ea.ij.reſponſ.ff.de adult.ergo minus habet ius occidendi,quia ſi denegatur quod minus eſt,ergo & quod maius, ſequitur Alex.poſt Bar.in d.l.nec in ea.in prin.& ibi gl. quòd non extat differentia inter patrem legitimũ,& naturalẽ,vel legitimũ tãtum, & ex his datur practica ad euadendũ patrẽ occidentẽ, & quid debet articulare:nã prædicta omnia debet articulare,& pro-
12 bare,aliàs nõ euadit. Limita † tamẽ,niſi pater eſſet vilis,nã non licet occidere adulterũ, idẽ ſi filia eſſet vilis,nõ licet patri occidere, vt per Bar.in d.l.quod ait lex. §.illud.Ang.
13 in d. gl.che hai adulter.verſic.& adde quòd ſi culpa.Sed † quid ſi pater fuerit ſenex,aut infirmus,& debilis,an alteri poſſit demandare,vt vtrunque occidat? Ange in dicta gl. verſiculo,quid ſi pater mandat.dicit quòd ſic, Intãtum quòd nec pater, nec occidens tenetur,imò etiam pecunia occidendo,vt dicit Bald.in dicta l.gracchus. & Angel.in dicta gloſſ.verſic.an maritus poſſit demandare.& Math.in conſtitu.pacis cultum. xv. caſu,& in conſtitutio.ſi maritus.Bald. tamen in dicta l.gracchus. & alij dicunt poſſe mandari filio tantum,& non aliis,vt per Bart.in l.non ſolùm.§.ſi mandato. ff. de iniur. & in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Angel.in dicto verſi.an maritus.& in gloſſ. & dicto maleſic.ſemper aſtit.Bel.in practica in rubrica,de leno.Mar.in l.prima.C.de raptu virgin. & in conſilio xvj.Par.in tractatu ſyndic.in verbo,adulterium.Marſil.in ſingula.clxxv. & in ſingulari ccxliij.& in ſingulari cccexlviij.ſed ſi alij mandet, minoratur pœna ra-
14 tione iuſſus,& mandati,vt ſuprà fuit dictum.Sed † an ſicut licet patri,liceat ſocio occidere? Ang.in d.glo.che hai adulter.verſic.nunquid ſocero, tenet quòd non.

## SVMMARIVM.

*1 Maritus an poſſit occidere adulterum repertum cum vxore.*
*2 Maritus an poſſit occidere vilem adulterum iure ciuili.*
*3 Marito an liceat ex interuallo occidere adulterum vilem.*
*4 Vilis adulter ſeu humilis quis dicatur,vt occidi poſſit.*
*5 Maritus habens ſuſpectum adulterum,ſi ei per tres vices denunciauerit vt deſiſtat, poteſt impunè,& indiſtinctè occidere,& quales eſſe debent tales denunciationes.*
*6 Adulterum occidere an liceat factis tribus denunciationibus indiſtinctè ſiue ſit vilis, ſiue non.*
*7 Marito occidere vxorem & adulterum in regno an indiſtinctè,& quando liceat.*
*8 Maritus vt excuſetur debet occidere vtrunque adulterum & adulteram ſtatim nulla mora protracta.*
*9 Marito licet occidere vxorem adulteram pregnantem.*
*10 Maritus ſinens adulterum aufugere,& vxorem retinuerit,tenetur de lenocinio.*
*11 Maritus ſi ſit ſenex vel impotens ad occidendum,an aliis demandare poſſit impunè.*
*12 Maritus ſi ſinat vxorem adulteram aufugere, an teneatur cauere de non offendendo.*

*13 Maritus aut pater non poteſt occidere clericum oſculantem filiam aut vxorem, niſi ſit captus in flagranti. nu. 15.*

*14 Maritus aut pater non poteſt occidere conſanguineum oſculantem vxorem, aut filiam.*

*16 Clericus ſe iactans adulterium commiſiſſe qualiter puniatur.*

*17 Marito an liceat occidere officialem adulterum.*

*18 Incontinẽti dicitur facere ſi adulter fugiat, & ipſum inſequatur, & ex interuallo occidat.*

*19 Vaſſallo an liceat occidere dominum, vel regem adulterum.*

*20 Papa adulter an occidi, vel accuſari poſſit.*

*21 Maritus occidens vxorem adulteram eſt ſecurus in terris Imperij, non eccleſie.*

*22 Maritus detinens concubinam, non poteſt vxorem adulteram occidere.*

*23 Maritus, & fratres vxoris ſi occiderint vxorem inſimul, ſolus maritus punitur, & non fratres.*

*24 Maritus ſi venenauerit vxorem, licet non moriatur, tenetur de parricidio.*

*25 Maritus an caſu quo impunè occidere poteſt vxorem adulteram, poſſit lucrari dotem ex pacto, aut ſtatuto.*

*26 Maritus occidens vxorem, an ei ſuccedat per vnde vir & vxor.*

*27 Maritus non vindicans mortem vxoris amittit lucrum pacti vel ſtatuti.*

*28 Mulier ſi occidat maritum, an lucretur doarium.*

*29 Uxor adultera an amittat dotem, doarium, & bona paraphernalia.*

*30 Uxor an amittat dotẽ ſi impudicè verſatur, licet carnaliter non peccet, & quid in vidua.*

*31 Maritus ſi non agit de adulterio contra vxorem ad dotem, an heredes agere poſſint.*

*32 Maritus ſi retinet concubinam, an agere poſſit ad dotem propter adulterium.*

*33 Mulier metu vel dolo adulterans, an amittit dotem.*

*34 Mulier ſtantibus filiis ex primo matrimonio ſi tranſiuerit ad ſecunda vota, & adulterium commiſiſſet, cui dos applicatur marito, an filiis.*

*35 Adulter, & adultera, an in eodem libello poſſent accuſari.*

*36 Adulterium qualiter probari debet, & quid articulari.*

*37 Adulterij in cauſa an procedi poſſit ex officio, & an iudex eccleſiaſticus cognoſcet. nu. 39.*

*38 Mulier an poſſit ab extraneis accuſari de adulterio.*

*40 Adulterij de iure communi quę ſit pœna.*

*41 Mulier ſi erat ſolita ab aliis cognoſci quia meretrix, an cognoſcens teneatur de adulterio.*

*42 Pœna adulterij quę ſit in regno in fœmina, & adultero.*

*43 Mulier ſi adulteratur in ano, & non in vulua, qualiter puniatur.*

*44 Iudæus adulterans chriſtianam, qualiter puniatur.*

*45 Meretrix an excuſetur à pœna conſtit. adulter & adultera.*

*46 Mulier ſi eſt iudea qualiter adulter puniatur.*

*47 Commatrem cognoſcens qualiter puniatur.*

*48 Pœna cognoſcentis filiam aut matrem quę ſit.*

*49 Mulier in quibus caſibus puniatur pœna truncationis naſi.*

1 NONO Excuſatur † maritus occidens adulterum repertum in adulterio cum vxore, vt not. in d. l. gracchus. & in l. marito. ff. eod. adulteram vxorem verò non licet occidere, dicta l. nec in ea. §. fin. mitius tamen punitur occidendo. l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. in fin. ff. ad Silleian. & in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores.
2 ff. de adulteri. Limita † niſi fuiſſet vilis adulter: nam adulterantem vilem licet occidere inuentum in actu venereo, & ſtatim dimittere debet vxorem

adult

adulteram, quam non licet interficere, vt in dicta l. marito. & traditur. in dicta l.
3 gracchus. ex interuallo † autem non licet etiam vilem. d. l. marito. & nota in dicta
l. quod ait lex. & in c. ſi verò. lo primo. de ſenten. excommun. Par. in tract. ſyndi. in ver-
bo, officialis offenſa. interficiendo autem non vilem mitius punitur, non mortis, ſed
ſi maritus fuerit vilis in opus metalli damnatur: ſi verò non humilis, in inſulam rele-
4 gatur, & exilium, vt in d. §. Imperatores. Quis † autem dicatur vilis adulter, ſeu hu-
milis, vel non, traditur in d. l. ſi marito. & in l. humilem. C. de inceſt. nupt. & per Salyc.
in d. l. gracchus. & Cepo. in conſil. xlij. alibi dixit Bart. in l. inter. §. tutores. ff. de ſuſpec.
tutor. humilis eſt qui caret dignitate, Mathe. in conſtit. proſequentis. viij. not. Limita
5 etiam † niſi maritus habens aliquem ſuſpectum de adulterio cum vxore ſua, denun-
ciauerit per tres vices, & denunciationes continentes ſpacia temporis in præſentia
trium teſtium fide dignorum, quòd non ſe intromittat ad loquendum, nec conuer-
ſandum cum vxore ſua, & dimittat eam viuere in pace: nam tunc factis his tribus de-
nunciationibus, ſi inuenerit eum conuerſare cum vxore ſua, ſiue in actu venereo, ſiue
in colloquiis, ſiue in domo vxoris, ſiue in popina, ſiue in ſuburbiis, poteſt impunè il-
lum occidere, ſed ſi alibi inuenerit alloquentem, conuocatis tribus teſtibus eum ca-
piat, & ad iudicem ducat, qui viſis tribus proteſtationibus, & teſtibus examinatis vlti-
mo ſupplicio condemnabit: & ſi in eccleſiis viderit loquentem coram clericis, prote-
ſtetur, & ipſum ſub periculo clericorum conſeruet epiſcopo, donec epiſcopus eum
capi faciat, & tradat puniendum iudici ſeculari, hęc habentur in authen. ſed ſi quis ei.
6 C. de adulter. Sed quærunt † ibi docto. an tunc quando factis tribus denunciationi-
bus poſſit indiſtinctè occidere, ſiue ſit vilis, ſiue nobilis, vilem tantum, an etiam non
vilem, glo. in authen. vt li. c. ma. & auiæ. & ibi per Ang. tenet vilem tantum, & eam te-
net Iacob. & Cyn. in dicta authent. ſed ſi quis. vt euitetur legum correctio, nam ſi iure
antiquo non licebat d. l. gracchus. ergo minus ſtantibus dictis tribus denunciationi-
bus, & ſuſpitionibus tantum, non inuentum tamen in actu venereo. ſed Salyc. in d.
authen. tenet oppoſitum, quòd etiam nobilem tūc licet occidere per bonas rationes,
& Angel. in d. glo. che hai adulter. tenet opinio. Salyc. ſi caſus eueniret: nam nobiles,
& non viles attentant aliena matrimonia, & hanc tenet Mathe. in dicta conſtitu. pacis
cultum. xvj. caſu. & ibidem in xv. caſu quando licet marito occidere, & vide in conſti.
ſi maritus, & in conſtitu. quæſtionibus. viij. not. de denunciatione. & Mar. in l. j. C. de
raptu virgin. circa princ. vbi quando licet marito occidere vxorem, & quando patri
filiam, & in l. patre vel marito. ff. de quæſtio. & in l. j. in princ. ff. de ſicar. & per Gand. in
rubr. de pœn. & Bel. in pract. in rubr. de leno. & Angel. in d. glo. & Felin. in d. c. ſi verò.
7 lo primo. de ſenten. excommun. Sed licet † hoc ſit de iure communi, quòd in caſibus
præmiſsis tantum liceat occidere adulterum, & non vxorem, tamen in regno, extat
conſtit. incip. ſi maritus. lib. iij. quæ ſtatuit indiſtinctè maritum occidere poſſe adulte-
rum, & adulteram vxorem, ſiue nobilis, ſiue ignobilis ſit, & vilis, dummodò in acti-
bus venereis ipſum inueniat cum vxore: nec vt ibi per Math. requiritur, quòd videat
virile in vulua, ſed ſufficit ſolum cum ſola in actis venereis, de quibus infrà, & quòd
incontinenti occidat nulla mora protracta, quod tamen relinquitur arbitrio iudicis,
8 ſecundum Mathe. ibi, & nota † quòd etiam requiritur ſecundum glo. ibi in d. conſtit.
quòd vtrunque occidat adulterum, & adulteram, adeò quòd ſicut iure communi
vtrunque licebat patri occidere. d. l. quod ait lex. ita & marito licet per d. conſti. dum-
modò vtrunque in actu venereo occidat, & nulla mora protracta, allegat etiam Lon-
gobar. de qua ibi, & vide per Bart. in d. l. quod ait lex. de ſtatuto permittente occidere
adulterum, & adulteram ſicut ſtatuit d. conſtit. & vide per Io. de Arno. in ſolilo. xcvj.
vbi attenta eadem ratione idem dicit eſſe in patre occidente filiam, nec obiici poſſe

exceptionem ſtupri contra pratrem, aut maritum, & an tunc ſit ſecurus occidendo in terris Impetij, & in terris eccleſiæ, dic vt per Ioan. de Arno. in dialogo xxj. quòd ſic in
9 foro ſeculari. Extende † etiam vxorem prægnantem licet occidere, vt per Felin. in d. c. ſi verò. de ſenten. excommu. in gl. & per Ioan. de Arn. in epito. lij. incip. ſi maritus. poſt
10 Felin. vbi ſuprà. Et † not. quòd conſtit. ſeq. incip. maritum. quòd ſi maritus ſinat aufugere adulterũ, & nõ occiderit, & mulierem retinuerit, tenetur pœna lenocinij ſi culpa viri aufugit, aliàs non, vt ibi per Math. vbi de pœna lenocinij, & ſi maritus occidendo non ſeruauerit formam d. conſt. vt quia forſitan ex aliquo interuallo, mitius puniretur propter iuſtum dolorem, vt d. §. Imperatores. & in d. conſtit. per Mathe. & vide in materia per Panor. in cap. ſignificaſti. de homicid. & in cap. veniens. lo primo. de conſtit. Alexand. in conſil. lxxvj. primo volu. & in conſil cxlj. ſecundo volu. quando licet
11 marito occidere, & per Mar. in l. j. §. item diuus. ff. de ſic. Sed † an ſtante d conſtit. ſi maritus. liceat alteri demandare ſi ſit ſenex, infirmus, aut debilis, dic vt ſuprà dictum eſt, & per doct. in d. l. gracchus. & Ang. in d. glo. che hai adulter. in duplici loco tenet non poſſe mandare niſi filio, & non aliis, vt ſuprà: tamen in contingentia facti refert Math. ibi, & in conſtit. pacis cultum. xv. caſu obſeruatam fuiſſe doct. Bald. in d. l. gracchus. quòd alteri poterat demandare etiam pecuniam ei dando vt occideret, & ſic per aſſaſſinium, & per Io. de Arno. in ſingula. lxxxv. an poſsit alteri cedi ius vindicandi, & tunc vterque maritus mandans & mandatarius excuſatur, quod not. & vide Bald. in c. j. §. ſi verò. de pa. iur. fir. Ludo. in d. l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ff. ad Sille. & Cepol. in tract. ſer. vrb. præd. c. xxiij. in fin. & per Marſil. in l. j. verſic. circa illud. C. de rap. virg. & Boni. in rubri. quis poteſt alium defend. & Felin in d. c. ſi verò. vide quod habetur poſt Pan.
12 in cap. ſi quanquam. de cohabi. cleric. & mul. Sed † an teneatur maritus cauere de non offendendo vxorem, ſi permittat ipſam aufugere. Math. in dicta conſtit. maritum. & in conſtitu. legum aſperitatem. tertio not. vbi etiam per illam conſtitut. non licet marito occidere, niſi vtrunque in actu venereo, ſecundum dictam conſtitut. ſi maritus. dic de cautione, vt per eum ibi, quòd ſic, & vide conſtit. quamuis vxorẽ. & conſti. qui coram ſe. vt teneatur de lenocinio quam patẽter ſineret maritus, non ſi haberet ſuſpitionem.
13 Sed † limita prædicta non habere locum in clerico: nam ſi videt clericum loquentem cum filia, aut vxore ſolis, vel oſculantem, non eſt præſumptio contra clericum quòd malo zelo fecerit, ſed bono, vt not. gl. in can. abſit. xj. q. j. & ideò nõ poteſt eũ occidere, vt per Ang. in d. gloſſ. verſiculo, ſi autem reperiatur. quod tamen intellige, ſecundum Augu. ibi conſideratis circunſtantiis loci, & temporis, & qualitate perſonæ clerici, per text. in can. omnibus. lxxj. diſtinct. Panorm. in cap. quanto. de præſumpt. & Bru. in trac.
14 indic. iiij. q. princ. prima par. ij. q. verſi. item adde. idem † in laico conſanguineo, vt per
15 Ang. in l. his qui. C. de adul. & vide Marſi. in rub. ff. de fideiuſſ. num. 60. Limita † in hoc niſi clericus fuiſſet captus in flagranti. nam tollitur talis præſumptio, vt per Bal. Ang. Rapha. in l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. legat. j. & per Marſil. in l. prima. in princip. verſic. & dixit Bald. & Ang. ff. de quæſt. Ang. in d. glo. ver. quid ſi pater, vel maritus. vbi Auguſt. allegat text. cum glo. in d. c. ſi verò. lo primo. de ſent. excom. vbi docto. Mar. in l. j. C. de rapt. virg. verſi. & de iſto reperto in flagranti. & in l. j. in princip. verſic. & dixit Bald. & Ang. & in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. & in l. diuus. ff. de parri. & in conſil. ix. in quibus quòd nec etiam incurrit in canonem, ſi quis ſuadente. Par. in tract. ſyndic in
16 verbo, clericus officialis. Qualiter † autem puniatur clericus ſe iactans commiſiſſe
17 adulterium, dic vt per Pau. in conſi. ccv. & conſil. cccxlv. Limita † etiam in magiſtratu, & officiali. nam marito non licet eum interficere, cùm non vilis dicatur, patri verò licet repertum in flagranti, vt per Bart. in d. l. quod ait lex. & in d. l. ſi marito. ff. de adulte. docto. in l. hos accuſare. ff. de accuſa. & in l. tractus. ff. de adulter. Par. in dicto tracta. in

dicto

dicto verſic.adulterium.& per Angel.in dicta gloſſ.verſiculo, & aduerte quod ſupra
18 dixi,quòd licet patri occidere inuentum in actu venereo. vbi † etiam dicit inuentum
in actu venereo,ſi fuerit inſultatus in actu.& fuerit inſecutus fugientem, licet per ho-
ras,& in alio loco quàm in domo propria,aut generi occidat, vt in d.l. quod ait lex.
§.fin.vbi Bart.& per Alexand.in conſil.xxiiij.ſecundo vol.& per Par.in d.tract.in ver.
19 officialis offenſa. Limita † etiam in vaſallo: nam non poteſt occidere dominum, vel
regem adulterum,per l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fin.ff.de adulter.per quem ita.ibi
20 Dyn.Bartol.& per Par.in dicto verſicu.officialis offen. Quid † in papa, an occidi vel
accuſari poſsit,per Feli.in d.cap.quæ in eccleſiarum.verſiculo xvj.in fine.de conſtit. &
an,& quando liceat patri vel marito magiſtratum occidere,per doct. in d. cap.ſi verò.
21 Limita † etiam in occidente adulterum qui ſecurus eſt à lege, vt in caſibus prædictis,
habere locum,& eſſe ſecurum in terris Imperij,& non eccleſiæ, ita dixit Felin.in capi.
eccleſiæ ſanctæ Mariæ.verſiculo, limita ſecundo regulam.de conſtitutio. & ſuprà dixi
22 addendo.Limita † tamen dicta in marito vt non poſsit eam occidere, ſi maritus reti-
neret cócubinam:nam ſi tunc nó perdit dotem,quod minus eſt,ergo nec vitam, quòd
maius eſt:ita per Marſi.in dicta l.prima.§.item diuus.ff.de ſicariis. quod not.ſi eſſet ve-
23 rum,& per Ioan.de Arno.in dialogo xlj poſt Marſil. vbi ſuprà. Et † not. vnum quod
dixit in hac materia Pau.in conſilio clxxxix.quòd ſi maritus & fratres occiderint vxo-
rem,ſolus maritus punitur,& non fratres,& vide Marſil. in dicta l. prima.verſic. circa
illud.C.de rapt.virgin.vbi licet congregare amicos, & conſanguineos,& in ſingulari
clxxv.Cepol.conſuluit in conſilio quarto.de ſtatuto permittente fratri occidere con-
uerſantem turpiter cum ſorore,& frater conuocauit amicos, & occiderit,excuſandi
ſunt amici,& vide dictum Paul.in l.inuitum.circa finem.ff.de ſer. vrba. prædio.& latè
per Marſil.in dicta l.prima.quando licet vindicare,an licet congregare amicos.& con-
24 ſanguineos. Not. † etiam quòd ſi maritus venenauerit vxorem, licet non moriatur,
tenetur de parricidio,Bartol.in l.prima.in fi.ff.de parri.Salyce.in l.prima.C.de male &
ma.Ange.in gloſſ.ex interuallo.ver.vnum tamen.Bald.in conſil.50. incip. Stephanus.
25 An † autem in caſu quo licet marito occidere vxorem adulteram poſsit maritus lu-
crari dotem ex pacto, aut ſtatuto propter mortem præcedentem vxoris? dic vt per
Bartol.& alios in l.ſi ab hoſtibus.§.ſin.ff.ſoluto matrimonio. & in l.ei qui mortem.ff.
de his quibus vt indign.& vide Aretin.in dicta l.ſi ab hoſtibus vbi plenè, vbi ſi ex for-
ma ſtatuti,vel conſuetudinis licet adulteram vxorem occidere, lucratur dotem,& ita
aliàs reſpondi ſtante dicta conſtitut. ſi maritus, per quam licet occidere, quòd poteſt
lucrari dotem ex pacto,aut ſtatuto,vel conſuetudine,iuxta diſtinctionem Aretin.vbi
ſuprà,vide ibi ſcribentes,& plenè per Marſil.conſulentem in conſilio xciij & conſilio
26 cxxvj.vbi idem ſi cauſam mortis dederit, imò † excluſo ſtatuto, occidendo maritus
vxorem,non ſuccedit vxori per vnde vir & vxor, vt per Bald.Paul.& alios in l.prima.
27 C.vnde vir & vxor.& Anto.Roſſel.in arbo.affinita.& conſanguinitat. & † ſi occida-
tur,& non vindicauerit mortem vxoris, amittit dictum lucrum ſtatuti, vel pacti,ſe-
cundum Rayn.& alios in l.cùm mortem.ff.de iure fiſci.& Bart.& Ang.in l.ſi ſequens.
28 §.fi.ff.ad Sille.& in l.ei qui.ff.de his quibus vt indig.Idem † ſi mulier occidat maritum,
non lucratur donationem propter nuptias vigore ſtatuti, vt in regu. per conſtitutio.
mulier quæ doarium.& in cap.reg. incipien. mulier quæ doarium, nam mulier etiam
29 perdit dotem occidendo, Bald. in Specul.in titul. de homicidio. Vxor † autem adul-
ra amittit dotem.& doarium, ſeu donationem propter nuptias, & etiam bona para-
phernalia,vt per Cyn & alios in l.prima.C.de adulter.& in l.ex conſenſu. C.de repud.
Bartol.& alij in l.rei iudicatæ.§. morum.ff. ſoluto matrimonio. Angel. in dicta gloſſ.
che hai adulter.Panormitanus & alij in capitulo,plerunque.de dona.propter nuptias.

Specu.in tit. de dote poſt diuort.re.§.fin. verſic.item quæritur ecce.Bald.in l.j.§.illud.
C.de rei vxo.actio.& per Alexan.in l.moram.in fin.ff.ſolu.matr. Paul.conſil.cxxvj.&
30 conſi.cxix. Extende † etiam ſi non adulteratur cum effectu, ſed impudicè verſaretur,
vt in tactis mamillarum, & oſculo, licet carnaliter non peccet, vt per Deci.in rub.de
iudic.in princip.& in rubr.de eden.& in rub.de prob.& in c.cùm ſuper. de offi. deleg.
per Bald.in capit.tuæ.de procurat.verſic.quòd ſi abſque carnali.Mathe.in d.conſtitu.
ſi maritus. imò vidua tunc amittit dotem, vt conſuluit Paul.in conſil.lxj. de quo per
31 Alex.& Iaſ.in l.ſororem. C.de his quibus vt indi. quod procedit † dummodò viuens
vir ageret, aliàs hæredes non poſſent excipere, vt ibidem, & per Auguſt.poſt Angel.in
d.glo.che hai adult.& pleniſsimè, per Mar.in l.j. C.de raptu virg.num.62. verſic ſuc-
32 ceſsiuè quæri poteſt. Alexand.in l.rei iudicatæ. ff.ſolu.matrim. Limita † tamen, dum-
modò vir non retinuerit concubinam, nam tunc retinendo agere non poſſet, cùm
tunc delicta mutua compenſatione tollerentur, vt per Paul.conſi.cxxviij glo. & Pan.
in c.penul.de adulter. Auguſt.poſt Ang.in d.gl. Mar.plenè in ſingu.ccxxxiiij.incipen.
paria delicta.& in l.prima.§.fin.ff.de ſicar.& in l.patre vel marito. ff.de quæſtio. Limi-
33 ta niſi † dolo vel metu eſſet inducta mulier ad committendum adulterium, vt conſu-
luit Panorm.in conſil.iiij. & Auguſt. poſt Angel. in dicta glo.in apoſti.in authen.ſed
34 hodie.& Mar in rubr.C.de probat.num.257. Sed † quid ſi habeat filios ex primo ma-
rito vxor, deinde tranſeat ad ſecũdas nuptias, cui applicetur dos propter adulterium,
marito vigore ſtatuti, an aliis? dic quòd filiis, vt per Franciſ. de Crem.in ſingu.lxxxvj.
35 & per Ioan.de Arno.problem.xxvij.quod not. Et an † in eodem libello accuſari poſ-
ſint adulter, & adultera, dic vt per Io.de Arno.in problem.iij.& an ex officio procedi
pro adulterio, & quando? dic vt per Mar.in conſt.maieſtati noſtræ.& in deciſi.clxxvj.
36 quòd ſic, ſi eſt notorium facti, aut per confeſsionem, aliâs ſecus. Qualiter † autem
probetur adulterium, & quid debet articulare? dic plenè, vt per Ang.in d.gl.& Bart.in
d.l.ait lex.& in l.capite quinto.ff.de adult.Bald.in c.j.quibus mod.feud.amit. Pan.in c.
præterea.& ibi Felin.de teſti.c.ex literis.de præſumpt. Pan.in c.tertio loco. de proba.
& in c.tertio loco.de præſumpt.Mathe.in d.conſtitu.ſi maritus. & alij ſuprà.Marſi.in
rubr.C.de probat.nu.8.& nu.184.Par.in tract.ſynd.Mar.in conſi.xxviij.& conſ.cxvj.
vide per Brun.in tract.indic.iiij.quæſt.j.par.ij.quæſt.verſi.item adde.vbi quod in adul-
terio, & ſodomia, quia ſui natura ſunt probatu difficilia, ex præſumptionibus dam-
nari poſſunt, & ibi qualiter probatur meretrix. Quid ſi accuſatur de adulterio, & pro-
batur de ſtupro, & fertur ſententia ſuper ſtupro an valeat ſententia, quòd ſic, per Bal.
in l.ſi ea. C.de adult. & Anan. & Felin.in c.licet Heli.de ſimo. cir.fin. Mar.in pract.in
37 §.quoniam.verſic.contra prædicta. An autem † in cauſa adulterij iudex poſsit proce-
dere ex officio, dic, quòd non, vt per Mathe.in conſti.legum aſperitatem.iiij not.verſ.
vlti.poſt Andr.in deciſi.clxxvj. Limita niſi delictum fuerit notorium per confeſsio-
nem mulieris, vel aliter, vt per Mathe.ibi, & per Thom.Gram. in deciſi.xxxj.vbi tam
nemine accuſante quàm viro deſiſtente, iudex ex officio procedet, ſi eſt notorium.
38 Sed an † mulier meretrix accuſari poſsit ab extraneis de adulterio? dic, vt in l. quæ
adulterium.C.de adulter.vbi not.& per Cepo.in deciſi.ſacr.conſi.xliiij. quòd non, ſed
39 à viro, & aliis propinquis. Et an † iudex eccleſiaſticus cognoſcet de adulterio, & an
imponet omnes pœnas, & quando, dic, vt per Ioan.de Arno.in proble.lxxij. vbi quòd
ſic, niſi concurrat inſultus, & violentia: nam tunc cognoſcet laicus. dic tamen vt per
doct.in cap.fin.de foro compe.& per Mathe.in dicta conſtit.legum aſperitatem.& in
conſtitu.maieſtati noſtræ. An vxor accuſare poteſt virum de adulterio, dic quòd non
40 cum forum non habeat, text.& Bald.in l.j. C.de adult. Sed † quæ ſit pœna adulterij,
dic in viro, vt in l.quamuis.la ſecunda. C.de adulter. vbi Salyc.quòd pœna mortis, in

fœmina verò, vt in authent. ſed hodie. C. eodem. vt detrudatur in monaſterium, quan-
do eſt ſimplex adulterium, ſi verò concurrat qualitas inceſtus, eſt pœna capitis, nec
per d. authen. eſt correctum, vt in l. ſi adulterium cum inceſtu. in princip. & ibi Barto.
ff. de adult. Angel. in dicta glo. verſi. quæro quæ ſit pœna. Fulg. in conſi. cliiij. Marſil. in
conſi. lxxxiij. & conſi. cj. Ioan. Fab. & Angel. in §. item lex Iulia. inſtit. de pub. iud. & per
Mar. in l. ſi quis viduam. ff. de quæſtio. an hodie ſit correcta, & qua pœna ſit punien-
41 dus adulter. Sed † quid ſi erat meretrix, & ſolita ab aliis cognoſci, an puniatur co-
gnoſcens? dic vt in dicta l. quæ adulterium. quòd non, & per Bonif. in titu. quid ſit ac-
42 cuſatio. contrarium ſentit Ioan. de Arno. in epito. xix. incip. tu regnicola. hodie † verò
in regno quantum ad virum, remanet. dicta l. quamuis. incorrecta, vt pœna mortis
puniatur, in fœmina verò mitigatur pœna, vt non puniatur pœna mortis, ſed pœna
truncationis naſi, vt in dicta conſtitut. legum aſperitatem. vbi per Mathe. poſt Andr.
diſputat, an ſit correcta d. l. quamuis. quo ad virum, & concludit quòd non, & ibi,
quærit an ſit ſublata pœna fuſtigationis, & verberationis, de qua in d. authen. ſed ho-
die. dicit, quòd ſic, & ſufficit ſola naſi truncatio, in ſucceſsione verò remanet incor-
recta, quo ad virum verò, dicit Mathe. ibi. iij. nor. vidiſſe condemnatos plures accuſa-
43 tos de adulterio ad mortem, & ita executum. Sed † quærit ibi Math. verſi. ſed quæro,
quid ſi adulteratur mulierem, non in vulua ſecundum naturam, ſed in ano, contra na-
turam, an puniatur ad adulterio? dicit quòd punitur tanquàm ſodomita, cùm tale
vitium ita contrahatur in fœmina, ſicut in maſculo, & ſic igne cremabitur, vt ibi, &
iuxta nouel. prag. ſuper ſodomia incip. item perche. comprobata nouiſsimè per prag.
ſuæ maieſt. cæſa. & vide per Panorm. in c. in archiepiſcopatu. j. not. de rapt. vbi pariter
punitur abutens fœmina, ſicut maſculo. & Gandi. in rubr. de variis quæſtio. ex ſtatu.
44 Sed an † iudæus adulterans punitur pœna dictæ l. quamuis? dic ſecundum Mathe. pu-
niri pœna mortis, & ita conſuluit Barbat. conſi. lxiij. iiij. volum. & per Mar. in conſi. cj.
& plenè per Pau. Grill. in tracta. de pœn. omni. coi. xij. quæſt. vbi dicit virile amputan-
dum, & per Petr. de Anchar. in conſi. xv. Ioan. And. in c. gaudemus. de diuort. habetur
in cap. archipresbyteri. de appellat. Felin. in cap. intantum nullis. in fin. de iudi. & per
Alexan. in conſil. xcix. vj. vol. & Corn. in conſil. cxiiij. j. volum. vbi de pœna iudæi co-
gnoſcentis chriſtianam, & per Mathe. in conſtitu. blaſphemantibus. in princip. quòd
45 virile amputatur. & per Oldra. in conſil. cccxxxiij. Quo ad † verò adulterium mere-
tricis, an ipſa excuſetur à pœna dictæ conſtit. vt truncetur naſo, & adulter excuſetur à
pœna d. l. quamuis. Ange. in l. j. C. de raptu virg. dicit ipſam non euitare pœnam adul-
terij, adulterum verò excuſari à tali pœna, ita Paul. in conſil. cccvij. Auguſt. poſt Ang.
in d. glo. che hai adulter. in verſi. quæro quæ ſit pœna. & per Bart. in l. mater. §. mulier.
ff. de adulter. Mathe. in dicta conſtit. legum aſperitatem. verſi. & ſcias vnum not. quod
eſt notandum, & vide multa per Mar. poſt Salyc. in d. l. j. C. de raptu virg. verſic. modo
quæri poteſt enim. verſi. ſequen. & per Cap. in d. deciſi. xliiij. vbi etiam. quòd à marito,
46 & patre accuſatur, ab extraneis, non mulier: ſed quid † ſi mulier fuerit iudæa, qualiter
47 puniatur, dic vt per Bel. in pract. in titu. de leno. in fin. & Pau. Grill. vbi ſuprà. Et † quid
ſi eſt commater, qualiter cognoſcens puniatur, dic plenè, vt per Par. in verbo, adulte-
rium. in fin. vbi ſi maritata & commater pœna aggrauatur, vt ibi per eum, & ſic pœna
adulterij exaſperatur ex iſta qualitate, vt ibi. & de iſta cognatione ſpirituali, vide per
Ioan. de Arno. in primò commentario, vbi quærit an poſsit accuſare de morte com-
48 patris. Et de † pœna patris cognoſcentis filiam, & filij matrem, vt per Bel. in dicto tit.
de leno. circa fin. & ibi de cognoſcente iudæam & de pœnis cognoſcentis & haben-
tis rem cum perſonis prohibitis, vel cum brutis, vel mulieris facientis officium homi-
nis, & de pœna iudæi cognoſcẽtis chriſtianam, & quis iudex cognoſcet, eccleſiaſticus

an ſecularis,proſequere vt per Alex.poſt Bar.in l.ſi adulterium cum inceſtu.in prin.ff.
48 de adult.Not.† etiam alio caſu mulierem puniri pœna truncationis naſi, vt quando mater venderet,& traderet filiam virginem cognoſcendã pecunia mediãte, vt in conſtic.matres.per quàm mater vendens,& proſtituens filiam,pœna truncationis naſi punitur,& ibi per Math.& ſi non vendiderit,ſed filiæ conſenſerit,alia pœna, & extra ordinem punitur,& ibi Math.quòd non refert an ſit legitima,an naturalis,& quòd ſi eſt vidua,dicit non puniri pœna d. conſtit. & ibi quòd non habet locum pœna d. conſtit. de proſtituente,& vendente,ſed pœna alia grauior,de qua in l.fi.C.de ſpecta.lib.xj.vbi in metallum damnatur pater,fallit tamen & moderatur in matre conſentiẽte filiæ, & concurrente extrema neceſsitate ob ſuſtentationem vitæ,vt conſt.matres.la ſecunda, alio etiã caſu imponitur pœna truncationis naſi,vt in conſti.lenas.in muliere faciente lenocinium:nam punitur tali pœna,ſi fuerit effectus ſubſecutus, ſecus ſi non conſenſerit mulier,vt ibi per Math. nam extra ordinem punitur, & ſecuto effectu etiam fuſtigatur, vt ibi, licet iure communi pœna capitis puniebatur,vt in authen. de leno. in princ. quæ correctio procedit in fœmina lena,nõ in maſculo lenone,vt ibi per Mat.& vide de materia lenonis,vt per Bel. in pract. in titu. de leno. hæc & ſequentia ex abundanti dicta ſunt nacta occaſione materiæ, vt quid extra ius commune in regno ſtatutum reperiatur diſſeramus.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens raptorem virginis,viduæ,aut nuptæ honeſtæ mulieris in flagranti excuſatur.*
2 *Raptorem perſonæ quæ poſſunt occidere,an poſſint congregare amicos & conſanguineos ad occidendum.*
3 *Occidere an liceat nedum principalem,ſed auxiliatores,& ſocios in raptu.nu.6.*
4 *Occidere impunè an omnes de familia,& caſata poſſint in raptu, & an & quando liceat extendere in pœnalibus fauore publico. num.5.*

1 DECIMO excuſatur † occidens raptorem virginis, aut viduæ, aut nuptæ honeſtæ, in flagranti tamen crimine raptus, vt habetur.in l.j. C.de rap.virg.& in l.raptores.C.de epiſcop.& cler. vbi licet parentibus,& conſanguineis, tutoribus, & curatoribus occidere raptorẽ in flagranti,idem dicit ibi glo.in cognatis & affinibus: nam ſi parentes & conſanguinei patiantur rapinam,licet cognatis aliis occidere,
2 per l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi arma.dummodò in flagranti faciant,vt ibi. An † autem poſsint hæ perſonæ congregare amicos,affines, & alios ad occidendum impunè? dic quòd ſic,vt ſuprà,& per Paul.in d.l. raptores. & in l.refectionis. per illum text. ff. commu.prædi.Bald.in l.j.C.vnde vi.& in l. vt vim.ff.de iuſt.& iur.Cepo. conſilio iiij. Ana.in c.fi.de rapt.& plenè per Marſil.in d.l.j.verſic.ſed ego.& verſic.& circa illud.&
3 in ſingu.clxxv.incip.conceſſo vno. Sed † an liceat iſtis occidere principalem raptorẽ, & etiã alios ſocios,& auxiliatores in actu rapinę?dic quòd ſic,ſicut principalẽ,vt contrariorum eadẽ ſit diſciplina:nã ſi licet parẽtibus,& ſociis occidere impunè raptorem, ergo licet parẽtibus etiã ſocios,& auxiliatores occidere,ſicut ſociis licet raptorẽ occidere.Item licet eos occidere,ex quo eadẽ pœna puniuntur,vt d.l.j.verſi.pœnas autem. nam omnes pœnæ capitis ſubiiciuntur,& amiſsioni bonorum ſicut raptor, ſed argu. contra, nam non fuit dictum de aliis, ſed de raptore tantum,vt occidi poſsit, ergo ſi voluiſſet,dixiſſet.l.j.C.de cad.tol.nec in pœnalibus admittitur extenſio, vt in regu.in pœnalibus.ff.de reg.iur.vbi Dec. plenè. ſolutio, dic quòd licet,per l.quoniam multa. C.ad leg.Iul.de vi.ita Bald.in l.j.C.vnde vi.verſi.ſed an ſicut licet offendere facientem.

vbi dicit licere etiam auxiliatores offendere, cùm licet principalem, clariùs in ea lege vj.q. vbi allegat d.l.j.C.de rap.in v.not.dicens v.not. quòd raptorem, & eius ſocios, & ſequaces in flagranti crimine comprehenſos licet illis, ad quorum verecundiam actus iſte reſultat, occidere: alios verò nõ in eodem actu auxiliatores miniſtros, & ſequaces ſiue ante, non tamen in actu, ſiue poſt, non licet occidere, cùm non eadem pœna puniantur, vt in d.l.j. dicitur, & in d.l. raptores. Et † not. dictum Bal. ibi dicentis licere occidere, ſiue ratione coniunctionis, ſiue ratione officij, ſiue ratione cuiuſlibet alterius iuris etiam toti caſatæ & conſanguinitati, cùm vni facta iniuria toti caſatæ cenſetur facta, & ſic omnibus de caſata licet, vt ibi. Ad † illud de extenſione in pœnalibus procedit extenſio fauore publico, vt plenè per Dec. in d.l. in pœnalibus. & in conſil. lxv. & conſil. lxxxiiij. Ang. in glo. necnon ad querelam. Math. in conſtit. ſi quis aliquem. Mat. in d.l.j.C.de rapt. in gloſſ. in verb. compenſans: fauor enim publicus reputatur hoſtes occidere, vt in conſtit. pœnam eorum: per quam expedit foriudicatum tanquàm hoſtem occidere, ſed rapiens & ſocij dicuntur rapiendo hoſtes, vt ibi dicitur in d.l.j. ibi hoſtili more. vbi Bald. dicit, no. raptorem reputari hoſtem reipub. ergo licet etiam auxiliantes, & ſocios occidere in actu, & flagranti. vide etiam ibi per Saly. Paul. † autem Gril. in tract. de pœn. omni. coi. x. q. vbi tractat hanc materiam raptus, tenet contra, quòd non licet occidere auxiliantes, & aſſociantes tanquàm exorbitans, & odioſa ſit dicta l. prima, & non extendatur ad eos, vt per Salyc. ibi, tene quod ſuprà. & per Bonif. in titulo, quis poſſ. alium defen.

(Margin numbers: 4 at "niantur", 5 at "facta", 6 at "xiliantes".)

## SVMMARIVM.

1 *Raptus cum quibus contrahatur perſonis, & an in monialibus, & quando.*
2 *Raptus an cõmittatur cum abbatiſſa, & ſic an appellatione monialium veniat abbatiſſa.*
3 *Raptus an committatur cum ſororibus tertij ordinis ſancti Franciſci, vt puniatur pœna de monialibus.*
4 *Raptum committens cum monialibus committit & ſacrilegium, inceſtum, & ſtuprum.*
5 *Pœna cognoſcentis monialem abſque raptu tam in viro, quam muliere quæ ſit.*
6 *Statutum loquens in nupta, an comprehendat monialem, vt cognoſcens eam teneatur ſicut ſi nuptam.*
7 *Eccleſia ſi intra annum non vendicat bona raptoris monialis, vendicat fiſcus.*
8 *Raptus an contrahatur in meretrice, vt eam rapiens teneatur ſicut virginem, viduam, aut nuptam. & num. 20.*
9 *Rapiens meretricem & eam retinens clauſam ratione libidinis, non committit priuatum carcerem.*
10 *Rapiens ſponſam de Lupanari, an comprehendatur ſub ſtatuto de rapiente mulierem.*
11 *Meretrix quæ deſinit meretricari ſi rapiatur, an puniatur de raptu.*
12 *Meretrix quæ deſinit meretricari, non tamen honeſtè viuit, an eam rapiens, de raptu puniatur.*
13 *Meretrici vis illata licet non puniatur iure communi, tamen iure regni punitur pœna capitis, & quæ requirantur.*
14 *Meretricem ſi quis mandet rapi, inde fuit cognita inuita, an mandãs teneatur de raptu.*
15 *Lex municipalis ſi facit delictum quod non eſt de iure communi, an mandans puniatur.*
16 *Conſtit. reg. ſuper violentia illata meretrici, an habeat locum in meretrice coniugata.*
17 *Meretricem rapiens, & eam non cognoſcens, ſed attentans, an puniatur pœna d. conſtit.*
18 *Meretricem rapiens, an debeat eſſe conuictus & confeſſus, vt puniatur pœna d. conſtit.*
19 *Pœna d. conſtit. vt locum habeat, an vis fieri debeat in locis habitatis.*
21 *Rapiens virginem incedentem in habitu meretricali, an de raptu puniatur.*

22 *Rapiens mulierem nuptam lenoni, an teneatur de raptoribus.*
23 *Rapiens, per vim ſi cognouerit quam prius cognoſcebat carnaliter volentem, an teneatur de raptu.*
24 *Sponſus ſi rapiat ſponſam, an committatur crimen raptus.*
25 *Maritus ſeu ſponſus an habeat manus iniectionem in vxorem & ſponſam, & an reſtituatur abſque cautione.*
26 *Rapiens ſponſam iure canonico an puniatur.*
27 *Sponſa ſi rapit ſponſum an teneatur pœna raptus.*
28 *Mulier ſi rapiat virum & iuuenem libidinis cauſa, an teneatur de raptu.*
29 *Maſculinum an concipiat fœmininum in pœnalibus.*
30 *Maſculus rapiens maſculum libidinis cauſſa, an de raptu teneatur.*

HINC Nacta occaſione, aliqua de raptu diſſeramus, & ſtupro,
& primò in quibus perſonis locum habeat. Secundò quando
contrahatur crimen raptus. Tertiò de pœnis raptus. Quartò de
1 ſtupro, & pœna ſtupri. Circa † primum raptus committitur tam
in virgine, & vidua, quàm etiam cum monialibus, & cum Chri-
ſto deſponſatis, & nuptis, & aliis honeſtis mulieribus, & inge-
nuis, vt in d.l.j. C.de rapt. & in d.l.raptores.& in regno ſunt duæ
conſtit. vna incipit, ſi quis rapere. & alia incipit capitalem pœnam, vna regis Rogerij,
altera Federici, per quam comprobatur d.l.j.& d.l.raptores. adeò quòd in regno nihil
in hoc noui ſtatuitur, ſed ius commune comprobatur in omnibus præfatis perſonis,
& maximè monialibus: ideo dicatis, vt dicta conſtitut. ſi quis rapere. quæ loquitur in
monialibus etiam obtentu matrimonij contrahendi. conſtit. verò capitalem pœnam.
loquitur in aliis perſonis, de quibus ſuprà. & iſta conſtitu. Feder. vltra diſpoſitionem
l.j. tollit quaſdam conſuetudines quæ erant in regno, quòd raptor ducens raptam in
vxorem euitabat pœnam, tollitur talis conſuetudo, & approbatur diſpoſitio d.l.j. vt
non liceat raptori raptam accipere in vxorem, & accipiendo pœnam non euitat, vt
2 ibi, & an † circa moniales comprehendatur abbatiſſa? dic quòd ſic, vt in clem. atten-
dentes. in glo. abbatiſſa. de ſtatu reg. an autem contineantur conuerſæ, & ſeruientes
3 monaſterio? dic vt per Feder. de ſentent. in conſil. ccxiij. ſed an † comprehendantur ſo-
rores tertij ordinis ſancti Frãciſci, vt ſi quis eas rapuerit puniatur tali pœna? dic quòd
ſic, cùm appellatione monialium comprehendantur tales ſorores, vt not. in cap. cau-
ſam quæ. de elect. & not. Card. in clem. ij. §. j. verſi. ſecũdo quæro. de ſta. mo. de quibus
per Math. in d. conſtit. ſi quis rapere. ij. not. & ibidem. v. quæſt. quid ſi non fecit profeſ-
ſionem tacitam, vel expreſſam in monaſterio, an habeat locum pœna raptus, vt ibi
4 per eum, & † not. quòd committens hoc delictum, nedum committit crimen raptus,
ſed crimen ſacrilegij, & inceſtus, ſtuprum, & adulterium, cùm Chriſto deſponſata, &
ideò caſu quo fieret pax per ſtatutum, non comprehenditur talis raptus, cùm princi-
paliter Deo ſit facta offenſio, niſi à papa habeat pacem, vt per Bald. in dicta l.j. ſed cur
non tenetur pœna trium delictorum? dic quòd confunditur ſub maiori delicto ra-
ptus, vt not. in l. qui de crimine. C. de accuſat. & plenè Mar. in dicta l.j. verſic. vlterius.
not. ex iſto text. vbi, an, & quando delicta confundantur, quo ad pœnam ſub maiori,
5 vt ibi per eum. Et de † pœna cognoſcentis monialem abſque raptu, tam in viro, quàm
in muliere traditur in §. penul. in authen. de ſanc. epiſc. & in cap. ſi quis rapuerit. xxvij.
quæſt. j. & traditur in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. & cap. virginibus.
xxvij. quæſt. ij. Panor. in c. monaſteria. de vi. & hon. cler. quòd vir pœna capitis plecti-
tur, & bona traduntur monaſterio illi in quo morabatur, ſi autem clericus, priuatur
officio.

officio,& in monaſterio detruditur,vt in c.ſi quam monacharum.xxvij.quæſt.j.& c.ſi quis epiſcopus.ea cau.& Anan.in conſi.j. & ibi poſt eum Bolo. fœmina verò extrahitur, de monaſterio illo & detruditur cum omnibus bonis in arctiori monaſterio, vt
6 dicitur in §.pen.in authen.de ſanct. epiſc.& in d.c.ſi quis rapuerit.& vide † per Marſi. in d.l.j.v.cap.verſic.vlterius not.cum ſequen. verſi.& ibi in verſ.circa hanc materiam. quòd cognoſcens carnaliter monialem,comprehenditur ſub ſtatuto loquente de cognoſcente mulierem nuptam,vt per Felin.in c.non ſatis.de ſymo. & Maria. Socyn.in
7 cap.qualiter,& quando.lo ij.quæſt.viij.articu.pen. de accuſ. Et nota † circa bona raptoris monialis quòd ſi eccleſia infra annum non vendicat bona raptoris, elapſo anno ſuccedit fiſcus,& ipſe vendicat,vt not.glo.in verbo,videantur.in c.ſicut.de præſc.
8 in ſexto. Circa † verò alias perſonas contrahitur raptus, ſiue fuerit virgo, ſiue vidua, & nupta honeſtè viuens,vt in d.l.j.ibi raptor cuiuſcunque mulieris honeſtæ. ſed quid ſi rapiatur meretrix, an teneatur rapiens pœna capitis, de qua in d.l.j.gloſſ. ibi tenet, quòd non,per text.in l.quæ adulterium. C.de adult & in l.verùm. ff.de fur.Bonifa. in tit.de rapto.& Paul.in conſi.cccv.& Matheſilla.in nota.cxlij.aliâs cij.incip.no. vnum.
9 & Salyc.& Bal.in d.l.j.& in d.l.raptores.& plus dicit Salyc.ibi,quòd † ſcholaris rapiēs meretricem, & eam retinens clauſam in aliquo loco libidinis cauſa, non tenetur de priuato carcere, glo.& Barto.in l.quæ adulterium. & in l.ſi mulier. vbi & Bald. ff.de adulter.& dixit Matheſill.in dicto ſing.cij.quòd punietur extra ordinem, & poſſet ad
10 mortem arbitrari, & vide † quæ habentur poſt Bart.in d.l.j. vbi, an liceat ſponſam, aut vxorem rapere de lupanari, vt non puniatur pœna ſtatuti de rapiente mulierem, & dixit Ioan.de Arno.in dialog.xl.quòd rapiens ſemel cognitam,non tenetur pœna ra-
11 ptus. Guliel. verò † de cuneo in d.l.raptores. diſtinguit in hoc: nam aut non definit meretricari, & tunc non punitur, niſi habuerit iuſtam cauſam recuſandi, vt propter conſanguinitatem,aut affinitatem:nam tunc ſi rapitur,tenetur raptor, aut pœnituit, & apparent ſigna pœnitentiæ, & definit meretricari, & tunc tenetur rapiens pœna d. l.j.cùm inſpiciatur qualitas tempore delicti, & ita reſidet Guliel. ibi, ſecundum Bald. & Salyc. ibi, alij diſtingunt, quòd aut meretrix erat nupta, & tunc tenetur per d.l.j.
12 aut non erat nupta:& non tenetur. Plus ſubdit Saly.ibi,quòd † ſi deſierit meretricari, tamen non honeſtè viuebat, quia facta concubina ſacerdotis, & tunc non punitur pœna d.l.j.aut dubitabatur, ſi deſierit meretricari non apparentibus ſignis pœnitentiæ, & tunc ex eius habitu & inceſſu iudicatur, per l.item apud Labeonem. §. ſi quis virginem.ff.de iniur.& reprobat dictum Guliel. & Cyn.de conſanguinitate,& affinitate,per text.in d.l.j.cùm non fuerit honeſta, quod dictum Salyc. reprobat Marſi.ibi, verſi.modò vlterius.dicens per meretricium non tolli affinitatem, ſed dic,quòd Saly. bene loquitur per text.in d.l.j.quæ requirit honeſtatem, nec obſtat, quòd non deſinit eſſe affinis,nam verum eſt,vt puniatur alia pœna,quàm raptus,cùm in eo honeſtas requiratur: de cæteris verò de pœnitente, & nupta meretice,vide comprobationes per Mar.ibi, etiam de materia meretricis, & per eundem in l.maritus. ff.de quæſtio. & in l.j. §.diuus. ff.de ſicar. an nuptam inhoneſtè viuentem rapiens teneatur de raptu, &
13 licet † prædicta ſint vera de iure communi, maximè, quòd non ſit punibilis raptus meretricis, tamen in regno eſt prouiſum, quòd ſi quis intulerit vim meretrici libidinis cauſa vt cognoſcat per vim carnaliter, punitur pœna capitis, ita diſponit regni conſti. incip.omnes noſtri. ſub rubr.de violen.meretri.illa.j. lib. & ibi per Mathe.in fin. quæ tamen requirit, quod meretrix ſtatim facta violentia emittat truculētum clamorem, aliâs ſi elapſis octo diebus,& nulla facta querela, non præſumitur vis illata ipſi meretrici, ante verò octo dies conſtito de clamore, præſumitur vis illata, & eſt iuris præſumptio, contra quam poteſt pars probare contrarium tam per teſtes, quàm partis

C

confeſsionem, vt ibi per gloſſ. vbi miratur Andr. quare iuriſconſulti non præuide-
runt ſuper violentia illata meretrici, aſsignans tamen rationem ex quo permitteba-
tur concubinatus, & ibidem per Mathesil. quare hodie fuit prouiſum, poſt Andr. &
ibi in tertio not. refert Cyn. in l. prima. C. de rapt. virgi. dixiſſe videri raptores meretri-
14 cum puniri pœna capitis, & † ibi quærit Mathe. quid ſi quis mandauit rapi meretri-
cem, inde cognita contra eius voluntatem per rapientes, an teneatur mandans?
concludit fuiſſe iudicatum non teneri pœna contenta, in dicta conſtitu. omnes noſtri.
ſed pœna extraordinaria, per dictum Salyc. in l. non ideò minus. C. de accuſatio. vj. q.
15 qui dicit † quòd quãdo lex municipalis diſponit præter ius commune faciẽs delictum,
quod de iure communi mandans non tenetur, ſicut principalis, ſed contra ordinem,
per l. j. ff. de extraordin. crim. quod not. & connumeres inter alias excuſationes man-
16 dantis, de quibus ſuprà in materia mandantis. Et † an illa conſtit. locum habeat in me-
retrice coniugata? dic vt per Ioan. de Arno. in epito. xix. incipiente tu regnicola. & in
17 epito. lxxxiiij. ſed quid † ſi nõ perfeciſſet fornicationem, ſed rapuiſſet tantum, & eam
actualiter non cognouiſſet, an habeat locum dicta conſtit. dic vt per Math. ibi. quinto
not. quòd non: nam requirit dicta conſtit. perfectionem actus, & ideò dicit quòd lex,
18 ſi quis non dicam rapere, non habet locum in meretrice non cognita: ſed † vt locum
habeat, dic. conſtit. requiritur quod ſit cognita rapta, & per vim cognita, vt per eum,
requiritur etiam vt locum habeat dicta conſtitut. quòd fuerit conuictus & confeſſus,
aliàs non punitur pœna d. conſtitu. vt ibi per Math. ſexto not. dicit tamen hoc corrigi
per conſtitu. in quæſtionibus. quæ dictat ſufficere quòd ſit confeſſus, aut conuictus, vt
19 ibi per Mathe. vj. not. item † requiritur quòd talis vis fiat in locis habitatis, vt clamor
ab habitantibus audiatur, aliàs ſi in villa, non habet locum, vt ibi per Math. ſeptimo
not. & Andr. in dicta conſtitu. in quæſtionibus: nam tunc ſi tranſeuntes audirẽt talem
clamorem meretricis, non faceret clamor indicium: requiritur etiam quòd truculen-
ter clamet, taliter quòd audiatur, vt ibi, octauo not. tamen hodie dicit ibi Mathe. poſt
gloſſ. non requiri talem clamorem, vt ex eo cauſetur indicium ad torturam, ſed debet
20 vim probare, vt ibi per Andr. & in dicta conſtit. in quæſtionibus. quod † autem ſuprà
dictum eſt de meretrice nupta rapta, vt puniatur raptor pœna dictæ l. primæ. per Iaſo.
21 etiam in l. ad egregias. ff. de iureiur. Limita † etiam in virgine, niſi inceſsiſſet in habitu
22 meretricali, nam rapiens non tenetur, vt per Bonifa. in rubr. de raptor. Limita † etiam
niſi fuiſſet nupta lenoni, quia tunc reputatur pro non nupta, ita Mar. in dicta l. prima.
iiij. cap. verſiculo, ſed tamen poſſunt iſta limitari, & reſtringi. & multa etiam de vidua
an amittat dotem propter ſtuprum, & quando, dic plenè vt ibi per eum, verſiculo, no.
23 vlterius ex iſto text. cum ſequen. vide † de meretrice per Io. Fabr. inſtitut. de pub. iudi.
§. ſin autem. vbi ſi prius cognoſcebat carnaliter volentem, an deinde per vim rapue-
24 rit, & cognouerit, teneatur? dicit quòd in eo locum habet d. l. j. An † autem in ſponſa
committatur raptus, ſi ſponſus eam rapuerit, hoc diſtingue aut iure ciuili, aut cano-
nico, primo caſu aut per verba de futuro, aut de præſenti: primo caſu, locum habet
diſpoſitio dictę l. primę. ibi, ſiue iam deſponſatam, ſiue non. ſecundo caſu aut erat co-
gnita carnaliter, & tunc ex quo maritus in eam habet manus iniectionem. l. fi. C. de lib.
25 exiben. non habet locum d. l. j. & Cepol. conſil. lvij quod † tamen intelligit, & limitat
Mar. in d. l. j. in fi. vt locum habeat quando vir bene tractaret vxorem, aliàs ſi malè, ta-
liter quòd diuortium inter eos eſſet factum, vel vnuſquiſquę viueret ſeparatim, ceſſat
iſta manus iniectio, quia non debet ei reſtitui ſtante ſuſpitione, & timore mortis, niſi
cum ſufficiente, & idonea cautione: ideò ante non poteſt eam accipere, & accipiendo
tenetur pœna d. l. j. tamen dicit ipſe, quòd non tenetur ordinaria pœna dictę l. j. ſed alia
pœna, cùm iuuetur primordio veritatis matrimonij. vbi per eum quando propter

ſerui

ſæuitiam faciet diuortium, aut nō erat carnaliter cognita à viro, & tunc aut erant ſigna, quòd volebat monachari, & rapiendo tenetur pœna d.l.j. aut non apparebant ſigna, & tunc non punitur, ita per Bald. in dicta l. prima. in fin. & in d.l. raptores. & ibi Pau. & per Marſil. ibi, verſic. modo redeundo ad text. vbi de ſponſa loquitur in fi. illius not. Andr. in d. conſtit. ſi quis rapere. Corn. in conſil. lxxx. ſecundo volu. & vide Marſi.
26 in conſil. lxj. vbi de non cognita, & traducta ad domum viri. Iure † verò canonico indiſtinctè, ſiue per verba de futuro, ſiue per verba de præſenti raptus ſponſæ non punitur, vt in cap. pen. de rapt. vbi Panorm. & Ana. & Corn. in d. conſil. lxxx. gloſſ. And. & Math. in conſtit. capitalem pœnam. quòd etiam locum habet, vt ibi per Panor. in caſu quo quis virginem rapuerit, præcedente tractatu matrimonij, & contemplatione matrimonij cum conſenſu raptæ, vt ibi in dicto capi. pen. ſecus tamen ſi nullus præceſſerat tractatus matrimonij: nam etiam concurrente conſenſu raptæ erit contractum crimen raptus, vt ibi per Panorm, poſt glo. aliquid per Alex. in primo conſil. tertio volu.
27 & Cepol. in d. conſilio lvij. Sed † quid econuerſo ſi ſponſa rapit ſponſum, an teneatur pœna d.l.j. glo. ibi tenet quod ſic, alij contra, quia odioſa, cùm pœnalis, ideò non extendenda. Bald. verò ibi, & in dicta l. raptores. quòd locum habet pœna d.l.j. vnà cum glo. per illum text. ibi, in verſic. cæteris ibi, ſiue maſculi, & in fin. citra ſexus. & licet ſit odioſa, tamen eandem continet rationem, ideo cùm ratio militet in vtroque, nulla ſit diſtinctio, ſed locum habet d.l.j. vt ibi per eum, & per Bald. in l. in ambigua. ff. de legi. &
28 Ioan. Andr. in mercur. in reg. qui contra. de regu. iur. in vj. Sed † quid ſi non eſt ſponſus, vel ſponſa, an ſi mulier rapiat virum libidinis cauſa, tenetur pœna d.l.j. gloſſ. & Bald. ibi, & in dicta l. raptores. quòd ſic, per l. fœdiſſimam. C. de adulteriis. aliquid per And. in c. j. in ver. committentium inceſtas nuptias. in tit. quæ ſint rega. & per Math. in
29 conſil. lxxxv. Alij † contra, cum in pœnalibus maſculinū non concipiat fœmininum, vt plenè per Mar. ibi in glo. ſponſam. & per Bald. in dicta l. ſi ita. ff. de iniu. rupt. teſt. & in c. cauſam matrimonij. circa fi. de probat. Ang. ibi in d.l.j. dicit per glo. ibi fuiſſe combuſtam quandam meretricem, quæ rapuit virum libidinis cauſa, & idem tenuit Mar. ibi in d. gloſſ. reſpondens ad obiectum, quod etiam in pœnalibus, maximè vbi fauor publicus concurrit, maſculinum concipit fœmininum, & admittitur extenſio ex
30 idētitate rationis. faciunt plenè tradita per Cep. in d. reg. in pœnalibus. Idem † dicas in maſculo rapiente maſculum libidinis cauſa, quòd locum habeat pœna d.l.j. vt per rationem Bal. & ibi Paul. Gril. in dicto tract. de pœn. omn. coi. x. q. & Boni. in tit. de rapt.

## SVMMARIVM.

1 *☞ Raptus contrahitur vbi mulier rapitur & trahitur de loco ad locum, aliàs non tenetur de raptu.*
2 *Raptus pœna an teneatur iuuenis ſi trahit mulierem extra viam, & cognoſcit carnaliter per vim.*
3 *Raptus contrahitur ſi per vim rapiatur, & cognoſcatur.*
4 *Raptus vt contrahatur an requiritur vis expreſſa & compulſiua, an tacita ſufficiat per allectamenta, & promiſſiones, & blanditias.*
5 *Statutum loquens in cognoſcente per vim locum habet in corrumpente pecunia.*
6 *Mulier ſi aliàs fuerit cognita per alios, aut per raptorem, rapiens non tenetur de raptu.*
7 *Raptus an habeat locum in volente rapi & quando.*
8 *Raptus an contrahatur ſi fuerit rapta, & non cognita carnaliter.*
9 *Rapere allectans mulierem, an puniatur ſicut rapiens.*
10 *Rapiens nolentem ſi volentem cognouit, an teneatur de raptu.*
11 *Rapta in vno loco ſi fuerit cognita in alio, in quo loco puniri debeat.*

12 *Raptus contrahitur ſi rapta fuerit mulier libidinis cauſa, non ex alia.*
13 *Rapiens & cognoſcens immaturam virginem, an teneatur pœna raptus.*
14 *Filius natus ex muliere honeſta rapta per vim, an dicatur ſpurius.*

1 SECVNDO Caſu † principali contrahitur hoc crimen raptus,
quando per vim fuit rapta, & aſportata de loco ad locum: aliàs
ſi non de loco ad locum, ſed eam per vim proſtrauit virginem
per terram, per vim eandem cognoſcendo carnaliter, non dici-
tur committere crimen raptus, ſed crimen ſtupri, ideò de ſtupro
& non raptu punitur, ita dixit Gandi. in rubr. de mult. quæſtio. de
pœn. à ſtatu. verſic. item pone quæſtionem de facto. quem etiam
refert, & ſequitur Alber. in trac. ſtatu. iij. par. quæſt. xxxj. incip. item pone quæſtionem
quam narrat Gand. idem Paul. in d. l. raptores. & Bald. in conſi. cccvj. incip. ſtatuto pla-
2 centiæ. iij. vol. Cuman. in † conſil. xcv. vbi de iuuene rapiente mulierem in via publica,
& eam ſeorſum à via deducente, & cognoſcente, quòd non dicitur eam rapere, vide
per Alexan. poſt Bart. in l. marcellus. ff. de verb. ſig. & per Mar. in d. l. j. ij. not. & in ſing.
3 lxv. incip. ſtatuto cauetur. & per Ioan. de Arno. in epito. 100. Item † contrahitur tale
crimen, ſi per vim rapiatur, vt in d. l. j. & in c. de raptoribus. xxxvj. quæſt. j. & per Ang.
in l. ſed eximendi. ff. ne quis eum qui in ius vo. vbi dicit cautum eſſe accuſatorem, vt
deducat actus neceſſariò concludentes violentiam, aliâs ſuccumbit, & Anan. in rubr.
4 de raptori. Mar. in d. l. j. verſi. vlterius ſcias. vis autem † ſiue ſit expreſſa, & compulſiua,
ſiue tacita & præſumpta ex diſpoſitione d. l. j. vt ſi blandis verbis, & promiſsionibus,
& allectamentis ſeduxerit: nam tunc etiam ſi volens rapiatur, dicitur rapta per vim, vt
in d. l. j. & ibi per Bald. & in l. uj. §. ſi quis volente. ff. de libe. ho. exi. & licet Marſi. in d. l.
j. in d. verſi. item ſcias. videatur velle quòd non ſufficiunt promiſsiones & allectamen-
ta, vt puniatur pœna d. l. j. per d. c. de raptoribus. ex hac authen. tamen glo. ibi & Ioan.
de Arn. in d. c. pen. de rapto. dicunt illud procedere de iure canonico, per quod raptus
non punitur in volente, maximè præcedente tractatu matrimonij, & non aliter, vt d.
cap. pen. & per Math. in d. conſtit. ſi quis rapere. j. not. & ita intelligit Bald. d. l. j. tex. ibi,
hoc ipſum mulieris. ex quo, videlicet fragilis eſt mulier, & fragilitas ſexus operatur vt
dicatur per vim factum concubitum, & raptum præcedentibus promiſsionibus, vt
per Mathe. in d. conſtit. & vide per Angel. in authen. de leno. §. fin. circa fin. & Mar. in
5 & conſ. lxj. & ſequitur Dec. in cōſi. clxx. & Mar. in d. l. j. ver. teneas † tamē menti. quòd
ſtatutum de cognoſcente aliquam inuitam, comprehēdit corruptam pecunia, & Mar.
in ſing. cccliij. & vide Iſer. in c. j. verſi. contrahen. ince. nup. in tit. quæ ſint nega. per vim
ergo dicitur rapta procedentibus promiſsionibus, & in tali rapta contrahitur tale cri-
6 men raptus. Limita † tamen niſi fuiſſet ab alio cognita, vel ab ipſo raptore: nā niſi pro-
betur, quòd per vim, non præſumitur per vim rapta, ſed voluntariè, ita cōſuluit Paul.
in conſi. cccv. per l. ſtuprum. in fin. ff. de ritu nup. idem dixit Alber. in tract. ſtatu. ij. par.
quæſt. xcij incip. ſed pone aliquis. & Gandi. in rubr. de var. quæſt. in malef. in fin. verſic.
quæro de facto. & Mar. in d. l. j. in princ. & in ſing. lxxiiij. incip. tu habes regulam. & in
l. maritus. ff. de quæſt. vbi comprobat dictum Paul. & in l. j. §. diuus. ff. de ſicariis. & in
rub. ff. de fideiu. verſi. addo etiam prædictis. & in pract. in §. diligenter. nu. 105. vide in
7 hoc dictum Io. Fab. in §. ſiue autē. inſti. de pub. iud. Sed † an indiſtinctè in volente rapi,
habeat locum raptus, videtur quòd ſic, per d. l. j. & d. l. raptores. in fi. ibi ſiue volētibus,
ſiue nolentibus. dic tamē & diſtingue, quòd aut eſt in poteſtate alterius, vt patris ma-
riti, tutoris, & curatoris, & tunc etiā volente rapta contrahitur raptus, & locū habet
d. l. j. quę ita loquitur, & tunc ſiue volente, ſiue nolente contrahitur, cum ex tali raptu

iniuriantur parentes,& prædicti,ideo poſſunt accuſare, & rapiens tenetur pœna d.l.j.
aut non eſt in poteſtate alterius,& tunc aut allecta promiſsi ,& tenetur pœna d.l.j. vt
ſuprà,idem ſi nolens,vt ſuprà,aut nullo pacto allecta, ſed eius mera & ſpontanea vo-
luntate,& tunc ex quo ipſi volenti nõ fit iniuria,nec aliorum intereſt, nec aliis fit in-
iuria, non contrahitur crimen raptus,nec tenetur pœna d. l.j.ita dicit Bal.ibi,& Mar.
verſi.modo circa hoc not.vbi allegat rationẽ, quòd ſi ipſi raptæ non naſcitur actio ex
quo volens,ergo nec reipublicæ,ideo iudex nõ inquirit,vt dixit Sal.in l.eos.C.de fur.
& abij vt per eum,& vide per Math.in d.conſtit.ſi quis rapere.xj.q.allegat Io.Bapti.de
cacialu.in rep.l.ſi qua illuſtris . C.ad orfi.ita ergo interpretatur d.l.j. quatenus dicit de
8 volentibus.Item †contrahitur raptus,ſi rapta fuiſſet cognita carnaliter:nam non ſuf-
ficit quòd rapiatur,niſi carnaliter cognoſcatur,vt patet ex tex.d.l.j.ibi,quia virginitas
corrupta non poteſt reſtaurari,& ſic requirit actum perfectum,non attentatum,& ita
tenet ibi Ang.& Ana.in d.c.pen.qui per dictum Ang.vidit quendam liberatum, qui
rapuit puellam euntẽ ad puteum pro aqua,& eam honeſtè portauit ad domum cuiuſ
dam conſanguinei,& non cognouit eam.Cep.conſi.lvij.tamen in contrariũ facit tex.
in d.l.ſi quis non dicam rapere.vbi Bal. & contrarium dicit And.in d.conſti.ſi quis ra-
pere.& ibi Math.ij.q.Deci.tamen in conſi.ccxxxiiij.tenet quòd ſine copula non puni-
tur pœna ordinaria d l.j.idẽ tenet Mar.ibi,verſ.quæro vlterius de alia quæſtione. cum
aliquali diſtinctione, quòd aut potuit cognoſcere, modo cognouit, & non punitur,
9 aut non cognouit,quia non potuit,& punitur.Sed †quid ſi attentauit rapere,& non
perfecit,nec potuit:quia non inuenit mulierẽ in domo? gl.inſtit.vi bon.rap.poſt prin.
quam refert pro ſingulari Corſ.in ſing.in verbo vis, dicit eſſe raptorẽ, & teneri pœna
d.l.j.& ſequitur Mar.in d.l.verſi.quæro aliquis vadit.ſed in regno hodie non punitur
attentatum,ſed factum,vt traditur in conſtitut.aſperitatem.j.lib. ideo mitius eſſe pu-
10 niendus. Sed quid †ſi nolentem rapuit,deinde volentem cognouit,an teneatur pœna
raptus,licet non fuerit in alterius poteſtate? And.in d.c.j.in d.verſi.contrah.inceſt.nu.
ver.multis videtur.dicit initium inſpici,& non finẽ: ideo propter raptum violentum
11 punitur pœna d.l.j.licet volens fuerit cognita. Sed quid † ſi ab vno loco fuerit rapta,
& in alio loco cognita, in quo loco puniri debebit? Bal.in d.l.ſi quis non dicam.dicit
vbique,ex quo in vtroq; loco deliquit,vide de hoc & aliis multa per Mar.in d.l.j.ver.
quæri poteſt.& multa etiam in pra.in §.quoniam.& in §.vlterius.& dicit ibi Bal.quòd
12 melior eſt conditio præcedentis. Item †contrahitur raptus quando mulier fuiſſet ra-
pta libidinis cauſa,non ex alia cauſa,vt quia eſſet mulier antiqua,vel ex cauſa alia:nam
tunc non contrahitur crimen raptus,nec rapiens tenetur pœna d.l.primæ.vt per Dec.
13 in d.conſi.ccxxxiiij.pulchrè. Sed an †cognoſcens & rapiens immaturã virginẽ punia-
tur pœna raptus,dic vt per Guid.Papæ.in deciſ.cccccl v.& no.quod dixit Bal.in l.eam
quam.C.de fideicomm.& in d.l.ſi qua illuſtris.& Mar.in d l.j.circa fin.& in l.j.§.præte-
14 rea.ff.de ſicar.& in conſi.xxv.& cõſi.xcix.quòd †filius natus ex muliere honeſta rapta
per vim,non dicitur ſpurius quo ad eam,ideo ei ſuccedit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna raptoris,& ſociorum quæ ſit ſiue liber,ſiue ſeruilis conditionis ſit rapiens.*
2 *Socij, auxiliatores, & complices in raptu vt puniantur,requiritur quòd habito tractatu, & non aliter,interuenerint,& nu.4.*
3 *Raptor conuictus, aut confeſſus an appellet, & an ſocij, & auxilliantes conuicti aut confeſſi appellent.*
5 *Conſocij & complices an & quando teneantur, & quid in crimine læſæ maieſtatis, & quomodo intelligitur ſi non poſſunt reuelare, an teneantur.nu.6.*

7 *Principalis & auxiliatores,& ſocij in raptu an in eodem libello accuſari poſſunt.*
8 *Raptor an omne priuilegium amittit,& quare.*
9 *Raptus in crimine an tranſigi poſſit,& fieri pax & remiſſio, & an facta valeat.num.10.*
11 *Raptor vt appellare non poſſit,an requiratur quòd ſit conuictus,& confeſſus.*
12 *Matrimonium contractum inter raptorem,& raptum an valeat,& quid iure canonico.*
13 *Pœna raptus an ſit ſublata per contractum matrimonium inter raptorem & raptum.*
14 *Pœna contrahentis ſecundas nuptias an locum habeant hodie.*
15 *Raptor & rapta ſi dicunt contractum matrimonium inter eos, & aliter non conſtat, an ſtetur eorum confeſſioni ad pœnas euitandas.*
16 *Matrimonio cõtracto inter raptorem & raptum,an excuſentur ſocij, & auxiliatores ſicut principalis.*
17 *Matrimonio contracto inter raptam & raptorem an puniantur in terris eccleſiæ.*
18 *Rapiens virginem ſub colore cõtrahendi matrimonij in regno an puniantur, & qualiter.*
19 *Rapiens virginem ſi citatus infra ſemeſtre tempus non comparuerit in regno ſtatuitur puniri & condemnari,& foriudicari,licet annus non labatur.*
20 *Pœna deoſculantis virginem in via,quæ ſit.*
21 *Raptæ dictum contra raptorem,& ſocios an faciat indicium.*
22 *Raptor infamis eſt ſi à principe non reſtituatur.*

1 CIRCA Tertium † de pœnis raptoris, & ſociorum, dic ex d.l.j.
quòd aût ſeruilis eſt cõditionis,tunc igne cremabitur, vt ibi circa
fi.aut eſt ingenuus,& liber,& tũc aut rapta eſt ancilla,ſeu liberta,
& tunc vltimo ſupplicio damnatur bonis non publicatis, aut eſt
ingenua,& libera;& tũc ſiue nupta,ſiue ſponſa,ſiue monialis, ſiue
laica,vltimo ſupplicio damnatur raptor, & bona eius ipſo facto
applicantur raptæ mulieri,vt inde ſi non nupta poſsit nubere, aut
ſi monialis eſt, monaſterio, vbi degebat applicentur, vt in d.l.raptæ res.eadem pœna
imminente complicibus, auxiliantibus, & comittantibus, & ſociis à principio,
vt in ipſo actu deprehenſi capite puniantur,& bona públicentur,& rapto, aut mona-
ſterio applicentur,& tales conuicti & confeſsi non appellant, & interfici poſſunt, &
vbique capi,& cognoſci abque fori præſcriptione,& exceptioné,nec valet matrimo-
nium contractum inter raptum,& raptorem, & parentes non poſſunt pacem facere,
nec remittere tale facinus:aliâs déportationis pœna plectentur. Alij verò aſſociantes,
& receptantes,& præſtantes auxilium ex poſtfacto;non rapina,capite puniuntur bo-
nis non publicatis,hæ ſunt pœnæ talibus ſtatutæ ex diſpoſitione d.l.j. quæ pœnæ etiã
hodie in regno ſunt approbatæ per d.conſtit.capitalem pœnam.tam quo ad principa-
les,quàm quo ad ſocios.& prohibitionem matrimonij, ſublata in contrarium regni
conſuetudine,& de pœnis raptus per Guido.pa.in ſing.ſuis,in §. cũ quæritur de pœna
2 raptus.& ad † id quod dicitur de complicibus,& fautoribus,& ſociis, intellige prius
præcedente tractatu,& coadunamento ad hoc principaliter facto, vt rapiant, non ſi
ſimpliciter fuiſſent reperti in ſocietate raptoris abſque tractatu præcedente, per l.iij.§.
homine.ff.vi.bo.rapt.Anch.in conſi.ccxvij.Bal.in conſi.ccxxix.iij.vol.Alex.in l.ſi duo
patroni.in princ.ff.de iureiur.Marſi.in d.l.j.verſi. nota vlterius ex iſto text. & in l.nihil
intereſt.& in l.fi.ff.de ſic.& in pract.in §.conſtante.& in ſing.xv.& in ſing.cccc.& tra-
ditur per Felin.in c.ſicut dignum.de homi.vbi etiam dicit in dubio præſumi caſuali-
3 ter, & nõ ex propoſito,dixi ſupra.Vlterius † nota raptorem condẽnatum,conuictum,
aut confeſſum,non appellare.d.l.j.ſed an ſocij,& auxiliantes confeſsi, aut conuicti ap-
pellent cõdemnati? videtur quòd non:nam d.l.j.punit eos eadem pœna, ergo parifor-
mis

mis debet eſſe diſpoſitio, vt ſicut raptor nō appellat, nec iſti. Azo in ſum. eodem tit. &
And. in d. conſt. ſi quis rapere. & in d. conſti. capitalem. dicit iſtos non poſſe appellare.
4 Complices † verò, & fautores, & conſocios mitius puniri, ideò poſſe appellare, quod
intellige in complicibus ſimplicibus, & fautoribus, non tamen interuenientibus ha-
bito tractatu, vt in d. l. j. de conſciis etiam à principio, poſſunt appellare, ex quo mi-
tius puniuntur, ſecundum Bart. in l. verum. ff. de parri. & in l. prima. §. occiſorum. ff. ad
5 Sille. Ang. in rubri. de his qui ſibi, occid. fallit † in conſciis crimi. læſæ maieſt. aut prodi-
tionis patriæ: nam conſcij non reuelando tenentur, vt in capit. primo. §. præterea. quæ
fuit prima cā. bene. amiς. & in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta. Bart. in dicta l. verum.
6 quod † tamen intellige vt per Alexand. in conſi. lv. quarto volu. ſi poterit probare tra-
ctatum: aliàs non tenetur reuelare. & intelligitur quod traditur in dicto. §. præterea.
ita etiam intelligit, & declarat Math. in dicta conſtitu. capitalem pœnam, primo not.
7 vbi etiam quod fallit in crimine patricidij. An † autem principalis, & iſti auxiliatores
in vno, & eodem libello poſsint accuſari? dic vt per Andr. & poſt eum Math, in dicta
conſtitut. capitalem. & ibi an, & quando poſſunt plures accuſari in eodem libello? dic
8 vt per eos. Vlterius † no. ex d. l. j. raptorem amittere priuilegium fori tantum, cùm nec
9 de aliis exprimatur. Not. † etiam quòd in crimine raptus non poteſt tranſigi, nec pax
fieri, & remiſsio, & per hoc dico in tali crimine non habere locum priuilegia conceſſa
nonnullis ciuitatibus in regno, quòd ſtante concordia partis, & remiſsione procedi
non poſsit in criminibus remiſsis, vt locum non habeant in tali crimine per d. l. j. quo
priuilegio gaudet ciuitas noſtra multis fulcita priuilegiis, cùm talis pax, & concor-
dia à lege reprobetur fieri, niſi dicatur non obſtante diſpoſitione d. l. j. ideo de ea ex-
preſſa debet fieri mentio, vt traditur per Bald. in titu. de pace conſtan. in fin. in verſicu.
non obſtante. vbi traditur an, & quando per priuilegium conceſſum cenſetur dero-
10 gatum legi generali, & econtra. ſed † dic quòd licet puniatur pater remittens, & con-
cordans pœna deportationis, non tamen apparet an valeat remiſsio, & tranſactio, & gl.
in l. qui cœtu. §. qui vacantem. dicit quod valet, per tex. in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff.
de adulte. qui text. loquitur in adulterio, & non in raptu. idem videtur ſentire gloſſ. in
dicta l. prima. licet dicht ſecus eſſe, ſi pecunia corruptus, per l. qui de crimine. C. de ac-
cuſatio. vbi traditur, & Bart. in dicta l. qui cœtu. vbi text. de hoc, dicit valere tranſa-
ctionem, & remiſsionem, de quo per doct. in l. tranſigere. C. de tranſact. & Saly. in d. l. j.
& ſic videtur militare priuilegium prædictū in crimine raptus, cùm etiam in re com-
11 muni valeat. Item † not. quod dicit Math. in dicta conſti. ſi quis rapere. x. q. quòd illud
quod dicitur in d. l. j. quòd non licet appellare raptori condemnato, locum habet ſi eſt
conuictus, & cōfeſſus, non alter: nam ſi conuictus tantum, aut confeſſus tantum, ap-
pellat, vt per eum, de quo mirandum eſt, cùm nullum inducat ſpeciale, per l. ij. C.
12 quor. appellat. non recip. dic vt per Iaco. Butr. & Bald. in dicta l. ſecunda. Vlterius † no.
quòd ſecundum ius ciuile non poteſt contrahi matrimonium inter raptam, & rapto-
rem, & contractum non valet ad euitandam pœnam d. l. j. in iure verò caonico in hoc
eſt derogatum diſpoſitioni d. l. j. per text. in capitulo penultimo & fi. de rapto. & xxvj.
quæſtione ſecunda. c. cum denique. & can. tria. in qua materia ſtatur iuri canonico in ma-
trimoniis contrahendis, vt per Panormit. in conſilio xij. & Federic. in conſilio xxxvj.
gloſſ. & Ang. in dicto capitulo fin. Marſil. in dicta l. prima. verſic. not. etiam ex hac lege.
Andr. & Math. in dicta conſtitut. ſi quis rapere. poſt gloſſ. in dicta conſtit. capitalem.
& in dicto capitulo primo. verſic. contrahen. in ce. nupt. Panor. in dicto capitulo pen.
& fi. & hoc intellige, ſiue fuerit contractum matrimonium, ſiue præceſſerit tractatus
matrimonij, vt in d. c. pen. aliàs ſi non præceſſerit tractatus, punitur, etiā ſi volēs fuerit
rapta, vt per Panor. ibi poſt gl. ſiue etiam ex poſtfacto cōtrahatur, licet à principio diſ-

ſentiret, & per vim fuiſſet rapta: nam volens ex poſtfacto contrahere, purgatur præ-
cedens diſſenſus per ſubſequentem conſenſum, vt d. cap. fin. de rap. de quo per Gemi.
in cap. ij. de hære. in vj. poſt glo. & in d. can. qui tria. xxxvj. quæſt. j. & Alexand. in conſi.
xiij. ij. vol. Barba. in conſi. xix: vide Specu. in tit. de diſpen. verſic. nunc de diſpenſatione
13 epiſcopi. verſi. xlviij. Sed an † diſpoſitio d. l. j. quo ad pœnam capitalem, & amiſsionem
bonorum videtur ſublata hodie per ius canonicum, per d. cap. penul. & fin. vt ſi con-
trahat rapta, & raptor matrimonium, euitet pœnas prædictas mortis, & bonorum.
14 glo. in dicta conſtitut. capitalem. dicit quòd ſic, ſicut pœnæ † contrahentis ſecundas
nuptias hodie ſunt ſublatæ, vt in cap. dominus. de ſecund. nupt. & plenè Deci. in l. fœ-
minæ. C. de ſecun. nup. & Feder. in conſil. xxv. Ioan. Calder. in d. c. fin. & Iacob. Butr. in
dicta l. j. Panorm. in dicto c. penul. Auguſt. poſt Angel. in glo. che hai adulter. Andr. in
conſtit. capitalem. Math. in conſtit. ſi quis rapere. vj. quæſt. & in d. cap. j. quæ ſint regal.
tenent contra: nam ius canonicum ſe non impedit in pœnis corporalibus, ideo non
obſtante matrimonio capite plecti poteſt, & ita aliàs fuit obſeruatum per Regem
Hiſpaniarum autoritate Andr. cuius magna eſt in regno autoritas, licet Mathe. dicit
ſeruari opinionem Andr. inter populares, cùm detur diſtinctio qualitatis perſonæ in
pœnis, in conſtitut. regn. qualitas perſonarum, & in conſtitut. qui. doloſè. de incend.
15 Sed quid † ſi non appareret de contractu matrimonij, ſed raptor, & rapta dicunt con-
tractum inter eos fuiſſe matrimonium, nec etiam conſtat de aliquo tractatu, an ſtetur
eorum confeſsioni ad euitandam pœnam prædictam, de quo per Angel. in d. glo. che
hai adult. & Cep. in d. conſi. lvij. vbi in terminis raptus conſulit, & Mar. in conſi. lxiij.
In quibus plenè de hoc, quòd euitant, quod limitat Cepo. niſi appareant ſigna præce-
dentia in contrarium, vt in caſu illo, & per Panor. in d. c. pen. circa fin. & And. in d. c. j.
verſi. multis. dicit relinquendum arbitrio iudicis, vt ex qualitate perſonarum dicta, &
16 facta penſemus. Sed an † quod dictum eſt ſuprà de principali, ſecundũ ius canonicum
locum habeat in ſociis, & auxiliatoribus? Mat. in d. conſt. ſi quis rapere. ix. quæſt. dicit
in ſociantibus poſt raptum locum habet, in ipſo verò raptu ſociantibus locum non
17 habet, ſed remanet diſpoſitio d. l. j. quo ad pœnam. Limita † tamen, tam in principali,
quàm aliis, niſi eſſemus in terris eccleſiæ, in quibus attenditur diſpoſitio iuris canoni-
ci quo ad pœnam, & amiſsionem bonorum, & omnia alia, vt per Bald. in l. priuilegia.
18 C. de ſacroſ. eccle. & Mar. in d. l. j. verſic. not. etiam ex hac lege. In regno † autem Nea-
politano ſtatutum reperitur contra rapientes virgines ſub colore matrimonij contra-
hendi, contra voluntatem parentum, vt in c. reg. incipien. vt ſine mortalis peccati di-
ſcrimine. ſub rubr. ſtatutum contra Neapolitanos. vbi punitur eadem pœna deoſcu-
19 lans, & ſucceſsione priuatur, & nemini licet ſub pœna ſupplicare, vt ibi. Etiam † nota
vnum, in quo licet aliàs quis foriudicari non poſsit niſi elapſo anno, tamen ibi ſpe-
ciale eſt, vt contumax, & bannitus non expectetur per annum, vt foriudicetur, ſed
infrà ſemeſtre tempus poteſt, & debet foriudicari contra tenorem conſtitut. pœnam
20 eorum. ſed † extrà Neapolim pœna deoſculantis virginem in via, & ſtrata publica,
aut eccleſia, extra ordinem punitur, vt per Math. in dicta conſtit. ſi quis rapere. ij. no. ij.
21 quæſt. verſi. quid autem. & in deciſi. cclxxvj. vbi relegatur. Item † dictum raptæ contra
raptorem, & ſocios, facit indicium ad torturam, vt proſequitur Math. in d. conſtitut.
aſperitatem legum. iij. lib. & in conſtitu. ſi quis rapere. poſt Cyn. in l. j. C. de rapt. virg.
22 Item † raptor infamis eſt, niſi à principe reſtituatur, & in dicto cap. contra Neapoli-
tanos. & per Mathe. in dicta conſtitu. ſi quis rapere. viij. not. vbi dicit procedere præ-
cedente accuſatione, non ſi per inquiſitionem ex iudicis officio, vt per eum: hæc de
raptore ſufficiant, cætera dic, vt per Salyc. & Marſil. in dicta l. prima. & Bel. in titu. de
leno. & ſequen. ſequitur de ſtupro.

## SVMMARIVM.

1 *Stuprum qualiter & in quibus perſonis committatur.*
2 *Virginem immaturam cognoſcens, vel attentans cognoſcere, qualiter puniatur.*
3 *Stuprum in libera committitur, & non in ſerua.*
4 *Vxores duas habens, an de ſtupro, & qualiter puniatur.*
5 *Pœna ſtupri quæ ſit, & quòd abſque vi eſt pœna relegationis in vili perſona, in nobili dimidiæ partis bonorum.*
6 *Stuprum non committitur in volentem quando detinet in concubinam.*
7 *Stuprum factum per vim veram, aut interpretatiuam ex promiſſione, & allectamentis, pœna capitis punitur.*
8 *Stuprum violentum, an & quando puniatur pœna capitis.*
9 *Stuprans vltra pœnam corporalem, tenetur dotare mulierem ſtupratam.*
10 *Stuprans virginem immaturam, an pœna capitis puniatur.*
11 *Stuprans non honeſtam, ſed ſolitam cognoſci non tenetur pœna ſtupri.*
12 *Stuprans eam quæ poſt ſtuprum meretricio more paſſim venalem formam exhibuerit, non punitur de ſtupro.*
13 *Pœna quæ ſit deoſculantis virginem per vim.*
14 *Cohabitans cum aliqua diu, ſi eam detineat in ſchemate concubinæ, an de ſtupro teneatur.*
15 *Pœna quæ ſit detinentis duas vxores.*
16 *Vxores duas detinens punitur, ſi primæ nuptiæ fuerint validæ, & non aliter.*
17 *Vxores plures duabus detinens pœna capitis punitur.*
18 *Pœna quæ ſit tutoris, aut curatoris ſtuprantis pupillam.*
19 *Pœna quæ ſit mulieris concumbentis cum ſeruo, & quæ ſerui.*
20 *Pœna ſtuprantis puerum maſculum, & ſodomiæ quæ ſit.*
21 *Mulierem affinem dormientem cognoſcens in ano, pœna raptus punitur.*
22 *Sodomita condemnatus inteſtabilis efficitur.*
23 *Sodomia qualiter probetur.*
24 *Pœna contrahentis inceſtas nuptias quæ ſit.*
25 *Accuſans de ſtupro quid probare debet.*
26 *Violentia qualiter probatur in ſtupro, & an locum habeat pugna in regno. & nu. 28.*
27 *Fideiuſſoribus relaxãdo, an ſit ſatisfactũ ſi reſcribitur vt quis detineatur ſub fida cuſtodia.*
29 *Indiciis ſtantibus antequam reſcribatur principi circa condemnationem, an poſſit torqueri ſecundum conſtit. regni.*
30 *Adulterium vt probetur, & occidi poſſit, an hodie requirantur fieri tres denunciationes.*
31 *Indiciis violentis, & præſumptionibus non damnatur ad mortem.*
32 *Præſumptio adulterij, an habeat locum in clerico.*
33 *Vicinitas loci, vociferatio, & fuga à domo faciunt indicium.*
34 *Mulier ſi patitur violentiam, & clamat, vicini & audientes tenentur ſuccurrere.*
35 *Mulier indebitè cõqueſta de violẽtia et ſtupro, ſi nõ probat dãnatur ſimilitudine ſupplicij.*
36 *Mulier ſi eſt prægnans & condemnatur, differtur exequutio poſt partum.*
37 *Mulier condemnata ſi dicat volo lactare puerum cùm non reperiatur nutrix, an audiatur, & non fiat exequutio.*

1 CIRCA Igitur ✝ quartum de ſtupro, dic quòd ſtuprum committitur in virgine, vidua, & puero maſculo, vt in l. ſtuprum. in fin. & in l. inter liberas. in fin. ff. de adulteri s de maſculo etiam in l. j. ff. de extraor. crimi. idem ſi fœmina cum fœmina coit, vt in l. fœdiſsimam. C. de adulte. idem ſi fœmina agit, & vir patitur, vt per Angel. in dicta glo. che hai adulter.

verſ.quæ ſit pœna ſtupri.idem in ſponſo cognoſcente ſponſam immaturam minorem
xij.ann.vt per gl.inſt.de nupt.in prin.in ver.viripotens.& And.& Math.in d.conſtit.ſi
2 quis rapere.vij.quęſt. & de † cognoſcente virginem immaturam, ſeu attentante co-
gnoſcere,qualiter puniatur,vt per Guid.pa.in d.deciſ.ccccclv. & in l.ſi quis aliquid.§.
3 quem nondum.ff.de pœ.& per Math.in d.conſt.ſi quis rapere.Stuprum † autem com-
mittitur,dummodò ſit libera, non autem ſerua:nam ſtuprum in libera,non autē ſerua
locum habet,vt in d.l.inter liberas.ff.de adul.& in l.ſi ſtuprum.ff.de iniur.nam tunc ſi
in ſerua,locū habet actio iniuriarum,vel prætoria,& de ſeruo corrupto, niſi concur-
4 rat qualitas raptus,per d.l.j C.de rap.Item † ducens duas vxores tenetur de ſtupro.l.
cùm qui duas.C.de adult.Paul.Gril.in tract.de pœn.omni.coi.vbi plenè Alex.in conſi.
clxv.vij.vol.Ang.in d.gl.che hai adulte.ſcribentes in §.item lex Iulia.& §.ſiue autem.
5 inſtit.de publ.iud.Bel.in pract.in tit.de lecto,Boni.in rubr.de adult.Pœna † autē ſtupri
eſt,quòd autem ſtuprum cōmiſſum eſt abſque vi,& tunc punitur pœna dimidię partis
bonorum ſi eſt vir honeſtus,humilis verò,pœna corporali,&relegationis,vt in §.item
lex Iulia.inſtit.de publ.iud.&.plenè per Andr.in d.c.j.verſi.contrahentium ince.nupt.
6 Math. † poſt And.in d conſtit.ſi quis rapere.iij.q. vbi dat cautelam vt faciat eam ad ſe
venire,& ipſe non vadat ad domum mulieris, & proteſtetur eam habere in concubi-
nam,& per Tho.Gra.in vo.ij.j.& v.o.xvij.Ang.in d.gl.Bel.in tit.de leno,Gand.in rub,
7 de var.quæſtio.ex ſtatu.aut † ſtuprum eſt factum per vim veram,aut interpretatiuam
cum promiſſionibus,& allectamentis,& blandis verbis:& tunc eſt pœna capitis,vt in
§.ſin autem per vim.inſti.de publ.iud.& Ang.in d.glo. ver. quæro quæ ſit pœna.Andr.
8 in d.c.j & Math.in d.conſtit.ſi quis rapere.iij.q.ſed † Gand.in d.rub.de mulr. quæſtio.
ex ſtatut.dicit quòd niſi concurrat qualitas raptus in ſtupro violēto,non eſt pœna ca-
pitis,& ideò ſi iuuenis puellam proiecit in terram,& per vim cognouit,& ſtuprauit,
nō debet mori,ſed alia pœna puniri,puta pœna l.Iul.de vi pub.vt deportetur,& bona
publicentur.l.prima.§.item.ff.de vi publ.ita per Raph.Cuma.in conſil.xcv.vbi loqui-
9 tur in minore xxv.an.ſtuprante,vt mitius puniatur.Vltra † autem pœnam corporalē,
dicit Par.in tra.ſyn.c.xlj.teneri ſtuprantē ꝙ det de bonis eius tot bona, ꝙ poſſit ſe do-
tari,vt ibi per eū, & per Cepo.in conſi.xxvj.& habetur in c.j.de adul.& ibi per Pan.&
de pœna ſtupri iuxta ius canonicum,habetur in c.ij.de adult.cùm vltrà dotem ſi recu-
ſat recipere in vxorem detruditur in monaſterium ad peragendam pœnitentiam, &
corporaliter fuſtigatur,& ibi per Panorm. quod etiam puniri poſſent pecuniariter.Et
10 quid † ſi immaturam virginem ſtuprauit,an puniatur pœna capitis? Guil.de cu.in d.l.
ſi quis non dicam rapere,dicit deportandum, per d.l.ſi quis aliquid.§.nondum. ff.de
pœnis,per quam dicit iuuenem quendam euaſiſſe à morte,idem Sign.de hom.in conſi.
ccxix.Bal.tamen in dicta l.ſi quis non dicam.dicit ſi haberet iuuenem præ manibus,
cum decapitaret,& Ioan.Fabr.in §.item lex Iulia.inſtit.de publ.iud.dicit maiori pœna
puniri,quàm ſi maturam,vide Mathe.in dicta conſtitut.ſi quis rapere.ſeptima quæſt.
vide per Thom.Gram.in deciſio.xxij.plenè, vbi fuit relegatus ſtuprans,ſeu condem-
natus per ſeptennium ad remigandum, & ibi quòd locum habet dictum Bald.con-
11 currente violentia.Limita † tamen vt non teneatur quis de ſtupro; niſi eſſet honeſta,
non ſolita cognoſci ab aliis,& impudica, vt per Gandin.in dicta rubr.de var.quæſtio.
in maleſi.verſic.quæſtio fuit de facto.vbi autem per vim fuiſſet cognita, dic vt ſuprà
12 de meretrice. Limita † etiam,niſi ſtatim poſt ſtuprum venalem formam paſſim exhi-
buerit meretricio more,nam tunc propter animum corruptum, non tenetur de ſtu-
pro.l.ſi eam.C.de adulteriis.per Bel.in dicto titu.de leno.& ideò per illum textum,in
dicta l.ſi eam.dixit Gandin.in rubri.de aliqui.quæſtio.in male.verſic.quæſtio.de facto
Mutinæ ſi quis fuerit accuſatus,quòd per vim cognouit,& ille probet aliàs eā ſpontè

cogno

cognouiſſe,vel ab alio fuerit ſpontè cognita, quòd non tenetur de violētia, & ſtupro
13 violento.Et† de pœna deoſculantis virginem per vim,dic vt per Thom.Gra.in conſi.
14 xlviij.vbi extra ordinē punitur, & ſuprà fuit dictum.Sed†quid ſi diu cohabitat cum
aliqua,& retinet eam tanquàm cōcubinam, an euitet pœnam ſtupri? dic vt per Tho.
in volumine iiij. & in dicto volumi.xvij.vbi fuit de ſtupro condemnatus, & ibi an, &
15 quando euitat pœnam ſtupri retinendo in ſchemate concubinæ. De † pœna autem
retinentis duas vxores, dic vt in dicta l. eum qui duas, quòd pœna ſtupri tenetur, &
Ang.in dicta gloſſ.che hai adulter.verſic.quid autem in caſu: & in verſicu. & auertas:
vbi dicit errare punientes capitaliter habentem duas vxores:idem tenet Salyc. in dicta
l.eum qui duas.& Auguſt.poſt Angel.in dicta gloſſ.& Panor.in capit.cùm haberet.de
eo qui dux.in ma.quàm pol.per adulter.Matheſi.in no. 100. vbi pœna relegationis,&
fuſtigationis tantum ſi eſt vilis,& infamis, Alexan.in dicto conſil.clxv.ſeptimo volu.
Tho.in d.vol. xvij.Etiam intellige,quando primæ nuptiæ fuerint validæ, vt per Mar.
in conſil.cxx.& Auguſt.poſt Ang.in dicta gloſſ. vbi quando accepit vnam affinem,&
16 aliam non,& ſic primæ nuptiæ inualidæ.Idem†ſi cum prima non conſummauit ma-
trimonium,non punitur pœna d.l.eum qui duas.vt per Bald.in conſi.ciij.tertio volu.
17 & vide Salyc.in l.ij.C.de inceſt.nuptiis.Et † not.quòd licet non puniatur pœna capi-
tis propter duas vxores,tamen quando plures duabus habuit,tenetur pœna capitis,&
ita fuit votatum in magna curia,vt per Thom.Gram.in vo.xvij. vbi fuit inquiſitus de
18 quinque ſtupris honeſtarum mulierum, cùm quibus contraxerat. Etiam † de pœna
tutoris, aut curatoris ſtupraatis pupillam, dic vt in l.j.C.ſi quis eam. vbi deportatur,
19 & bona publicantur.Et † de pœna concubentis cum ſeruo, dic vt in l.j.C. de mulieri.
quæ ſer.prop.ſe immiſ.vbi mulier.pœna capitis, & ſeruus comburitur.glo. fin.in d.§.
item lex Iulia.inſtit.de publ.iud.Ang.in d glo.che hai adulter.vbi vide,& Paul.Gril.in
20 d.tract.de pœn.omni.coi. De † pœna autem puerum ſtuprantis iure communi pœna
capitis punitur.l.j.ff.de extraord.crimi.& in l.cùm vir.C. de adult.& in authen.vt non
luxu.contra natu: hodie verò in regno viuus comburitur,vt in pragm.de ſodomia.&
vide Mathe.in conſtit.legum aſperitatem.in fi.vbi etiam ſi extra polluit,& non perfe-
21 cit,extra ordinem punitur, & non pœna ſodomiæ, vt per eum. Et † not. quod dixit
Firmia.in reperto.ſuo in verſic.ſodomita.quod conſuluit in quodam dormiente cum
affine fœmina,& eam dormientem cognoſcente contra naturam, & illa clamante ex-
22 pergefacta,dicit teneri de raptu pœna capitis,& per Bonif.in tit.de rapt. Item † ſodo-
mita efficitur inteſtabilis,ſi eſt condemnatus,vt per Specu.in titu.de inſtru.edi.§.com-
pendiosè.verſic.xiij.Barba.in conſil.lxij.Augu.poſt Ang.in dicta glo. che hai adulter.
23 & per Mar.in ſing.cccccxclvij.vbi de pœnis.Qualiter† probetur ſodomia,per Marſi.
in conſi.xxviij.& an impubes ſi teſtificetur & dicat ſe corruptum,& ſtupratum à tali,
faciat fidem,aut indicium contra ſtuprantem,dic vt per Tho.Gram. in deciſ. xl. & de
pœnis aliis concremationis per Gand.in titu.de pœnis.in fin.vbi ponit multos caſus.
24 De † pœnis autem contrahentis inceſtas nuptias, dic vt per Ang.in d.gl.pe.vbi plenè
quando puniatur,& an dos publicetur ſi fuit contractum matrimonium inter prohi-
bitas perſonas,& cui applicetur,dic vt in l.qui contra.C.de inceſt.nupt.& pleniſsimè
25 per Bald.Imol.in tract.de dot.in xj.par.operis. Quid † autem probare debet accuſans
de ſtupro? dic quòd fuerit virgo & honeſta, & ſtuprata per accuſatū, verſa vice, quòd
ab alio fuerit cognita:nam tunc non tenetur de ſtupro. vt per Matheſil.in dicta con-
ſtitutione,ſi quis rapere. quarta quæſtione.vt ſuprà dictum eſt. cætera vide per An-
26 gel.in dicta gloſſ. vnum † tamen not. in regno circa probationem. ſtupri violenti,
quòd inoleuit conſtitu. reg. in quæſtionibus. primo libro, quæ declarat qualiter in
probanda violentia olim inferebatur, & inducebatur bellum, quando accuſator

offerebat pugnam ad probandam violentiam, ſed quia hodie duella ſunt prohibita,
niſi in duobus caſibus, videlicet, in crimine læſæ maieſtatis, & morte abſconſa, vt in
conſtit.monomachiam. inducitur per d.conſtit.quòd non habeat locum pugna, ſed
accuſator probet violentiam, aut per teſtes idoneos, aut per confeſsionem ſtupran-
tis, & inferentis violentiam, & tunc facta tali probatione accuſatus poteſt condem-
nari ad pœnam capitalem, pro tali violentia illata, & ſtupro violento, & ſic per hanc
conſtitu, pro ſtupro violento videtur imponenda pœna capitis, quod not.ad ea quæ
ſupra dicta ſunt: ſi verò non ſint plenæ probationes, aut confeſsiones, ſed indicia ali-
qua, vt quia facta appareat trina denunciatio propter præcedentia ſigna, & actus ve-
nereos, & amoris, inde fuerit inuentus cum muliere colluctante, clamante, & voci-
ferante, & clamoribus auxilium petente, aut quòd ſtante clamore reperiatur propè
domum fugere, vel quia probetur virum ſategiſſe ſeras mulieris aperire detinendo
ipſam ſubtus, tunc de his facto proceſſu tranſmittatur ad regem, qui iuxta iudicium
pœnam infliget, nec iudices inferiores poterunt, ante pœnam imponere capitalem,
& interim antequàm reſcribatur, detineatur ſub fida cuſtodia carceris, aut fideiuſſo-
27 rum de ſtando iuri. Et ſic † quando reſcribitur, quòd quis detineatur ſub fida cuſto-
dia eum relaxando fideiuſſoribus, eſt ſatisfactum mandato ſuperioris, per illum text.
quem ita ad hoc not.Mathe.ad idem ſi nobilis eſt, poteſt aſsignari palatium, & ſatisfit
reſcripto, vt per Thom.Gram.in deciſi.xxxj.& ſi aufugit, excuſatur iudex, vt per eun-
28 dem in deciſi.xiij. ita diſponit d.conſtit. per quam † datur modus probandi violen-
tiam, & ſtuprum, vt & tradit Andr.ibi, & Mathe.verſic.quæro ſecundum Andr.vbi
29 ponit modos probandi, vltra tradita per Angel. in glo.che hai adult. Sed † quærit ibi
And.& Mathe.an ſtantibus indiciis antequam principi reſcribat, poſsit ponere reum
ad torturam, concludunt quòd ſic, vt per Mathe.ibi in d.verſi.quæro ſecundum And.
cùm de hoc non exprimat d.conſtit.ſed quòd non imponam pœnam capitalē tantum.
30 Nota etiam † ex illa conſtit.quòd licet per authen.ſi quis ei. C.de adult.& in corpore
vnde ſumitur, ſtatuatur, quòd factis tribus denunciationibus, quæ tamen in ſcriptis
fieri debebant, vt per Math.poſt glo. hodie verò non requiritur quòd fiant in ſcriptis
tres denunciationes, ſed ſufficit probari per teſtes ſecundum eum: quibus factis ſi po-
ſtea fuerit repertus alloqui, poteſt occidi, & etiam coram iudice duci, & his probatis
poterat condēnare, vt ibi dicitur, tamen hodie in regno, per d.conſti.in quæſtionibus.
eſt correcta illa authen. vt non ex his tribus denunciationibus probatis poſsit con-
demnari, ſed principi reſcribi, & ſic illæ tres denuciationes non ſufficiunt ad condem-
nandum ſimpliciter, ſed bene ad torquendum, niſi præfatis probatis, de quibus in d.
conſtit.concurrerit decretum, & mandatum principis reſcribentis: non tamen reperi-
tur correcta. quòd occidi poſsit à parte, ſed quòd à iudice non poſsit condemnari, &
31 ſic nota † per illam conſtit.non damnari ex violentis indiciis ad mortem, de quo per
Panor.in c.auditis.de præſcripr. Anton.in c.afferte.& in c.quia veriſimile.de præſum.
& ibi per Mathe.qui dicit etiam, quòd d.authen.de iure canonico ſit correcta, vt per
32 Hoſtien.& Anton.in c.ſi verò.lo primo.de ſentent.excommun.& an † dicta præſum-
ptio locum habeat in clerico, dicit, quòd non, ſecundum Salyc.in d.authen.ſi quis ei.
33 nota etiam † illa indicia de quibus in d.conſtit.& Math.ibi videlicet vociferationem,
fugam in loco, & domo mulieris, & ſic vicinitatem loci, vbi etiam dicit de inimico re-
perto mortuo in oſtio domus inimici, colluctationem cum muliere, ſatagentiam,
aperire ſeras eiuſdem, per quæ & alia de quibus, ibi per Mathe. in d.verſic.quæro.ſe-
cundum And.vbi de his, probatur violentia mulieri, & ſtuprum violentum, & dicit
Andr.ibi multum operari colluctationem cum muliere, & magnum eſt indicium ſi-
cut vnus teſtis de viſu, quæ not.vt ſcias articulare, quid debeas probare, & articulare

ad

34 ad probandam violentiam. & nota † etiam quòd ſi mulier patitur violentiam, & clamat, audientes vicini debent ſuccurrere, aliàs puniuntur, vt in conſtit. quicunq; mulierem. vbi punitur non ſuccurrens pœna quatuor auguſtalium, nec admittitur excuſatio, quòd fuerit ſurdus, aut mutus, aut dormiens, ſi in eodem loco, & tecto fuerit
35 de quo poterat audire, niſi clarè probentur, vt ibi, & nota † etiam aliam conſtitu. quæ incipit, peſsimam, & horrendam, quòd ſi mulier iniuſtè reperitur conqueſta fuiſſe, nec probaſſe raptum, aut violentiam, quòd ſimilitudine ſupplicij damnatur, vt capi-
36 tis pœna puniatur. Et ſi † prægnans fuerit, expectatur poſt xl. dies à die editi partus, & ſi non extant conſanguinei qui nutriant puerum, quòd tunc expenſis fiſci lactari, & nutriri debet, & vide ibi per Math. infrà quantum tempus debet ſuperſederi executio ſententiæ capitalis latæ contra mulierem prægnantem, ſiue condemnetur ad mor-
37 tem, ſiue ad mutilationem manus, vt ibi per eum, & ibi † in fine, an mulier poſsit dicere velle lactare puerum ne moriatur, & an ſit audienda? quòd non, per illam conſtitu. & ibi per Mathe. quid ſi probauerit per duos teſtes repulſatos violentiam, vel per famam, an excuſetur ab illa pœna? dic, vt ibi per Mathe. poſt Andr. diſtinguentem modum repulſæ. Ex præmiſsis igitur ex abundanti remanet expedita materia adulterij, raptus, & ſtupri in omni iure. incœpta proſequamur.

## SVMMARIVM.

1 *Vulnus illatum ſi non fuit mortale, tamen propter malum regimen, curam, vel imperitiam medici, vel febre ſuperueniente mortuus fuerit, an mutius puniatur, & ſtatur iudicio medicorum, vt nu. 5.*

2 *Clericus non mortaliter percutiens licet moriatur ex malo regimine, aut cura vel febre, efficitur irregularis.*

3 *Vulneratus ſi vtatur incantationibus, & non medico, ſi moritur, an vulnerans teneatur de occiſo.*

4 *Vulneratus ſi non adhibuit medicum, vulnerans vt de occiſo non teneatur, debet probare quod potuit adhibere ſi voluiſſet, niſi eſſet in loco inſigni.*

6 *Medici vbi dubitant an vulnus fuerit mortale an non, & pars aſſerat mortuum ex malo regimine quid in dubio præſumatur.*

7 *Mortuum ex vulnere quis probare debet, an ex malo regimine, & quid fiſcus, & quid pars probare debet, & quid in dubio.*

8 *Medici ſi dicant vulnus non eſſe mortale ſi poſt relationem moriatur, an præſumatur mortuus ex negligentia.*

9 *Vulnus ſi de ſe non apparet mortale, & moriatur, pœna minuitur.*

10 *Vulneratus infrà quantum tempus præſumitur mortuus ex vulnere.*

11 *Mortuus ex vulnere an præſumatur, ſi infrà octo menſes moritur.*

12 *Iudicis arbitrio relinquitur, ex qualitate vulneris, loci & conualeſcentia ſi mortuus ſit ex vulnere.*

13 *Vulnerati exculpatio aſſerentis ſe mori non ex vulnere, ſed negligentia, & malo regimine an proſit inculpato.*

14 *Vulnus eſſe mortale qualiter & per quos probatur, & quod iudicio medicorum, videlicet, non poſſe euadere ſecundum regulas medicinæ. & nu. 16.*

15 *Vulnus probatur eſſe mortale ſi communiter dicebatur, vel erat notorium eſſe mortale.*

17 *Teſtibus duobus ceu medicis deponentibus vulnus mortale magis creditur, quàm viginti contrarium dicentibus.*

18 *Vulnus ſi notorium eſt eſſe mortale, non ſtatur iudicio medicorum.*

19 *Medici deponẽtes ſuper vulnere an ſit mortale, an eſſe debẽt doctores, an ſufficiat practicos.*

20 *Vulnus eſſe mortale vel non, an ſufficiat probare per teſtes non medicos.*

21 *Medici quot eſſe debent deponentes ſuper vulnere an ſit mortale, & an, & quando vnus ſufficiat & quando plures requirantur.*

22 *Medicus ſi ſit ſalariatus de publico vnus ſufficit.*

23 *Medici plures ſi requirantur per ſtatutum vnus non ſufficit.*

24 *Medicus ſi non eſt bona vita, & fama vnus non ſufficit.*

25 *Medico vni hebræo. & perito non creditur.*

26 *Medico vni creditur ſi ſtatuto procedi poteſt ſola facti veritate inſpecta, non obſtante ſtatuto quod plures requirantur.*

27 *Medici ſuper vulnere qualiter debent deponere, & an ſi deponant de iudicio & credulitate, eis creditur.*

28 *Medici aut experti quando eliguntur à partibus, an ſit neceſſe quòd deponant cum iuramento.*

29 *Periti in arte an & quando deponere debeant cum iuramento.*

30 *Medicorum iudicio an vulnus ſit mortale an non, an iudex debeat ſtare de neceſſitate, an etiam per teſtes probari debeat vltrà medicos.*

31 *Publicatione facta an teſtes admittantur ad probandum, an vulnus ſit mortale an non.*

32 *Medici plures ſi adhibentur ſuper vulnere, & ad inuicem diſcordant, vt quia vnus dicat vulnus eſſe mortale, alter non, cui magis ſit credendum.*

33 *Peritis in arte paucioribus magis creditur, quàm pluribus non peritis.*

34 *Peritis deponentibus veriſſimiliora magis creditur, quàm non veriſſimiliora deponentibus.*

35 *Peritis magis creditur reddentibus aptiorem rationem, quàm non reddentibus.*

36 *Peritis deponentibus in ſpecie magis creditur, quàm in genere.*

37 *Peritis affirmantibus quàm negantibus magis creditur.*

38 *Peritis pluribus equalibus in ſcientia diſcordantibus, quibus magis credendum eſt.*

39 *Medicorum electio ad quem ſpectat ad iudicem, an ad partes.*

40 *Vulneratus à pluribus & mortuus, ſi vnus dixit mortuum ex vulnere Titij, ideò fuit condemnatus, & Titius petiit peritiores adhiberi, qui deponunt mortuum ex vulnere Sempronij, an ſententia lata contra Titium valeat.*

41 *Sententia lata ex priuilegiata probatione, vel ex ſententia expertorum, non tranſit in rem iudicatam.*

42 *Medici quidam ſi dicant vulnus eſſe mortale vel non, an reſcindatur dictum eorum dicto aliorum.*

43 *Medicorum iudicium deponentium vulnus eſſe mortale vel non debet apparere in actis.*

44 *Moriens ſi dicat ſe mori culpa medici, an excuſetur percuſſor.*

1 VNDECIMO Igitur † excuſatur, ſi vulnus illatũ non fuit mortale, tamen propter malum regimen, ſiue curam, vel imperitiam medici, vel quia febris ſuperuenit, mortuus eſt: nam tunc non tenetur de morte ſecuta, ſed de vulnerato tantum, vt per Gandin. in rubr. de homicid. verſic. quæſtio etiam dubitabilis. vbi concludit mitius puniri febre ſuperueniente, plenè Cepol. in conſilio lxij. & conſil. xlj. & conſil. xxvij. vbi, quia vinum bibit, & ſic ob malum regimen, & in dicto conſilio lxij. quia febris ſuperuenit. & diſtinguit, & mitius punitur, & per Specul. in tit. de homicid. & ibi Bald. de febre. Bald. in conſil. cix. primo volumi. Bonifa. in rubr. de inſult. & percuſſ. Bald. in l. prima. C. de emend. ſeru. gloſſ. in l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ff. ſolut. matrimo. Iuſti. amode. in tracta. ſynd. verſic. clvj. Tancre. de cor.

cor.in ſuo compend.cap.xx xiij.ix.q.Math.in conſtitut.terminum vitæ.in fi.iiij. fallen.
& per Gand.in dicta rubr.de hom.verſic.ſed quæro quædam.& ſeq.vbi propter impe-
ritum medicum,malam curam,& regimen,& Cepol. conſilio xxvij.& Math.in dicta
quarta fallen.de mala cura,& medela,exponēte ſe vento,& comedente nociua, quòd
teneatur de vulnerato,& non de occiſo,vt ibi per eum,poſt And.per l.qui occidit. §.fi.
vbi Odofr.& in l.ſi ex plagiis.ff.ad leg.Aquil.Cano.in c.exhibita.de homici. Signo.de
hom.in conſi.clxiiij.traditur per Felin. & alios in capit.presbyterum.de homicid. vbi
plenè de his,& de inobedientia vulnerati,& comeſtione nociuorum,vel ſi concubuit
cum vxore,poſt Bald.& alios in dicta l.ſi ab hoſtibus.& in dicta l. qui decidit. vbi Flo.
& ibi de mala medicina,& vitio medici,vel quia medicū non adhibut, vel ſi adhibuit,
imperitum tamen, vt per Bar.in dicta l.ſi ab hoſtibus.& per Bal.in l.ſi non ſimpliciter.
C.de ædil.acti.& in Specu.in tit.de homicid.Ang.in l.quòd ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.
de ædil.edicto.Flor.in l.ait lex.§.primo.ff.ad legem Aquil.Alberic.de Roſ.in tract.ſta-
tut.ſecunda par.q.xxxvij. plenè etiam Ang.in gloſſ.ex interuallo mortuus eſt. verſic.
quæro quid ſi mortuus.& verſic.quæro aliquis fuit vulneratus. & in gl.compa.inquiſ.
in term.defen.Anchar.in conſi.ccv.Boni.in dicta rubr.de inſul.& percuſſ.de his plenè
per Mar.in l.nihil.intereſt.ff.de ſicar.& in conſilio vij.Socin.in conſilio clxxxviij.Bald.
in conſil.cxcv.primo vol.Cuma.in conſi.cxxxiiij.& plenè dic,vt per Feli.in dicto cap.
2 presbyterum.Vbi † limita niſi quo ad irregularitatem, nam licet ex his moriatur,ta-
men efficitur irregularis,vt per Ancha.in conſil. cclxxviij. & dixit Soci.in conſil.clx-
3 xviij.Idem † eſſe ſi vulneratus non vtitur medico,ſed incantationibus tantum: nam ſi
moritur non tenetur de occiſo,vt per Mar.in dicta l.nihil intereſt.& in pract.in §.quia.
& in l.prima.in princ.xxiij.limit.ff.de ſicar.& de prædictis plenè tradit Mar. in dicto §.
& quia.vbi plenè,& per Par.in trac.ſynd.& per Thom.Gra.in vo.xxiij. vbi quia bibit
vinum purū, & fecit contra regulas medicinæ,Corne.in conſil.cclxxxiij.iij. vol.Alex.
in conſi. cclxxxij.iiij.vol.Alex.in cōſi.cxlviij.ij. vol.Tho.Gra.in conſi.xxix. vbi ſi vul-
neratus ſpatiatur per ciuitatē, & quando febris ſuperuenit, qua pœna puniatur, & in
4 conſil.xlix.& conſil.ij.in quibus quod mitius. Ad † illud autem quod ſuprà dictum
eſt,ſi medicum non adhibuit, vltra hoc probare debet quòd potuiſſet adhibere ſi vo-
luiſſet,vt dicunt doct.in dicta l.ſi ab hoſtibus.§.primo.& Bal.in conſi.cxcv. primo vo-
5 lumi.Quod † tempera niſi eſſet in loco inſigni,in quo præſumuntur eſſe medici, vt
per Aretin.in conſilio xvj.vide Aug.poſt Angel.in dicta gloſſ.ex interuallo mortuus
eſt.& ſtatur iudicio medicorum an mortuus fuerit ex vulnere,an ex mala cura,vt per
Specu.in tit.de homic.§.primo.verſic.ſed pone à.& Alexan.in conſil. cxlviij. ſecundo
6 vol.& Cardi.in clemen.prima.iij.q.de hom. Sed † an in dubio præſumatur mortuus
ex vulnere,vbi medici dubitant an fuerit vulnus mortale,aut non, & pars dicat mor-
tuum ex negligentia,& malo regimine, quid in dubio præſumendum eſt? Gandi.in d.
rubr.de homic.verſic.ſed pone quòd aliquis,& in fi.d.titu.dicit quod præſumitur ex
vulnere mortuus niſi probetur de negligentia, & malo regimine, tenetur de occiſo,
& eo probato de vulnerato tantum,vt in exemplo ruſtici,qui in capite vulneratus in
æſtate iuit ad laborandū cum bobus ad ſolem,& iratus cum bobus,& calefactus mor-
tuus fuit,de vulnerato tantum tenetur,& non de occiſo.ſecundum Alber.pap. & per
Math.in dicta conſtit.terminum vitæ.in fi.vj.q.quòd facta inquiſitione ſi non conſtat
7 de vulnere mortali,in dubio præſumitur nō mortuus ex vulnere mortali,& ibi † quis
debet probare mortuum ex vulnere, an ex malo regimine, & quid debet probare ac-
cuſatus,& quid fiſcus,& quid in dubio,vt per Math.ibi iiij.fall.& vide per Mar. in d.
§.& quia.& in d.l.nihil intereſt.& in l.fin.ff.de ſic.& poſt Bar.ibi Tho.in volu xxiiij.&
conſi.xlix.Cepo.in conſ.xxviij.& conſi.xlj.& Fel.in d.c.presbyterum.&per Tho.Gra.

in cōſil.xlix. vbi probato vulnere & in loco periculoſo, & hoc atteſtante medico, difficilis eſt probatio in contrarium, quòd non ex vulnere fuerit mortuus. Limita
8 niſi † fuiſſet mortuus poſt relationem medicorum deponentium vulnus non eſſe mortale: nam ſi poſtea moriatur, præſumitur mortuus ex negligentia, ita dixit Ioannes de Plat. in l. nec ſemel. C. de re mil. lib. x. refert, & ſequitur Mar. in d. l. nihil intereſt.
9 & in d. §. & quia. vide etiam Thom. Gram. in conſi. ij. in fin. & ibi † dixit ſi non apparet vulnus de ſe mortale, pœna debet mitigari, allegat & Bart. in tract. de percuſſi. in fin. & econtra, ſi probatur, & conſtat vulnus mortale, non iuuant probationes, quòd deceſſerit ob malam curam, vel negligentiam, vt per Thom. Gra. in d. conſil. xlv. allegat Ange. in d. glo. & dictus Titius ex interuallo. & Bald. in quodam conſi. ſed dictum eſt. Mathe. in d. conſtit. terminum vitæ. iiij. fallen. Firmia. in repertor. ſuo, in verbo, mor.
10 verſic. mortuus. Sed infrà † quantum tempus præſumitur mortuus ex vulnere? aliqui dicunt quando infrà breue tempus moritur, vt ſi poſt triduum, aut quatuor dies moriatur, vt dicit Andr. & Math. in d. conſtit. terminum vitæ. allegat can. ſi qua fœmina. lx. diſtin. nota. in l. j. C. de emen. ſeruo. Bart. in l. fin. in fin. ff. de ſicar. Bald. in procem. ff. glo. in c. ij. de cleri. percuſſ. & in c. plurimum. de homic. text. in c. continebatur. de homic. Alij dicunt, ſi moriatur infrà xl. dies, vt per Anton. de Butr. in c. præterea. de cleri. percuſſ. Ang. in l. j. C. de emen. ſer. Augu. poſt Ang. in d. gl. ex interuallo, infrà viij. dies.
11 alij quòd infrà xl. dies, vt per Papien. in pra. in tit. de inquiſi. alij † etiam infrà viij. menſes, dummodò non conualuerit, ſed ſemper ſe habuit de male in peius, aliàs ſi conualuit non præſumitur ex vulnere mortuus, vt per Panor. in c. præterea. de cler. percuſſ. Augu. poſt Ang. in d. gl. & latè per Feli. in d. c. presbyterum. Cor. in conſi. cxciiij. ij. vol.
12 & conſi. cclxxiiij. j. vol. Soc. conſ. clxxvij. alij dicunt † hoc totum remittendum arbitrio iudicis, inſpecta qualitate vulneris, & in quo loco, & conualeſcentia, an non, & ſpacio temporis, vt per Anton. in d. c. præterea. Anchar. in conſil. cclxxxv. & Auguſt. poſt Angel. in d. glo. de quibus omnibus plenè per Bart. & Alexan. poſt eum, & Mar. plenè in l. fin. ff. de ſicar. & Mathe. in d. conſti. terminum vitæ. iiij. fallen. verſi. quis probabit. vbi optimè loquitur Anton. & Panor. & alij in d. c. præterea. Auguſt. poſt Ang. vbi ſuprà. Felin. in c. ſignificaſti. lo. ij de homici. & in d. c. presbyterum. vbi ponit caſus in hac materia, quos vide. Thom. Gram. in d. conſi. xlix. Cepo. conſil. xlj. doct. in dicta l. ſi ab hoſtibus. §. j. Bald. in c. j. quib. mod. feu. ami. & in procem. ff. & plenè per Marſi. in conſi. ix. Gand. in rubr. de homic. Boni f. in rubr. de inſul. & percuſ. in fin. ſi poſt vulnus ſurrexerit, Bald. & Angel. poſt glo. in d. l. j. C. de emend. ſer. ſi vulneratus poſt triduum ſurrexit, & viſus eſt ambulare cum baculo, non præſumitur mortuus ex vulnere, & per Barba. in conſi. incipien. à Ioue principium. per Bald. & Ang. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edi. Anchar. in conſi. cclxxxiiij. Flor. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. Anan. in d. c. præterea. Bonif. in rubr. de inſult & percuſſ. & in titu. de accuſatio. & per Ioan. de Arno. in ſolilo. xxxix. & per Mar. in prac. in §. & quia. in verſic. modo vlterius
13 quæro. Sed an † exculpatio offenſi dicentis ſe mori, non ex vulnere, aſſerentis non eſſe mortale, ſed mori ex ſua culpa, & malo regimine, profit accuſato? dic, quòd non, ſi extant probationes quòd fuit vulnus mortale ex iudicio medicorum, aliàs non conſtito, excuſat, & per Anch. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. & Felin. in c. literas. de præſump. Mar. in ſing. xxij. & in pract. in §. diligenter. verſi. quæro vlterius de importanti dubio.
14 & in §. reſtat. & in §. & quia. & in ſingu. lxxviij. Sed † qualiter, & per quos probatur eſſe mortale, dic quòd probatur, ſi iudicio medicorum percuſſus non poteſt mortem euadere, aut cum difficultate magna ſecundum regulas medicinæ, vt not. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. j. & in l. ſi maritus. ff. loca. Bald. in c. j. quib. mod. feu. am. Cep. in conſ. xxviij. Thom. Gram. in vo. xxiiij. & in conſil. ij. vel ſi præceſſerint ſigna mortis, per Marſi. in conſi.

conſi.xvij.& Thom.in d.conſi.ij.item probatur ab effectu, quia mortuus,vt per Cep.
in d.conſi.xxviij.& Thom.Gram.in d.conſi.ij.& conſil.xlix. & in d.vo.xxiiij. & Bald.
15 in d.c.j. Item †probatur vulnus eſſe mortale ſi communiter dicebatur, vel erat noto-
rium,quòd vulnus erat mortale,vt quia conſtat percuſſum in capite, & alio loco pe-
riculoſo cum gladio acuto, vt in cap.ſignificaſti.lo ſecundo.de homic. & tunc etiam,
ſi mortuus fuerit ex interuallo, præſumitur ex vulnere mortuus, niſi probetur con-
trarium per medicos quòd non fuit mortale, ſed per malam curam, vt per Andr.in d.
conſtit.terminum vitæ.& ibi Math.iiij.fallen.verſic. quis probauit. Item probatur,ſi
probetur famam eſſe,vulnus tale eſſe mortale,& ita dici per probos viros,vt per And.
& poſt eum Math.in d.conſtit.iiij. fallen. & in verſic.quis probabit. & in v.quæſt. Sed
16 per † quos probetur vulnus eſſe mortale, dic per medicos chirurgicos, & expertos:
nam ſi dicunt vulnus eſſe mortale, creditur eis, & ſtatur eorum dicto: idem ſi dicunt
non mortale,ſed mortuum culpa vulnerati,vt per Specu.in tit.de homic.§.j.verſi.ſed
pone à Boniſa.in rubr.de inſu.& percuſſ.& Par.in tract.ſynd.& in verbo,tortura.ver.
officialis.Gand.in rubr.de homic. verſic.licet quomodo ſciemus nos.& per Andr. in
cap.j.hic fini.lex corr. & in d.conſtitur.terminum vitæ. cum iuribus per eos allegatis,
maximè l.ſemel. C.de re mili.lib.xij. & l.j. ff. de vent.inſpi. & vtrobique per Barto. &
17 Alexan.poſt eum,& dixit ibi Gand.quòd † magis creditur duôbus medicis deponen-
tibus ſuper vulnere, an ſit mortale, vel non,quàm x. vel xx.contrarium deponenti-
bus,vel dicentibus mortuum non ex vulnere, vt per Alexan.in conſ.cxlviij.ij volum.
& quòd iſtis creditur tanquam peritis,& expertis,per Bar.in l.fin.ff.de ſicar. vbi Mar.
& Ang.in d.glo.ex interuallo.Cyn.Bart.Bald.in procem.ff.Bald.in d.cap.j.quib.mod.
feud.am.& Panor.& Ana.in c.præterea.de cler.percuſſ.& doct.in d.c.ſignificaſti. lo ij.
de homic.Mar.in conſi.vij.Cepo.d.conſi.xlj.& conſi.lxij.& conſil.xxviij. Thom.Gra.
in d.vo.xxiiij.& conſil.ij.& conſil.xlix. & per Math.in d.conſtit.iiij.fallen. verſic.quis
18 probabit. & in iiij.quæſt.& ſequen.Fallit, niſi †notorium eſſet vulnus mortale: nam
non requiritur iudicium medicorum,vt per Bald.in l.ij. C.vt quæ deſunt aduo. Felin.
in d.c.propoſuiſti.in fin.Mar in rubr.C.de proba.nume.169.& in l.j. §. ſi ſeruum. ff.de
19 quæſt.& in pract.in §.aggredior.num.130.& in §.ij.quæſtio.Sed an †requiritur,quòd
iſti medici,& periti ſint doct.an verò ſufficiat practicos eſſe tantum? dic vt per Alex.
in conſil.xv.in fin.j.vol. quòd non requiritur, quòd ſint doct.imò fœmina, & ſeruus
eſſe poſſunt medici,& deponere,vt ibi per eum.& Math. in d conſtit.terminum vitæ.
in fin.iiij.quæſt.Bart.in l.ſciendum. ff.de ædil.edi. Anan.in rubr.de magiſt. Panorm.&
20 in d.c.propoſuiſti. de prob. Iaſ.in l.ij.in princ.ff.quòd quiſ.iur. Sed an †alij teſtes non
medici ſufficiant,ſi deponant vulnus non mortale,vel morta. And.in d.conſti.termi-
num vitæ.dicit, non credi, per text.in authent.de ſan.epiſc. §.j.habetur poſt Barto.in
procem.ff.& not.Innoc.& alij in c.cùm cauſam. de teſtib.niſi teſtes deponerent, quòd
fama erat quòd vulnus erat mortale,vel non mortale,ſed leue,& ipſi ita hoc credant,
21 vt per Math.in d.iiij.Fal.verſi.quid enim probabit. Sed † quot debent eſſe medici, qui
hoc deponant, & an vnus ſufficiat, Bart.in d.l.fin. ff.de ſicar. & And. in d.conſtitut.
terminum vitæ.dicunt, quòd aut in ciuitate, & loco exiſtunt plures medici, & chi-
rurgi,& duo ſufficiunt,nec vnus ſufficit, ſi verò non ſunt alij chirurgi, & medici, niſi
vnus tantum,& tunc ille tantum ſufficit,& eius dicto ſtatur, vt in auth.de non alien.
§.quod autem.& Gand.in rubr.de homic.circa fin. & per Barto.in procem. ff.& in l.j.
§.j. ff.de ven.inſpi. & docto.in d.c.propoſuiſti. & in dicto c.ſignificaſti.per Barto.in l.
idémque.ff.pro ſocio.Roman.in conſi.xxij. plura per Mar.in d.l.fin. Augu. poſt Ang.
plenè in glo.vna alia percuſſione,& in glo.cicatrix. & Cepo.in conſil.lxij.Mathe.in
d.conſtit.iiij.quæſt.Cepo.d.conſi.xviij.Mar.in l.diuus pius.ff.de quæſt. Boniſ.in tit.de

inſult.& percuſ.Mar.in l.infans.ff.de ſicar.& in pra.in princ.& in l.j.§.ad quæſtionem.
ff.de quæſt.& licet Panor.in d.c.propoſuiſti.dicat non ſufficere vnum,ſed mitti debet
ad locos conuicinos pro alio,per rationes per eum:tamen contrarium tenetur, vt per
Augu. poſt Ang.vbi ſuprà. & maximè vbi ille vnus eſt peritus in arte,vt per Feli.in d.
ca.propoſuiſti.ij.concluſ iij.fallen.vbi de hoc : idem quod ſuprà, quòd vnus ſufficiat.
Bart.in l.ſemel.C.de re mili.lib.xij.in tract.de teſte.in verſic.lata culpa.& in l.j.§.fi. vbi
alij doct.ff.de verb.oblig.vbi videas doct.Thom.Gram.in d.conſil.xlix.Fel.in d.c.pro-
22 poſuiſti.& in d.c.ſignificaſti.lo ſecundo.vbi limita. idem † dicendum, ſi eſſet vnus ſa-
lariatus de publico:nam ſtatur eius dicto,vt per Bart.in l.j.per illum text.C.de pond.
& au.lib.xj.idem ſi partes fuerint concordes,nam ſtaretur dicto vnius, per l.Theopó-
pus.ff.de dot.prælega.doct.maximè Rom.in l.j.§.fin.ff.de verb.oblig.Ang.in §. quod.
in aũth.de non alie.Bar.in proœ.ff.ita per Feli.in d.c.propoſuiſti. & in d.c. ſignificaſti.
& per Mat. in d.cõſt.iiij.q.& Aug.poſt Ang.in d.gl.& vna alia percuſ.idẽ ſi cõcurrerẽt
alia indicia,& cõiecturæ,quæ adiuuerint dictũ ipſius medici:nã ipſi ſoli creditur,vt per
23 Bal.in conſi. cix.ij.vol.habetur poſt Ang.in d.gl.Limita † ſecundũ Bal.in proœ.ff.niſi
per ſtatutum ciuitatis duo requirerentur medici, nam tunc vnus non ſufficeret. Se-
24 cundò † limita,vt per Bald.in Specul.in tit.de homici.§.j.verſicu.ſed pone,quòd caſu
quo ille vnus non eſſet bonæ famæ:nam tunc eius dicto non ſtaretur,ita per Aug.poſt
25 Ang.in d.gl.vna alia percuſſ.Limita † tertiò niſi ille peritus,& medicus eſſet hebræus,
nam ei non crederetur,nec ſtaretur eius dicto,vt per Alex.in conſil. xxxvj. primo vol.
26 Bernardi.poſt Ang.in d.glo.vna alia percu.tempera † tamen primum dictum de ſta-
tuto requirente plures peritos,caſu quo vel eſſet ſtatutum vel reſcriptum, quòd pro-
cedatur ſola facti veritate inſpecta.nam tunc vnus ſufficit non obſtante ſtatuto, ita
per Thom.Gram.in conſil.xxij.Bernar.poſt Auguſt.vbi ſuprà.quod no. quia in regno
ita proceditur per c.deteſtantes.& declaratoriam reginæ Iſabellæ, & in criminalibus,
per Par.in tract,ſynd.in verbo,ſententia.ergo in regno ſufficit vnus medicus,& peri-
tus,vt eius dicto ſtetur,& vide cautelam per Bart.in proœm.ff.vt ſi extant plures me-
dici in ciuitate,facta concluſione probet plures medicos extare,tunc vnius dicto non
27 ſtaretur,& vide etiam per Par.in tract.ſynd.in verbo,negligentia.in fin.Sed † qualiter
debent deponere iſti medici,& an ſi deponant de credulitate probent, vt quia dicant
eorum iudicio,vel credunt mortale, vel non mortale, taliter deponendo,an probent?
dic vt per Bar.in l.j.§.j.ff.de vent.inſpic.vbi Alex.poſt eum Cepo.in d.conſi.xxviij.Bar.
& Bal. in d.proœm.ff.Par.in tract.ſynd.in verbo,tortura.verſi.officialis.Bal. in l.ſolã.
C.de teſti.Io.And.Panor.& alij.in c.fraternitatis.poſt glo.ij.& de frigid.& male.Felin.
plenè in d.c.propoſuiſti.iij.conclu.poſt Anto.& Panor.vbi limita quando dictum pe-
28 ritorum non valet deponentium de credulitate. & † not.vnum quod dicit Feli.ij. fall.
quòd quando medici, & periti eliguntur à partibus,non eſt neceſſe, quòd deponant
cum iuramento,aliâs ſic,vt per Bart.in d.l.Theopompus.ff. de dote præleg.Anto.in c.
veniens.lo primo.de teſti.idem dicit ibi Feli. quarta fallen.ſi iudex ex officio ſuo vellet
ſe informare,nam tunc non eſt neceſſe quòd iurent,ſecundum Bald.poſt gloſſ.in cap.
29 ſi duo.in titu.de pa.teneu.& † an,& quando debent periti in arte deponere cum iura-
mento,per Felin.ibi in dicto cap.propoſuiſti.& Bar.& poſt eum in dicta l.Theopom-
pus.& Bart.& Bald.in proœm.ff.& habetur poſt eum,& Iaſ.in l. admonendi.ff.de iu-
reiurand.Ludo.& alij in l.j.§.fin.ff.de verbo.oblig.Ana.in cap.ſignificaſti. lo ſecundo.
30 de homicid.& in dicto cap.propoſuiſti.Sed † an de neceſſitate iudex debeat ſtare dicto
& iudicio medicorum,an vulnus fuerit mortale an non, vel debet etiam per teſtes di-
ligenter inquirere,an vulnus ſit mortale.Bar.in d.l.ſemel.C.de re milit.lib.xij.videtur
ſentire quòd requiratur præcedens examinatio teſtium,inde habeatur iudicium medi-

cor

corum,inquantum dixit,quòd ſit cautus iudex quòd in actis faciat regiſtrari, quòd
diligenter examinauit vtrum vulnus ſit mortiferum, & facta diligenti examinatione
habeat iudicium medicorum:per quod dictum Bart.idem dicit Alexand.poſt Bart. in
procem.ff.& tradit examinando hanc quæſtionem Mathe.poſt Andr.dicta conſti.ter-
minum vitæ.v.q.vbi iudex debet inquirere an percuſſus fuit magno lapide, vel fuſte,
& ligno in capite,aut ventre cum perforatione inteſtinorum, iuxtà d.cap.ſignificaſti.
lo ſecundo.de homi.vbi traditur per Feli.& qualiter incontinenti exiit fama publica.
quòd vulnus erat mortale,& quòd mortaliter fuit vulneratus,& quòd hoc ita aſſere-
bant homines,& quòd audierunt iſta publicè dici à quodam viro notabili, & appro-
bato,& ex hoc ideo credunt vulnus fore mortale: nam ei bono viro credendum eſt,
iuxtà gloſſ.in l.Titio fundus.ff.de condi.& demonſtr.& plenè Mar. in pra. in princip.
quando bono viro ſit credendum.ſecus tamen ſi duo teſtes aſſerant ſe credere vulnus
mortale,quia audierunt ab vno dici ſe vidiſſe vulnus, & quòd vulnus illud erat mor-
tale,etiam diceret,quòd ille ita iurabat: nam talibus teſtibus non creditur ſecundum
Andr.ibi,tanquam deponentibus de auditu vnius, niſi eſſet notabilis vir,vt ſuprà.ſe-
cùs tamen ſi dicunt quòd omnes talis caſtri dicebant vulnus eſſe mortale, vel maior
31 pars hominum atteſtetur:nam eis creditur vt ibi,per Math.poſt Andr.Quærit † etiam
Math.in vj.q.quid ſi teſtes examinati non deponant,nec dicant vulnus fuiſſe mortale,
vt quia examinati poſt vulnus,& ante mortem,& mors poſt menſem fuerit ſecuta, &
interim reperitur facta publicatio,an iidem teſtes, vel alij poſſint examinari facta pu-
blicatione ad probandum vulnus eſſe mortale? concludit quòd ex officio iudex poſſit
examinare,& repetere,non ad inſtantiam partis, vt ibi plenè tradit, quando ad offen-
ſam,facta publicatione, teſtes poſſunt examinari, & quando ad defenſam, an medici
verò & experti? dic ꝙ poſſunt indiſtinctè percipi,& examinari facta publicatione,cùm
non propriè dicantur teſtes,ſed aſſumi potius vt iudices, ſecundum Bart. in tracta.de
teſte.verſic.teſtis dicit aliqua.ita per Bald.in d.c.propoſuiſti. & ibi Fel.in.iij. concluſio.
verſic.ſubdit notanter.& per Bald.ln ò.& Panor.in c.cauſam.de proba.vbi etiam Fel.
& Ana.in d.c.ſignificaſti.Feli.in c.fraternitatis.verſic.item limita niſi fuiſſent producti
teſtes de peritia artis.de teſt. Alexand.in conſil. cxlviij. Math.in d.conſtitur. terminum
32 vitæ.ix.quæſtio. Sed † quid ſi adhibentur duo, aut tres medici, & ad inuicem diſcor-
dant:nam vnus dicit vulnus mortale,alter dicit non mortale, cui magis erit creden-
dum? dic quòd ſi plures ſunt numero aſſerentes mortale,vel non mortale, & tunc ma-
gis creditur iſtis pluribus,quàm paucioribus. l.iij.§.j.in verſic.numerus.ff.de teſti. no.
Bart.in d.l.j.in prin.verſic.vlterius hæc lex facit in argumentum.ff.de vent.inſpic. Cy.
in l.bonæ fidei.vlt.q.C.de iureiur.Bart.in l.admonendi.verſicu. quæro quid ſi actor.ff.
de iureiur.& in l.vulgo.in fin.ff.de adminiſtr.tuto.Anto.de Butr.in capit. cùm dilecti.
quinto not.de electio.ſi verò numero ſunt ęquales,dignioribus credendum eſt.l.iij.§.
eiuſdem.ibi,aliâs dignitas.ff.de teſtib.idem peritioribus credendum eſt, vt per Bartol.
in dicto procem.verſic.ſed ſi diſcordent periti ab imperitis.Cy.per illum text.in l. diui
fratres.ff.de iure patro.Ange.idem in procem.ff.imò Anto.in d.propoſuiſti. Alex.poſt
33 Barto.in l.fin.in fin.ff.de ſica.quòd † etiam paucioribus peritis magis creditur, quàm
pluribus imperitis.Specu.in tit.de proba.§.fin.verſi.hoc quoque.pro peritioribus no.
34 glo.in can.vt te verum.lv.diſtinct.Feli.in d.c.propoſuiſti.in fi.Item † ſtatur deponen-
tibus veriſimiliora, & iuri conſona ſecundum Bald. in c.j.quib.mod. feud.amit. l.ob
carmen.§.fin.ff.de teſtib.cap.licet cauſam.de probat.& ſi pauciores eſſent, vt dicto §.
35 fin.Item † magis creditur aptiorem rationem reddentibus,maximè non interrogatis.
Iacob.Butr.& Bald.in l.presbyteri.in fin. C.de epiſcop.& cleric.& in cap.primo.§.ſa-
cramentum.de conſuet.recti feud.Roma.in l.prima.in princip. ff. de oper.noui nunt.

36 Item † magis creditur in ſpecie deponentibus, quàm in genere. Nicol. de Neapo. in l.
37 turpia. ff. de leg. j. per not. per Innoc. in c. auditis. de præſcrip. Item † magis creditur af-
firmantibus, quàm negantibus, vt not. glo. in c. j. de præſcript. in vj. Bald. in l. actor.
C. de probat. & in l. ij. C. de reſcinden. vendi. Imol. in l. inter pares. ff. de re iudi. ita de
præmiſsis per Alexand. in conſi. cxlviij. ij. vol. & Cepo. in dicto conſil. xxviij. ij. dub. &
Felin. in d. cap. propoſuiſti. in fin. & per Gand. in rub. de homic. circa fin. vbi magis cre-
ditur duobus aut tribus affirmantibus, quàm decem, aut viginti negantibus. Socin.
38 in tract. fallen. in regu. ccccxxvj. incip. teſti. vni. ij. fall. ſi verò † omnes ſunt æquales,
tam ſcientia, & numero, quàm cæteris qualitatibus, de quibus ſuprà, & tunc aliqui
dicunt interpretari in duriorem partem contra vulnerantem, & vulnus iudicetur
mortale, & illum mortuum ex vulnere, vt per Bald. in c. j. in princ. quibus mod. feud.
amit. Catal. in tract. ſyndi. verſi. cclxxxvij. verſi. adde quòd quando. Felin. in dicto cap.
presbyterum. in fin. de homicid. Marſi. in l. j. verſic. item pro hac parte. C. de ſicar. & in
l. j. §. diuus. ff. eod. Thom. Gram. in conſil. xlix. aliqui verò in mitiorem partem, quòd
vulnus non fuerit mortale, nec mortuus ex vulnere, vt per Bald. in conſi. cxcv. j. volu.
in duobus locis. Cuman. in conſi. cliiij. Anchar. in conſi. cclxxxv. Bald. in l. data opera.
C. qui accuſ. po. Socin. in conſi. clxxviij. Ang. in glo. cicatrix. Felin. in d. c. propoſuiſti.
in fin. allegat Roman. in l. j. §. fin. ff. de verb. oblig. & gloſ. in can. clericus. lxxxj. diſtin.
Socin. vbi ſuprà. & fallen. Mar. in d. §. diuus. verſic. nec obſtat. doct. Bald. in d. l. prima.
verſic. nec obſtat doct. Bald. declara primum ſecundum Cepo. in d. conſil. xxviij. circa
fin. quando conſtabat de magno vulnere in loco periculoſo, & de medicis diſcordan-
39 tibus, vide per Mar. in pract. in §. & quia. num. 172. & in ſingu. ccxviij. Sed † ad quem
ſpectat electio medicorum, an ad iudicem, an verò ad partes? Gandi. in d. rubr. de ho-
micid. in fin. dixit quòd ad partes, nec debet iudex ſe intromittere, niſi quando partes
diſcordauerint, idem tenet Ioan. And. in Spec. in tit. de homic. §. j. in princ. & Auguſt.
40 poſt Ang. in d. glo. ex interuallo. Sed quid † ſi à pluribus fuit vulneratus, & mortuus,
& vnus medicus dixit mortuum ex vulnere Titij, cum conſtabat de eius vulnere, &
ex hoc fuit Titius condemnatus per ſententiam, ille verò Titius petit quòd alij medi-
ci peritiores adhibeantur, qui adhibiti dixerunt non mortuum ex vulnere Titij, ſed
ex vulnere Sempronij: an ſententia lata contra Titium valet, an non? Gandi. ponit
hanc quæſtionem in d. rub. de homic. circa fin. verſic. pone, quòd an ſi quis. & conclu-
dit, quòd non valet ſententia, ſicut in ſententia lata propter falſos teſtes, & inſtru-
menta, idem tenet Ioan. And. in Specu. in rubr. de homic. §. j. verſi. ſed pone. & Bald. in
d. l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſoluto matr. Roman. hoc putat mirabile. in l. admonendi. ff. de
iureiur. Florian. in l. ſi dominus ſeruum. cum ſequen. in fin. ff. ad leg. Aquil. Angel. in l.
quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edi. Bald. dicit ſe in facto vidiſſe. in Spec. in tit.
de confeſſ. Bald. & Salyc. in l. teſtium. C. de teſti. Anan. in cap. ſignificaſti. de homici. &
hanc dicit communem Felin. in dicto c. propoſuiſti. iiij. concluſ. vbi plenè tradit Bon.
in titu. de inſul. & percuſſ. verſi. pone quòd Martinus à pluribus. & Felin. in dicto cap.
ſignificaſti. & in d. cap. propoſuiſti. aſſerit Panorm. & Aretin. tenere contrarium, niſi
appellaſſet infra decendium, & ibi limitat hanc communem tribus modis, primò
dummodò iudex adhibuerit moderamen in admittendo ſecundos peritos, ſecundùm
Anan. in d. cap. ſignificaſti. Secundò niſi lex ſuccurreret condemnato de alio remedio
aduerſus peritum, vt quia dolo, vel imperitia ita medicauit. Tertiò niſi eſſet quid à
lege introductum, vt ſtetur iudicio medicorum dando certum remedium, vt ibi per
Felin. & vide de hac quæſtione, per Alexan. in l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſolu. matr. & plenè
41 per Mathe. in d. conſtit. terminum vitæ. lx. quæſt. & Pan. in d. c. ſignificaſti. Et † ſic no-
tandum eſt ſententiam latam ex priuilegiata probatione, vel ex ſententia peritorum

non

non tranſire in rem iudicatam,ſed poteſt quandoque retractari per alias probationes, & ſententiam aliorum magis peritorum,vt tradunt doct.in l.admonēdi.ff.de iureiur. Mar.in pract.in §.opportunè.verſi.vnus eſt caſus. & in §.ordine. vbi de hac quæſt. De
42 iudicio † medicorum aſſerentium mortale,vel non mortale:nam poteſt reſcindi ex dicto aliorum peritorum. Alex.poſt Bart.in l.fin.ff.de ſicar.in fin.vbi Mar.in fin.& in l.j. verſi.item alius eſt caſus.C.de rap.virg.& in l.j.§.fin.verſi.vnus eſt caſus.ff.de quæſtio. Math.in d.conſtit.terminum vitæ.Anton.& Imol.in dicto c.propoſuiſti. Phil.Fran.in cap.cùm ceſſante. & in c.intimaſti. de appellat. & vide de prædictis aliqua per Bel. in pract. in rubr.de quæſt. de materia medicorum, & de omnibus per Decium plenè in d.c.propoſuiſti.verſi.expeditis textualibus.q.iij.cum ſeq. vbi de diſcordantibus.xxiiij. quæſt. an cum iuramento etiam de prædictis. vide Par.in tract. ſyndi. vbi quid ſi non ſunt medici,quòd iudex tunc arbitrabitur, & qualiter deponent, & de credulitate,in verbo,tortura. verſic.officialis.& ſequen.vbi qui dicantur medici, & quot requirantur,& quid ſi diſcordant,& ibi an à iudicio medicorum poſsit appellari,in verbo,ne-
43 gligentia, vbi quòd non tranſit in rem iudicatam. Et † not. quòd de iudicio medicorum apparere debet in actis,vt per Alex.poſt Bar.in procem.ff.& Petr.de Suza.in l.iuriſiurandi.C.de teſta.& vide de prædictis, per Bald.in l.directas. C.de manu.teſtam.& in l.rationes.vj.quęſt.& ibi per Salyc.C.de fide inſtru.& in l.iudices.C.de ſenten.Ang.
44 in l.qui luminibus.ff.de ſer.vrb.prædi.ſed quid † ſi moriens dicat ſe mori culpa medici,an excuſet percuſſorem? Anch.in c.fin.de ſucceſ.ab inteſt.quòd non,ſi contrarium probari poſsit,dic vt per Felin.in c.exhibita.de homic.& ſuprà fuit dictum.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem in duello licito,non tenetur de homicidio.*
2 *Victus & captus in duello, non poteſt impunè alium occidere in duello.*
3 *Clericus de licentia Papæ occidens aliquē in duello, & bello iuſto,non efficitur irregularis.*
4 *Duella an ſint licita vt vnuſquiſque poſſit indicere.*
5 *Duellum in quibus caſibus licitum erat iure regni,& Longobardo.*
6 *Duellum vt indici poſſet quæ requirebantur.*
7 *Duellum hodie an ſit prohibitum in regno,& iure canonum.*
8 *Duellum quando eſt licitum,ſi quis ſit condemnatus ad mortem,ſi ei inferatur duellum, non poteſt exequi ſententia capitalis donec expediatur duellum.*
9 *Duellum hodie indicens incidit in crimen leſæ maieſtatis.*
10 *Duellum ſi ſit licitum & permiſſum, conuictus in pugna non punitur pœna capitis, ſed mitiori.*
11 *Vaſſallus regis comes,aut baro mouens guerram in regno tenetur crimine leſæ maieſtatis.*
12 *Guerra mota vt teneatur,requiritur quòd paret & congreget homines,& ſoldatos ad modum guerræ,& exercitus,& nu.15.an debeat cum vexillibus & tamburis.*
13 *Domini terrarum in regno an ex cauſa mouere poſſunt guerram in regno.*
14 *Baro ſi congregauit gentes,& per vim accepit caſtrum,& fuit homicidium ſecutum, an pœna capitis teneatur.*
16 *Guerram mouendo in regno, an teneatur duplici pœna de guerra mota, & vi publica,& quando vna pœna confundatur cum alia ex inſultu, & percuſſione,vel inſultu,& admenatione, & an vtraque.*
17 *Armatus ſi prohibeo ne quis vtatur re ſua ſi arma non extraho,an teneat de vi publica, & portatione armorum.*
18 *Inſiliēs aliquē enſe euaginato ipſum inſequēdo an teneatur de vi publica,& an in ſolo committatur vis publica,et de materia armorū.n.19.& de pœna pcuſſionis cū armis.n.20.*

21 *Vulnus ſi non deformat an puniatur pœna manus.*
22 *Pœna baſtonantis,& percutientis aliquem baculo,quæ ſi in regno.*
23 *Ignobilis ſi nobilem verberauerit,qualiter fiat ſatisfactio.*
24 *Satisfaciendo ſi quis ponat ſe in manibus offenſi qualiter arbitrabitur, & an ad mortem.*
25 *Percutiens cum baculo in capite ſi occidat,an teneatur pœna capitis.*
26 *Percutiens cum baculo ſi vulnerat in capite, an teneatur pœna mortis.*
27 *Expilans barbam qualiter puniatur, aliter pugno aut alapa.*

1 VNDECIMO Excuſatur † occidens aliquem in duello licito:
nam non tenetur de homicidio, text.in c.j.§.ſi quis hominem.ibi,
niſi in duello.de pace tenen.& ibi per Bald. & per alios. Gandi.in
rubr.de pœn.verſic.non punitur.Ana.in rubr.de cleric.percuſ.in
due.Ioan.de lig.in tract.de bel.ante fin.Lauren.calc.in conſilio ij.
2 Mar.in rub.ff.de ſicar.vij.limita. Tempera † tamen, niſi in duello
fuiſſet victus, & captus: nam non poſſet illum occidere, per l.li-
bertas.ff.de ſta.hominum.per Paul.in conſil.cxcij.& Mar.in l.j.in princip.ff.de ſicariis.
3 Amplia † etiam in clerico de licentia papæ: nam poteſt occidere in bello iuſto, tam ma-
nibus quàm conſilio,& hortando,nec efficitur irregularis,vt per Felin.in cap.petitio.
verſi.ſecunda concluſio.de homic.& ibi vide quæ requiruntur, vt liceat clerico arma
4 capere,& occidere.Sed † an duellũ ſit licitum, vt vnicuique liceat indicere duellum,
dic quòd iure communi erat licitum duellum, vt plenè tradit Bart. & poſt eum Alex.
& Iaſ.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.& Bald.in l.de his.C.depoſi. & in l.cùm filius.§.
fi.ff.de leg.ij.Par.in tract.de duello.& Ioan. de lig.in d.tract. de bello.Specul.in titu.de
accuſat.§.vj.verſic.quid ſi.cum ſeq.Bald.in c.j.Anan.in c.j.de cleri.percuſſ.in due.& in
5 rubr.eo.titu.Iure † etiam Longobardo permittebatur,vt in Longobardo.ſi.de homi.
iure etiam regni permittebatur duellum prius indiſtinctè, poſteà verò fuit prohibitũ,
niſi in duobus caſibus,& in his remanſit ſtatutum vt in morte abſcõſa, vt ſi quis pro-
ditoriè,aut veneno aliquem occiderit,& in crimine læſæ maieſt. vt ceſſantibus plenis
probationibus,& ſtantibus indiciis inferebatur duellum:ſi verò offerebat probari,&
poſteà deficiebat in probatione, non erat locus duelli, cùm ſemel viam probationis
elegerit,ita ſtatuitur in conſtit.reg.monomachiam,per Andr.& Math.iij.not.& Bald.
in d.c.j.vbi etiam per Andr.an permittatur duellum.Capi.verò in deciſio.ſacri.conſil.
cxxx.in fi.dicit habere locum duellum in perduelliones, non in aliis criminibus læſæ
maieſt.per eum,& vide gl.in §.per contrarium.in gloſſ.in verſic.perduellionis. inſti.de
hære.quæ ab inteſt.defer.quæ autem requirebantur in duello,plura ponit Bald. in d.l.
6 cùm filius.§.fi.& Par.in dicto tract.Et † extant aliquæ conſtitut.vt conſtitut.præſenti
lege.vbi iuratur,& in conſtitutione,ſummo periculo.& in conſtitutione,conſuetudi
nem prauam. & in conſtit. nullus campio. vbi de victo aliàs in duello an poſsit duel-
lum indicere,quòd nõ, ſed ei indici poteſt,& in dicta conſti.qualiter ſe habere debent,
& de fraude,& dolo eorum, & de qualitatè tam in armis, quàm ætate, & de modo in
duello adhibendo,in quibus traditur materia duelli, & vide ſeptem deciſ. per Guido.
7 papæ deciſ.dcxvij. vſque ad deciſ.dcxxiij. de materia duelli. hodie † verò indiſtinctè
duella ſunt prohibita etiam in illis duobus caſibus mortis abſconſæ, & læſæ maieſta.
crimine,vt per Andr.in dicta conſtit.monomachiam.ij.q.v.c. monomachiam. vbi gl.
& capit.primo.de cleric.pug.in due.& cap.primo.& tertio.de purga.vulga.& per Iaſ.
in dicta l.ex hoc iure. And.in dicto cap.primo.& Mat.in dicta conſtit.monomachiam.
Cyn.& Bald.in l.negantes.C.de actio.& oblig.& in l.fi.C.de probat.doct.in capitulo,
olim.de reſtitut.ſpoliat. & in extrauagan. Ioan.xxij.incip. quia in futurorum. & dixit

Ang.vt refert Ino.in l.is qui reus.ff.de publ.iud.quòd lucratus fuit centum florenos,
cum conſuluit cuidam cui duellum erat indictum,quòd non tenebatur acceptare,ſed
erat excuſatus ex quo prohibitum,vt per Iaſo.in dicta l.ex hoc iure.quod nouiſsimè
in regno approbatur per nouellam pragina.ſuæ maieſt.cæſa.ſuper duello, per quam
penitus ſunt interdicta duella, & non tenetur acceptare, & non acceptando non eſt
ei dedecus, & acceptando punitur vt in ea, & non comparens citatus intrà triduum,
eſt foriudicatus ipſo iure contra conſtit.regni,pœnam eorum. in aliquibus verò par-
tibus ſunt ex cõſuetudine licita,vt per Bal.in d.l.de his penes.C.depoſ. & Sig.de hom.
8 in conſi.xcvj.vt apud vngaros.Et † not.quòd in caſu quo ſunt licita duella, ſi aliquis
eſt condemnatus ad mortem,ſi ei inferatur duellum,non poteſt fieri executio ſenten-
tiæ capitalis contra eum,ſed debet ſuperſederi donec finiatur duellum,ita Bartol.poſt
antiquos in ſecunda lectu.in l.Imperator.la prima.vj.q. de ſtatu.homi. quod adde ad
alios caſus,vt per Mar.in pract.in §. opportunè. vbi ponit caſus in quibus impeditur,
9 & differtur executio ſententiæ capitalis.In † tantum eſt hodie prohibitum duellum,
quòd qui in licit duellũ,incidit in crimẽ læſæ maie.vt per Mat.in deciſ.cclxv.verſi.xxj.
10 Et † no.id quod dixit Bal.in l.fi.in fi.C. de prob. quòd ſi permiſſum ſit duellum,quòd
conuictus per pugnam,& duellum non debet mori,ſed mitiori pœna puniri, vt quòd
amputetur ſibi manus, vt per eum, & ſic not.cauſam excuſationis à pœna ordinaria.
11 Idem † ſi vaſallus regis in regno, vt Comes,aut Baro moueret guerram in regno con-
tra aliquem,tenetur crimine læſæ maieſt.vt in conſtit. Comes & Baro. primo not.vbi
publicatis bonis capite punitur,dummodò publicè faciat, & per Mathe.in d.verſicu.
xxj.quòd ſit crimẽ læſæ maieſt. mouere guerram in regno,tenet ibi in d.conſtit. And.
& Math.iij.not.& per Capi.in dicta deciſ.cxxx.& vide tradita per Guid.pap.in deciſi.
ccccxxxvij. quam vide in hac materia congregationis hominum armatorum, & de
12 duello & diffidamento,& in deciſ.cxcj.& deciſ.cxiij. & † not.etiam ad hoc, vt locum
habeat d.conſtit.& cap.reg.incip. dum regiæ conſiderationis. neceſſe eſt, quòd faciat
quis comitiuam armatorum ad alicuius offenſionem publicè parando homines ar-
matos,& ſoldatos ad modum exercitus abſque iuſſu, & licentia regis,nec eſt neceſſe
probari quòd cum vexilis,banderiis,& tamburis hoc fecerit, & gentes cõgregauerit,
ſed ſi interueniant,multò magis punitur,ita Andr.ibi, & Matheſi.tertio not. vbi di-
cunt de guerra mota,non poſſe cognoſcere inferiorem magna curia vicariæ, ſed ipſa
ſola cognoſcit,& pœna illa capitis dicitur ad mortem naturalem,non ciuilem, vt ibi
13 per Mathe.in v.not.vbi etiam,quia crimen eſt læſæ maieſta. & † vide an domini terra-
rum poſsint mouere ex iuſta cauſa bellum in regno,per Capi.in deciſ.ſac. conſil.xxvij.
14 hæc † etiam faciunt pro deciſione quæſtionis Bald.in l.data opera. C.qui accuſa.poſ.
inquantum quærit,quid ſi aliquis Baro congregauit gentes,& per vim accepit caſtrũ,
& homicidium fuit ſecutum,an teneatur pœna capitis, iuxta l. quoniam multa.C.ad
leg.Iul.de vi pub.& Math.in conſtit.pacis cultum.vij.caſu in quibus,dic,& declara,vt
15 per eos.Et † not.ad intellectum d.conſtit.quæ traduntur per And.ibi in dicta conſtit.
Comes vel Baro,quòd ad hoc vt locum habeat dicta conſtitutio,eſt neceſſe quòd ho-
mines fuerint congregati ad modum guerræ, & cum banderiis, & tunc tenetur de
guerra mota:aliàs enim ſi non ad modum guerræ,erit vis publica,& ſic mitiori pœna
teneretur,iuxtà §.item lex Iulia.inſtitut.de publi.iudic.vbi deponatur, & ſic videtur
contrariari dictis per Mathe. ibi,tertio notab.ſed dic quòd aut ſit cum vexillis, & iſta
qualitas aggrauat, & punitur de guerra mota: aut ſine vexillis, & tunc aut con-
gregantur ad modum guerræ ſoldando homines, & ſoldatos, & incedendo ad
modum guerræ, & tunc etiam tenetur pœna dictæ conſtitutionis. & ſic loquitur
Matheſilanus.& Andræas,aut non ad modum guerræ,licet cum comitiua hominum,

& tunc aut non armatorum,& tenetur de vi priuata, aut armatorum,& tunc tenetur de vi publica, ita deprehenditur ex dictis Andr.ibi. Et in quibus caſibus licitum eſt indicere bellum alicui,& an vna ciuitas alteri,& de effectu indictionis belli, per Bart.& poſt eum Alexan.in l.hoſtes. ff.de cap.& poſtlim.reuerſ.& ibi ſi ciuitas facit iniuriam
16 ciui ſuo an poſſet pugnam & bellum indicere,& per Oldra.in conſi.lxx. Sed † an concurrente qualitate guerræ vtraque pœna teneatur, de vi publica,& guerra mota, dicit Andr. quòd vna non tollit aliam, niſi in eo, quod plus eſt, idem dicit etiam in conſtit. intentionis, vt vna pœna dictæ conſtitut. non tollatur per aliam de vi publica,& vide per Thom.Gram.in conſil.xliij. vbi plenè idem dicit Andr. extrahens arma & admenans,& non percutiens, tenetur duplicata pœna, conſtitutio.aſperitatem.j.lib. vbi tenetur duplicata pœna armorum, corrigens in hoc legem Corneliam, de ſica. vt etiam, ſi dolo extraxerit,& admenauerit,& non occiderit, punitur duplicata pœna armorum,& non lege Cornel. de ſicar.& punitur etiam de vi publica, vt ibi per Andr.& Mathe.& vna non tollitur per aliam, non tamen quòd puniatur pœna manus,& de vi publica iuxta conſtit.ſi quis aliquem.per quam percutiens etiam animo occidendi,& non moriatur, tenetur pœna manus,& tunc ex quo vtraque tendit ad vindictam, vna tollitur per aliam.l.ſenatus.ff.de accuſ.ita per Andr.in d.conſtit.intentionis noſtræ.& vtrobique.per Math.xj.quæſt.& in d.conſtit.ſi quis aliquem.circa fin.& in d.conſtitu.
17 intentionis.per Andr.& Mathe. quid ſi † armatus prohibeo aliquem, ne vtatur re ſua,& arma non extraho, an tenear de vi publica,& pœna portationis armorum? dicit non teneri de vi publi.& pœna portationis armorum, nam de vi publica non tenetur ex ſola prohibitione, niſi armatus non ſinam vti illa re, nam tunc vtraque teneor.
18 Et not.caſum † in quo conſuluit Thom.Gra.in conſi.xliij.de quodam armato inſultante malo animo,& enſe euaginato proſequente inſultatum, an ipſe teneatur de vi publica, vt ſic etiam de vi teneatur, ſi ſolus armatus vim intulerit,& non cum cœtu,& hominibus coadunatis? fuit concluſum, vt ibi refert, teneri ſolum inſultantem, cum armis de vi publica,& etiam pœna portationis armorum,& quòd in vi publica non requiritur cœtus,& coadunatio, bene ſi interuenit, tenetur, per l.qui cœtu.ff.de vi public. ſed ſolus armatus ſi conſtat de vi, tenetur, cœtus autem fit ad effectum, vt appareat de vi,& præſumatur ſi aliter non conſtat: conſtito verò non requiritur, ſed per vnum armatum committitur, vt ibi per Thom.in d.conſil.xliij. vbi dicit ita teneri in magna curia, ſecundum quandam apoſtillam, tamen contrariæ adducuntur rationes,& per Mathe.in d.conſtit.ſi quis aliquem. in gloſ.ij.& etiam per Thom.Gram.in
19 conſil.lv. Et de † materia armorum qui poſſunt portare arma,& qui non,& quæ ſit pœna portationis armorum, proſequere, vt in d.conſtit.intentionis.& ibi per Mathe.& an doctor poſſit ducere arma,& ſcrutari de armis per familiam, dic vt per Barto.in d.l.medicos.C.de profeſſo.lib.x.Felin.in rubr.de magiſt.& Par.in verbo, doctor. quòd
20 non poteſt ſcrutari. De pœna † verò percuſsionis cum armis, dic, vt in conſtitutio.ſi quis aliquem. per quam pœna manus imponitur, quæ quando locum habeat, dic,& proſequere vt ibi per Mathe. vbi multas quæſtiones vide,& quòd non habet locum pro leui vulnuſculo,& modica cutis ſciſſura,& in cap.xj.§.ſi quis.de pac.tenen.& in c.reg.ſi quis cum roncha.& per Angel.in glo.percuſsit.& in gloſ.ſeq.& ibi per Augu.& per Mar.in prac.in §.& quia. vbi de materia percuſsionis,& vulnerum,& per Boni.
21 in rub.de inſul.& percu.& in tit.quid ſi accuſatio.& Gand.in rub.de pœn. Et an † pro vulnere non deformante imponatur pœna manus? dic quòd in non conſueto delinquere non imponitur, ſed pecuniaria, vt in c.reg.ad peruerſorum. Tho.Gra.in vo.xx.& Mathe.in d.conſtit.ſi quis aliquem.& de materia armorum per Mar.in pra. in §.pro complemento.& de pœna extrahentis arma,& admenantis, vt in conſti.aſperitatem.

22 & ibi per Mathe.& Ange.in glo.admenauit. Et de † pœna baſtonantis,ſeu verberantis aliquem,dic vt in conſtit.vt dignitatum ordo ſeruetur.iij.li.vbi fit diſtinctio,quòd ſi burgenſis, aut vallectus, qui non ſit nec ruſticus, nec burgenſis, nobilem,ſeu militem verberauerit, punitur pœna manus, dummodò nobilis, & miles militari modo viuat,& nobiliter, aliàs non punitur pœna manus, ſed extra ordinem punitur, vt per glo.in conſtitut.vt vniuerſis.& Andr.& Math.in d.conſtitutio. vt dignitatum.primo notab.ſi nobilis aut miles minus nobilem verberauerit, nobilitatis cingulo, ſeu militiæ priuatur, & exulat per annum : ſi burgenſis aut ruſticus à milite verberatur, iuxta taxatam iniuriam puniatur, dummodo non ſit dominus verberantis, & ſic ſi dominus vaſallum verberet,non punitur,vt in conſtit.ſi vaſallus à domino.And.& Math. ibi in fin.d.conſtit.vt dignitatum.in aliis perſonis extra ordinem punietur,iuxtà qualitatem perſonarum verberantis,& verberati,aut iuxta l.fin.ff.de iniur.vt per Mathe. in conſtit.ſi quis aliquem.& glo.verſi.ſed iuxta hanc glo. & nouiter per Tho.Gram. in deciſi.xvij. quæ ſit pœna verberantis cum baſtono, & expilantis barbam, & ante a per eundem in vo.xv.& in d.locis an erit locus foriudicationi,& quando pro verberi-
23 bus quod iniuria dicitur atrox.in deciſi.xcviij.in fin. Et qualiter † fiat ſatisfactio ſi humilis nobilem verberauerit,dic vt per Par.in tract.ſyndi.in verbo, compoſitio. verſic. quia pluries.ibi, nam ſi fuit vir humilis, vbi ponit plures modos ſatisfactionis, & ibi
24 in fin. quid ſi † ponit ſe in manibus offenſi, qualiter arbitrabitur:iure verò communi tenetur verberans,actione iniuriarum,vt in l.item apud Labeonem. §.ſi quis patra.&
25 §.ſi atrocem.ff.de iniur.& in l.aut facta.§.remius.ff.de pœnis. Et an † percutiens baculo in capite,& occidens,puniatur pœna capitis,dixi ſuprà in princ.& per Thom.Gra. in vo.xxiij.aliquid in conſi.iij.& in conſi.xx.vbi de mandante baſtono percutere, porhibendo, ne ferro, & ille ferro percuſsit, & occidit, an mandans capite puniatur, vt ibi,& per Felin.in c.ſignificaſti.lo ſecundo.de homic.Mar.in ſingu.incipien.voluntas,
26 & propoſitum.& in l.j.§.diuus.ff.de ſicar.& conſi.vij.& conſi.lxvij. Et de † percutiente cum baculo,& vulnerante,an puniatur pœna manus, & an banniri, & foriudicari poſsit,dic vt per Thom.Gram.in vo.xv.quòd non pœna dictæ conſti.ſi quis aliquem. & ſi cum comitiua foriudicatur,& per Mathe.poſt Andr.in dicta conſtitu. ſi quis aliquem. vbi ſi ſit apertura, & ſciſſura cum ferro, punitur pœna dictæ conſtitut.vide vt
27 per eum. Et de † pœna expilantis barbam, vel percutientis pugno, aut alapa, vel baſtono,dic vt in cap.primo.§.ſi quis aliquem.de pac.tenen.ibi manu vacua, ſeu calida. vbi in ducatis decem parti, & viginti fiſco, vt per Mathe.poſt Barto. de Cap.in dicta conſtitu.ſi quis aliquem.ij.glo.verſic.ſed iuxta hanc glo.& per Thom.in dicto vo.xv. Roma. in ſingu.xlj.& Nell.in tract.ban. ſecunda parte ij. temp. quæſt.liij. & ſequen. vbi ſi baſtono, Bart.in conſilio clxix. in fin. Auguſt.poſt Angel.in glo.ſanguis exiuit: verſic.iuxta.de expilante barbam, & de admenante cum baſtono, & percutiente, aut admenante cum pugno,& non percutiente, dic vt in l.item apud Labeonem. §.ſi quis pulſatus.& ibi Bart.ff.de iniur.Angel.in glo.admenauit.& per Iaſ.in l.j.in fin.ff.quod quiſque iur.& de pœna expilantis barbam,per Tho.in deciſi.xvij.& de alapa in deciſi. xiiij.vbi pro bimeſtri fuit relegatus. Adde Angel.in §.pœnales.inſtitu. de actio.in glo. in ius vocaſſet,qui alapam non eſſe atrocem iniuriam, & vide per Iaſ.in l.j.C.de preci. imperat.offer.niſi officiali daretur,vt per eum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidentibus pluribus ſi neſcitur quis occiderit, nec apparere poteſt, an omnes puniantur ratione incertitudinis,& qua pœna.*

2 *Homicida incertus de certis pœna pecuniaria punitur,incertus de incertis nulla.*

3 *Percutientes plures ſi occidant deliberato & communicato conſilio, omnes tenentur de auxilio.*

4 *Occidentibus pluribus, ſolitus poteſt torqueri, ſi neſciatur quis occiderit.*

5 *Occidentibus pluribus inceptor rixæ & caporalis punitur pœna capitis, alij mitiori.*

6 *Lapis ſi proiiciatur pluribus exiſtentibus in coquina, & occidatur, tenentur pœna pecuniaria, niſi ex propoſito fuiſſent coadunati, vt num. 7.*

8 *Pax ſi facta eſt inter duos, vel præſtita fideiuſſio de non offendendo, ſi ſimul ſe offendant, & non apparet quis primò percuſſit, neuter tenetur ad pœnam fideiuſſionis ratione incertitudinis.*

9 *Aggreſſor cùm neſcitur ſi plures ad inuicem ſe percutiant, nemo punitur ratione incertitudinis.*

1 TERTIODECIMO Excuſat † incertitudo, & ideò ſi plures
ſimul in inſultu & rixa percuſſerint, & occiderint, & percuſſus ſta
tim mortuus ſit, nec apparere poteſt quis mortiferè, & quis non
mortiferè, vel quia vnũ vulnus mortale habebat, & neſciebatur
à quo percuſſus, quòd ratione incertitudinis omnes tenentur
pœna pecuniaria, & nõ corporali, de quo ſuprà fuit dictum: hanc
quæſtionẽ ponit Gand. in rub. de homi. ver. pone quęſtionẽ, & cõ-
cludit omnes doc. ita dixiſſe, ad effectum verò irregularitatis tradit gl. in can. ſtamus.
xlij. diſt. & Spec. in tit. de diſpen. §. iuxta. ver. quid ſi quis in rixa. doc. in d. c. ſignificaſti.
lo ij. de ho. vbi Pan. Ana. & Fel. & vbi ſuprà, Specu. concludit, non eſſe irregularem, &
Card. in cle. j. de hom. xiiij. q. quo ad pœnã verò Bar. Alex. & Mar. in l. fi. ff. de ſic. Anch.
plures refert in con. ccxvij. Ana. & Fel. in d. c. ſignificaſti. Alex. in conſi. xv. j. vo. & conſ.
xlvj. iiij. vol. & conſi. cj. iij. vol. Bal. in conſi. ccccxlviij. iij. vol. & conſ. ccxj. vij. vol. plenè
Math. in d. conſti. terminũ vitæ. poſt Andr. iij. q. & xiij. fall. vbi concludunt pecuniaria
pœna teneri. Boni. in tit. de pœnis. in fi. & in tit. de inſult. & percuſſ. vbi quòd inceptor
rixæ, ſi apparet, tenetur pœna corporali, alij de vulnerato, & in titu. quid ſi accuſatio.
Alb. in l. quoniã multa. C. ad leg. Iul. de vi pub. ꝙ omnes grauiter pecunia puniantur,
Mar. in l. j. in prin. vj limi. ff. de ſic. & in d. §. diuus hadrianus. & plene in rub. C. de prob.
2 nu. 418. & in d. l. fi. ff. de ſicar. & † not. quod dixit Boni. in tit. de homi. quòd homicida
incertus de certis, ſi neſcitur pœna pecuniaria punitur. ſi verò incertus de incertis, nul-
la pœna punitur, vt ſi pluribus in domo, aut cœnaculo, & coquina exiſtentibus vnus
3 lapidẽ proiiciat & occidat. Limita † primò, niſi omnes cõmunicato conſi. & ex pro-
poſito, & deliberato percuſsiſſent, tũc omnes tenẽtur, vt per Bar. in d. l. fi. & Tho. Gr. in
conſi. iiij. ſed Math. in d. conſt. terminũ vitę. iij. q. dicit procedere de iure cõmuni: ſecus
iure regni, cũ in eo factũ inſpiciatur, & non animus, vt d. conſt. aſperitatẽ. j. lib. ideò illi
non tenẽtur pœna corporali, ſed pecuniaria, cũ non conſtet omnes mortaliter vulne-
raſſe, licet animũ habuerint, ſed dic verũ eſſe, & procedit, vt puniãtur directa corneliæ
pœna, & de conſt. terininũ vitæ, nam ea non puniũtur, ſed tamẽ de auxilio tenentur, vt
4 per Bar. & Mar. in d. l. fi. Secundò † limita, quo ad condẽnandum, ſed tamẽ quo ad tor-
quendũ poteſt cõtra aliquẽ ſolitum aliâs cõmittere homicidiũ procedere ad torturã,
vt per Mar. in d. §. diuus. & in ſing. xvij. inci. ter vel quater. & Mar. in d. rub. C. de prob.
nu. 418. & plenè per Dec. in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. vbi torquetur ad oſtenden-
5 dũ quis intulit vulnus, & an ex propoſito, & tractatu habito. Tertiò † limita, niſi ap-
pareat inceptor rixæ, quis fuerit, & caporalis, nam ipſe ſolus punitur pœna capitis, alij
pecuniariter, vt Boni. in d. tit. de inſul. & percu. & per Marſi. in d. §. diuus. & per Gand.
6 in rub. de homi. verſi. Solutio. & in tit. de defen. areo. faci. Idem † etiã dicas de pluribus

exi

exiſtentibus in domo,& aliquis eorũ lapidẽ proiiciat,& tranſeuntẽ occidat: nã ſi non conſtet,omnes tenẽtur pœna pecuniaria ratione incertitudinis.& per Gand.in rub.de pœn.ver.pone ꝙ quatuor.Alb.in trac.de ſtat.iij.par.q.lxj.Pan.in d.c.ſignificaſti. Alex. in conſ.50.j.vo.Car.in d.cle.j.xiiij.q.Bal.in conſ.lxxxj.v.vo.& Boni.in tit.quid accuſa. verſi.ſed pone.& in tit.de pœ.Spec.in tit.de homi.& poſt eum Bal.& per Lud.in conſ.
7 cccej.Mar.in rub.C.de prob.nu.419.limita † ſecundũ Gand. vbi ſuprà,niſi ex propoſito,& apoſtato modo in domo fuiſſent coadunati,& vide in l.j.ff. de his qui deie.vel effud.multa de incertitudine proſequere per Mar.in d.rub.C.de prob. ex nu.354. vſq;
8. ad fi.& no.† illud quod dicit ſub nu.406.ſi fuit facta pax inter duos, vel præſtita fideiuſsio de ſe ad inuicẽ non offendẽdo,ſi ſimul ſe offendãt,& nõ appareat quis primò
9 offendit,ratione incertitudinis,nemo punitur.Eodẽ † modo de pluribus ad inuicem inſultãtibus,ſi non apparet quis primò fuerit aggreſſor,nemo punitur,vt ibi. nu.407. & 414.niſi ſit pro aliquo præſumptio quòd fuerit primò aggreſſor,vt quia robuſtior, nu.415.& illud quod dixit nu.413.ſi ad pedes duorũ reperiãtur arma, & neſcitur quis ea ibi attulerit,nemo tenetur de portatione armorũ,ꝙ no.pro conſt. intẽtionis noſtrę.

## SVMMARIVM.

1 *Delinquentium multitudo excuſat à pœna ordinaria,limita.*

2 *Strages vbi imminet multorum,pro homicidio non imponitur pœna capitis.*

3 *Vniuerſitas aut ciuitas delinquendo,aut occidendo, an & quando, & qualiter puniatur.*

4 *Vniuerſitas an qualiter poſſit delinquere, & an committendo, an omittendo & non committendo.*

5 *Vniuerſitas an dicatur committere homicidium, & an per regentes & conſiliarios.*

1 QVARTODECIMO Excuſat † multitudo delinquentium, vt not.gl.in l.aut facta.§.fi.ff.de pœn.& in c. dilectus. de ſymon.& cap.ſanè.de tempo.ordin.Par. in tract. ſyndic.in verbo,iuſtitia.& Math.in conſtit.vt delicti fines.primo not.Mar. in l.j.in prin. in fi. xix.limit.ff.de ſic.& in pract. in §.quoniam. vbi inducitur diſpenſatio pœnæ propter multitudinem perſonarum. Augu.poſt Ang. in gloſ.ex interuallo.& per Mar.in l.qui cædem.in fi.ff.de ſicar.&
2 dixit † Ange. in l.pen.C.de ſica.quòd vbi imminet ſtrages multorum homi. non imponitur pœna capitis.Felin.plenè in dicto capit.dilectus. in gloſſ. iij. limitat vij. mod. Primò, niſi multitudo defenderit delictum,glo.in can.commeſſationes.xliiij. diſtinct. Secundò,niſi eſſet delictum maximum, Archid. in can.denique. quarta diſtinct.& ibi Gemin.Tertiò,niſi eſſet multitudo religioſorum,Hoſtien.in cap.ea quæ.de ſta.mona. Quartò,niſi in pœna æterna,vt not.gloſſ.in dicto cap.denique.Quintò,niſi eſſet delictum in committendo,ſecundum Bart.in dicto §.fin.Sextò,niſi ceſſaret ſcandalum,gl. in cap.latores.de cleric.excommu.Septimo, niſi in multitudine eſſent principaliores, nam illi poterunt puniri,ſecundum gloſ.in dicto cap.latores.ita limitat ibi Felin. poſt
3 Gemin.& Archid.in dicto cap.denique.& Ana.in dicto cap.dilectus.Et † ex hac excuſatione,ſi vniuerſitas aut ciuitas delinquat,occidendo,aut aliter,an,& quando puniatur,& an pœna capitis,an pecuniaria,de quo in l.aut facta. §.fi.ff.de pœn. & dicto cap. dilectus.plenè per Gand.in rubr.de homicid.verſic.talis eſt.& Bart.in dicto §.fin. Ant. Ancha. Ana.Panorm.& Felin.in dicto cap.dilectus.reaſſumendo dicta Bartol.in dicto §.fin.Gemin.in dicto capitulo,denique.Cardi. in dicta clementina prima. §. ciuium.de pœnis. Bonifacius in titulo,quid ſit accuſa. Felinus in capitulo, dilecti. in principio. in verſiculo, vniuerſitatem.& in capitulo, omnes.de conſtitutionibus. ſexta declara.

& in cap.grauem. de ſentent.excommun. Panorm.in cap.auditis. de immunit. eccleſ.
Iaſ.& Dec.plenè in l.ciuitas.ff.ſi cert.peta.& in l.ſi pecuniam.poſt alios, eod.tit.Bald.
& Angel.in l.metum.§.animaduertendum.ff.quod met.cau.& in l.j.§.j.in l.ciuitates.
ff.quod cuiuſ.vniuer.no. Specu.in titu.de accuſat.in princ.verſic.ſed nunquid. Cyn.in
l.ſi quis in tantum.C.vnde vi.verſi.ſed pone.Bald.in l.polla.C.de his quib.vt indignis.
& in l.data opera.C.qui accuſa.poſ.Bald.in l.etiam.C.de executio.rei iud.& in l.ſicut.
§.ſi quid.ff.quod cuiuſ.vniuer.no.aliquid in auth.ad hæc.C.de vſu.& in auth.omnes.
C.ne vxor pro mari.Ioan.de lig.in clemen.j.§.ciuitas.de pœnis.Angel.in conſil.clxiiij.
& conſi.cxcv.Oldra.in conſil.cxcv.in conſi.cccxv. Gero.tor.in conſi.pro florentinis,
incipien.domine deus meus. Alexan.poſt Barto.in d.§.fin. Aretin. in conſil.clxiiij. aut
conſi.clxvij.incip.ſicut Ioan.in apocalypſi.Ang.in d.§.animaduertendum.Bar.in tra.
de Guel.& Gebelli.Bald.in l.j.§.fin.ff.de iuſti.& iu.Pau.in conſil.cv. & conſil.ccccxv.
Nicol.Boer.in tract.de ſedit.vij.præſuppo.Angel.in conſil.clxvij. Anchar.in conſilio
clviij.& in clemen.j.de pœnis.& conſi.cliij.& conſi.ccciiij.& conſi.ccxlviij. Alexan.in
conſi.xiij.vj.volum.Deci.in conſi.ccxxj.Panor.in cap.in geneſi.de electio. & in cap.in
cauſis.& poſt eum in apoſt.eod.tit.Ioan.And.& Gemi.& Philip.Franc.in c.felicis.§.fi.
de pœn.Paul.in conſil.lxxxvj.Salyc.in l.j.C.de ſedit.Socin.inter conſi.Curt.conſil.xx.
per totum,plenè Corn.in conſi.ccxxiiij.per totum.iiij.vol. per Mathe.in conſtit.gene-
ralia iura.iij.not.Paul.in conſi.ccccxv.& conſi.cv. plenè per Nicol.Boer. in d.tract.de
ſedit.vij.præſupp. & per Capi in deciſi.ſac.conſil.cxxx.xiij.ſpec. ex quorum omnium
dictis maximè Gandi. vbi ſuprà, & Barto.in d.§.fin.& Panorm.& Felin.in d.cap.dile-
ctus.primò erit videndum, an vniuerſitas & ciuitas poſsit delinquere.Secundò quo-
modo, & quando delinquit. Tertiò qua pœna puniatur. Quartò an punita vniuer-
4 ſitate,puniri poſsint homines,& particulares delinquentes vniuerſitatis. Circa † pri-
mum, aliqui tenent vniuerſitatem poſſe delinquere, per text.in dicta l.metum. §.ani-
maduertendum. ff.quod met. cauſ.not.in l.prima. §.ſicut. ff.quod cuiuſ. vni.no. & in
l.aliud.§.refertur.ff.de regu.iur. alij quòd non poteſt delinquere, per text.in l.ſed ſi ex
dolo §.primo.ff.de dolo.item vniuerſitas eſt nomen iuris, & non habet animum, nec
intellectum: ergo non poteſt delinquere, ita Innoc.in d.c.dilect. & in cap.grauem.de
ſenten.excommun. alij quòd poteſt delinquere in omittendo. l.iubemus. C.de ſacro-
ſan.eccle.non autem in committendo, vt homic.vel furtis, per rationes Innocen.vbi
ſuprà,ita refert Cyn.in d.l.ſi quis in tantam. quod tamen reprobat Bart.in dicta l.aut
facta.§.fin.nam etiam committendo delinquit, vt in authen. nulla communitas. C.de
epiſc.& cler.c.j.§.item communitas. de ſtatu.contra lib.eccle. & diſtinguit in dilictis
in committendo,cùm in omittendo fateatur teneri,per d.l.iubemus. quòd aut quæris
in his,quæ poſſunt fieri per ipſam vniuerſitatem, vt facere ſtatuta, & dare iuriſdictio-
nem, & imponere collectas, & ſimilia, & tunc poteſt ipſa vniuerſitas propriè delin-
quere.d.authen.item nulla communitas. & in d.authen.caſſa. & vnde ſumuntur. nec
poteſt dici quòd hoc faciat aliquis priuatus,ſed ipſa ciuitas, & vniuerſitas quæ habet
ius illud.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.l.fin.C.de iuriſdi.om.iud. & in conſtit.duram,
& diram. in j.lib. cum interpretatione. Capi.in deciſi. ſac.conſil.cxxx. quando dando
iuriſdictionem deliquit,cum conſtit.ſequen.aut in his quæ non poſſunt reſidere apud
vniuerſitatem,vt committere homicidium,vel violentiam,vel ſimilia,& tũc propriè
vniuerſitas non poteſt hæc facere,cum talia delicta requirãt veram perſonam, & non
fictam, vt eſt vniuerſitas. d.l.ſed ſi dolo. §.fin. ff.de dolo.nam vniuerſitas non eſt vera
perſona, ſed ficta, repræſentans aliam perſonam à particularibus, & ſingularibus. l.
mortuo.ff.de fideiuſſ.& plenè per Lud.in conſi.dcxvij.& Alexan.in conſi.cclxj. ij.vol.
5 Felin.in d.cap.dilectus. ideò † propriè non poteſt delinquere, impropriè verò dicitur
delinq

delinquere, & committere homicidium, & alia per regentes ciuitatem, & vniuerſitatem, & conſiliarios ſuos, quibus ex ſtatuto aut priuilegio commiſit vniuerſitas, iuxta l.j.in fin.cum ſequen. ff.de acquir.poſſ. & l.j.ff.de lib.vni. & ita intelligitur, quod traditur in d.§.animaduertendum. & in dicta l.aliud.§.refertur. & ita reſidet Bart.in dicta l.aut facta.§.fin. & Panor.in d.cap.dilectus.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Vniuerſitas quando dicatur delinquere, & quòd communicato conſilio ad ſonum campanæ, & non aliter.*

2 *Vniuerſitas abſque præcedente conſilio, & deliberatione loco & more ſolitis, etiam ſi duæ partes, aut totus populus concurrant etiam cum vexillis, & ſono campanæ gridando carne, carne, non dicitur delinquere.*

3 *Vniuerſitas quando non deliquit communicato conſilio, tenentur particulares homines interuenientes tantum tanquam ſeditioſi, & non alij.*

4 *Vniuerſitas tunc dicitur delinquere per regentes, & conſiliarios, vbi duæ partes, aut maior pars concurrant in loco & more ſolitis, habito tractatu, & deliberatione, & conſilio communicato, & non aliter.*

5 *Vniuerſitas non tenetur etiam ſi in delicto concurrat conſenſus conſulis, & officialium ciuitatis, vel etiam ſi ipſi concurrant.*

6 *Vniuerſitas an & quando teneatur ex delicto officialium, ſyndicorum, & adminiſtratorum.*

7 *Vniuerſitas non tenetur etiam ſi maior pars populi concurreret, & conſentiret, nam vnus ſufficit ad contradicendum vt vniuerſitas non teneatur.*

8 *Vniuerſitas tenetur ex delicto in omittendo, vt quia non occurrat delicto, & non defendat officialem vim patientem.*

9 *Vniuerſitas in delicto in faciendo habente tractatum ſucceſſiuum, vt guerra, & rebellio, tenetur etiam ſi non cõmunicato conſilio, propter tacitum conſenſum, & ratihabitionem.*

10 *Vniuerſitas tenetur ex expreſſa, vel tacita populi ratificatione, vt quia non exulant delinquentes.*

11 *Homines de vniuerſitate ſi dicant, ſi non fuiſſet factum, iterum feciſſemus, an dicatur vniuerſitas ratificare, vt teneri poſſit.*

1 CIRCA Secundum † quando dicitur vniuerſitas delinquere, dic, quando homicidium, vel aliud delictum fuit factum communicato conſilio, & habito tractatu, & deliberatione in loco ſolito, & more ſolito congregari ad ſonum campanæ, ſeu tubæ, & tunc interueniendo omnium deliberato conſilio, aut eſſet duarum partium, ſeu maioris partis in ipſo conſilio, tunc dicitur vniuerſitas, & ciuitas delinquere: nam tunc cenſetur factum à populo, vt per glo.in rubr. C.quæ ſit lon.conſuetu. Anan. in d.cap.dilectus.ij.fallen. & Ang.in d.c.animaduertendum. Imo. in dicto cap.cùm omnes. & ibi Felin.de conſtit.
2 aliàs autem † abſque præcedente conſilio deliberato, & loco, & more ſolitis, etiam ſi duæ, aut maior pars, aut ferè totus populus, & homines delinquerent cum vexillis, ſono campanæ, vel vocibus acclamando arma, arma, carnem, carnem, non dicitur vniuerſitas delinquere propter infantes, impuberes, mulieres, vel alios innocentes: ita
3 conſuluit Corn.in d.conſi.ccxxiiij.iiij.volum. & tunc † quando non ita communicato conſilio, tenentur particulares homines interuenientes, & non alij, tanquam ſeditioſi, ita glo.in d.l.aliud.§.refertur. & ita intelligitur gl. in dicto §.animaduertendum.

& in l.ſicut.§.j.ff.quod cui.vni.no.& ita declarat illas glo.Bart.in dicta l. aut facta.§.fi. verſicu.vlterius quæro.& Panor.in dicto cap.dilectus. pen.q.in fi. & Bald.in marg.in
4 verbo,vniuerſitas.vbi † tria ponit requiſita,vt ſuprà,& ita intelliguntur dicta aliorum doct.dicentium vniuerſitatem delinquere per regentes,& conſiliarios,& alios homines,maximè duabus,aut maiori partibus concurrentibus, vt procedat quando loco, & more ſolitis præceſsiſſet tractatus ,deliberatio , & conſilium , vt plenè ita declarat Nico.milus, in ſuo repertorio.in verſic.vniuerſitas. & tradit plenè Cor. in d.conſilio cccxxiiij.& Iaſ.in d.l.ciuitas.& Ioan.de lig. in d.cle.j.de pœn. vbi etiam Cardin.dicens aliàs euaſiſſe ciuitatem Bononiæ à quadam rebellione, & per Mar. in practi.in §. conſtante.& ita dicunt,& tenent omnes ſupradicti docto.in locis ſupra allegatis,maximè Panor.in d.c.in geneſi.Ana.& Fel.in d.c.dilectus.Ioan.Andr.& Gemi. in d.c.felicis.& Bart.in d.clemen.j §.ciuitas.de pœn.& Aretin.in d.conſil.cix.Bald.Paul. & alij.in d.l. ſicut.§.j.Paul.in conſi.lxxxj.& Ang.in conſil.clxiiij.& Nico. Boer.in d.tracta.de ſedi. & alij de quibus ſuprà.& Math.in conſt.dubitationem. viij. not.vbi multa,in fi.primi
5 lib.Amplia † etiam ſi concurreret conſenſus conſulis, non tenetur vniuerſitas, niſi vt ſuprà,ſecundum Oldra.in conſil.cccxv.etiam ſi adminiſtratores ,& officiales ciuitatis concurrerēt,vt per Oldr.in conſi.lxv.& Cyn.in l.iubemus nullam.C.de ſacroſan.eccl.
6 Bart.in d.§.fin.pen.quæſt.Alexand.in conſil.cv.tertio volu.ex † quibus an ex delicto officialium teneatur vniuerſitas, vbi limitant niſi vniuerſitas ratū habuiſſet,& etiam per Corn.in conſi.cccxiiij.vbi officiales,& adminiſtratores ciuitatis commiſerunt vnà ferè cum toto populo illud delictum,& tamen quia non communicato conſilio,conſuluit non teneri vniuerſitatem,ita etiam Nico.boer.in d.tract.de ſedi. vij.præſuppoſ. vbi de ſyndicis,& adminiſtratoribus delinquētibus an teneatur vniuerſitas,quòd non.
7 Amplia † etiam ſi maior pars populi concurreret,& conſentit,vt per Bald.d.l.metum. & Felin.in dicto cap.omnes.Alex.in l.quod maior.ff.de pact. Gubel.& Paul. in d.l.iubemus. vbi quòd vnus ſufficit ad contradicendum,vt vniuerſitas non teneatur , ſed
8 probari debet per coniecturas vnumquenque vniuerſitatis conſenſiſſe.Limita † tamē tribus modis,vt per Felin.in d.c.dilectus.& Iaſo.in dicta l.ciuitas.primò,vt locum habeat in delicto in faciendo,non in omittendo:nam tenetur abſque prædictis,vt per Salic.in l.j.C.de ſedi.per d.l.iubemus.& ſentit Bart.in d.l.aut facta.§.fin.& Nicol.bôer.in d.vij.præſupp.& per Capi.in deciſ.ſacr.conſil.cxxx.xiij.ſpeciali. vbi ſi ciues vident offendi officialem,& vim pati,& non defendunt, tenetur ciuitas, nec requiritur conuocatio populi.& per Math.in conſtit.dubitationem.viij.not.vlt.limit.in fi.j.lib. Secun-
9 dò † limita etiam in faciendo,dummodò habeat tractatum ſucceſsiuum,vt guerra,& rebellio:nam tunc tenetur vniuerſitas , etiam ſi prædicta non interuenerint , propter tacitum conſenſum,& ratihabitionem,vt per Anchar.in conſil.clxij.aliàs clxxxviij.& in d.cle.j.de pœn.vbi Card.ij.q.& Ana.in d.c.dilectus.& per Salycet.in l.j.C.de ſedi.& per Felin.in d.c.cùm omnes.de conſtit. xix.& in vj.declara.& per Iaſ.in l. ciuitas. & in l.ſi pecuniam.ff.ſi cert.petat.& per capi.in d.deciſ.cxxx.xiij.ſpecia. vbi in quibus tenetur ciuitas, & quando , quod tamen intellige quando voluntariè , & nō coactè rebellauerit vniuerſitas,vt proſequitur Math.in vlt. conſtit.primi lib.incip.dubitationem. & in hoc videndum conſilium Tho.Gra.in cauſa domini Ioannis Bapt. de abenauo-
10 lo.quod eſt conſil.xxxj.Limita † tertiò niſi interueniſſet expreſſa, vel tacita ratificatio populi,& vniuerſitatis,vt quia non puniuntur, nec exultant delinquentes:nam tacitè ratificare dicitur,vt per Card.& Anch.in d.clemen.prima.& per Math.in d.conſt.dubit.viij.not.idem dicit Bart.in dicta l.aut facta.§. fin.ſi homines de vniuerſitate expulerint me de caſtro quod ipſa retinet,nam tacitè videtur ratificare.l. ſed ſi ex dolo.§.j. ff.de dolo.l. prima. §.deieciſſe. ff.de vi & vi armata.& Innocen. in dicto capit. grauem.

Sed

13 Sed † quid ſi dicant homines,ſi non feciſſent iterum feciſſemus,an videntur ratificare? dic vt per Cor.in dicto conſilio.ccxxiiij.in l.prima.& ſequen.quòd non, licet contrariari videantur dicta per Cardina.in dicta clementina prima. §. ciuitas. ſecunda quæſt. &ita præmiſſo dubio communiter tenetur vt ſuprà, nec ſufficit conſenſus tacitus, aut expreſſus maioris partis vt ſuprà.

## SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas an puniatur capitaliter,& qua pœna puniri poſſit.*
2 *Caporalis & inceptor rixæ punitur corporaliter,cæteri pecuniariter.*
3 *Vniuerſitas an puniatur pœna pecuniaria, & ciuiliter.*
4 *Vniuerſitas punitur corporaliter, & pati poteſt aratrum & deſolationem in crimine læſæ maieſtatis,hæreſis,proditionis,& rebellionis.*
5 *Vniuerſitas creans officiales abſque licentia regis aratro ſubiicitur.*
6 *Ciuitas rebellis poteſt dari ad prædam & ſaccum.*
7 *Ciuitas mori poteſt,quando ad aratrum condemnatur.*
8 *Vniuerſitas magna in delictis in quibus filius non punitur propter patrem, pœna pecuniaria punitur.*
9 *Vniuerſitas pro homicidio facto,punitur pœna pecuniaria per æs & libram.*
10 *Vniuerſitas ex delicto priuari poteſt epiſcopali dignitate,vt quia turbatur electio papæ.*
11 *Prælatus aut cardinalis ſi interficiatur propriæ ciuitatis,priuari poteſt epiſcopali dignitate.*
12 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis ſi impeditur inquirere, priuatur ciuitas priuilegio, & punitur.*
13 *Ciuitas puniri poteſt propter delictum vt priuilegio priuetur.*
14 *Vniuerſitas quando delinquit communicato conſilio, & punitur, poteſt habere recurſum contra illos de conſilio.*
15 *Vniuerſitas punitur pœna pecuniaria propter homicidium clandeſtinum pro numero ſicularіorum.*
16 *Homicidium ſi reperiatur commiſſum in aliqua cōtrata, præſumitur à vicinis cōmiſſum.*
17 *Homicidium ſi reperitur commiſſum in domo, præſumitur ab habitantibus in domo commiſſum.*
18 *Robaria ſi fuit commiſſa in territorio,& neſcitur quis eam fecerit, tenetur vniuerſitas.*
19 *Conſt. extante quòd in delictis procedatur ſola facti veritate inſpecta, an vniuerſitas puniatur ſi non deliquit communicato conſilio, & quid in regno.num.20.*
21 *Vniuerſitas receptans famoſos latrones ſi eſt parua,poteſt deſtrui,& igne cremari, & contra vniuerſitatem qualiter procedatur,& citetur.num.22.*
23 *Vniuerſitas poteſt comparere per procuratorem.*
24 *Citati vltra decem poſſunt in capitalibus comparere per procuratorem, & an ad nouem citari poſſunt.*

1 CIRCA Tertium † dic,aut quæris an capitaliter puniatur, & tunc non punitur ex quo vniuerſitas non habet corpus verum, ſed fictum,vt ſuprà fuit dictum:ideo ex hac cauſa pœna alteratur, & minuitur, iuxta l. quid ergo.§.pœna grauior. ff.de infam.l.hos accuſare.§.omnibus.in fine.ff.de accuſat.ita per gloſſ.in dicta l.aut facta.§.fin.& Cyn.in dicta l.ſi quis in tantam. item eſſet iniquum ſi omnes de vniuerſitate decapitarentur, cùm forſitan inſontes punirentur,vt infantes,aut furioſi,cōtra l.j.in fi.C.de his qui latr.occu. l. ex maleficio.

§.j.ff.de act.& obli.itē omnis vniuerſitas tam ciuitas, quā municipij appellatur reſpu-
blica.l.ſed ſi imagines.§.j.ff.de ſuſ.l.ſed & his.§.j.ff.de publica.ſed republica minori
æquiparatur,& vti ſolet iure minoris.l.republica.ff.ex quib.cau.maio.l.republicam.
C.de iure rei public.lib.x.ſed in minore pœna minuitur.l.auxilium.§.in delictis.ff.de
minor.l.j.§.ſi impubes.ff.ad Syll.vbi parcitur in pœna capitis ratione ætatis, & leuior
imponitur,ergo ita & in vniuerſitate,ita concludit Gandi.in rub.de homicid.& Inno.
2 in d.c.grauem.& Panor.in d.c.dilectus. punitur † autem corporaliter, qui fuerit ca-
poralis actor, & inceptor rixæ, cæteri verò pecuniariter, vt in d.l.quoniam multa.C.
ad legem Iul.de vi.publ.Bald.in l.poſtea.C.de his qui.vt indig.Felin.in d.c.dilectus.&
ſi non apparet de autore ſeditionis,tumultus,& rixæ,puniuntur illi, qui deliquerunt,
& conſtat occidiſſe,aut deliquiſſe,per l.fin.ff.de ſicar. Gand.in rubr.de defenſ.areo.fa.
ſi autem non conſtat quis occidit,in dubio pœna minuitur,& alteratur,vt ſuprà: aut
3 quæritur †an alia pœna puniatur vniuerſitas, & tunc aut ciuiliter, & indubitanter po-
teſt teneri, & puniri, vt per Innoc.in d.c.grauem.& in d.c.dilectus.& ibi Panorm.&
Ang.in d.§.animaduertendum.& d.l.ſed ſi dolo.§.j.Boniſa.in tit.quid ſit accuſatio.
aut criminaliter,& tunc Bart.in d.l.aut facta.§.fin.quem etiam refert Panor. in dicto
4 cap.dilectis. diſtinguit † quòd quædam ſunt delicta, ex quibus tenetur etiam filius,
propter patrem, vt in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, & proditionis,& rebellionis,
vt in l.quiſquis.C.ad legem.Iul.maieſt.in c.ſtatutum.de hære.in vj. in c.felicis.de pœn.
in vj.& tunc poteſt puniri vniuerſitas criminaliter, non obſtantibus paruulis, & in-
ſontibus:nam & hi puniuntur ſicut filius ex delicto patris, & tunc vniuerſitas poteſt
pati aratrum,& ſolo æquari,iuxta.l.ſi vſusfructus ff.quibus mod.vſu.cauc.& ita dicit
Bart.vidiſſe ſententiatum per Feder.Imperat.contra ciuitatem Breſciæ ſibi rebellem,
& ita etiam Guliel.& Vber.ſecundum Gandi.vbi ſuprà, in verſicu.ſed quæritur, quæ
pœna.& Nicol.Boerius in tract.de ſedit.vij.præſuppo.& per Math.in conſtit.dubita-
tionem.in ix.not.in fin.j.lib. Alber.in l.ſi vſusfructus.ff.quibus mod.vſusfr.amitta-
tur,vbi refert ciuitatem Mediolani ſeminatam ſale, vt per Ang.in conſil.clxv.qui re-
fert ciuitatem Tuſciæ condemnatam ad aratrum,ob rebellionem. Item poteſt com-
buri propter atrocitatem delicti, vt in c.ſi audieris.xxiij.quæſt.v.Felin.in d.c.dilectus.
5 verſi.ſecundo in quantum.de ſymo.& vide † in conſtitutio.cùm ſatis.per quam puni-
tur vniuerſitas, creans officialem abſque licentia regis, vbi aratro ſubiicitur, & per
Capi.in d.deciſi.cxxx.vbi plenè interpretatur d.conſtit.quando locum habeat.& ibi
6 per Mathe.vbi ponit differentiam inter aratrum, & deſolationem, & dicit † Bald.in
l.ex teſtamento.C.de milit.teſt.quòd ciuitas rebellis poteſt dari ad prædam,& ſaccum,
& per Bal.in l.hæreditatem.ff.ad legem Falſ.quod ciuitas rebellis æquatur ſolo, idem
Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.oblig.idem Bald.in tit.de pac.Conſt.
7 & per Feli.in d.c.dilectus.vbi dicit † ciuitatem mori poſſe ſi cōdemnetur ad aratrum,
& tunc impropriè dici poteſt capitaliter punita vniuerſitas, per d.l.ſi vſusfructus. ibi,
quaſi mortis.& ita etiam refert Bart.feciſſe Papam Bonifacium, aut potius, Clemen-
tem, vt propter delicta quorūdam templariorum totum collegium fuit diſſolutum,
quia erant hæretici,facit l.collegia.ff.de colleg.illi.& vide in clem.fin.de re iudic.vbi
per Anchar.quando,& ex quibus ciuitas ſubiicitur aratro, & per Panorm.in c.fin.de
donat. Et an ciuitas poſſit aratro ſubiici ob rebellionem, & per quem poteſt aratro
ſubiici, per Bart.in conſtit.quoniam.qui ſint rebelles.in verſic.rebellando.in fin. vbi
quòd ſolus Imperator,& ibi qualiter puniatur ob rebellionem, quæ rebellio nedum
committitur contra principem, ſed ſi contra eius vicarios, & officiales conſpiratur,
& imponitur pœna mortis, & publicationis bonorum per l.quiſquis.C.ad leg.Iul.
maieſt.& in conſtit.quoniam.& ibi Bart.in verſi.rebellando.& per Cuman.in conſil.
cliij.

cliij. & per Capi.in deciſio. cxxx.in vj.dub. per totum, & maximè in fin. quem vide.
8 Quædam † ſunt delicta, in quibus filius non punitur propter patrem, & tunc ſi pœna
poteſt cadere in vniuerſitatem, & non in ſingulos, vt ſi deberet res aliquas vniuerſita-
tis publicari, tunc ipſa vniuerſitas punietur, d.l.iubemus nullam. ſi verò pœna poteſt
cadere in vniuerſitatem, & particulares, vt eſt pœna pecuniaria, & tunc aut colle-
gium eſt paruum, & non omnes puniuntur, ſed illi, qui deliquerunt, & conſenſerunt.
l.j circa princip.ff.de mag.conu.ibi per pręſentes fuerunt.aut collegium eſt magnum,
vt populus, & communitas, & tunc quia eſſet difficile diſcernere conſentientem à
diſſentiētibus, tota ciuitas ſeu vniuerſitas punitur. d.authen. item nulla communitas.
9 & cap.j. de pac.iur.fir. ſi verò † delictum non cadit propriè in vniuerſitate, vt in ho-
micidio, & ſimilibus requirentibus veram perſonam, & tunc ex quo non poteſt de-
capitari, pœna alteratur, & ad pecuniariam reducitur per collectam ſoluendo, illi ta-
men qui non deliquerunt, non debent cogi ad contributionem in collecta, & tunc
innocentes non erunt puniti, & ita reſidet Bart. vbi ſuprà, quem ſequuntur ſupradicti
doct. & per Felin.in d.cap.grauem. vbi quando punitur, quòd debet collectari, & ibi
quando vnus poteſt puniri pro alio, & per Barto.in d.§.fin.in l.iiij. §.condemnatum.
ff.de re iudi.§.ſi actor.vbi alij poſt eum, alia etiam aſsignatur ratio, vt per Bart.in l.j.C.
vt infrà quan.temp.act.cri.quòd vbi pœna non poteſt cadere in certam perſonam, al-
teratur pœna, & alia imponitur.l. hos accuſare.§.omnibus.in fin.ff.de accuſat. vel ſe-
cundum Gandin.vbi ſuprà, extraordinaria pœna punitur, & qualiter collectatur, dic
10 vt per Gand.in rubr.de var.quæſtio.in male. Item † punitur etiam epiſcopali dignita-
te, quando ignorantur autores: primò quando turbatur electio papæ. c. vbi pericu-
11 lum. §.ciuitas.de elect.in vj. Item ſi † interficitur prælatus, aut cardinalis ipſius ciui-
tatis.c.felicis.in fin.de pœn.in vj.non tamen ſi alius prælatus, quàm propriæ ciuitatis
occidatur, vt ibi traditur, & in clemen.prima, eodem tit. §.ciuitas.& ibi per Cardina.
j.quæſtio. & per Math. in conſtitu.dubitationem. in fin.j.lib.ix.nota. vbi dixit ſi occi-
dat duos epiſcopos, & per Alber.in rubr. C.de epiſc.& cler. dummodò ſit confirma-
tus non electus tantum, vt per Bald.in l.ſi nondum.verſ.item ſi ciuitas.C.de fur. Alex.
tamen poſt Bart.in l.ij.ff.de verb.ſign. loquitur in occidente vnum epiſcopū tantum.
12 Idem ſi † impediatur inquiſitor hæreticæ prauitatis. c.ad abolendam.§. ſi ciuitas. de
13 hære. Item † punitur, vt amittat priuilegium propter delictum, vt per Bald.in auth.
habita.C.ne fil.pro pa.& in c.j.de mili.vaſal.v.fallen.in fin. & ibi.Bart. in conſtit.quo-
niam.qui ſint rebel.in verbo, rebellando.in conſtit.ad reprimendam.§.ciuitas.& Saly.
in l.j.C.de ſedit. Item punitur ciuitas reſiſtens officiali Imperatoris & Regis, etiam ſi
eſſet ciuitas Imperij, nam tanquam hoſti indici poſſet bellum, ita per Bar.& poſt eum
Alexan.in l.hoſtes.verſi.circa prædicta.ff.de capt.& poſtlim.reuer. quod intellige vbi
reſiſtitur propter principem quia non vult principi obedire. Secus tamen ſi propter
ipſum officialem, vt quia malè ciues tractet, & propter eius malos mores, & tyranni-
dem, vt per Ioan.de Firm.in prima parte ſui repert. in verbo, ciuitas.verſic.lvj.& per
Bart.in conſti.quoniam.qui ſint rebell.in verſi.rebellando.& per Capit.in deciſi.cxxx.
ſub nu.42.vide quæ dicta ſunt ſuprà in xj.caſu criminis læſæ maieſtatis, & per Mathe.
in conſtit.pœnam eorum.not.quia in facto. Item punitur vniuerſitas, quia amittit pri-
uilegium ciuitatis, & ſic patitur capitis diminutionem, vt per Innoc. in c.grauem.de
ſentent.excommu.& Panor.in c.ij.de oper.noui nuncia.& Math. in d conſtit.dubita-
tionem.ix.not. Item punitur vt perdat caſtra ei ſubdita ſi fuit rebellis, nec ea recupe-
rat per obedientiam, vt per Panor.in c.inter cætera. de maior. & obed & Math. in d.
conſtit.dubitationem.vbi etiam ſi condemnatur ciuitas ad deſtructionem murorum,
eos vlterius non poteſt reficere, vt per Barto.& Alexand.in l.ſi quis adulterium.§.j.

ff.de adult.& per Felin.in c.ex literis.de conſti.verſic.ſecunda concluſ.per Ang. in l.in
numerationibus.ff.de ſol.Ancha.in c.j.de vſur.in vj.Imo.in l.fideiuſſor.§.meminiſſe.ff.
14 de leg.j.Alex.in l.permiſceri.ff.de acq.poſſeſ.Et † not.quòd quando fit communicato
conſilio,tunc ipſa vniuerſitas poteſt habere recurſum contra illos de cõſilio, ad inter-
eſſe,vt dicit Alexand.poſt Bart.in d.§.animaduertendum. niſi probetur de ignorantia
conſiliariorum, vt latè conſuluit Oldra.in conſil.lxvj.& Felin. in dicto capi. dilectus.
15 verſiculo,item adde.Et † not.vniuerſitates in regno puniri pœna pecuniaria,quando
reperitur homo mortuus in territorio ciuitatis, & neſcitur quis occiderit,nec extant
indicia contra quem particularẽ procedi poſsit, ipſa vniuerſitas punitur pœna pecu-
niaria,iuxtà numerum foculariorum,& iuxtà qualitatem occiſi Chriſtiani, videli-
cet,non iudæi,vel pagani,vt traditur in conſtitutione,ſi damna clandeſtina. & in cap.
regn.incipien.Item ſtatuimus quòd pœnam. & in capitulo, incipien.conſtitutio diui
patris.de qua materia damni clandeſtini, & homicidij clandeſtini, proſequitur Math.
in conſtitutione,ſi damna clandeſtina.& in cõſtitutione,ſupra incisionibus, quando
16 locum habeant,& quæ requirantur: faciunt † dicta Bald. poſt Iacob.de Aretio, in l.
dominus horreorum. ff.loca.quòd ſi reperiatur commiſſum homicidium in aliqua
contrata,præſumitur à vicinis commiſſum,ideò torqueri poſſunt,vt per Thom.Gra.
17 in conſilio.liij. vbi † ſi homicidium reperitur commiſſum in aliena domo, præſumi-
tur ab habitantibus ſub eodem tecto,& in eadem domo commiſſum, vt ibi per eum.
18 Idem † ſi damnum fuerit datum in territorio,aut commiſſa robaria, & neſcitur quis
fuerit,tenetur vniuerſitas pœna pecuniaria,vt in dicta conſtitutione,ſuper incisioni-
bus.& in cap.regn.incipien.ſanè contingit interdum,& in aliis ca.de quibus per And.
& Mathæ. in dicta conſtitut.ſuper incisionibus. vbi an, & quando propter robariam
teneatur vniuerſitas.& per Paridem in tracta. ſynd.in verbo, robaria,intelligas vt per
Bartol.in l.prima.§.ſumma. ff. de his qui deiec.vel effud. quando damnum eſt illatum
19 eunti per viam rectam, ſecùs ſi per obliquam & inſolitam,vt per ſiluas.Idem † ſi vni-
uerſitas receptauerit foriudicatum, & alios malefactores, vt in conſtitutione, regni,
pœnam eorum.in fin.& extant capi.& pragma.in regno, de quibus ſuprà in materia
auxilij,& not.id quòd dixit Corne.in dicto conſi.ccxxiiij,circa finem.quòd licet exter
conſtitu.quòd procedatur ſummariè,& de plano,& ſola facti veritate inſpecta, quòd
vniuerſitas deliquerit non conuocato conſilio,quòd vigore dictæ conſtitu. vniuerſi-
tas poſsit puniri. cùm locum habeat in procedendo tantum, & non in puniendo, vt
20 ibi per eum,quòd † not.quia in regno etiam in delictis proceditur taliter ſola facti
veritate inſpecta, & per nouam declaratoriam reginæ Iſabellæ, quæ incipit Iſabel.&
extendit.cap.deteſtantes.etiam in criminalibus,licet Par.in tract.ſyndic. in verbo,ſen-
tentia.in commento d.c. dixerit non extendi in criminalibus,forſitan dicta pract.non
21 erat compilata, aut impreſſa.in vno † tamen caſu punitur vniuerſitas, & deſtruitur,
quando receptat famoſos latrones, & ſit parua vila,nam poteſt igne cremari,vt in ca.
reg.quòd incipit.frequens & ineffrenata.vt per Andr. in cap.primo.§.de receptatori-
bus.de pace iur.firm.Par.in tractatu ſyndic. verbo, contumacia. verſiculo, an iudex.
22 Qualiter † autẽ procedatur contra vniuerſitatem, & citabitur,dic vt per Fel.in d.c.di-
lectus.& Bar.in d.conſt.quoniã qui ſint rebel.& in d.conſt.ad reprimendã.& qualiter
punitur vniuerſitas ob contumaciam,per Math.in conſti.dubitationem.in fin.primi
lib.& an poſsit vniuerſitas comparere per procuratorem in criminalibus, & ſe defen-
dere,dic quòd ſic,vt per Gandin. in dicta rubr. de homicidio. verſicu. ſed nunquid in
hac cauſa capitali,& Bonifa.vbi ſuprà.& in regno extat conſtitutio, incipien. genera-
lia iura.vbi vniuerſitas,& mulier nupta poteſt comparere per procuratorem, & extat
23 capitu. † reg. incipien.idem ſtudio proſequentes, quòd citati vltra denarium nume-

rum

rum,pro cauſa capitali ex quo vniuerſitatem faciunt, poſſunt comparere per procurarorem, proſequere vt per Matheſil.in dicta conſtitutio. generalia iura.& not.quòd hodie eſt ſublatus abuſus officialium,qui vt nō compareant per procuratorē quando vltrà decem ſunt citati,ſolebant citare ad nouē,vt non fiat vniuerſitas: nam talis abuſus citandi ad nouem eſt ſublatus per capit.reg. incipien. & ſtatus reipubli. verſiculo, item quod iuſticiarij decætero non faciant vocari homines terrarum. quod capit. eſt reg.Ioan. per quod nec etiam poteſt præſes prouinciæ iubere præfatos citatos eum ſequi per prouinciam.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Vniuerſitate punita propter delictum, an pecuniariter puniri etiam poſſint particulares delinquentes.*
2 *Principales puniri poſſunt in homicidio capitaliter, & vniuerſitas tanquam fieri faciens, vel ratum habens pecuniariter.*

1 CIRCA Quartum † an punita vniuerſitate, puniri poſsint par-
ticulares de vniuerſitate? dic vt per Barto.in dicta l.aut facta §.fin.
in fine.& Panormita.in dicto capitulo, dilectus.quòd aut in deli-
ctis in quibus tenetur,& committit vniuerſitas, & tunc ſingula-
res non tenentur tanquam principales,ſed tanquam inſtigatores,
& fieri facientes. l.prima.§.incidit. ff. ad turpil.l. hæc verba. ff. de
2 adulter.aut † in delictis quæ propriè non cadunt in vniuerſitate,
vt homicidio, & aliis,& tunc principales tenentur, & puniuntur, & vniuerſitas fieri
faciens,vel ratum habens ſuo nomine geſtum, & vide Ioan. Andr. & Gemin. & Phili.
Franc.in capitulo,felicis.de pœn. in vj.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Conſuetudo excuſat à delicto & pœna ordinaria, & num. 2.*
3 *Conſuetudo ſi extat inter pueros ludēdi ad lapides, vel tempore carniſpriuij, ſi in ludo quis occidatur, non punitur pœna capitis, niſi dolo fecerit.*
4 *Conſuetudo licet excuſet à pœna ordinaria, non tamen excuſat ab actione iniuriarum.*

1 QVINTODECIMO Excuſat † conſuetudo,& ideò ſi in ali-
quaparte, & loco eſſet conſuetudo ludendi ad lapides gratia
exercitij, vt ſolent facere pueri qui diuidūt ſe in partitas,& lapi-
des ad inuicem proiiciunt, vel alio modo,vt tempore carniſpri-
uij,ſecundum diuerſas locorum conſuetudines, & in tali ludo
aliquis occidatur,vel vulneretur,nō punitur de homicidio, cùm
talis conſuetudo excuſet,dummodò in ludo tali dolus non adhi-
beatur qui probari poſsit, vt ſæpius contingit,quod deprehenditur ex inimicitia, aut
conſanguinitate præcedente, vt not.in l.prima. C. de ſicariis.& ſuprà fuit dictum,&
2 quòd † conſuetudo excuſat,not. gloſſ.in cap.cùm venerabilis.de conſuetudine.& in
cap.denique.quarta diſtinct.quam glo. dixit ſingularem Roma.in ſingula. xx.vbi di-
cit excuſari à pœna temporali,& non æterna,& Barba.in capitulo, prudentia.de offic.
delega.& per Alexand.in conſil.cvij.ſecundo volumine.& conſi.viij ſexto volumine.
& conſi.ccliij.eodem volumine.& Iaſo.in l.de quibus. ff. de legi. ita dixit Franciſc.de
crem.in notabi.cxlix.incipien.mos puerorum Bononiæ.Petrus de Anchara.in conſil.
cclxxiij.Alexander in dicto conſilio cvij.ſecundo volumine. Anchara.in dicto capit.

cùm venerabilis. & ibidem Barb.& in cap.cùm conſuetudinis. de conſuetu. Anan.in c.felicis. in fin.princip.de tornea.Iaſ. in d.l.de quibus. & in l.ſingularia. ff. ſi cert.peta. Cepol.in conſi.xxx.& ſequen.Deci.in conſil.ix.Marſi.in l.j.in princip.xix.limita. ff.de ſicar.& in l.fin. C.de probat. vj.quæſt. extraordinaria, & pra. in §.quoniam.xxix. cap. verſi.ſcias etiam quòd ſi per confeſsionem. & in §.vlterius.& in cõſi.xc. & conſi.100. in quibus locis plenè per eum,& licet ipſe conetur attentare contrarium:tamen concludit excuſare, licet fuerit iniqua conſuetudo, vt ibi dicunt doct.ſuprà, & per Ioan. de Arno. in ſolilo.xc. vbi ita limitat conſtitu. terminum vitæ. vide multa per Thom. Gram.deciſi.50.vbi quòd iniuſta conſuetudo praua & temeraria excuſat à pœna temporali, & non à diuina, & ibi an conſuetudo excuſet à pœna blaſphemiæ vt minuatur,& ſi dixerit à diſpechio di dio,an ſit blaſphemia,vt puniatur pœna conſti.& prag. & quæ dicatur blaſphemia & quod in locum truncationis ſucceſsit hodie perforatio
3 linguæ,vt per eum, & Matheſi.in conſtitut.blaſphemantibus. Limita † tamen ſecundum Iaſ. in dicta l.de quibus. quòd licet excuſat à pœna, non tamen excuſat ab actione iniuriarum, gloſ. in l.iniuriarum actio magna. §.fina. ff.de iniuriis, quam allegat,
4 & ſequitur Baldus in ſua diſputatio. accuſatus de vi turbatiua. limita † etiam, niſi dolo fecerit in ludo, vt ſuprà: nam tunc punitur, vt per Bonifacium in titu. de inſult. & pecuſſ.

## SVMMARIVM.

1 *Exercitium excuſat à pœna ordinaria, & ideo ſi duo ludunt ad brachia, & in tali ludo alter occidat alterum, non punitur pœna ordinaria.*

2 *Homicidium præſumitur caſuale ſi in ludo cum pugnis fuerit occiſus.*

3 *Occidens non tenetur pœna capitis ſi ex duobus ragaciis colluctantibus alter occidatur, licet ſtatutum dicat quod occidens occidatur. nu. 4.*

5 *Palum vel ſaxum in ludo proiiciens ſi tranſeuntem occidit, non tenetur pœna capitis.*

1 SEXTODECIMO Excuſat † exercitium,& ideò ſi duo exercitij cauſa ludunt ad brachia, vel alio quocunque exercitio gratia gloriæ, & virtutis, & aliquis in tali exercitio, & ludo interficit alium colluctantem, non punitur pœna ordinaria, ſed ratione culpæ minoratur, vt dicitur in l. qua actione. §.ſi quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil. ad idem text. in capit.lato. de ho-
2 micidio.vbi de ludentibus ad brachia. Et tradit † de hoc Florian. in l.dolo malo.ff.de ſeru.corru.vbi dixit, quòd ſi quis in ludo fuerit occiſus cum pugnis, vt fit Senis, & ex illa percuſsione mors ſequatur, iudicatur caſualis, & non do-
3 loſa percuſsio. Cepola, in dicto conſilio xxx. & ſequent. vbi de † duobus ragaciis ad inuicem colluctantibus, & ludentibus, & altero occiſo, quòd non tenetur occidens pœna capitis, etiam ſtante ſtatuto quòd occidens occidatur, cum intelligitur ſi
4 dolo: ad idem † conſuluit Decius in conſilio ix. vbi de colluctantibus, & altero occiſo non obſtante ſtatuto prædicto, cuius dicta reaſſumit, & ſequitur Marſil.in pract. in §.vlterius.& in dicto conſilio ix. & in dicto conſil.100. & Auguſt. poſt Angel. tradit in glo.ſcienter,& doloſe.& Angel.in l.impuberem.ff.de fur.aut ad Sill.Ancharan,
5 in d. conſil.cclxxij.aut ccxxvij.& vide de ludente † in palo, vel ſaxo, & tranſeuntem occidente, per Marian.Socyn.in conſi.xv.& per Par.in tra.ſynd.in verbo,pœna.verſi. quia multa. & vide Bonifa.in rubr.quid ſit inquiſitio. verſi.ſed pone quòd plures.vbi de pluribus ludentibus,& ludendo vnus impulit alium.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Exculpatio offenſi in mortis articulo, vt quia dicat Titium non vulnerantem, excuſat Titium.*
2 *Exculpatio condemnati ad furcas ſi eum quem antea inculpauerat, & ductus ad furcam exculpauit, prodeſt.*
3 *Exculpatio offenſi aut condemnati nõ probat, quando extant claræ probationes de delicto.*
4 *Teſtis deponens in mortis articulo ſe falſum depoſuiſſe corruptum pecunia, an proſit.*
5 *Inculpatio offenſi in mortis articulo an noceat inculpato ad faciendum indicium, etiam ſi habeat corpus Chriſti in manibus. nu. 6.*

1 DECIMOSEPTIMO Excuſat † exculpatio offenſi, maximè
in mortis articulo, vt quia dicat Titium non fuiſſe vulnerantem
ſe, ſed Sempronium: nam Titius non poteſt puniri ſtante excul-
patione offenſi, nec etiam poteſt torqueri ex indiciis exiſtẽtibus,
ita dixit Bald. pulchrè in l. j. verſi. pone teſtator. C. communia de
lega. & Alexan. in conſi. j. iiij. vol. idem Gand. in rubr. de tranſact.
verſi. ſed pone quidam mortiferè. Iaſ. plenè in d. l. j. C. commu. de
lega. Alexan. plenè in conſi. xxiiij. j. volu. & in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad
Sillen. Cepol. in conſi. j. in fin. Mathe. plenè in conſtitu. terminum vitæ. viij. quæſt. & in
conſtitu. ſi damna clandeſtina. xiiij. not. in fin. & in ix. not. Par. in tract. ſyndi. in verbo,
tortura. verſi. ſequitur quæſtio. in fine. vbi diſtinguit ſicut Andr. in d. conſtit. ſi damna
clandeſti. Thom. Gram. in conſi. liij. in fin. Auguſt. poſt Ang. in glo. qui iudex ad prob.
ſuæ inquiſi. Alexand. in conſil. cxl. vj. vol. in fin. Felin. in c. j. circa fin. de præſumpt. & in
c. literas. eod. tit. Alexan. in conſil. xxx. vij. volum. Iaſ. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit.
Bonif. in tit. quid ſit accuſatio. & in titu. de pace. Marſil. in ſingu. xxij. incip. confeſsio
offenſi. & in pract. in §. diligenter. verſic. vlterius dico. Thom. Gram. plenè in vo. xxiiij.
& in vo. iij. per Marſi. in ſingu. xxv. & conſi. xvij. & conſi. 50. & conſi. lxj. & in rub. ff. de
fideiuſſ. Thom. Gram. in vo. xj. vbi de condemnato excuſante quem inculpauerat in
2 tortura, quòd prodeſt, & per † Mar. de hoc plenè in pract. in §. reſtat. vbi de tali excul-
patione condemnati ad mortem, an proſit exculpato, vt per eum, & per Thom. Gra.
in d. vo. iij. & in deciſi. 50. nume. 11. & ſequen. & in fin. conſil. j. inter deciſi. ſuas. Limita
3 tamen † prædicta, niſi de delicto exculpato, contra exculpatum eſſent claræ & liquidæ
probationes: nam non obſtante tali exculpatione poteſt condemnari ad mortem, &
non prodeſt talis exculpatio, vt tradunt dicti doct. vbi ſupra, per l. ij. cum ibi not. ff. ad
Sille. Bald. in l. tranſigere. C. de tranſact. & in l. falſus. iij. oppo. ff. de falſ. vbi Alexand.
poſt Barto. & per Mathe. in dicta conſtitut. terminum vitæ. viij. not. vbi ita limitat per
4 prædicta, & vide † Marſi. in conſilio lxxviij. de teſte in mortis articulo deponente ſe
5 falſum expoſuiſſe, & corruptum à parte, an proſit. Sed † an inculpatio noceat incul-
pato in mortis articulo? doct. concludunt quòd non, vt per Gandi. in rubr. de homi-
cidio, in dicto verſicu. ſed pone quòd quidam. & in rubr. de tranſact. Bonif. in d. rub.
de inſult. Par. in dicto verbo, tortura. verſic. officialis. doct. in dicto §. ſi quis moriens.
Angel. in dicta glo. qui iu. Bald. in conſil. xliij. iiij. volum. Bel. in pract. in rubr. de quæ-
ſtio. quod Ludo. in dicto §. ſi quis moriens. limitat, niſi deponat cum iuramento, &
plenè per Marſi. in dicto §. diligenter. verſi. quæro vlterius de importanti dubio. & in
conſil. v. & conſil. xx. & in ſingu. xxij. & Alexand. in conſilio xxiiij. ij. volum. Thom.
Gram. in conſil. xlij. & conſil. lvij. & conſil. lxx. Mathe. in dicta conſtitut. terminum
vitæ. viij. quæſt. Iaſ. in dicta l. j. ff. de eo per quem fa. & in l. de die. in princ. ff. qui ſatiſd.
cogan. in quibus non creditur ad faciendum indicium ad torturam, niſi alia concur-

rant:plus dixit Alexander in conſilio xiiij.tertio volumine. etiam ſi teneat corpus Chriſti in manibus, dic vt materia indiciorum. & de inculpato per condemnatum, ſi non reuocat, an faciat indicium contra inculpatum, quòd ſic, per Thom.Gram.in deciſi.xxxiiij.num.37.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Officium excuſat à pœna ordinaria, vt ſi familia iudicis valens capere occidat reſiſtentem delinquentem, non punitur pœna capitis.*

1 DECIMOOCTAVO Excuſat † officium, & ideò ſi familia volens aliquē capere, & aliter nō valet capere, niſi occidat, vt quia ſe defendat, & reſiſtat, licitū eſt familiæ reſiſtentē occidere, vt per Marſan pra.in §.aggredior.Bar.& alij in l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccl. cōfu. Iaſ.in l.iuſtè poſſide.ff.de acq.poſ.quod tamen intellige, quādo iuſtè capit, vt plenè proſequitur Mar.in l.prima.in princ. xv.limi. ff.de ſic. & in d.§.diligenter.aliàs fuit ſuprà dictum in materia mandati, ibi vide, & per Par.in tract.ſynd.in verbo, familiaris.& in ver.reſiſtentia.& ibi etiā in priuato capiente mandato iudicis, quòd poteſt occidere reſiſtentem. Vide per Feli.in cap. vt famę. de ſenten. excom. ſi epiſcopus mandat cap.clericum armatum, an ſi aliquis ex familia occidit, ſit excommunicatus, quod non, dic vt per eum poſt Bal.ibi, & Ana.in c.cùm iuramento, de homicidio. & quod neceſſitas officij excuſat per Thom.in deciſio.xxvj.in fin.& an & quando familia poteſt fugientem aut reſiſtentem delinquentem vulnerare, dic plenè per Thomam in deciſio.xlj,

SVMMARIVM.

1 ☞ *Familia poteſtatis ſi duxerit condemnatū ad ſuppliciū, & timet auferri à conſanguineis occidere poteſt impunè condemnatū, ſi tamen habuerit in mandatis, & nō aliter.*

1 DECIMONONO Excuſatur † familia poteſtatis ducens condemnatū ad ſupplicium, & timens veriſimiliter ne ab eius manibus auferatur per conſanguineos, ipſum condemnatum occidit: nam poteſt impunè facere, vt per Bal.in l.addictos. C.de epiſcop.audien. Mar.in pract.in §.aggredior. quod tamen intelligit Bart.de cap.in l.ita vulneratus.verſi.igitur.ff.ad leg.Aquil.ſi præcedit mandatum, & commiſsio ad occidēdum, aliàs non poteſt, vt ibi Bal.l.& in l.fideicommiſſa. §.ſi quis. ff.de leg.iij.Barto.& Alexand.in l.iij.§.transfugas.ff.de ſicar.Mathe.in dicta cōſtitutio.terminum vitæ.xxij.limit.per Bald.in l.fi. C.de male. & mathe. an autem alijs conſanguineis liceat? per Bald. in dicto §. ſi quis. quòd ſic.Roma.in ſingul.incip.occidens Barto.& Alexand.in l.eiuſdem. ff.de ſicariis. Felin.in capitulo, cùm iuramento.in fine.de homicid.& ſuprà diximus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Carceratus & captus ſi iniuſtè detinetur, poteſt ocidere cuſtodes, ſi aliter non poteſt euadere.*

1 VIGESIMO excuſatur † ſi captus, & carceratus iniuſtè detineatur in carcere, ſi non poteſt aliter euadere de carcere niſi occidat cuſtodes carceris, occidendo non tenetur pœna capitis, ita dixit Par.in tractatu ſyndic.in verbo, captura.verſic.ſi iudex.in fi.& in verbo, reſiſtentia.Marſi.in dicta l.prima.xxij.limita.

 & in

& in l.prima.in principio. ff.de quæſtioni.&per Thom. Gram.in vlt. volum. & ſuprà diximus.declara vt per Par. in dicto verbo, iudex. in fine.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pater occidens filium committentem aliquam cauſam ingratitudinis, non punitur de parricidio.*

1 VIGESIMOPRIMO Excuſatur † pater occidens filium committentem aliquam cauſam ingratitudinis: nam non tenetur de parricidiis, idem contrà ſi committat pater contra filium, & filius occidat patrem, vt per Bartol.in l.diuus. ff.de parricid. & in l.inauditum. & ibi per Marſi.ff. de ſicariis. & in l.prima. in principio. xx. limita. eodem titu. & in l. ſi quis viduam. ff. de quæſtio. Petrus girard.de petra ſan. in primo ſingu.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens ſeruum repertum in flagranti concumbentem cum domina vel filia domini non punitur. & num.2.*
3 *Domino an & quando licet impunè ſeruum occidere.*
4 *Domino licitum eſt ſeruum vulnerantem occidere.*

1 VIGESIMOSECVNDO Excuſatur † occidens ſeruum repertum in flagranti delicto, & concubitu cum domina: nam excuſatur occidens, vt in l.qui ſeruum.ff.de verb. & rerum obligation. Gandinus in dicta rubrica, de homicidio.vbi ſine cauſa non licet occidere ſeruum. Baldus in marga.in verſiculo, impunè permiſſum, ad idem textus in l.quid ergo.§.ſi hæres. ff.de legatis & fideicommiſsis tertio. l. eleganter. §. primo. ff. de pignorat. actio.
2 quod † declara, vt per Iaſo.in dicta l. qui ſeruum. videlicet, ſi propter tale delictum poterat occidi, vt quia cum filià, vel vxore concubuiſſet, vt notat gloſſa in dicto §.
3 ſi hæres. Bonifacius in titulo, quibus conced.eſt correctio. vbi † quando licet ſeruum occidere, & inter alia, ſi ſeruus non defendiſſet dominum periclitantem.iuxtà leg.& ſi
4 certus.§.ſecundo.ff. ad Syllanianum.idem † ſi dominum vulnerauerit, & in titulo, quis poteſt alium offendi. per Marſil. in dicta l. prima. in principio. vigeſimaquinta limitatio.ff.de ſicariis.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Occidens autorem rixæ in rixa non punitur pœna ordinaria.*

1 VIGSIMOTERTIO Excuſatur † occidens autorem rixæ in rixa, vt per Gandin.in rubrica, de defenſ.areo.facien. aut in rubrica, de pœnis.verſic. non punitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Conſanguineus occidens inſultantem conſanguineum cum armis non punitur.*
2 *Seruus defendendo dominum ſi occidat inſultantem dominum non punitur.*

1 VIGESIMOQVARTO Excuſatur † conſanguineus, & alij occidentes inſultatem conſanguineum cum armis: nam non punitur, vt per Bald.in l.raptores.ſecundo notabili.C.de epiſcopis & clericis. & in l.vt vim. ff. de iuſti. &

iure.Florian.in l.ſi ſeruus.in fin.ff.ad legem Aquil.Mar.in d.l.j.xxiiij.limita.& per Iaſ.
2 in l.j.C.de ind.vid.tollend. Idem †in ſeruo defendente dominum , vt in l.ſed ſumme.
§.ſi iuſſu. in fin. ff.de iniur. Gandi. vbi ſuprà , idem in aliis quibus licet defendere, vt
ſuprà diximus.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem propter tumultum populi ſedandum excuſatur, ſi aliter ſedari non poteſt.*
2 *Populi ad ſedandum tumultum multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*

1 VIGESIMOQVINTO Excuſatur † occidens aliquẽ propter
tumultum ſedandum,qui aliter ſedari non poteſt,vt in l.qui cędem.
in fin.ff.de ſicar.& Gand.vbi ſuprà, quod intellige , vt per Bart.in d.
l.qui cædem.quando fuerit culpabilis,& non innocens, vide ibi per
2 Mar.in fin.vbi quòd† multa conceduntur, quæ non concederentur
propter tumultum ſedandum , & vide per Ludo.Montal.in tract.de
reprobatione ſententiæ pilati.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens volentem per vim ſtuprare ſe vel ſuos excuſatur.*
2 *Stuprare volens per vim committit raptum, & occidi poteſt.*

1 VIGESIMOSEXTO Excuſatur † occidens volentem per vim,
ſe, vel ſuos ſtuprare , vt in l.j. §.item diuus. ff.de ſicar.Gandi.vbi ſuprà,
2 quod intelligit ibi Mar. quando† per vim , cùm tunc ſapiat crimen ra-
ptus,in quo licet occidere.d.l.j.C.de rap.aliâs ſi non per vim,non licet,
vt per Ang.in glo.che hai adultera.vij.requiſit.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens pugnantem contra patriam excuſatur.*
2 *Occidens pro defenſione fidei chriſtianæ excuſatur.*

1 VIGESIMOSEPTIMO Excuſatur †occidens pugnantem con-
tra patriam.l.minimè.ff.de religi.& ſump.fune.& ibi Barto. & Gandi.
2 vbi ſuprà.& Bonifa.in tit.quis po.alium offend.vbi idem † pro defen-
ſione fidei chriſtianæ.can.maximianus. xxvij.quæſt.iij.vbi aliâs non li-
cet hæreticum occidere , niſi pro defenſione fidei , & ibi in fin. quòd ſi
in aliquo loco reperiantur plures hæretici,licet ignem immittere in loco , & eos com-
burere.xxiij.quæſtio.v.ca.ſi audieritis.

## SVMMARIVM.

1 *Accuſatio de homicidio tollitur ſpatio xx.annorum.*
2 *Accuſatio vbi non eſt inſtituta tollitur ſpatio xx. annorum , inſtituta verò in biennium terminari debet.*
3 *Partus ſuppoſiti querela non tollitur ſpatio xx.annorum.*
4 *Parricidij crimen non tollitur ſpatio xx.annorum.*
5 *Concuſſionis crimen non tollitur ſpatio xx.annorum.*
6 *Delictum vbi eſt notorium , & conſtat per confeſſionem partis , non tollitur præſcriptione.*

7 *Aſſaſſinij crimen, falſa moneta, hereſis, & ſimonia, & leſa maieſtatis, an tollatur ſpatio xx. annorum.*
8 *Accuſatio tollitur ſpatio xx. annorum quo ad pœnam imponendam, ſecus quo ad declarationem pœna impoſita.*
9 *Accuſatio tollitur parte opponente talem preſcriptionem.*
10 *Actio an ſit ſublata per peremptionem inſtantie biennalis, & an toto liberatur, an ab inſtantia tantum abſoluitur.*
11 *Inſtantia in criminalibus quando ex officio procedatur an perit.*
12 *Arbitrium habens an poſſit condemnare perempta inſtantia.*

1 VIGESIMOOCTAVO Excuſatur † exceptione & præſcri-
ptione, vt ſi elapſis viginti annis non fuerit accuſatus de homi-
dio non poteſt vlterius accuſari. l. querela. C. de falſis. c. cùm vene-
rabilis. in fi. de except. Specu. in tit. de accuſa. verſi. item quod lapſi
ſunt decem anni. Panor. in c. cùm haberet. de eo, qui duxit quam
pollu. per adult. Bart. in l. libellorum. §. nihil. ff. de accuſ. Angel. in
gl. necnon ad querelam. Bonif. in rubr. quid ſit accuſat. in fin. no.
l. in cognitione. §. etiam. ff. ad Sylla. & ſic ſpatio viginti annorum tollitur actio crimi-
2 nalis, & per Feli. in c. licet cauſam. de proba. vbi limita. quod intellige vbi † non fuit
inſtituta accuſatio infrà tale tẽpus, ſecus ſi fuerit inſtituta: nam tunc finiri debet infrà
biennium. l. properandum. C. de iudi. & in l. j. vt infra quantum tẽpus. & infra dicetur.
3 Fallit † ſecundum gl. in d. l. querela. in crimine ſuppoſiti partus. l. qui falſam. §. accuſa-
4 tio. ff. de falſis. Fallit † ſecundo in crimine parricidij. l. fi. ff. de parric. & l. in cognitione.
5 ff. ad Syllan. Tertiò fallit † in crimine concuſsionis. l. j. C. de concuſſ. hæc per gl. in d. l.
6 querela. Fallit quartò † niſi extaret confeſsio delinquentis, vel delictum eſſet noto-
rium: nam tunc condemnari poteſt non obſtante lapſu temporis ad inquirendum, vt
per Bald. in c. fi. de officio delegati. & Mar. in conſi. lxxxvij. & per Ioan. de Arn. in ſol-
loquio xxx. vbi etiam elapſo anno agit iniuriatus actione iniuriarũ ſtante iniuriantis
7 confeſsione, in cæteris verò, ſpatio prædicto tollitur. Marſi. verò † in d. §. accuſatio. ex-
tendit ex maioritate rationis ad alia enormia crimina, vt in crimine aſſaſsinij, falſæ
monetæ, hæreſis, & ſymoniæ, & læſæ maieſtatis, & ibi plenè tradit quando ex maiori-
tate rationis fiat extenſio in pœnis, idem, dicit gl. in d. l. fi. ff. de parric. locum habet in
8 ſtupro, per vim, per l. mariti lenocinium. §. fin. ff. de adulte. quod † declara quo ad pœ-
nam imponẽdam, quòd tollatur tali ſpatio, ſecus quo ad declarationem pœnæ impo-
ſitę, vt in c. ſi quis. de præſcr. in vj. in fi. & ibi ita no. Anch. Alex. poſt Bar. in d. l. querela.
9 ſecundò † intellige prædicta, ſi fuerit oppoſita exceptio præſcriptionis, & non aliter,
10 vt per Bal. in d. l. querela. Sed an † per peremptionem inſtantię biennalis in criminibus
actio ſit ſublata quando cœpta fuiſſet accuſatio, & lis fuiſſet conteſtata, cùm tunc in-
cipiat currere, vt traditur in d. l. properãdum. & in d. l. j. vt penitus abſoluatur à pœna
delicti elapſo biennio, iuxtà l. fi. C. vt infra quan. temp. in quo dubio varię reperiuntur
opin. doct. nam Bal. in d. l. fi. dicit abſolui ab inſtantia, & obſeruatione iudicij, & non
à pœna, ſed denouo poteſt accuſari, Saly. verò in d. l. properandum. §. fi. dicit in crimi-
nali à toto abſolui, & vlterius non moleſtari. Petr. verò de bel. perti. in d. l. fi. diſtinguit
aut teſtes non fuerunt examinati, & à pœna non abſoluitur, ſed ab inſtantia tantum:
aut teſtes fuerunt examinati, & tunc etiam à toto, & pœna abſoluitur, & delicto, &
hanc videtur tenere Thom. Gra. in vo. xxiij. vbi plenè, & etiam an detur reſtitutio ad-
uerſus inſtantiam, & quando, & per Ioan. de Ami. in conſil. cxxxix. quòd tunc à toto
abſoluitur, & in conſ. xxxij. & per Math. in conſt. accuſatorem ij. no. vbi quòd denuò

agi non poteſt, & Maram. in Specu. aur. v. par. princip. ij & iij. q. & vide per Capi. in deciſ. ſac. conſil. ccvj. quid ſi culpa iudicis, an reſtituatur ſicut in ciuili, & an perempta inſtantia denuò poſsit accuſare, vt per eum, vbi quòd ſic, ſi culpa iudicis non ſi partis.
11 Et † an inquiſitione quando iudex ex officio procedit pereat inſtantia, de quo Bald. in d. l. ſi. refert Guliel. tenere quòd non, Bal. verò ſic, & ibi per Tho. Gra. in d. vol. xxiij. &
12 ibi an habens arbitrium poſsit condẽnare perempta inſtãtia, & an in conſiſtorio principis, & ſacro conſilio poſsit condemnari perempta inſtantia, & per Marſil. in practi. in §. conſtante. verſic. ſcias etiam quòd iudex vbi de habente arbitrium, & de materia inſtantiæ criminalis, vide aliqua per Angel. in gloſſ. inchoata. & Par. in tracta. ſynd. in verbo, inſtantia. cum ſequenti verſiculo.

## SVMMARIVM.

1 SI Abolitione legali per principem facta, & priuata excuſatur à pœna.
2 Accuſator ſi mortuus fuerit qui de morte ſuorum accuſauerat, an vlterius procedi poſſit, & an inſtantia tranſeat ad heredes tam ex parte accuſatoris quàm accuſati. num. 3.
4 Abolitio non inducitur ſi de maleficio conſtat per confeſſionem accuſati.
5 Abolitio in quibus caſibus non inducitur per mortẽ accuſati, vt dãnari poſſit memoria.
6 Accuſati memoria poſt mortem an & in quibus caſibus damnatur in crimine leſæ maie.
7 Memoria defuncti vt damnetur an elapſo quinquennio agi poſſit, & an operetur præſcriptio, & quæ.
8 Abolitio principis generalis quæ ſit, & quæ delicta non comprehenduntur in generali abolitione. & num. 9.
10 Abolitione in generali non comprehenduntur crimen leſæ maieſt. & crimina enormiſſima, niſi exereſſè exprimantur.
11 Abolitionis principis ab indulgentia ſeu indulto generali quæ ſit differentia.
12 Crimina grauia vt falſi & leſæ maieſta. comprehenduntur in indulto generali facto ex cauſſa, & quando no ad petitionem partis.
13 Indulgentia particularis facta alicui per principem ex cauſa, dicitur particularis, quando princeps alicui ob meritum indulget.
14 Delinquendi conſuetudo inducitur per binos actus.
15 Gratiam ſi obtinuit bis, & in ſecunda non fuit facta mentio de primo delicto, prima gratia non releuat. & num. 16.
17 Delicta commiſſa in officio non comprehenduntur in indulto.
18 Indultum conceſſum à principe non valet niſi fiat ſaluo intereſſe partis, niſi ex abſoluta poteſtate, nec etiam valet remiſſio niſi parte concordata.
19 Indultus præſentatio inducit probationem delicti.
20 Indultum ſi facit princeps ſaluo intereſſe partis, quod erit iſtud intereſſe, & an heredes poſſint petere.
21 Indultum principis an valeat abſque cauſa.
22 Indultum generalis cum reſeruatione nonnullorum nondum publicatus, an poſſit à principe reuocari.
32 Abolitio priuata quæ ſit, & à quo impetratur, & an obtenta admittitur ad accuſandum.
24 Curia an ſubintret parte remittente, vt iudex ex ſuo officio procedat, & quando, & num. 25. & 29.
26 Querela facta contra conſanguineum remitti poteſt, & iudex non ſubintrat.
27 Tranſactio an in pœnis ingerentibus pœnam ſanguinis fieri poſſit in regno.
28 Tranſigi an poſſit pro homicidio.
30 Statuto ſtante aut priuilegio quòd parte remittente curia non ſubintrat an ſufficiat habere

*bere pacem & remiſſionem ab vno, an ab omnibus haberi debet, & an alij accuſare poſſunt, & num. 33. & 35.*

31 *Accuſare nemo poteſt in regno tanquam vnus de populo niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.*

32 *Sui qui dicantur & veniant appellatione ſuorum.*

34 *Pax & remiſſio qualiter habenda erit ſi extent minores & pupilli, & an ſufficiat à pupillis, & an à poſthumo, & quomodo.*

36 *Dolorem prætēdens ſi remiſerit, an alij admittātur ad accuſandū, an verò ſit præcluſa via.*

37 *Filius ſi ſit in monaſterio, & pax habenda eſt, à quo haberi debet.*

38 *Pacis inſtrumentum & remiſſio ſi extat ſuper vulneribus, an proſit morte ſequuta.*

39 *Delictum an probetur per inſtrumentum pacis.*

40 *Remiſſio facta in mortis articulo coram ſacerdote, an proſit illi cui remiſſum eſt.*

1 VIGESIMONONO Excuſatur † abolitione tam legali, quàm
principali, quàm etiam priuata, per quas abolitiones tollitur actio, &
inſtantia. l. j. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. libellorum. §. fin. & l. diui
fratres. ff. de accuſ. l. aut priuatim. §. xxx. ff. ad turpil. l. j. & per totum.
C. de abolitio. l. ij. & per totum. C. de gene. abolitio. Gandi. in titu. de
pœn. verſic. pone quòd Titius. Boni. in tit. quid ſit accuſatio. Ang. in
gl. necnon ad querelam. Bart. in d. §. fin. & in d. l. diuus. Mar. in d. l. qui falſam. §. accuſatio. & in l. fi. de quæſtio. Paul. Gril. plenè in tract. de pœn. omn. coi. in tit. de aboli. Spec. in tit. de abolit. §. j. Salyc. in rubr. de abolit. Ang. in l. j. C. de aboli. Cyn. & alij in l. qui de crimine. C. qui accuſa. poſ. Bart. & Ang. in l. pen. §. qui crimen. ff. de pub. iud. Bar. Alex. Iaſ. & alij in l. de pupillo. §. ſi plures. ff. de oper. noui nunt. de his tribus abolitionibus.
2 per gl. in rub. C. de aboli. Et † primò de legali abolitione, ſi accuſator fuerit mortuus,
qui de morte ſuorum accuſauerit, an procedi poſsit vlterius: nam de accuſato mortuo clarum eſt, quòd accuſatio non tranſit ad hæredes. l. j. C. ne de ſtat. defunct. & l. j. & per totum. C. ſi reus vel accuſa. mor. fuè. d. l. libellorum. §. fin. niſi in priuatis delictis facta litis conteſtatione, vt traditur in d. l. j. & per Bald. ibi, & in §. ſed hæredi. inſtitut. de
3 perpe. & temp. actio. & in l. iniuriarum actio. ff. de iniur. Sed † quid in accuſatore mor-
tuo pendente iudicio, & factis probationibus, dic quòd inſtantia nō tranſit ad hæredes, l. diui fratres. vbi Bart. ff. de accu. ideò cœptam inſtantiam non poſſunt proſequi, bene tamen de nouo infrà xxx. dies poſſunt acuſare non vt hæredes, ſed vt propriam proſequentes iniuriam, ita in d. l. libellorum. §. fin. ita per Gand. in d. tit. de pœn. verſic. pone. eodem modo iudex poterit aut cœptam inſtantiam proſequi infrà xxx. dies; aut de nouo inchoare infrà xx. annos. d. l. querela. ita per Bar. in d. §. fi. & in d. §. qui crimen. quem ibi Angel. & alij ſequuntur, & Angel. in dicta gloſ. necnon ad querelam. verſic.
4 quæro an abolitione publica, vel legali: Limita † tamen hoc niſi de maleficio conſtet
per confeſsionem accuſati. nam tunc nō inducitur abolitio, ſed iudex procedere poteſt ad punitionem rei, vt per Dec. in c. quia gu. quinto caſu. de iudiciis. vbi etiam plenè an, & quando mortuo accuſatore inſtantia tranſeat ad fiſcum, & an ad hæredem,
5 & quando, per Capi. in deciſio. ſacr. conſilio lxxvj. Ex † parte verò accuſati in quibus
caſibus non inducatur abolitio, ſed poſt mortem accuſati poſsit damnari eius memoria, dic, & proſequere plures caſus, vt per Marſi. in dicta l. qui falſam. §. accuſatio. ff. de falſ. & not. gloſſ. & doctores in c. accuſatus. de hære. in ſexto. & Angel. in l. fina. ff. ad legem Iuliam maieſta. & docto. & Angel. in §. per contrarium. inſtitu. de hæred. quæ
6 ab inteſta. deferun. & Bartol. in l. qui à latronibus. §. primo. ff. de teſtamen. & † inter
alios in crimine læſæ maieſta. humanæ, quòd intelligas quando contra principem,

& rempublicam Romanorum, in aliis verò capitibus non damnatur memoria, vt in
l.fin.ff.ad legem Iul.maieſt. & per glo.inſtit. de publ.iudi.in d.§.item lex Iulia.& Pan.
in c.cùm à nobis.de præſcrip.glo.in conſtit.reg. contingit interdum. vbi etiam Math.
& plenè per Capi.in deciſi.ſac.conſil.cxxx. & ibi an in aliis capitibus, quàm primo &
ſecundo,& per Ang.in glo.qui iudex videns. Angel.in conſil.ccxxij.Bald.in conſil.lx.
7 ij.volu. Bernard.poſt Angel.in d.gl. intelligas † dummodò infrà quinquennium agatur.glo.in l.manicheos. C.de hære.quam ſequitur Alexand.poſt Barto.in d.l.fin. ff.ad
legem Iul.maieſt. & Lud.in ſing.ccccxxxj. & Ang.in glo.che hai tradi. la tua pa.Pan.
& Felin.in d.c.à nobis.de præſcript.vbi reſpondent ad glo.in c.ij. de præſcrip.in vj. &
in d.c.accuſatus.de hære.in vj.quæ requirunt.xl.annos,& per Cepol.in conſi.xvij.vbi
plenè,quando damnatur memoria,& infrà quantum tempus,& per Dec.in conſi.xj.
in nouiſsimis,& per Bart.in l.ij.C.de apoſta.Barba.in conſi.lxx.iiij.volum. Mar.in l.fi.
ff.de iur.om.iud. hodie tamen in regno expeditum eſt, quando contra regem, bona
publicantur,nulla obſtante præſcriptione, vt in cap.reg.incip.bona proditorum. De
8 ſecunda † verò abolitione per principem, quandoque fit generaliter, quandoque fit
particulariter,& ſpecialiter: generaliter fit abolitio,quãdo princeps ob natum filium
maſculum,aut partam victoriam generaliter concedit abolitionem.l.abolitio autem.
cum ſeq. ff.ad Turpil.l.ij. C.de gene.abolit. in qua generali abolitione, & indultu generali,excipiuntur quatuor caſus,de quibus per Ange.in d.glo.necnon ad querelam.
9 Nam primò † non extenditur ad delicta iam liquida, & notoria vt l.fin.C.de abolit.
ſecundò non porrigitur ad accuſationes nondum inſtitutas. l.j.& ij. C.de gene.aboli.
tertiò non porrigitur ad carceratos. l.Domitianus.ff.ad Turpil.vt ibi per Barto. & in
10 l.Lucius.ff.eod. quartò † non extenditur in crimine læſæ maieſtatis, nec in aliis enormiſsimis delictis,niſi expreſsè dicatur, vt in d.l.Lucius. vbi Bart.& doct. in d.§.ſi pluribus.l.de pupillo.§.in prouinciali.ff.de oper.nou.nun.vbi plenè Alexan.& Iaſ.& per
Mar.in l.j.C.de raptu virg.& in pract.in §.diligenter.& in l.j.in princ.ff.de quæſt. & in
l.j.§.ſi ſeruus.& in l.vnius.§.cogniturum. ff.de quæſt. & in ſingu.clxiij. & per Capit. in
11 deciſi.ſac.conſil.cxxx.in fin. Et nota ne † æquiuoces quòd alia eſt abolitio,alia eſt indulgentia quam facit princeps ex cauſa: nam abolitio non extinguit crimen, ſed tantum inſtantiam iudicij, & ideo tranſacta lætitia infrà xxx.dies, poteſt accuſator de
12 nouo accuſare.l.ſi interueniente.ff.ad Turpill.indulgentia † verò principis quam facit
ex cauſa,extinguit crimen,& ideò extenditur ad præmiſſa,& crimen falſ.vt per glo.in
l.ſi docuerit.C.de falſ.& per Auguſt.poſt Angel.in d.glo.necnon ad querelam. ita declarat Alexan.in d.§.ſi pluribus.vbi etiam extendit ad crimen læſæ maieſtatis,quando
ex cauſa illud facit, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter indulgeat criminibus, vt ibi per
eum,quod limita, vt per Iaſ.ibi,niſi ad petitionem partis fuiſſet conceſſa indulgentia:
nam ſi in petitione non exprimat alia grauiora, ad ea non extenditur, vt dicetur. Par-
13 ticulariter autem fit,vbi princeps ob meritum aliquod indulget alicui homicidæ, vel
aliter delinquenti,iuxta §.quod principi.verſi.planè.inſtit.de iure na.gẽ. & ciui.& no.
quòd princeps faciendo indultum alicui particulari, & gratiam, debet illam facere ei
14 qui non fuit ſolitus ſimilia committere maleficia, vt in l.iij. C.de epiſc.aud. vbi † per
Bal.& Pau.quòd per binos actus inducitur conſuetudo delinquendi: geminans enim
delictum non debet ſperare de venia,vt ibi,& per Specu.in tit.de contuma.§.iiij. verſi.
15 ſed pone.Thom.Gra.in conſ.xxxiiij.Par.in tra.ſynd.in verbo,latro.in † tantum quòd
ſi princeps indulget alicui homicidæ non facta mentione de alio homicidio per eum
cõmiſſo,quòd non valet tale indultum,& puniri poteſt ad mortem ex homicidio,ita
per Bal.& Pau.poſt Guliel.de Cu.in d.l.iij.C.de epiſc.aud. Pan.& Anan.in c.j.de cler.
percuſ.And.in c.j. in verb. bona cõmittentium.plenè Iaſ in d.§.ſi pluribus.iij.conclu.
vbi

16 vbi poſt † alios dixit, quòd ſi quis obtinuit bis gratiam à principe, ſi in ſecunda non
expreſsit, nec fecerit mentionem de prima, poteſt puniri, & refert Barba.in ca.ſuper
literis.extra de reſcrip. vidiſſe quendam decapitatum Bononiæ, qui obtinuit gratiam
& indulgentiam de ſecundo homicidio, & non fecerat de primo mentioné, tanquam
obreptitiè impetrata gratia, Thom.Gram.in vo.xvij.& in d.conſil.xxxiiij. Io.de Arn.
in ſing.xj.incip.ſæpe occurret.Mathe.in conſtit.inconſutilem.verſic.in glo. & Iaſ.poſt
Bald.in l.præſcriptione.in fin.C.ſi contra ius, vel vti.publ.vbi idem, quod ſuprà.& per
Math.in conſtitu.vt vniuerſis.x.not. Roch.de Cur.in repetit.c.fin.j.not. de conſuetu.
17 Item † indulgentia principis non extenditur in criminibus, & delictis factis in offi-
cio, & ideò non extenditur ad illicitè extorta per baronem à vaſallo, & officiali à ſub-
dito, vt per Par.in tract.ſynd.de offic.ſynd.verſi.an ſi poteſtas condemnauit ibi, prio-
tes habentes arbitrium. Nec etiam extenditur ad crimen ſodomiæ, vt in prag. reg.
18 Caro.ſuper ſodomia. Item † non valet indulgentia, & gratia principis, niſi fiat ſaluo
intereſſe partis, nam ſi remittit pœnam non poteſt remittere intereſſe partis niſi ex
abſoluta poteſtate, & ſi non dicatur de abſoluta poteſtate non cenſetur factum ex ea:
imò niſi princeps ex magna cauſa hoc faceret, peccaret mortaliter, vt plenè per Tho.
Gram.in d.conſi.xxxiiij.vbi non valet remiſsio, niſi fiat ſaluo intereſſe partis, & cum
concordia partis, allegat Bald.in l.venia.C.de in ius vocan.& Bart.caſſ.in conſil.xxvij.
idem And.in d.c.j.ver.bon.commit.& in c.ſimiliter.de cap.qui cur.vend.Par.in d.tra.
in verbo, compoſitio.verſic.quia plures.vbi princeps quando facit indultum, non in-
telligitur remittere niſi quantum ad ſe ſpectat, non autem ius partis per l.ſi docueris.
ff.de falſ.quod limitat quando facit indultum particulare, non vniuerſale, ſecundum
Bald.in l.quicunque.C.de ſer.fugit.ad idem plenè per Thom.Gra.in vo.xxxv.Et dixit
Thom.Gram.in d.conſi. quòd princeps remittendo pœnam, videtur remittere infa-
19 miam. Imò † indulti præſentatio inducit probationem delicti contra accuſatum, vt
20 ibi per Thom.Gram.qui plenè tradit. Sed ſi † princeps indulget ſaluo intereſſe partis,
quod erit iſtud intereſſe, & an poſsit id petere? dic, quòd hæredes occiſi facient per pe-
ritos examinari quot annis naturaliter poterat viuere, & quantum ſingulis annis po-
terat lucrari cum induſtria, arte, & labore ſuis, & facta liquidatione ad id debet con-
damnari: idem ſi alia damna, & intereſſe concurrant ex tali occiſione, quæ non forent
ſi viueret, ita not.per glo.& Ang. inſtit.de oblig. quæ ex quaſi deli.na. §.ſi iudex.& ibi
Ioan.Fab. & habetur in l.fin. ff.de his qui deie.vel effu. & per Specul. in titu. de iniur.
§.ij.verſic.ſed nunquid.Panor.in cap.j.de iniur.& ita in hoc conſuluit Marſi.in conſil.
21 cxv.& in conſil.cxxxj. & in ſingu.cccclxxv. & an † valeat indultus principis abſque
22 cauſa, dic vt per Mathe. in conſtit.officiales.la.j.lib.j. & an † indultus generalis non-
dum publicatus, ſed coram multis declaratus cum reſeruatione aliquorum poſsit à
principe reuocari, vel augeri numerus reſeruatorum, dic, vt per Capit.in deciſi.ſac.
conſi.cxxxiij.ſi princeps remittit delictum, culpa videtur ſublata ipſo iure vt vlterius
ſententiari non poſsit ſuper delicto, vt per Thom.Gram.in deciſi.cv.num.19. Priuata
23 verò † abolitio diffinitur per Barto.in d.l.aut priuatim. §.xxx.ff.ad Turpil.nihil aliud
eſſe dicit quàm nomen rei abolere: inter reos, & eum abſoluere ab inſtantia iudicij,
petente & requirente accuſatore, vt dicitur in l.interueniente.in fin. ff.ad Turpil.& l.j.
C.de abolit. fit enim ab accuſatore impetrante à præſide partibus præſentibus, vel ci-
tatis, aut contumaciter abſentibus aſſerente accuſatore ſe calore, vel errore, vel teme-
ritate accuſaſſe, non melius informatum de negotio: debet etiam iurare, quòd non
pecunia pretio, prece, vel alia humana gratia corruptus fecerit, vt in d.l.j. C.de abolit.
& quòd fuerit ſimplex & pura accuſatio tantum, nec reus, nec aliquis teſtis iniuriam
paſſus: aliàs niſi reo volente non debet concedi abolitio, niſi in caſibus l. fallaciter.

C.de abolitio.& l.vbi.C.de falſi.& tunc petita & conceſſa abolitione vlterius non ad-
mittitur accuſator,niſi obtinuerit à principe abolitionem abolitionis d.l.j. in fi.alius
verò admittitur ad accuſandum,ex quo non crimen aboletur, ſed tantum inſtantia,
24 ſed tunc iudex ex officio procedit,vt ſuprà.In † regno verò extant conſtit.& c.diſpo-
nentia parte remittente,curiam ſubintrare in locum accuſatoris,& procedere & con-
demnare,vt plenè proſequitur Par.in d.tracta.ſyndic.in verbo,accuſatio.vbi limitat,
niſi in caſibus in quibus ex officio procedi non poteſt,vt ſtante ſtatuto,aut priuilegio
alicuius ciuitatis,vt in noſtra ciuitate quòd iudex nō poſsit ex officio procedere,quod
deſiſtente accuſatore,iudex & curia nō ſubintrat,vt procedat ex officio.Hodie tamen
reuocatis priuilegiis ciuitatū rex Ferd.primus ſtatuit remittēte & deſiſtente parte cu-
riam ex officio ſubintrare,& procedere;vt in pragm.incip.nonnullis vniuerſitatibus.
25 extra † verò ſtatutum aut priuilegium,curia ſubintrat, & procedit iuxtà conſtit.reg.
poſt citationem,vbi fit diſtinctio quòd aut deſiſtit ante lit. conteſt.& poteſt impunè
abſque pecunia,cùm pecunia verò non poteſt,ſed punitur,vt ibi.poſt litem verò con-
26 teſta.non poteſt deſiſtere,nec tranſigere,niſi cum licentia curiæ, vt ibi. Limita † vt per
Ioan.de Are.in ſing.xvij.in querela contra conſanguineum:nam poteſt poſt pœnitere,
& vide in hoc Ang.in gl.necnon ad querelam.verſi.quæro an & quando vetar deſiſte-
27 re,& poſt eum per Augu.& vide † in c.reg.pridie per diuerſas.& in c.contingit inter-
dum.& in c.incip.ad audientiam.per quæ an hodie corrigatur l. tranſigere.C.de tranſ.
inquantum permittit tranſactionem in pœnis ingerentibus pœnam ſanguinis, dic vt
per Math.in d.conſtit.poſt citationem.& an pro homi.poſsit tranſigi? dic per doct.in
28 d.l.tranſigere.quod ſic,vt in l.j.& ibi Bar.ff.de bon.eo.qui ſi.mor.conſci.& per † Gand.
29 in d.rub.de tranſa.& quòd iudex ſubintrat parte remittente, habetur † in c.reg.incip.
ſpectat ad præſides.ſub rub quòd actore deſiſtente, curia ex officio procedere poteſt,
niſi extaret ſtatutum,aut priuilegium vt ſuprà,aliàs eo non extāte ſubintrat per Ang.
in gl.compa.inquiſ.in ter.def.verſic.quid ſi opponat quòd illa iniuria, & plenè Gand.
in d.rub.de tranſac.verſic.ſed pone quæſt.quòd filij.vbi reſidet aut ſtare de hoc ſtatu-
tum, & prodeſt vt non procedatur, aut non extare,& tunc dicit communiter teneri
poſſe iudicem procedere ad condemnationem,& per Bel.in pract.in gloſ.quod dictus
Titius.in fi.& Par.in tract.ſynd.in verb.inquiſitio.verſic. dicit conſt. an ſi iniuria.& in
ver.compoſitio.& ver.vltimo.& in d.verſi.accuſatio. Boni.in rub.de pac.& per Bald.
& alios in l.tranſigere.C.de tranſa.& Bal.in l.ſi maritus.§.ſi negauerit. ff. de adult. Sed
quid ſi extet indulgentia generalis quæ intelligitur parte concordata.& pars accuſat,
deinde remittit, an per præcedentē indulgentiā iudex prohibeatur procedere, an verò
30 pōt?dic vt per Luc.de pen.in l.ſi quis.q.v.de deſer.lib.xij.quod pōt procedere. Sed † an
ſtante ſupradicto ſtatuto, ſeu priuilegio, ſufficiat habere pacem ab vno, an verò ab
omnibus,& ſi ab vno,an alij poſſunt accuſare? de hoc per Gandi.in d.rub.de tranſact.
verſi.ſed pone quòd aliquis.& in tit.qui accuſ.poſt.in fi.Ang. in gl.necnon ad quere-
lam.& ibi an noceat extraneis,vt poſsint accuſare:loquitur tamen ſecundū ius com-
mune,ſecundum quod in crimine publico quilibet admittitur ad accuſandum,& per
31 Ang. in gl.necnon ad querelam.ſecùs † tamen eſt in regno:nam hodie nemo admitti-
tur ad accuſandum,vt quilibet de populo,niſi ſuam,vel ſuorū proſequatur iniuriam,
vt extat ritus magnæ curiæ,incip.item quòd nullus laicus. ſub rubr. quòd nullus ad-
32 mittatur ad accuſandum, tanquam vnus de populo. Qui † autem dicantur ſui; dic
33 vt per Ang.in d.gl.necnon ad quere.& Gand.in d.rub.de accuſ. Et † de ſtatuto requi-
rente pacem ab hære.an ſufficiat habere pacem ab vno,per Ang. in gl. compa.inquiſi.
inter def.verſi.quid autem ſi ſtatutum,& ibi an ſufficiat habere pacem à ſpuriis, & an
fœmina,vt ibi per Par.in tract.ſynd.in verbo,compoſitio. ver. vlt.& in d. locis. de his

an

an minor faciens pacem ſine tutoris vel curatoris authori : poſsit contrauenire,& petere reſtitutionẽ,& an tutor ſufficiat, & an ſufficiat habere pacem & remiſsionem à
maiori parte hæredũ, maximè à maioribus, & an tunc minor poſsit accuſare, vide
plenè per Ioan.de anic.in conſilio lxxxviij.vbi quòd ſufficit à tutore, & maiori parte
34 remittente,minor & pupillus non accuſat.quid ſi extent † minores, & pupilli qualiter,& à quibus pacem habere debet,& an ſufficiat à tutore, & curatore,& ſi ſit à pupillo an requiratur tutoris auth.& decretum iudicis;& an habeat reſtitutionem,& an
iudex ſupplere poſsit,de his per Specu.in titu. de homicid. doct. in l.pactum curatoris.C.de pact.& Bald.in l.prima.in fin.C.de reſtitut.in integr. & doct. in l.tutoris.ff.de
pact.Gand.& Angel.& Par.vbi ſuprà,& Math.in conſtitut. minorum iura. vbi etiam
dixit,ſi durum habet aduerſarium,poteſt facere pacem abſque tutoris authoritate,&
non reſtituitur,& per Paul.in conſi.cxcj.vbi de pace facta à minore an effectus maior
rumpat pacem,& vide pulchram doctrinam per Ioan.de Ar.in commen.lxxxviij.vbi
cum curatoris authori.ſi non ſit pax dedecori pupillo, vel eius agnatis, & intellige,
quòd ſit natus:aliàs ſi poſthumus ſit,non poteſt pax fieri,niſi naſcatur, vt per Ioan.de
35 Ar.in cau.lxxij.& † an ſufficiat ab vno habere pacem,Bald.in l.ſecunda. C.de lib.& eo.
lib.Flor.in l.per fundum.ff.de ſer.ruſtico.prædi.docto.in l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.
& pupil.do.in l.tertia.§.Cato. ff.de verb.obligat. vbi mod. Alexand.in l.communis.ff.
de in ius vocan.per doct.poſt gloſ.& Bartol.& habetur poſt eum,in dicta l.tranſigere.
& in dicta l.ſi maritus.§.ſi negauerit.& in l.ſicut.§. eiuſdem. ff. de accuſat.& per Ioan.
de Ar.in dialog.xiiij.vbi an ſufficiat ab vno filiorum, an ab omnibus filiis requiratur.
36 Et † not.quòd dicit Gand.in dicta rubr.de tranſact.poſt Guid.de ſuza.quòd ſi prætendens maiorem dolorem remiſerit iniuriam, & fecerit pacem,quòd cęteri non admittuntur ad accuſandum,& ex hoc dicebam,quòd ſi extãt filij parentes, & vxor occiſi,
& iſti remiſerint iniuriam,& fecerint pacem,quòd fratres non admittuntur ad accuſandum,cùm maior dolor in illis conſideretur, quàm in fratribus, & remotioribus,
& ideò illis remittentibus iniuriam,fratres non admittuntur, & per doct.Gand.maximè ſi non interuenerit corruptio pecuniæ,& vide per Specula. in titu.de abolitio.§.
37 primo.ver.porrò.Et † quid ſi filius,à quo pacem habere debet,ſit in monaſterio,à quo
pax exigitur,dic vt per Dec.in capitulo, in præſentia.in fin.gloſſ.fin. verſiculo, iuxta
prædicta.de proba.& ibi ſi non ſit hæres filius,ſed alius, & per Mar.in conſilio cxviij.
per totum. & pro iſta opinione faciunt tradita per Barto.Alexand.& Aretin.in l.ſi ita
ſtipulatus.§.chriſogonus.ff.de verborum obligationibus.& Alexand.in l.ſi finita.§. ſi
de vectigalibus.ff.de damno infecto.in quibus dicitur quòd per iniuriam factam fratri,non dicitur fieri iniuria alteri fratri, ideò non agit actione iniuriarum, cùm non
ſit de perſonis numeratis. in l.prima.§.fin.& in l.lex Cornelia.ff.de iniuriis.& per Soc.
in conſilio ccxx. ſecundo volum.ex conſequenti ſi prætendens dolorem remittit, cæteri excluduntur.In contrarium faciunt tradita per Bart.Bald.Aretin.& alios in dicta
l.tranſigere.& in l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff. de adulter. per Bartol. vbi dicunt quòd
ſi offenſus remiſerit iniuriam,cæteri conſanguinei admittuntur non obſtante remiſſione facta per prætendentem dolorem,facit l.neganda. C. qui accuſare poſſ.& facit
ritus magnę curię.incipien.item quod nullus laicus.vbi nemo admittitur ad accuſandum niſi ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequetur.ergo ſui admittuntur, cùm interſit
conſanguineorũ puniri offendentẽ conſanguineũ,maximè quia iniuria facta vni conſanguineo cẽſetur aliis facta,vt per Bar.in l.lex Cornelia.ff.de iniur.& in d.§.ſi.ff.de iniur.& per Bal.in l.j. C.de raptu virg.v.not. & Feli.in c.liter.in iiij.limit.de præſump.&
hanc dicit communem Aretin.in dicta l.tranſigere,licet Salyce.dicat non eſſe verum
quòd offenſo remittente, ius habeant accuſandi conſanguinei, nam præcludit viam et

aliis, & tunc & ad d.l.neganda.& ritum mag. curiæ poteſt reſponderi vt intelligatur
ordine ſucceſsiuo, nam ſi prætendentes dolorem non accuſauerint, cæteri admittun-
tur, non autem quòd remittente prætendente dolorem, non præcludat viam aliis.
Alij dicunt quòd conſanguinei agere poſſunt criminaliter, non ciuiliter, per prædi-
cta, Bart.in d.l.lex Cornelia.& in d.l.j.§.fin.ff.de iniur.Sed obſtare videtur text. in l.lex
Cornelia. §.illud.ff.de iniur. vbi ſi filius recipit iniuriam, ſolus filius agit l.Cornelia,
& ſic criminaliter, non autem pater, ſed pater agit actione prætoria,& ſic ciuili. Ergo
multò minus alij conſanguinei agere poſſunt criminaliter, & ſic eo remittente, &
prætendente dolorem, cæteris præcluditur via agendi criminaliter, & miror quòd de
tali textu doct. non faciunt mentionem vbi ſuprà, niſi dicas quòd pater non agit l.
Cornelia directa, & ſic nomine proprio cùm ſoli offenſo competat, vt ibi, & gloſ.ibi
dicit patrem habere exercitium Corneliæ, & ſic vtili agit, & non directa. Facit pro
prædicta opinione, nam pater remittit iniuriam filio factam, & præcludit viam aliis
accuſandi. l.ſed ſi vnius. §.filiofam.de iniur. ff.& habetur. in l.in perſonam. ff.de pact.
& per Iaſ.in l.contra iuris. §.ſi filius.ff.de pact. Ecce ergo qualiter prætendens maio-
rem dolorem ſi remiſerit præcludit viam aliis, niſi dixerimus quòd ſpeciale ſit in pa-
tre, ergo in cęteris habeat locum ius commune.Idem in marito per l.cum qui nocen-
tem.§.ij.ff.de iniur. vt dicit Salyc.in d.l.tranſigere.& ſic vbi filius eſt offenſus, aut oc-
ciſus, ſi pater remittat iniuriam, cæteris præcludit viam accuſandi, idem in marito
offenſa vxore, & ita procedat opinio Guid.de Sumza. & Gand. vbi ſuprà. In cæteris
verò locum habeat opinio communis de qua in d.l.tranſigere. attenta maxime opi-
nione Hugo.de qua in d.§.filiofam. vt procedat etiam in actione l.Corneliæ. licet alij
contra teneant per dictũ §.illud. cùm in ea non agat pater, & ſic filio non præiudicat.
Cogita, quia in præmiſſo not.communis opinio eſt contra Gand. Sed vſque ad quem
gradum admittuntur conſanguinei, dic vt per Angel. in glo.necnon ad querelam.
vſque ad ſeptimum gradum ſucceſsionis, cùm vſque ad talem gradum ſui dicantur
quantum ad talem actum, & per Felin.in c.cùm dilectus. de accuſ.qui dixit commu-
nem eſſe opinionem quam tenet Panor. in c. decætero. de teſtib. aliis vſque ad ſobri-
nos per text. in d.l.lex Cornelia. & ſic vſque ad ſextum gradum, vt in §. ſexto gradu.
inſtit.de grad.quæ not.ob priuilegium patriæ meæ, per quod in omni caſu etiam ca-
pitali parte remittente curia non ſubintrat, nec poteſt procedere ſi remiſerit vſque ad
illud verb.condemnatus. vt ſciamus igitur à quibus debeat haberi remiſsio, & an ab
omnibus conſanguineis, an verò à prætendentibus maiorem dolorem ex præmiſsis
deciditur. Bonif.in rubr.de pace.tenet contra Gandi. quòd accuſare poſſunt alij, & ibi
quòd ſtante ſtatuto dicto, vel priuilegio remittente offenſo non procedit poteſtas.
Reperio tamen Parid.in verbo, compoſitio.in verſi.an ſi compoſitio. & verſi.ſequen.
an facta compoſitione, dicentem quòd ſi ille ad quem principaliter ſpectat offenſa
remittit, omnibus aliis præcludit viam, & ſic ſequitur Gand.vbi ſuprà, maximè ſtante
compoſitione de delicto per curiam parte volente. Sed contra facit quod ſentit idem
Par.in d.verbò, compoſitio. verſic.vltimò circa prædicta. ibi, & etiam pondera. vbi
dicit vxorem facere pacem de morte viri ſi non ſuperſunt alij conſanguinei: ergo eis
exiſtentibus non præiudicat, ſed accuſare poſſunt non obſtante remiſsione vxoris.
38 Et † quid ſi extat inſtrumentum pacis de vulneribus, & mors ſequatur, an prodeſt re-
miſsio.doct.plenè in l.damnum.§.ſabini.ff.de dam.infect. & ibi ſi pacem haberet à de-
functo, an requiratur habere ab hæredibus, ſtante ſtatuto, quòd pax ab hęrede habea-
tur, & plenè per Gand.in d.rubr.de tranſact. & Angel.in gloſ.compa.inquiſ.inter def.
& Par.in d.verbo, compoſitio.verſi.vltimo.& per Bald.in c.§. quibus.mod.feud.ami.
39 & per Mar.in rub.ff.de fideiuſſ.no.ccclxvij. Et an † per inſtrumentum pacis probetur
delictum

delictum, & inducatur confeſsio? dic, vt per doct. in d.l.tranſigere. vbi diſtingue. &
Bart.in d. §.ſi negauerit. & Gand. vbi ſuprà. & Brun. in tract. de ind. & tor. j. part. vbi
dat cautelam, & per Mar. in pract. in §. diligenter. & per Thom. Gra. in d. conſi. xxxiiij.
vbi per inſtrumentum indulti probatur delictum, & per Gand. in titu. de pœn. Et an
40 proſit †remiſsio facta in mortis articulo per vulneratum, & maximè coram ſacerdo-
te, plenè per Gandi. in rubr. de tranſact. & Specu. in tit. de homic. Ange. in d. glo. comp.
inquiſ. inter def. & Par. in d. verſi. vlt. vbi etiam an valeat pax cum mortiferè vulnera-
to, & ibi in fin. poſt Iacob. de Ardi. in ſum. feud. in tit. de pae. ten. §. & ſi queratur. ſi pa-
ter mortiferè vulneratus remiſerit, an eo mortuo filij accuſabunt, non decidit, ſed re-
mittit ſe ad Iaco. Ard. in d. ſum. quod not. quia ſæpius accidit, & an proſit remiſsio in
mortis articulo, Panor. in c. j. de iniur. Ana. in c. j. de male. Iaſ. in l. ſi tibi decem. §. quæ-
dam. de pact. ff. Felin. in c. de his. de accuſ. & per Bald. in l. ij. C. de lib. & eo. libe. & ibi-
dem per doct. an valeat cum iuramento, cætera in hac materia, per Gand. in d. rubr. de
tranſact. & Bonif. in titu. de pac. & in tit. de treug. & doct. in d. l. tranſigere. Sed quid ſi
offendens tranſegerit cum parte offenſa, vel pars offenſa remiſerit offendenti cum
hoc quòd ponat ſe in manibus offenſi, an offendens poſsit grauem pœnam impone-
re, vt quòd exeat de ciuitate, aut non moretur in propria domo, & an poſsit extra
prouinciam relegare, & ſi pro homicidio an poſſet condemnare ad mortem, dic quòd
non, ſed intelligitur arbitrio boni viri, ita per Par. in d. verb. compoſitio. in fin. verſic.
quia pluries. poſt And. in c. j. §. ſed nec dominus. de prohib. feud. alien. & an facta pace,
& tranſactione liceat aliquid habere ab offendente, dic quòd ſic, pro expenſis, damnis
& intereſſe vt in conſtitur. reg. poſt citationem. & tradit Par. in d. verbo, compoſitio.
verſi. vltimo circa. vbi etiam quod ſi ſoluatur offenſo, & aliquis ex conſanguineis of-
fenderit offendentem, an reſtituatur datum & emenda facta. Nota tamen quòd ſi fiat
remiſsio delicti & homicidij ſi expreſsè non dicatur, an videtur remiſſum intereſſe pe-
cuniarum, & an agere poſsint ad damna, & intereſſe, quòd ſic, ſi non dicatur in remiſ-
ſione & pace. Et ideò cautela datur vt in remiſsione dicatur quòd relaxat omnia
damna & intereſſe, aliâs agere poſſunt vt not. glo. in §. fin. inſtit. de iniur. Barto. Bald.
& Angel. in l. ſi tibi. §. quædam. ff. de pact. & ita per Ioan. de Ami. in conſil. lxxxviij.

## SVMMARIVM.

1 *Diuturnitas temporis excuſat à pœna ordinaria, vt ſi quis ſtaret per decem annos & non accuſaret.*

2 *Diuturnitas temporis operatur vt teſtes excuſentur à periurio, & falſitate.*

1 TRIGESIMO Excuſat †diuturnitas temporis, & ideò ſi laba-
tur decennium, & nõ accuſetur, ſi poſtea accuſatur, & probatur,
pœna minuitur, vt not. in l. ſi diurno. ff. de pœn. vbi gl. Math. in d.
conſtit. terminum vitæ. xxj. fallen. & in conſti. iuſticiarij non per
calendas. iiij. not. Pan. in c. cùm habemus. de eo qui dux. quã poſ.
per adulte. & per Par. in tract. ſynd. in verbo, pœna. verſi. an ſi. lõ j.
& lo vlti. & per Math. in deciſi. cclxxxvij. vbi ratione diuturnita-
tis fuit admiſſus ad compoſitionem, & ibi de aliquibus caſibus minuentibus pœnam,
& per Tho. Gra. in conſi. xxxix. & in deciſi. xj. in fi. & per Roch. de Curt. in repet. c. fin.
de conſuet. j. not. & tradit Saly. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi publ. & Anch. in conſil.
2 xxxix. & Mar. in ſing. cccel. Item † diuturnitas operatur vt teſtes excuſentur à periu-
rio, & falſitate, vt quia deponant de his quæ fuerunt acta per ſex annos retrò, aut plu-
res, ita per Thom. Gram. in conſi. xlvij.

## SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio ſi fuerit nulliter facta nõ poteſt corporaliter puniri, nec ordinariè, ſed mitius.*
2 *Delictum ſi eſſet notorium, aut conſtaret per confeſſionem, punitur pœna ordinaria, nullitate non obſtante, & num. 3.*
4 *Notorius delinquens non poteſt per partem occidi, ſed per iudicem.*
5 *Homicidam excuſandi à pœna ordinaria quadragintaquinque modi ponuntur.*

1 TRIGESIMOPRIMO Excuſat † defectus nullitatis inquiſitionis, & proceſſus, & ideò ſi in inquiſitione formanda non interuenerint tradita & requiſita, per Angelum in l. ſi vacãtia. C. de bonis vacanti. & Ang. in gloſſ. hæc eſt quædam inquiſitio. & Mar. plenè in practica. in §. conſtante. adeò quòd proceſſus & inquiſitio fuerit nulliter facta maximè extra ordinem iuris, procedendo iudex non poteſt imponere pœnam ordinariam homicidij, ſed eam debet minuere, & temperare, ita Bald. in repert. ſuo in verbo, pœna. verſiculo, pœna ordinaria. Marſil. in dicto §. conſtante. in fine. & in §. quoniam. verſiculo, redeundo. &
2 in §. ſecũda quæſt. in fi. in pra. Limita † niſi delictũ eſſet manifeſtum, vt per Mar. in pra.
3 in §. ſecunda. quæſtio. Limita † etiam niſi de delicto conſtaret per confeſsionem partis: nam licet inquiſitio, & proceſſus fuerit nullus, tamen condemnatur pœna ordinaria, & punitur, vt per Innocen. in capitulo, qualiter, & quando. lo ſecundo. de accuſatio. Mat. in not. liij. incipien. not. vtilem regulam. Ioan. de Arno. in comment. vj. incipien.
4 pone ad materiam conſtitutio. terminum vitæ. & † quod ſuprà dictum eſt de notorio delinquente occidendo, intellige per iudicem, non autem per priuatum: nam occidi non poteſt quantumcunque fuerit notorius, & manifeſtus homicida, & delinquens,
5 ita per Bal in l. fi. C. de male. & ma. Et † ex præmiſsis habes xlv. modos excuſandi reum delinquentem, ſaltim à pœna ordinaria homicidij, videlicet xiiij. naturales, & xxx. ciuiles. alios verò modos minuendi pœnam homicidij ordinariã, vide infrà ſequen. par. & ſuprà in ſecunda parte de culpoſo & caſuali homicidio, & auxilio, & etiam in tertia parte in materia mandantis, & mandatarij & conſultoris, vt ſuprà: nonullos modos vide per Gandin. in titu. de pœn. in fin. & in princip. & in titu. de homicid. & Boni. eodem titulo. & in titu. quis poſsit alium offend. & Pari. in tract. ſynd. in verbo, pœna. maximè in verſiculo, quia multa. & per hæc ſatis remanet hæc pars decorata ſua dote. Sequitur vltima pars de pœn. homicid.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna quid ſit & quomodo definiatur.*
2 *Executio pœnæ capitalis quid ſit, & quomodo definiatur.*
3 *Executio pœnæ capitalis fieri debet in loco publico, vt vnius exemplo cæteri teneantur.*

CIRCA Itaque vltimam partem operis, & pœnas homicidij, primò videndum erit quid ſit pœna, & quid executio pœnæ capitalis, ſecundò quæ ſit pœna introducta in omni iure pro homicidio, tertiò, quæ ſint cauſæ minuendi pœnas homicidij, quartò, quæ ſint cauſæ augendi, & alterandi pœnas homicidij, quintò de
1 aliquibus quæſtionibus. Circa † primum pœna à Gandi. in tit. de pœnis diffinitur eſſe delicti, vel pro delicto ſatisfactionẽ, quę pro- 2
pter delicta à lege, vel legis miniſtro imponitur, ſecundum verò Boni. in titu. de pœn. pœna eſt delictorum debita caſtigatio, quæ à lege imponitur, vel pœna eſt, delicti cõpetens

petens,& iuſta cohertio,vel delicti debita caſtigatio, quæ à lege vel miniſtro legis im-
2 ponitur vt iudice,qui miniſter legis eſt.l.celſus.ff.de arb.Executio ✝ verò pœnæ capitalis eſt ſatisfactio quædam quæ fit per condemnatũ, opera, & miniſterio publici executoris pro ſententiæ latæ obſeruatione.l.iiij.§.ait prætor.ff.de re iudic.l.ij.&.fi.C.de cuſt.reo.Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.per Paul.Gril.in tra.de pœn.omn.coi.
3 ſeu in tra.de relaxa. car.in titu.de ſent.& pœnæ execu.j.q.vbi ✝ etiam dixit faciendam executionem in loco publico,vt vnius exemplo cæteri terreantur.l.capitalium.§.famoſos.& l.aut facta.§.fin.ff.de pœn.l.j.C.ad leg.Iul.repe.clemen.j.de pœn.& qualiter executio impediatur,& ex quibus,dic vt per Feli.in reperto.in verbo,reus.in addi.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœna pro homicidio ſecundum legem Moyſi qua erat.*
2 *Pœna conſtituta pro homicidio iure ciuili antiquo qua erat.*
3 *Vltimum ſupplicium mors interpretatur.*
4 *Homicidij pœna hodie iure ciuili Codicis, eſt pœna mortis naturalis.*
5 *Condẽnatus pro homicidio nõ ſubijcitur hodie beſtiis,ſed eius loco naturaliter decapitatur.*
6 *Nobiles iure regni decapitantur pro homicidio, ignobiles furca ſuſpenduntur, & ſi nobilis furca ſuſpendatur,punitur iudex.*
7 *Transfuga,deſertor & denunciator Regiorum conſiliorum,& principis,& ſedicioſi,& autores factionum, furca ſuſpenduntur,& qui furca ſuſpendantur pro delicto.*
8 *Furca ſit ſuſpenditur pro furto vltra vnciam,ſed an indiſtinctè nobilis,& ignobilis.*
9 *Proditor furca ſuſpenditur.*
10 *Pœna furcarum, ignis,manus,oculi,& pedis,& fuſtigationis in quibus locum habeat.*
11 *Pœna mortis licet ſtatuta ſit pro homicidio,tamen in poteſtate iudicis eſt pœnam ex cauſa minuere,& homicidam deportare.*
12 *Iudex an pro homicidio poſſit imponere nouum genus pœnæ non introductum à iure, & an poſſit imponere pœnam quòd habiſtetur.*
13 *Iudex an poſſit imponere pœnam perpetui carceris.*
14 *Latro aut grauiter delinquens poteſt per terram duci per ciuitatem.*
15 *Delinquens an poſſit in fruſta ſecari,& diſcartari, & quando.*
16 *Pœna minor quàm capitis an imponi poteſt pro homicidio, vt pœna manus.*
17 *Statutum ſi alterat pœnam,vt quia pro vulnere maiori pœna puniatur quàm pro homicidio,an illa ſit imponenda.*
18 *Iudex pro homicidio an poſſit imponere pœnam pecuniariam, & num.19.*
20 *Statutum non valet imponens pœnam pecuniariam in aſſaſſinio & delicto qualificato.*
21 *Statutum an valeat imponens pœnam pecuniariam contemptibilem & paruam.*
22 *Pœna pecuniaria pro homicidio ex conſuetudine imponi poteſt,& componi.& nume.23.*
24 *Compoſitione facta pro homicidio,an poſſit iterum accuſari pro homicidio.*
25 *Compoſitio fieri debet cũ eo qui non ſperatur delinquere,& cũ homine bonæ famæ, & n.27.*
26 *Leues perſonæ non debent admitti ad compoſitionem.*
28 *Compoſitio fieri non debet niſi parte concordata,ſtante bonitate vitæ,& ex cauſa.*
29 *Compoſitio an fieri debeat ſtante bonitate vitæ,parte cõtradicente,& quid ſi nihil conſtat.*
30 *Barones in regno an poſſint pœnas corporales commutare, & quando.*
31 *Pœna capitalis leſæ maieſta. videlicet propter vſurpationem iuriſdictionis, commutatur in publicationem bonorum, non tamen in aliis capitibus.*
32 *Statuto ſtante quòd ſi nõ ſoluat pro homicidio pœnam pecuniariam,puniatur corporaliter, an ſtatim ſi non ſoluit debet decapitari,an diu expectari.*
33 *Iudex an & quando pœnã vltimi ſupplicij,& capitalẽ poſſit trãſmutare in pecuniariam*

34 *Corpus mortuum an puniri poſſit,& executio pœna capitalis fieri poſſit ſuper eo.*

35 *Executio in famoſis latronibus,aſſaſſinis,& parricidis fieri poteſt ſuper corpore mortuo.*

36 *Pœnæ plures ſi ſtatuantur pro homicidio, una iure ciuili,alia ſtatutario, quæ pœna ſit imponenda.*

37 *Pœna iuris communis an ſit ſublata per ſtatutariam.*

38 *Pœnæ diuerſæ quando imponuntur iure communi & ſtatutario an vtraque pœna imponi poſſit.*

39 *Statutaria pœna imponenda eſt quando alia de iure communi imponitur, & alia per ſtatutum.*

40 *Lex quando eſſet iuſtior & æquior ſtatuto,pœna legis imponi debet,& non ſtatuti.*

41 *Ius commune obſeruans abrogatum per conſtitutiones reg.tenetur de falſo.*

42 *Iudicis an rei ſit electio in pœnis cumulatiuis,vel alternatiuis.*

43 *Pœnæ diuerſæ ſi imponantur per ſtatuta,quæ imponi debet.*

44 *Pœnæ plures ſi concurrant imponendæ maior & minor,quæ pœna prius imponi debet.*

45 *Homicida ſi condemnetur ad pœnam capitis, nec dicatur ut caput amputetur, vel moriatur, vel condemnetur ad furcarum ſuſpendium, nec dicatur quòd moriatur, an occidi poſſit,& vita eximi.*

46 *Condemnatus ad pœnam capitalem licet non dicatur quòd moriatur, tamen ſi ſtatuto dicatur,pœna mortis eſt imponenda,& nu.47.*

48 *Iudex ſi dixerit in ſententia condemno ad pœnam capitalem iuxta formam ſtatuti, aut conſtit.intelligitur de morte naturali.*

49 *Pœna publicationis bonorum ſi imponatur vltra pœnam capitalem,intelligitur de morte naturali.*

50 *Pœna capitalis quæ ſit & dicatur.*

51 *Condemnatus ad furcarum ſuſpendium,an mori debet.*

52 *Condemnatus ad furcarum ſuſpendium, & funis rumpitur dum ſuſpenditur, an liberandus ſit.*

53 *Furca an erigi debeant in loco delicti,& in quo locus,& nu.54.*

55 *Executio pœnæ capitalis an fieri poſſit in alio loco,quàm in ſolito.*

56 *Furca ſuſpenſus an deponi poteſt,& amoueri per conſanguineos abſque licentia iudicis.*

57 *Carnifex vt ſit an quis poteſt cogi vt ſit carnifex,& an ad hoc officium poſſit condemnari.*

58 *Manivoltus & carnifex an poſſit accipere veſtes ſuſpenſi, & cuius ſint, & an poſſit relinquere corpus nudum.*

59 *Suſpenſi veſtes cuius ſint,& quid de eis fieri debeat.*

60 *Periurium punitur pœna manus.*

61 *Manus amputanda quæ ſit pro periurio,& vulnere.*

62 *Manus an redimi poſſit pecunia,vbi ad pœnam manus condemnatur.*

63 *Manus ſi ſit arida aut caret illa manu, & quid ſi non ſpecificatur quæ manus debeat amputari,quæ intelligatur, & nume.64.ibidem ſi condemnetur ad truncationem pedis,aut euulſionem oculi.*

65 *Blaſphemans punitur pœna truncationis linguæ abſque compoſitione.*

66 *Homicida an puniri poſſit duplici pœna,manus propter vulnus,& mortis ꝑpter mortem.*

67 *Pœnæ quando non apparent impoſitæ copulatiuè, aut alternatiuè, vnica tantum pœna imponenda eſt.*

68 *Homicida in loco domicilij ſi puniatur per ſtatutum pœna pecuniaria, & in loco delicti pœna mortis, ſi in loco domicilij ſit condemnatus ad pœnam pecuniariam, an in loco delicti puniatur pœna mortis.*

69 *Statutum dicens homicidã puniri pœna pecuniaria quam ſi non ſoluit in x.dies decapitetur,an*

*tur, an elapſis decem diebus poſſit ſoluere, vel alius ſoluere, & euadere pœnam.*
70 *Homicida vltra pœnam corporalem an puniatur pœna publicationis bonorum.*
71 *Publicatio bonorum in quibus caſibus hodie detur in regno, & de materia publicationis bonorum, & num. 72.*

1 CIRCA Secundum † iuxta legem Moyſi, & diuinam, pro homi-
cidio talis pœna, vt in Deuteron. iiij. & Exo. & traditur in c. illa ca-
uenda. xv. quęſt. j. quòd ſi vir aliquis nolens, & imprudentia occide-
bat aliquem, tres habebat ciuitates trans Iordanem, & tres citra, ad
quas poterat confugere, & ibi exiſtens erat ſaluus; tamē ſi parentes
& conſanguinei occiſi coram viris illarum ciuitatum probauerint
dolo occidiſſe, tunc occidens tradebatur in manibus parentum, & cōſanguineorum
occidendus: ſed ſi antequàm confugeret ad aliquam illarum ciuitatum, fortè repertus
fuerit aliquis conſanguineus occiſi, licet nolens occiderit, tamen poterat illum occi-
dere: hæc erat pœna homicidæ, ſecundum diuinam, & Moſaycam legem, idem ſtatui-
2 tur Leui. c. lxxx. quòd morte moriatur, ſi dolo aut inſidia occiderit. Iure † verò ciuili
antiquo indiſtinctè pœna erat deportationis, & bona publicabantur: deinde data eſt
diſtinctio perſonarum, vt, humiliori loco conſtituti capite puniebantur, & beſtiis
ſubiiciebantur, honeſtiori verò loco deportabantur, & bona publicabātur, hoc dicit
text. in l. iij. §. legis Corneliæ. ff. de ſica. & text. in l. qui cædem. ff. eod. inde pœna mortis
introducta eſt, vt in l. iij. C. de epiſc. audien. vbi homicida expectet quod aliis ipſe fece-
rit, & tex. inſti. de pub. iud. in c. item lex Cornelia. ibi, quæ homicidas vltore ferro pro-
ſequitur. iuncta l. aut damnum. in princ. ff. de pœn. declarat enim quando punitur fer-
ro, & gladio feritur, vitam adimi intelligitur, ad idem text. in l. ſi adulterium cum in-
ceſtu. §. Imperatores. ibi, vltimum ſupplicium remitti poteſt. ff. de adulter. excuſatur
ergo ab vltimo ſupplicio propter iuſtum dolorē, ergo innuit pro homicidio pœnam
3 fore vltimi ſupplicij. Vltimum † autem ſupplicium mortem interpretātur. l. vltimum
ſupplicium. & l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœn. & in conſtit. omnes. iuncta conſti. peſ-
ſimam. j. lib. ad idem text. in l. pen. §. qui alias perſonas. ff. de parric. vbi occidens alias
perſonas quàm coniunctas, capite & vltimo ſupplicio damnatur, & in c. j. §. ſi quis ho
minem. de pac. ten. & ita tenet gl. in d. §. item lex Corne. & per Gand in tit. de homici.
in princ. Bonif. eod. tit. & in tit. de pœnis. quando videlicet, dolo occidit, iuxta l. j. C. de
4 ſicar. & non aliter, vt ꝰ. & † Bald. in d. l. iij. C. de epiſ. aud. not. per illum tex. pœnam ho-
micidij hodie fore ſine redemptione, pœnam mortis, idem ibi Pau. dicens verū, quan-
do dolo, & non culpa, etiam ſtante ſtatuto, quòd occidens occidatur, & idem Paul. in
l. ex morte. C. ad leg. Aquil. Ang. in gl. ex interuallo. gl. & Ang. in l. gracchus. C. de adu.
5 Cep. conſi. xxxiij. Ang. † in d. l. iij. §. fi. ff. de ſicar. vbi dixit pœnam non eſſe in vſu, quòd
ſubiiciantur beſtiis, ſed eius loco naturaliter decapitatur: idem dicit pœnam deporta-
tionis non eſſe in vſu, ſed nobilis decapitatur, & ſic innuit indiſtinctè ſiue nobilis ſit,
ſiue non, decapitatur naturaliter, & moritur. plenè per Mar. in d. §. fi. & in l. j. in prin. ff.
de ſica. & in l. qui cædem. eo. tit. & conſi. ix. & conſ. xxiiij. & conſi. lxiij. & conſi. lxvij. &
conſi. xc. & ſeq. & conſi. 100. & conſi. cx. & conſi. cxv. & conſi. cxiij. & in ſing. cclxx. &
Thom. Gra. in vo. xxiij. Hodie verò in regno eſt prouiſum, & innouatum iuri cōmuni,
vt miles, & nobiles vltore gladio capite feriantur, & decollentur, capútque à ſpatulis
amputetur: inferiore loco poſitus furca ſuſpenditur; ita ſtatuitur in conſtit. reg. termi-
minum vitæ. j. lib. ſub ru. de homicidio puniri. & ſic etiam in regno hodie indiſtinctè
pro homicidio vita adimitur, licet qualitas mortis alteretur, & diuerſificetur ratione
nobilitatis, & ignobilitatis, & vide ibi per Mathe. v. notabi. vbi de pœna legis Corne-

liz,& per Parid.in tract.ſyndic.in verbo, pœna.verſicu.an ſi.lo.vlti.& ibi, in verſic.an
ſi ſtatutum. dicit, quòd ſi nobilis furca ſuſpenditur, punitur iudex, ibi, vnde iudex.
Limita niſi ratione proditionis,aſſaſsinij,& grauiſsimorum delictorum,nam tunc al-
tioribus furcis eſt ſuſpendendus, licet nobilis,vt per Thom. Gra.in deciſio.xxxvj.Sed
quatenus de furca dicit.d.conſtitut.videtur eſſe contra text.in l.aut damnum.in prin.
ff.de pœnis. vbi pro pœna vltoris gladij non debet furca ſuſpendi, dic, quando ita
eſſet condemnatus,ſed ſi ad furcam condemnatur,furca poteſt ſuſpendi,ita dicit text.
7 in l.capitalium.in princ.ff.de pœn.Sic † transfugę,& detectores,& denuntiatores con-
ſiliorum regiorum,& principis, ſeditioſi, & concitatores tumultus popularis furca
ſuſpenduntur,vt in l.ſi quis. la ſecunda.ff.de pœnis, dic vt per Bald. in c.poſt.§.iniuria.
de pace iura.firm. vbi ponit caſus, in quibus quis furca ſuſpenditur, & vide caſus per
8 Guido.papæ.in deciſio.par.la.cccccl xxxix.Sic † etiam pro furto rei valo. vltra vnciam
furca ſuſpenditur,cap.primo.§.ſi quis quinque ſolidos.de pace tenen.& in c.reg.incip.
ad hæc.ſub rubr.de fur.& licet Math.in conſtitu.terminum vitæ.dixerit pro tali furto
indiſtinctè puniri,& ſuſpendi furem, non habita diſtinctione nobilitatis & ignobili-
tatis,idem in conſtit.proſequentes. in fin.tamen dicit contra illud. c.ad hæc. quod ſta-
tuit nobilem decapitari,& alios furca ſuſpendi. & vide Par.in d.tract. in dicto verbo,
pœna.verſic.an ſi.lo vlti.mo.ubi idem quod Mathe.quod propter furtum nobilis furca
9 ſuſpēditur: idem † in proditore,vt per Ioan.de Arno. in problema. lxxj.poſt Marſil.in
10 ſingu.xv.in quibus etiam † habeat locum pœna furcarum, dic vt per Gandi.in titu.de
pœn.circa fin.vbi ponit caſus varietatis pœnarum mortis furcæ,& ignis, amiſsionis
manus,pedis,oculi,& bullationis, & fuſtigationis. & per Bald. in l.data opera.C.qui
11 accuſ.a.poſſ.& perquire infrà in repilogatione conſtit. & c.reg. Et † licet pro homici-
dio pœna mortis ſit introducta,tamen in poteſtate iudicis eſt pœnā ex cauſa minuere,
& homicidam deportare l.lex Iulia.§.fin.ff.ad leg.Iul.repet.Ludouic.in l.mulier.ff.ſol.
matrimo.Felin.in cap.dilecti.& declara.de except.Thom.Gram. in dicto vot.xxiij. &
in deciſio.xxiij.Cepo.in d.conſil.xxxviij.Mar.in pract.in §.quoniam.& in l.j.in prin.&
in §.diuus Adrianus.ff.de ſica.& in ſingu. cclxx. incip.homicida. & ſuprà fuit dictum,
12 & infrà. Sed † an iudex poſsit imponere nouum genus pœnæ pro homicidio non in-
troductum à iure? dic quòd non,& ideò non poteſt iudex imponere pœnam quòd ba-
liſtetur, cùm certæ pœnæ ſunt à iure, & conſuetudine ſtatutæ, à quibus non poteſt
iudex diſcedere.l.moris.§.iſtæ feræ.& in l.capitalium.§.moris.ff. de pœn. per Bald.in l.
13 incredibile.C.de pœn.ita Par.in d.tract.in verbo, pœna.verſic.an iudex.& ideò † non
poteſt iudex imponere pœnam perpetui carceris.d.l. incredibile. aliàs tenetur in ſyn-
14 dicatu.l.aut damnum.in princ.ff.de pœn.Ang.in gl.& caput à ſpatulis.quinimo † plus
dico poteſt tamē ex cauſa,vt quòd latro famoſus,vel grauiter delinquens ducatur per
terram,& trahatur per ciuitatem,vel ſtante conſuetudine,aut ſtatuto,vt per Par.in d.
15 verbo.pœna.ver.licet.in fi.Et † an poſſet imponi pœna,vt ſecetur in fruſta,& diſcarte-
tur? dic quòd poteſt in enormiſsimis,vt per Panor.in c.at ſi clerici. in princ.verſi.nam
quandoque punitur.extrà,de iud.vbi de aſſaſsino, quòd in fruſta ſcindatur: aliàs verò
16 non poteſt recedere à pœnis ſtatutis nulla ſtante cauſa. Ideò † iudex pro homicidio
non poteſt imponere pœnā manus, minorādo, cùm ſtatuta pro homicidio reperiātur,
ex quo refert And.in d c.j.in ver.bona cōmittentium.in tit.quæ ſint reg.ꝙ cū quidam
iudex pro homic. impoſuiſſet pœnā manus, fecit eū rex ſuſpendere,cū debebat ipſum
condemnare ad mortem, & capitalem. & mortis pœnā imponere,ita per Par.in d.tra.
in verbo,pœna.verſi.iuxta.circa fi.& per Math.in conſt.pœnē.eorum.j.not.& xiiij.no.
& vide per Par.in d.tract.in ver.iudex.lo j. vbi punitur iudex qui non punit corporali-
ter,aut capitaliter puniendum tali pœna,& econtra ſi punit,capitaliter qui non debet

puni

puniri.& ſidolo facit,punitur pœna capitis ſi maiorem pœnam imponit,vt de his per Iſern.in d.ca.j.ver.bona committentium.& ſi minorem imponit pœnam non valet. Ideò ſi in ſententia dicatur quia conſtat de homicidio, condemnamus, vt fuſtigetur, vel manus amputetur, non valet,vt per eum, ſententia, cùm certæ ſunt pœnæ à iure introductæ,ideò tales infligendæ:& an tunc iterum erit puniendus, & qua pœna, per Bar.in l.Senatus.ff.de accuſ.vide etiam per Maran.in Specul.aur.in vj.par.in verſic.in-
17 quiſitio.num.89.& præced.& ſeq.Limita † niſi per ſtatutum pœna alteretur, vt quòd maior pœna imponatur pro vulnere,quā pro homicidio: nam iudex debet imponere pœnam vulneris,& non homicidij,vt dixit Bart.in l.nunquàm plura.ver.quęro circa. hoc idem Bald.in l.quicunque. C.de ſer.fug.& ſic limita in caſu illo, quòd pro homi-
18 cidio non imponatur vera pœna homicidij. Sed † an pro homicidio iudex imponere poſsit pœnam pecuniariam vigore ſtatuti imponentis pœnam pecuniariam pro homicidio,an verò non valet tale ſtatutum? dic quòd doct.tenent cõmuniter tale ſtatutum valere,vt per Bart.in l.j.ff.de publi.iudi.& in l.j.ff.vi bono.raptor.& l.tranſigere. C.de tranſact.Bald.in c.j.§.iniuria.ff.de pace iur.firm.Alber.in tract.ſtatu.ij.par.q.ccxx.Bar. in dicta l.nunquàm plura.ff.de pri.deli.Aretin.in conſil.lviij. vbi ex cauſa dicit valere, licet Tancre.in ſua compend.Hoſti.& Ioan.And.in ca.fi.de conſuet. teneant contra-
19 rium quòd non valet,tanquàm contra ius diuinũ † indiſpenſabile per ius poſitiuum, & Archid.xxiij.q.iiij.c.duo iſta.& c.fi.ne cle.vel mona.in vj.not.Imo.in d.l.j.ff.de pub. iud.Ang.tenet idem cum Bart.in glo.ex interuallo.Par.in d.tract. in verbo, compoſi-
20 tio.in princ.vide per Mar. in l.prima.in princ.ff.de ſica.& in ſingul. dclxv. vbi † plenè limitat non habere locum in homicid.& delicto qualificato,vt in aſſaſsinio, parricidio,& proditoriè occidendo,vt plenè proſequitur ibi Mar.& Ancha.in c.ij. de homi. & in c.cùm non ab homine.de iud.Barba.in conſil.lxx.ſecundo volu.& Mar.in conſil. cxv.& per Panorm.& Roch.de cur.in c.fin.de conſue.& in c.ij.de delict. puer.vbi per alios. Bald.in l.j. C.de ſum.trinit. & fide catho. Alexand.in l.j.ff.quod quiſque iur.vbi
21 limitat.† niſi pœna pecuniaria fuerit contemptibilis, vt quia parua pecunia.Gemi.in cap.fi.de conſue.in vj.Panor.in c.ij.de ſepul.Feli.plenè in rub.de homi.vbi latè proſequitur quòd & contra,& limita ibi,vt per eum,& per Mathe.in prælud.conſtitu.reg. vij.q.vbi idem quod Alexand.limitando,niſi pœna foret contemptibilis, & per Par.in dicto verſic.pœna.ver.quid ſi non obſtante ſtatuto occidat. vt per eum. Vbi ergo ſta-
22 tutum valet,poteſt imponere pœnam pecuniariam.idem † dicas vbi ex conſuetudine aliqua curiarum ſolita extitit componere pro homicidio, & imponere pœnam pecuniariam,vt magna curia vicariæ,quę parte concordata,& remittente,poteſt maximè ex cauſa pœnam pecuniariam imponere,vt per Mat.in deciſ.cclxxxvij.alleg.gl.in c.ij.
23 de delict. puero.vbi † dixit quòd habens iuriſdictionem ex conſuetudine præſcripta, poteſt pro homicidio imponere pœnam pecuniariam, & alleg.Mat.Luc.de pen.in l.j. in ver.diſtulerit.C.de deſert.lib.ij.idem tenentem Par.in d.verſi. cõpoſitio. dummodò quòd fiat parte concordata, & non aliter iuxtà ritum mag. cur. incipi. item quòd vbi proceditur ſub rub.quòd curia ipſa nunquàm componit, & in alio ritu incipen. item quòd dictus locum tenens vbi ſiue ex officio,ſiue ad denunciam, & accuſationem. & Par.& Luc.vbi ſuprà Sed quid ſi fuerit facta cõpoſitio parte non cõcordata, an ſaltem valeat quoad curiam,vt vlterius puniri non poſsit,licet pars agere poſsit ad intereſſe, dic quòd ſic,quod quoad curiam valet,cùm ab eo pœna vlterius exigi non poteſt; & ita reperio tenere Paul.Gril.in tract.de diuer.crim.in tit.de relax.carce.iij.& v.q.& ita
24 aliàs reſpõdi per eius dictum. Et † an facta compoſitione pars poſsit iterum accuſari, & quando,& de cautela per Par. in d.verbo, compoſitio. verſicu.an ſi compoſitio.& verſic.ſeq.an facta.& vide per Gand.in d.c.j.in verſi. bona committentium. & Mathe.

in d.deciſ.& in procem.conſtitut.viij.not.& in conſtit.ſi aliquem.& in conſtit. cauſas
25 alias.ix.not.& per Thom.Gram.in vo.xxxv.& in conſilio xxxv. nec † paſsim,& cum
vnoquoque debet fieri talis compoſitio, ſed cum eo, qui ſperatur nõ delinquere vlte-
rius:non tamen cùm conſueuerit delinquere, nam cum tali non debet fieri compoſi-
tio,vt per Thom.Grà.in d.vo.xxxv.& conſi.xxxv.& Math.in conſti.in conſutilem.&
26 in conſtit.ſi damna clandeſtina.x.not. vbi leues † perſonæ non debent admitti ad con-
27 poſitionem,& in procem.conſti.§.nos itaque.vj.not.vbi † non debet admittere homi-
nes malæ conditionis,& famæ,ſed bonæ tamę,& in vnico delicto,& in conſtit.inten-
tionis.ij.gl.vbi non patratores grauiorum criminum.& extant in reg.c.incip. ad per-
uerſorum.& aliud incip.ne peruerſo iudicio.ſub rubr.de non compon.ſuper crimine
capitali.alia requiſita in componendo in crimine capitali, vide per Luc.de Pen.vbi ſ.
& Par.in d.verſi.compoſitio.& in verſic.pœna. vbi refert tradita per Luc.de Pen.in d.
l.j.& extat aliud c.incip.ne quis ſua malitia.ſub rubr.de non componen.ſuper delic.
28 corpo.vbi in corporalibus nõ admittitur compoſitio. quòd † intelligas,vt ſuprà,niſi
parte concordata ſtante bonitate vitæ,& famę,& vnico delicto,vt ſuprà:ad idem ex-
tat noua prag.ſuæ Maieſt.cæſa.per quam in capitalibus, & corporalibus non admit-
tatur delinquens ad compoſitionem,niſi ex cauſa,& cum conſilio conſiliariorum,vt
29 in ea continetur,& vide † in hoc dictum Math.in d.conſtit.ſi quis aliquem.ij.nota.vbi
ſi requiſita pars noluerit ſe concordare, & contradixerit, quòd in pœna manus con-
currentibus præmiſsis qualitatibus poteſt componere contra prædicta, cùm partis
concordia æquiratur, & vltra quòd conſtet de delicto ſaltim per vnum teſtem, aliâs
non debet fieri compoſitio,ne reus vexetur indebitè, ſi non conſtat per vnum teſtem,
vt per Par.in d.ver.compoſitio.vt in c.per eum allegatis.& in verſi.ſequen.iij.& verſi.
quia.vbi quando, & cum quibus fiat compoſitio, & vide de materia compoſitionis
30 per Pau.Gril.in tract.de relaxatio.carc.& an † hodie in regno per Barones poſsit fieri
commut[illegible]o pœnę capitalis,& corporalis in pecuniariam ex cauſa,& ad quem ſpecta-
bit pœna ad baronem dic vt per Cap.in deciſi.ſac.conſi.xxvij.vbi diſtinguit,aut baro
facit ex propria voluntate non ex meritis proceſſus, cùm per ea mori debet, & tunc
non poteſt pœnam commutare, aut ex neceſsitate, vt quia non debet ex meritis pro-
ceſſus mori,vt quia dicat ſe feciſſe ad defenſionẽ,vel ex alia cauſa,& tunc poteſt com-
31 mutare,& erit baronis.Et nota † quòd dicit idem Capi.in deciſi.cxxx.in iij.dubio.ver.
no.quædam verba, quòd hodie pœna capitalis pro crimine læſæ maieſtatis, commu-
tatur in publicationem bonorum,authoritate Andr.in conſtit.cùm ſatis.quod not.ſi
32 verum ſit. Sed quid † ſi ſtante dicto ſtatuto de pœna pecuniaria pro homicidio, extet
aliud ſtatutum, quòd ſi condemnatus ad pœnam pecuniariam non ſtatim ſoluat, de-
capitetur,an ſtatim debet decapitari, an debet diu expectari,vt ſoluat, vide per Ang.
in gl.quas ſi non ſoluit.verſi.quid autem ſi ſtatutum. & per Auguſt.poſt eum, & poſt
Bart.& alios in l.ſuo quoque.§.fin.ff.de hære.inſt.& Bal.in l.quicunque.C.de ſer.fug.
& quid ſi ſtatutum minuat pœnam propter cõfeſsionem, an minuatur pœna corpo-
33 ralis? dic vt per Ang.in gl.deducta quarta.Et an † & quando iudex pœnam vltimi ſup-
plicij,& capitalem poſsit tranſmutare in pecuniariam? dic vt per Panor.in c.archiepi-
34 ſcopatu.de raptori. Sed an † corpus mortuum poſsit puniri, & executio pœnæ capi-
talis poſsit fieri ſuper eo, vt quia fortè mortuus reperiatur aut in carcere, aut in tor-
mentis ante condemnationem,an poſsit puniri,vt ſuſpendi,aut decapitari,docto.tra-
dunt in l.ij.C.qui teſt.fac.poſ.& Bald.in l.j.C.ne ex deli.defun.& Aret.in l.ex facto.ff.
35 de vulg.& pup.dic † quòd non,niſi ratione immanitatis ſcelerum,vt in famoſis latro-
nibus,aſſaſsiniis,parri.& aliis cõmittentibus grauiſsima crimina,vt not.in l.ij.ff.arb.
fur.cæſ.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn.dic vt traditur in d.l.ij.& per Par.in tracta.
ſynd-

ſynd.in verb.mortuus.& in verb.iudex.lo j.Ang.in l.fi.C.ſi reus vel accuſa.mor.fuer.
& in l.defuncto.ff.de pub.iudi.Angel.& Imo.in l.qui à latronibus.§.ſi quis.ff.de teſta.
Lud.in l.ſi verò.§.de viro.xlvj.fall.ff.ſol.matr.Mar.in l.fin.ff.de quæſt.Bald.& Rapha.
in d.l.ij.C.qui teſtam.facere poſſunt.dicunt fore arbitrarium, Angel.in glo.qui iudex
videns. verſic.an autem cadauer.& in §.interdum. inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.defer.
& Dec.plenè in l.in hæredes.ff.de regu.iur. Ang.in l.fin.C.ſi penden.appel. reus mor.
fue.Bel.in pract.in rubr.de quæſt. & per Aretin. in d.l.ex facto. Facit dictum Marſi. in
pract. in §.& quia.ſub nume.36. vbi dixit ſi vulneratus confitetur ſe occidiſſe, poterit
ex tali confeſsione mortuus furca ſuſpendi,& decapitari abſque alia probatione, poſt
36 Ang.in l.qui ſtichum.ff.de confeſſ.& Bald.in c.j.§.iniuria de pac.iura.firm. Sed †quid
ſi diuerſæ pœnæ reperiantur ſtatutæ, puta, vna iure communi,alia iure municipali, &
ſtatutario pro homicidio,quæ pœna imponenda erit,& ſi plures pœnæ pro eodem fa-
cto,& homicidio,an vtraque,an altera,& quæ:hanc quæſtionem tradit plenè Ang.in
gl.& caput à ſpatu.ampu.vbi refert opiniones,originaria eſt Dyn.in l.j.ff.vi bon.rapt.
& Cyn. in l.qui ſepulchra. C.de ſepul.viol. vbi de pœna ſtatutaria, de pluribus verò.
pœnis Rayn.poſt eum Bart.in l.ſanctio legum.ff.de pœn.& per Thom.Gra.in conſil.
xxxv.de prima an per legem nouam, & per ſtatutum ſit ſublata pœna legis iuris com-
munis,per Gandi.in rubr.de var.quæſt.in mal.per Dyn. & Barto. in dicta l.prima. qui
concludunt per legem ſtatutariam non fore ſublatam pœnam iuris communis, niſi
nominatim appareat receſſum, aut ex coniecturis, & præſumptionibus, vt quia ſta-
tutum dicat procedendum de ſimilibus ad ſimilia, & vbi non reperitur ſimile,recur-
ritur ad ius commune,tunc apparet pœnam iuris communis in ſubſidium imponi, &
ſic pœnam ſtatutariam imponendam,in ſubſidium verò communem, ſed poſt impo-
ſitam pœnam ſtatutariam, pœna iuris communis imponi non poteſt, cùm vtraque
tendat ad vindictam, & ita reſidet Barto. poſt Dyn. in dicta l.prima. Iudex ergo pote-
rit imponere pœnam iuris communis non obſtante ſtatutaria, vbi non apparet ex-
preſsè,aut tacitè receſſum, ſed per vnius electionē præcluditur via alteram imponen-
di: hanc eandem opinionem ſequitur Angel. in dicta gloſ. & caput à ſpatulis. & ita
dicit ſeruaſſe, & refert ita tenere Imol. in l.ij. ff. de public. iudic. & Baldus in l.eum.
C.de furtis.& Cepol.in conſilio xiiij.Oldrad.in conſilio xciiij.Bernard.poſt Angel.in
37 dicta gloſ. & caput à ſpatul. Contrariam † tamen opinionem tenent omnes Docto-
res, quòd per pœnam ſtatutariam ſit ſublata pœna iuris communis, imò in puniendo
fatuus eſſet iudex, qui aliam pœnam imponeret, quàm ſtatutariam, ita dixit Bald.in
l.data opera. verſicu. item notandum. C.qui accuſa. poſſunt. vbi innuit pœnas poſſe
aut ſtatuto, aut conſuetudine immutari, vnde ſi ſtatutum loci pro delicto imponit
pœnam non capitalem, receſſum eſt à pœna capitali. l. qui cum vno. §. poſt. ff. de re
milit. idem ſi conſuetudo, & econtra ſi capitalem, capitalem imponat, nam capitale
efficitur delictum,& capitalis imponi debet,& pœna ſtatutaria, & non iuris commu-
nis, cùm generi per ſpeciem derogetur, & per legem ſtatutariam tanquam ſpecialem
loci,ſit derogatum legi iuris communis, & generalis: ſecùs tamen dicit eſſe in pœnis
incluſis in eodem iure, aut communi, aut ſtatutario, nam vna non tollitur per aliam
38 quo ad natiuitatem.l.qui ſepulchra.C.de ſepul.vio. de hoc †an quando diuerſa pœna
imponitur per ius commune, aut ſtatutum, an vtraque pœna ſit imponenda, & quæ
pœna, dic vt per Bartolum in l.nunquam plura. ff.de priuat.deli. & in l.ſenatus. ff.de
accuſat. & in l.ſanctio legum.ff.de pœn. & Angel. in dicta glo. & caput à ſpa. in qui-
bus vide plenariam diſtinctionem, & per Salycet. in l.qui de crimine. C.qui accuſare
poſſunt.& in dicta l.qui ſepulchra. & in aliis locis infrà hanc eandem quæſtio. Quòd
39 autem † ſtatutaria pœna ſit imponenda, per Specu.in titu.de accuſat.& Ioan.Andr.

in Specula.in titu.de pœna teme.litigã.§.finali.& Gandin.in titu.de pœn.Iaco.de bel. in diſput. quam facit in l.j. C.de requir.re.plenè Alberic. in tract.ſtatut.prima parte. viij.q.Ioan.And.Anch.& Gemin.& Philip. Fran.in cap.felicis.de pœn.in vj.& Anch. in c.j.verſic.quæro etiam verum.de conſtit.Bald.in l.prima.xj.oppo. C.de ſum.trin.& in l.ſi ſeuerior.C.de infam.& in l.placet.C.de ſac.ſanct.eccle.& in l.quid ergo.§. pœna grauior.ff.de infami.& in l.non eſt nouum.C.de legi.& in conſil.cxx.iij.volu. & in l.ij. in fi.C.de reb.cred.Salyc.in d.l.qui ſepulchra.& in d.l.qui de crimine.& Bart.in l.fi.C. de aquædu.libr.xj.Panor.Barba.& Dec.in c.de cauſis.de offic.deleg.Felin.in cap.quòd olim.vbi limita,extrà,de iud.vbi plenè Mar. poſt Andr.in conſtitutio. intentionis. & in conſtitut.ſi quis in poſterum.in gloſſ.in poſterum.vbi etiam ſi diuerſæ pœnę.omnes imponi poſſunt,& in conſtitut.fin.ſi quis aliquem.ſub rubr.de ſpol.ho.mort.in fi.vbi plenè,& in conſtitut. pactarenorum. vbi ponit decem limitationes,& in conſtit.legima pondera.Cepol.in conſil.xiiij. Par. in dicto verbo,pœna.verſicu.quid ſi ſtatutum. Marſ.in conſil.lxj.& conſil.cj.& in pract.in §.quæritur.& in l.j.§.ſi ſerui.ff.de quæſt.& & plenè Thom.Gram.in d.vo.aut conſil.xxxv.allegat Paul.in l.j.§.dixerat. ff.de publ. ita ſeruari in pract.& Cuma.in conſil.cliij.& Corne.in conſil. cxiiij.primo volum. & ideò dicit in regno in materia corruptionis iudicis attendi conſtitutio. corruptelæ.&
40 non ius commune.Limitat † tamen Mar.in d.§.quæritur.niſi lex ipſa eſſet æquior, & iuſtior ſtatuto,nam tunc pœna iuris cõmunis,& legis,& non ſtatuti eſſet imponenda, vt per eum,& ex his ſiue dicamus conſtitut.reg. fore ius commune, ſiue ſtatutarium regni,vt ſuprà in princ.diximus.pœna contenta in dicta conſtitu. terminum vitæ.pro homicidio regno erit infligenda, & maximè ex quo debemus iudicare iuxtà diſpoſita per Conſtitu.reg.& eis deficientibus ſecundum ius Longobardum,deinde ſecundum ius commune,imò ſi ius commune,ſtatutarium,aut conſuetudo aliqua contrarietur diſpoſitioni conſtitut.reg.non erit attendendum, ſed ſola conſtitut. attendenda erit, ita ſtatuitur in procem.conſtitut.§. præſentes.vbi Andr.& Matthæ. quòd etiam futuræ ceſſantur conſuetudines,& in conſtitut.puritatem.imò dicit gloſſ.& Math.in d.§.
41 præſentes.quòd † ſi quis obſeruauerit ius commune,vbi contrariatur.conſtit.reg.tenetur de falſo,tanquam vtens legibus caſſatis,niſi vbi non reperitur deciſum per conſtitut.reg.vel vbi non contrariatur, de quo vt ibi per Mar.in fi. & per eundem in con-
42 ſtitut.rapinas.primo not. Et † de pœnis cumulatiuis, per Bart.in l. quid ergo. §.pœna grauior.ff.de infam.& de pœnis alternatiuis an electio ſit iudicis, an rei condemnati ad mortem vt eligat genus mortis,dic vt per Felin.in c.inter cæteras.v.fallen.de reſcr. Ang.in d.gl.& caput à ſpa.vbi de pœnis alternatiuis.& Par.in d.verſic.pœna.ver.quia
43 multa.ibi,vbi plures pœnæ.Sed † quid ſi diuerſæ pœnæ imponantur à diuerſis ſtatutis,quæ imponi debet? dic vt per Bart.in l.omnes populi. ff.de iuſti. & iur.Ang.in glo. dictum Sempro.condemnamus. & Gand.in tit. de pœnis.& Bel.in rubri.de quæſt.Sed
44 quid † ſi concurrãt diuerſæ pœnę maior mortis, & minor,quæ pœna prius imponi debet? dic quòd minor,& poſtea maior glo.& Doct.in l.omnes.C.de delato.lib.x.Ange. in l.nunquam.ff.de priua.deli.Ana.in c.fin.de collu.detegen. Ludo.montal.in tract.de
45 reproba.ſenten.Pila.j.artic.ver.nunc quæro. ibi,iſtis facit.Sed † quid ſi condemnetur homicida ad pœnam capitis,nec dicatur quòd caput amputetur, vel anima ſeparetur de corpore,ita quòd moriatur, idem ſi dicatur ad furcarum ſuſpendium, nec dicatur ita quòd moriatur,an mori debet,vel ſufficiat ſimplex ſuſpendium,vt cenſeatur facta executio ſententiæ? primam quæſtionem tangit Imo.in l.j.verſi.item adde quòd ſtatutum.ff.de public.iudic.& dicit dictam pœnam verificari in exilio perpetuo,& non in amiſsione,& amputatione capitis,& morte,& ideò cautela eſt quòd dicatur,ita quòd moriatur,aliàs morte non punitur, quòd dicit notandum pro iuuando amico ſi non

dica

dicatur,& de hoc ſolent allegari tres gloſſ. vna in l.j. C. ne manci.Chriſt. & alia in l.ne
frumentum.vbi Bald.& Salyc.ponderant.C. quæ res vendi non poſſ.alia eſt in l.tran-
ſigere.C.de tranſ.allegatur text.in l. hos accuſare.§.omnibus.verſi.capitis.& ibi gloſſ.
ff.de accuſ.& text.in l.cùm patronum.ff.de iur.pa.& in l.præſenti.in prin.C.de his qui
ad eccle.confu.vbi vltra capitalem exprimitur, & vltimi ſupplicij, & in l.eos. §.ſuper
his.C.de appella.hoc idem tenet Ioan.And.in c.quanto.in j.glo.de iureiur. Bel. in pra.
in tit.de pœn.capitalibus.vbi latè deducit pœnas capitales,& non capitales, quæ ſint,
& in rubr.de pœna capitali.Ang.optimè in gloſſ.& caput à ſpatulis.verſic.quid ſi ſta-
tutum dicat Cyn.in l.j.C.de falſ.Bald.& Paul.in l.ij.C.de falſa mone.Oldra.& Fulgoſ.
in d.l.præſenti.vbi dicit ita practicare aſſeſſores,quòd ſemper dicant in ſententiis tali-
ter quòd moriatur,& anima à corpore ſeparetur.Ana.in cap.qualiter,& quando.§.ad
corrigendos.de accuſa.Panor.in cap. at ſi clerici.in princ.de iudi. Anchar.in clement.
paſtoralis.x.not.de re iudi.Ana.in cap.primo.de homic.Alexand.in conſil.cxvj.tertio
volum.Marſi. in conſil. lj.Iaſ.in d.l.tranſigere. verſic.in fi.gl. & in l.diuortio.ver.hanc
etiam videmus.ff.ſol.mat.Alexand.in conſil.ciiij.primo volu.& conſil.cxxj.vij.vo.&
& conſil.cxix.eod.volu.Mathe.in conſtit.comes.v.not.ad ſaturitatem.Felin.c.ex lite-
ris.de conſtit.& Mar.in pra.in §.opportunè.verſic. vlterius videndum eſt.Alexand.in
conſi.cix.iiij.vol.& in dictis locis idem intelligendũ de ſtatutis imponentibus pœnam
capitalem,vt intelligatur, & interpretetur de mitiori in benigniorē partem. Limitat
46 tamen † Imo.in dicta l.ſecunda.& Angel.in dicta gloſſ. niſi aliter appareat de mente
47 ſtatuentium.l.iij.C.de lib. præter.Limitat † etiam, niſi imponat pœnam in alio caſu
quàm iuris communis, alias pœna iuris cenſetur impoſita.l.ij.C.de noxali. cùm con-
tineat id, quod ius commune, ideò vt aliquid operetur, intelligitur de naturali. Sed
contra videtur in conſtitutio. multæ leges. vbi Mathe. in fine. & in conſtitutio.rapi-
nas.ſecunda glo.& in conſtitutio.officiales reipubli.vbi per Mathe. quòd non inter-
pretatur de morte,cùm ius commune mortē non interpretetur.vt per Mathe.in con-
ſtitutio.cùm vniuerſis.xj.not.& per eundem in conſtitutio. qui literas.ſecundo nota.
vbi niſi dicatur caput amputetur,vel quòd perſonam amittat.& per Math.in conſtit.
48 vt delicti fines.quarto not.eodem † modò ſi iudex dixerit in ſententia, condamno ad
pœnam capitalem,iuxtà formam ſtatutorum,aut conſtitut.nam intelligitur de morte
naturali.ita per Feli.in dicto cap.ex literis.& Mat.in dicto §. opportunè. & per Math.
in dicta conſtitut.Comes.quinto not.facit conſtitutio,capitalem pœnam. ſub rubr.de
rapt.quæ approbat.l.prima.C.de rapt.virg. & tamen vocat capitalem quæ de morte
intelligitur,iuxtà d.l.j.& vide quatuor limitationes in hoc per Feli. plenè in d. c.qua-
liter & quando.lo ſecundo.§. ad corrigendas.de accuſ.verſicu.vltimò tangit.quas hic
referas,& alias limitationes,in cap.at ſi clerici.in addi.poſt Panor.verſic.ad tertium.de
49 iudiciis.vbi etiam † intelligitur de morte, ſi vltra capitalem pœnam imponat publi-
cationem bonorum.vide Thom.Gra.in deciſ.lxxij.in fi. vbi ſi imponatur pœna per-
ſonæ,& bonorum,intelligitur de morte naturali.& ideò in regno cùm pro homicidio
ſit pœna mortis,idem iure ciuili,vt ſuprà,aſſerendo iudex condemnans ad pœnam ca-
pitis,intelligitur de morte naturali,idem ſi dicat iuxtà diſpoſitionem conſtitut.reg.&
ideò conſt.terminum vitæ.vt euitaret ne in benigniorem partem fieret interpretatio,
dixit vltore gladio pœnam ſubeat capitalem. adiecit enim vltore gladio, quæ verba
denotant mortem naturalem,vt ſuprà diximus.Et dixit Mar.in d.§. opportunè.verſi.
poteſt etiam aliter limitari.quòd ſi eſſemus in delicto pro quo venit imponenda pœna
mortis naturalis, ſi dicatur in ſententia pœna capitis,intelligitur de vltimo ſupplicio
50 per allegata per eum.Quæ † autem ſit pœna capitalis,dic vt per Bartol. Imo.Alexan.
poſt Bartol.in l.ſecunda.ff.de public.iudic.doctores in dicta l.tranſigere.Bal.in l.data.

opera.& in l.reos.C.qui accuſ.po.& per Math.in locis ſuprà, vt in d.conſtit.cum vniuerſis.xj.not.& in conſtit.qui literas.ij.not.& Felin.in d.c.ex literis.ij.declar.de conſti. & per Bel.in pract.in tit.de pœnis capita.& in tit.de pœna capit. vbi quæ & quot ſint.

51 Eodem modo † per ſupradictam limitationem dicendum eſt, ſi dicat iudex condemno ad furcarum ſuſpendium, quòd ex quo ſuſpenſus furca mori debet per d.conſtit. terminum vitæ intelligi taliter, quòd moriatur, maximè ſi ſe referat ad cõſtitutionem illam: adiecit enim d.conſtitut. quòd ſuſpenſi ſubiiciantur vltimo ſupplicio, vt de morte intelligatur per ſuprà dicta. Item adiecit conſtitut. magiſtros mechanicarum, ibi in fin.ibi, ſuſpenſus in furcis mortis periculum ſubeat, non ſic in conſtitu.quicunque toxicum, vbi ſimpliciter dicitur quòd ſuſpendatur: caueat ergo iudex, vt tollat dubitationem, vt ſubiiciat, taliter quòd moriatur, & anima à corpore ſeparetur.

52 Sed quid † ſi condemnatur ad mortem, & furcarum ſuſpendium, & in ſuſpendendo rumpitur funiculus, an iterum poſſit ſuſpendi, an verò ſatisfactum eſt ſententiæ? diximus de hoc ſuprà, & per Bel.in pract.in titu.de ſentent.crimi.vbi etiam de prædictis quando ad ſententiam capitalem condemnatur, & per Par.in d.verbo, pœn.verſ.an ſi iudex. Deci.in reg.fauorabiliores.ff.de reg.iur. quod dixit verum Lu.de Pen.in l.j.C.

53 de deſerto. ſi fuit antea proteſtatus de ſua innocentia. Sed an † furcæ erigi poſſint in domo delinquentis, & in quo loco, dic quòd iudex ad terrorem hoc poteſt facere, vt per Par.in d.tract.in verbo, contumacia, ibi, ratione contumaciæ poteſt furcas erigegere in domo fugientis, & contumacis vbi multa de furca, & eius ſignificatione: imò erigi poſſunt in loco commiſſi delicti, licet locus ſit priuatus, per Par. in d. tract. in verbo, furcarum erectio. & ibi, an poteſt cogi dominus loci vendere locum pro iuſtitia facienda, & an debeat habere pretium, & an poſſit cogi dominus animalis, vt præſtet animal ad executionem iuſtitiæ faciendam, & an teneatur fiſcus ſeu iudex, & debeat ſoluere deteriorationem animalis? dic ibi vt per eum, & per eundem.verſi.an officialis.in verbo, captura.& per Math.in conſtit.omnes officiales.ij.not. vbi quòd poteſt, ſed ſoluta mercede, deteriorationem. & per Maran.in Specu.aur.in fin.vlt.parte.

54 Et de † erectione furcarum in quo loco fieri debeat, per Angel.in glo.vſque ad locum iuſtitiæ.& Alexan.poſt Bart.in l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis.& Saly.in l.ſi verò. C.de adult. Auguſt.poſt Angel.vbi ſuprà in d.glo. dicit procedere in famoſis latroni-

55 bus, & delinquentibus, & non in aliis, vt per eum. Et nota † quòd iudex ex cauſa poteſt diſpenſare, quòd executio pœnæ capitalis fiat in alio loco, quàm in loco ſolito, vt

56 per Mathe.in conſtitu.monarchiam.vj.not. Et not.quòd † facta executione, & furca ſuſpenſus, non poteſt à furca deponi, & amoueri, etiam per conſanguineos abſque licentia iudicis, aliàs puniuntur, vt per Mar.in l.circuncidere. §.ſeruo. ff.de ſicar.& in

57 l.ſi.ff.de quæſt. Et an † quis cogi poſſit, vt ſit carnifex, & maniuoltus, & an quis delinquens poſſit condemnari ad hoc officium, & opus perpetuum, vt ſit carnifex, & maniuoltus, & quæ perſonæ ad hoc officium cogi poſſunt, & an perſona honeſta? dic vt per Pari.in d.tracta.ſyndi.in verbo, maniuoltus. & ibi an maniuoltus exequens iniuſtam ſententiam teneatur, & puniri poſſit, & an teneatur reſiſtere iniuſto mandato præſidis, & an peccet? dic vt ibi per eum, & per Mar.in l.j.in princ.viij.limita.ff.de ſica.

58 Et an † maniuoltus, & carnifex ſeu familia poteſtatis poſſit accipere veſtes ſuſpenſi, vel decapitati, & relinquere corpus nudum poſtquam facta eſt executio, & ſi facit, an puniatur pœna conſtit.reg.ſi quis aliquem. quæ eſt in vltima conſtitu.videlicet pœna manus: nam d.conſtit.infligit pœnam manus ſpolianti mortuum. Mathe.ibi in princ. dicit quòd ſi facit maniuoltus, puniri poteſt pœna d.conſtitut. nam ei non licet hoc facere, & pœna l.qui ſepulchra. C.de ſepul.viola. & ibi per Mathe. an licet ſpoliare foriudicatum mortuum veſtibus, vbi dicit, quòd non, & alia in iſta materia, dic vt per Math.

Math.ibi.Et an liceat mortuum bannitum ſpoliare,quòd non,per Bald.in l.ſororem.
C.de his quibus vt indig. & per Bald. in l.de his. C.de furt. vbi dicit quòd diſrobans
bannitum mortuum debet furca ſuſpendi,ſicut famoſus fur, quòd ibi reprobat Saly.
& Roman.in l.gerit.ff.de acquir.hæred.& per Marſi.in l.fin.ff.de quæſtio. vbi vide,&
in conſil.cx. vbi limita niſi ſtatim, & incontinenti ſpoliet, idem in conſilio cxxxvij.
59 & de † veſtibus ſuſpenſi quid faciendum? dic, vt per Par.in d.tract.ſyndi. & vide per
60 Alex.poſt Bart.in l.diuus.ff.de bon.damnat. vbi quòd veſtes ſunt iudicis. Sic † etiam
imponitur pœna manus propter periurium, vt in conſtit. eos qui ſcienter.ſic in campione
periurante,vt in conſtit. ſummo periculo.& in percutiente aliquem, & vulnerante,
vt in conſtitu. ſi quis aliquem. & in c.reg.ſi quis cum roncha. & in rapiente, &
furante rem valentem vltrà auguſtalem infra vnciam,vt in c.reg.ad hæc.& in conſtit.
61 magiſtris.& ibi per Mathe.in fin. Et quæ † manus tunc in his amputanda erit? dic vt
per Mathe.poſt And.in dicta conſtit.ſi quis aliquem.& Ang.in glo.quas ſi non ſoluit.
62 Et an † redimi poteſt ſoluendo pecuniam? dic vt per Par.in d.tract.in verbo,compoſitio.&
Math.in d.conſtit.ſummo periculo.& d.conſtit.ſi quis aliquem.& in d.conſti.
63 eos qui ſcienter. Et quid † ſi manus ſit arida,an ea debet amputari, & quid ſi caret illa
64 manu,an in alia fiet executio. Et quid † ſi non ſpecificetur, de qua intelligatur: ſic ſi
condemnetur ad debilitationem alterius membri, vt oculi, aut pedis, dic vt per glo.
Bart.Bald.Angel.Paul.& Alexand.in authen.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.& per Ioan.
Andr.in c.in pœnis.de reg.iur.in vj.& per Angel.vbi ſuprà,in d glo.& Mathe in dicta
conſtit.ſi quis aliquem.& Paul.Grillan.in tract.de relaxa.carce. in titu.de abol.quæſt.
iiij.& in quibus caſibus manus amputetur, vide per Gandi.in rubr.de pœnis.in fin. &
65 Bald.in rubr.de manu.vid.C.& Florian.in l.liber homo.ff.ad leg.Aquil. Et de † pœna
truncationis linguæ in conſtitut.blaſphemantibus: quæ punit blaſphemantes pœna
amputationis linguæ,proſequere materiam,vt ibi per Mathe.& extat pragma.contra
66 blaſphemantes prohibens compoſitionem. Sed an † pro homicidio puniri poſsit duplici
pœna,videlicet pœna manus propter vulnus,& etiam pœna mortis propter occiſionem?
dic quòd non:nam minor pœna manus confunditur, cùm pœna homicidij,
& vnica pœna mortis imponitur, niſi diuerſis temporibus vulnera fuiſſent illata, &
non eodem impetu,vt per Bart.plenè in l.nunquam plura. ff.de pub.iud.verſic.venio
ad aliqua.& Bald.in l.aduerſus.C.de fur.& Mathe.in conſtit.ſi quis aliquem.in fin. &
in conſtitu.intentionis, & dictum eſt ſuprà quando vna pœna confunditur cum alia,
& ideò male faciunt quidam, qui pro homicidio prius faciunt manum amputari, &
67 poſtea ſuſpendi, vt vidi, & facit † quod dicit Ang.in d.glo.& caput à ſpa.in fin.quæſtio.
verſi.quid autem ſi ſunt plures. vbi dixit, quando non apparent pœnæ impoſitæ
copulatiuè,aut alternatiuè,quòd tunc vnica tantum pœna imponi debet,licet loquatur,
quando pro eodem delicto, & eadem lege, & per Bart. in l.ſanctio legum. ff.de
pœnis.& maximè quia pœna manus, & pœna ſuſpenſionis non imponuntur eadem
lege cumulatiuè,iuxta c.felicis.de pœnis.in vj.& per Bald.in Specu. in titu.de accuſat.
verſi.licet plures.Salyc.poſt glo.in l.qui de crimine.& in l.j. C.de accuſa.vbi occidens
ſimul,& vulnerans,punitur pœna mortis, & non etiam pro vulnere. & per Angel.in
glo.fecit inſultum.vbi an inſultans teneatur de inſultu, & vulnere ſequuto,quod aut
incontinenti, & confunditur: aut diuerſis temporibus, & vtraque pœna quod nota
pro conſtit.ſi quis aliquem.de quibus per Mar.in pract.in §.& quia.verſi.quæro.etiam
de alia quæſt.ſub num.57.vbi diſtinguit vt ſuprà ſi ſimul & ſemel, pœna homicidij tenetur:
ſi diuerſis temporibus tenetur duplici pœna vulneris & mortis, & tunc poſſet
procedere quòd ſuprà dictum eſt, quòd poteſt imponere pœnam manus, & poſtea
decapitare, vel furca ſuſpendere, & ibidem ſub nume.38. de percutiente cum armis,

vbi

quòd vna pœna punitur de vulnere, & non etiam pœna armorum cum cõfundatur,
& ibidem an de inſultu puniatur, & de percuſsione ſimul, dic vt per eum & in §.pro
68 complemento ſub nume.38. Sed quid † ſi in loco domicilij homicida punitur pœna
pecuniaria,& in loco delicti pœna mortis,ſi in loco domicilij ſit cõdemnatus ad pœ-
nam pecuniariam, an in loco delicti puniri poterit pœna mortis? dic quòd ſic, vt per
Ang.in l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.lib.x.& vide per Bald. in auth.ſi ſemel. C.quo-
modo & quando iud.& in l.j.C. de ædili.actio. & inſtitutis de vſur.§. aliquando. & in
Spec.in ti.de loc.ver.ſi primo anno.vbi ſi homicidiũ primum punitum ſit pœna pecu-
niaria,ſecundum punitur pœna capitali,non obſtante ſtatuto imponente pœnã pecu-
niariam,& vide doct.in l.j.in princ.ff. quod quis iur.vbi puniri poteſt corporaliter ſi
69 occidit extra territorium,& Ang.in d.gl.& caput à ſpa.verſi.quæro peruſij.Et † quid
ſi ſtatutum dicat,quòd homicida condemnetur in centum,& ſi nõ ſoluit infra decem
dies,quòd decapitetur,an elapſis decem diebus poſsit ſoluere, & euadere pœnam ca-
pitalem?& an quilibet poſsit ſoluere, vt euitetur pœna capitalis, etiam inuito con-
demnato?& quid ſi homicidium fuit culpa,& non dolo commiſſum? dic vt per Ang.
in gl.quas ſi non ſoluerit.in fi.& Par.in d.tract.in verbo,pœna.verſic. qui.i multa.ibi,
70 an ſtatutum ciuitatis. & Marſil.in conſil. xvj. An † autem hodie detur vltra pœnam
corporalem bonorum publicatio?dic quod non ratione homicidij,licet lege antiqua
bona publicabãtur,per l.iij.§.fi.ff.de ſic.hodie verò nõ publicantur, ſed agnatis con-
ſeruantur,vt in auth.bona damnatorum. C.de bon.dam.in tantum quòd ſi hodie iu-
dex in ſententia bona publicaret, non valeret ſententia quo ad publicationem bo-
norum,etiam ſi non fuiſſet appellatum,vt per Bal.in c.j. in prin.verſi. ſed pone iudex.
de pace ten.niſi hoc per ſtatutum diſponatur,vt per Bald.in l.ij.C.qui teſt.fac.poſſunt.
& in d.c.j. Alex.& Iaſo.in d.l.ij.Mar.in l.fi.ff.de iuriſdict.omn.iudi.nam vbi quis venit
deportandus,bona non publicantur hodie,vt not.per gl.in l.j.§. fi.ff. de falſ.Mathe.in
deciſ.vlt.in fi.idem in condemnatis ad mortem naturalem, vt per Math.in conſtitut.
grandis.x.not.& in conſtit.foriudicatorum bona.in j.gl. vbi niſi in crimine læſæ maie.
& hæreſis, & vide per Capi.in deciſ.ſacr.conſil. cliij.an hodie detur publicatio in bo-
71 nis.In † quibus autem caſibus hodie detur publicatio in bonis in regno, tradit Math.
in d.conſtitut.pactarenorum.iiij.not.& per Iſern.in c.j.ver.contrah.inceſt.nupt.& per
Bald.in d.cap.j.de pace tenen.& an in crimine læſæ maieſt.in omnibus capitibus hodie
detur publicatio bonorum,& in quibus. plenè tradit Capi.in deciſio.conſilij.cxxx.&
ibi, an vicerex regni bona publicare, & quis poteſt, & in quibus caſibus, vt per eũ
plenè,& de hac materia publicationis bonorum,vide quæſtiones, & dicta per Gandi.
in rubr.de bonis male.& per Bel.in pract.in titu.de quæſtio. cum ſeq. & in tit.de fuga.
reo.& Ang.in gl.& eius bona publicamus.& not.id quod dicit Angel.in dicta gloſſ.&
doct.in l.iij.C.ſi pend.appel.mors inter. cùm aliis per eum allegatis,& per Angel.poſt
eum,quòd in caſu quo datur publicatio,neceſſe eſt,quòd faciat ęquè principalem pu-
blicationem bonorum, ſicut corporalem per copulam, & dicendo, & bona publica-
mus,& ibidem an ipſo iure bona publicantur,quòd non, niſi in crimine proditionis,
vt in cap.reg.bona proditorum.& in cap.nuper apud Tranum. vbi ſententia non re-
quiritur,ſed vide Capi.in deciſio.ſacr.conſi.clxij.vbi quòd ſententia requiritur ſaltim
declaratoria. Et in quibus caſibus imponi poſsit pœna guaſti,& domus dirui poſſunt,
& aliæ plantæ euelli, & an per contumaciam, & an vxor poſsit impedire talem va-
ſtationem.& publicationem,& an creditor, & colonus, ſeu inquilinus, dic & proſe-
quere vt per Capi.in deciſio.cxxx. in quarta ſpeciali, vbi quid in crimine læſæ maie-
ſtatis.an bona rebellis vaſtari poſsint, quòd ſic, vt per eum, & creditoribus fiſcus
ſatisfacit, & vide quæ tradit Mathe.in conſtitutione grandis, ſi fit deuaſtatio ob

contu

contumaciam, ſi inde infrà annum comparet, & purgat contumaciam, quod recuperabit.

## SVMMARIVM.

1 *Conſt. & c. reg. quæ inducunt pœnam publicationis bonorum & corporalem.*
2 *Publicantur bona in crimine hereſis, & receptatione hereticorum. & crimine læſæ maie.*
3 *Vſurarij priuantur bonis.*
4 *Guerram mouens in regno bonis priuatur.*
5 *Repræſalias faciens medietate bonorum punitur.*
6 *Vaſallus imponens domino defenſam medietate bonorum punitur.*
7 *Defenſam ſpernens tertia parte bonorum punitur.*
8 *Iuriſdictionem vſurpans, aut exercens abſque licentia regis, pœna publicationis bonorum punitur.*
9 *Comes aut Baro conſtituens iuſtitiarium in terra ſua amittit terram.*
10 *Vxor præſtans alimoniam viro rebelli, aut ſorindicato, dotem amittit.*
11 *Officialis grauans ſubditos non dolo, tertia parte mobilium punitur.*
12 *Iuriſdictionem regiorum officialium declinans. quando habet cauſam cum fiſco, publicatione bonorum punitur.*
13 *Officialis durante officio emens à ſubditis bona immobilia, aut pecuniam recipiens, publicatione bonorum punitur.*
14 *Cuſtodes carceris ſi eorum negligentia aufugerint carcerati, pœna publicationis bonorum puniuntur.*
15 *Contumax tam in ciuilibus quã in criminalibus, tertia parte bonorum mobilium punitur.*
16 *Fiſcus ſuccedit ſorindicato liberos, aut parentes, aut agnatos non habenti.*
17 *Accuſatore non comparente, reo incuſante punitur ſexta parte mobilium.*
18 *Accuſator deſiſtens lite conteſtata in criminalibus, tertia parte mobilium punitur.*
19 *Teſtium examinator, aut teſtis non comparens, tertia parte mobilium punitur.*
20 *Affidans ſecunda vice homines demaniales, publicatione bonorum punitur.*
21 *Matrimonium contrahens cum extero in regno abſque licentia regis, publicatione bonorum punitur.*
22 *Baro aut filij recipientes à vaſallis iuramentum fidelitatis abſque regis licentia publicatione bonorum punitur.*
23 *Seruum aut ſeruam fugitiuam retinens, publicatione bonorum punitur.*
24 *Officialis regius male tractans ſubditos, inferendo iniurias, tertia parte bonorum ſuorum punitur.*
25 *Medicus medens abſque doctoratu & licentia, publicatione bonorum punitur.*
26 *Medicinas conficiens abſque interuentu iuratorũ. publicatione bonorũ mobilium punitur.*
27 *Monetam cudens adulterinam, aut expendens, publicatione bonorum punitur, idem radens, & tondens.*
28 *Teſtes falſis inſtruens, & corrumpens, & celans teſtamenta, pœna publicationis bonorum punitur.*
29 *Amatoria dans pocula, vel cibos, vel malias, ſi mors non ſequitur, publicatione bonorum punitur.*
30 *Adultera ſi filios non habeat, publicatione bonorum punitur.*
31 *Vendens ſcienter liberum hominem publicatione bonorum punitur.*
32 *Violentiam inferens in bonis, ſpernendo pœnas officialium, publicatione bonorum punitur.*
33 *Detinens occupatum hominem demanialem, aut baroniam, publicatione bonorũ punitur.*
34 *Proditorum bona ob rebellionem fiſco ipſo iure applicantur.*

ſtitut.pœnam nouem vnciarum in ciuilibus,in criminalibus verò in conſtit.grandis.
16 ij.lib. Item † fiſcus ſuccedit foriudicato non habenti liberos, aut agnatos vſq; ad ter-
tium gradum,quos ſi habet vnus ex eis annumeratur, vt in conſtitu.foriudicatorum
bona.vt in conſtit.ſi quando feudum habet à rege.& in conſti.ob filiorum, vbi fiſcus
17 ſuccedit patri foriudicato, & ſi liberos habet inter eos connumeratur. Item † accuſa-
tor,ſi nō comparuerit in termino peremptorio,reo comparente,incuſante contuma-
ciam accuſatoris,ſexta parte bonorum mobilium punitur, vt in conſti.accuſatorum
18 temeritatem. Item † accuſatore deſiſtente poſt litem conteſtatam in criminalibus,
tertia parte bonorum mobilium mulctatur, vt in conſtitut. accuſatorem poſt litem.
19 Item † examinator teſtium,ſi doloſè verſatus eſt,tertia parte mobilium punitur,vt in
conſti.in pecuniariis.vbi idē in teſte nolente venire,vt ſe examini exhibeat, vt ibidem.
20 Item † affidans ſecunda vice homines demaniales, publicatione omnium bonorum
21 punitur,vt in conſtit.cum vniuerſis. Item † contrahens matrimonium cum extero in
regno abſque licentia regis, publicatione bonorum punitur, vt in conſtit.cùm hære-
22 ditarium.Item † baro,aut filij recipientes à vaſallis iuramentum fidelitatis abſque re-
gis licentia,publicatione bonorum, & feudi punitur, vt in conſtitut.Comite vel Ba-
23 rone.Item † retinens ſeruum,aut ſeruam fugitiuam,publicatione bonorum punitur,
24 vt in conſti.ſeruos & ancillas.Item † officialis regius malè tractans ſubditos,inferens
eis iniuriam perſonalem,aut verbalem, tertia parte bonorum ſuorum punitur, vt in
25 conſtit.eos tantum.Item † medicus,qui abſque licentia officialium regiorum,& abſq;
diſcuſsione,& doctoratu,mederi voluerit,publicatione bonorum punitur,vt in con-
26 ſtitut.quiſquis à modo. & in conſtit.ſeq. Item † conficiens medicinas illas, conficiat
cum interuētu,& præſentia iuratorum ſub pœna publicationis bonorum mobilium,
27 vt in conſtit.in terra aliqua. Item † cudens adulterinam monetā.vel ſi ſcienter expen-
derit,& conſentiens,pœna publicationis bonorum punitur, vt in cōſti.adulterinam.
28 idem in radente,& tondente monetam,vt in conſtit.qui nummos. Item † falſos teſtes
inſtruens,& corrumpens,vel celans teſtamenta publica,vt in conſti.qui falſitatem.&
in conſtit.teſtamentorum. nam pœna falſi punitur, quæ eſt publicatio bonorum.l.j.
29 §.fin.ff.de falſ.Item † dans pocula amatoria,cibos, vel malias,ſi mors ſequatur,publi-
30 catione bonorum punitur,vt in conſtit.amatoria pocula.Item † adultera,ſi filios non
31 habeat,publicatione bonorum punitur,vt in conſtit.legum aſperitatem. Item † ven-
dens ſcienter liberum hominem,publicatione bonorum punitur, vt in conſtitut.qui
32 ſciens liberum.Item † inferens violentiam in bonis,ſpernendo pœnam ab officialibus
impoſitam,ſi contumax & rebellis exiſtat,publicatione bonorum punitur,vt in cap.
33 regn.incipi.ſubiectorum noſtrorum commoti.ſub rub.de violen.Item † detinens oc-
cupatum hominem, demanialem, aut baroniā demanialem,publicatione bonorum
punitur, vt in c.incip.prædeceſſorum noſtrorum.ſub rubr. de occupatis.vbi idem, ſi
vaſallum demanialem habuerit recommendatum, iuxta d.conſtitut. cum vniuerſis.
34 Item † bona proditorum, & rebellium fiſco applicantur,vt in cap.incip.nuper apud
Tranum.& in c.incip.bona proditorum.vbi ipſo iure,& abſque ſententia nō obſtan-
35 te aliqua præſcriptione,applicantur fiſco.Item † contrahens matrimonium cum filiis
proditorum, aut rebellium, abſq; mandato,& licentia regis,publicatione bonorum
punitur,vt in c.incip.ſatis conſtat eſſe notorium. ſub rub.quòd nullus contrahat ma-
36 trimonium.Item † falſificās ſigillum regis,& monetam regis,publicatione bonorum
punitur, vt in c.incip. vt quæ ab excellentia noſtra. ſub rubr.de pœna. infligen.falſa.
37 Item † admirali, vel viceadmirali prohibentes vaſcella nauigantia, publicatione bo-
38 norū puniuntur,vt in c.incip.item prædicti admirali. Item † promittens in dotē bona
feudalia abſq; regio aſſenſu,vel cōtrahens cum infidelibus regis, publicatione bono-

39 rum feudalium punitur,vt in c.incip.item ſtatuimus quòd licitũ ſit.Item † ſi torquendus iuſtè appellauerit,& iudex non obſtante appellatione poſuerit ad torturam, ſi læſionem tortus non fuerit paſſus,publicatione tertiæ partis bonorum punitur, vt in c.
40 incip.ſi iuſtè quis appellauerit. item † baro recipiens, & receptans malefactorem in terra ſua,per quinquennium priuatur poſſeſsione, & fructibus terræ,vt in cap.incip.
41 licet contra receptatores.Item † baro recipiens in terra ſua vaſallos demanij,publica-
42 tione bonorum punitur,vt in c.incip.cùm exutum cura regiminis. Item † ſi infrà annum,& diem non denũciauerit mortẽ baronis,publicatione feudalium, in quibus ius
43 prætendit,punitur,vt in c.incip.apud fogiam prouiſum.Item † in rapiente,& violante aut deoſculante mulierem,bona publicantur,vt in c.inci.vt ſine mortalis peccati. ſub
44 rub.ſtatutum contra neapolitanos.Item † blaſphemans Deum, & virginem. & ſanctos,punitur pœna tertiæ partis bonorum,vt in prag.incip.conſiderando. ſeq. & ſeq.
45 & in noua ſuæ Maieſt.Cæſarea.Item † faciens repreſalias,& pignorationes,vt in prag. incip.ad audientiam noſtram. Hi ſunt caſus in quibus in regno publicatio bonorum imponitur vltra alios caſus, & tradita per Mathe.in dicta conſtitutio. pactarenorum.

## SVMMARIVM.

1 *Hereticus pœna capitis punitur, & igne viuus comburitur.*
2 *Receptator hereticorum pœna perpetui exilij punitur.*
3 *Diſputans de facto Regis pœna ſacrilegij punitur.*
4 *Violans & frangens templa Dei,& auferens vaſa ſacra,capite punitur.*
5 *Guerram mouens in regno, capite punitur.*
6 *Occidens hominem,vltimo ſupplicio punitur.*
7 *Raptor ſacrarum virginum,capite punitur.*
8 *Meretrici inferens violentiam vltima ſupplicio punitur.*
9 *Raptor virginum,& viduarum,& honeſtarum mulierum capite punitur.*
10 *Mulieri violentiam inferens per vim tentans cognoſcere, capite punitur, & mulier iniuſtè conquerens eadem pœna punitur.*
11 *Nocturnus depopulator agrorũ,arbores noctu incidens,& domos cõburens capite punitur.*
12 *Rapiens res naufragatas,vel de domo incenſa,capite punitur.*
13 *Officialis publicas pecunias ſurripiens, capite punitur.*
14 *Vniuerſitas creans officialem abſque licentia Regis,& exercens efficium, capite punitur.*
15 *Officialis conſtituens vicarium & locumtenentem, & exercens officium capite punitur.*
16 *Cuſtos carceris ſi dolo aufugit carceratus à carcere,capite punitur.*
17 *Notarius,aut iudex falſificans inſtrumentum, vltimo ſupplicio punitur.*
18 *Campio fraudem committens in duello,& produtoriè occidat hominem, capite punitur.*
19 *Iudex corruptus pecunia ſi capitalem condẽnatoriam proferat ſententiã, capite punitur.*
20 *Detinens affidatos homines demaniales pro tertia vice, capite punitur.*
21 *Iurati ſuper medicina adhibenda fraudem committentes, vltimo ſupplicio puniuntur.*
22 *Artifices,venditores,& laboratores tertiò fraudem committentes,furca ſuſpenduntur.*
23 *Fraudantes pondera,& menſuras,capite puniuntur.*
24 *Falſificans literas Regis capite punitur,idẽ falſificans literas papæ,& quid aliorũ officialiũ.*
25 *Cudens adulterinam monetam,vel recipiens ſcienter, capite punitur.*
26 *Corrumpens,& inſtruens teſtes vt falſum deponant, capite punitur.*
27 *Celans teſtamentum capite punitur.*
28 *Vendens aut dans mala noxia,& medicamenta, capite punitur.*
29 *Vendens aut detinens toxicum,& venenum,capite punitur, & ſuſpenditur.*
30 *Amatoria pocula dans ſi mors ſequatur,vltimo ſupplicio punitur.*

*Incen*

31 *Incendiarij doloſi domos aliorum comburentes, capite puniuntur.*
32 *Pracipitans ſe de alto, aut lapidem proiiciens, aut ramum incidens doloſè, & hominem occidat, capite punitur.*
33 *Furans rem valentem vltra vnciam furca ſuſpenditur, & nobilis decapitatur, idem plura furta minima committens.*
34 *Rapinam per vim tertiò committens nobilis decapitatur, ignobilis furca ſuſpenditur.*
35 *Proditor rebellis, & prelians contra Regem, furca ſuſpenditur.*
36 *Ius ſibi propria auctoritate dicens & capiens debitorem, aut bona abſque licentia officialis, capite punitur.*
37 *Notarij cameræ propter fraudem adhibitam, capite puniuntur.*
38 *Iudex iniuſtè torquens ſi moriatur tortus in tortura, capite punitur.*
39 *Lenones detinentes meretrices in publico, capite puniuntur.*
40 *Sodomita ſiue agens ſiue patiens igne comburitur, & vterque.*

1 AC Etiam † vt ſciamus pœnas capitales, in regno ſtatutas, & corpo-
rales ex abundanti inſeramus: & primò de capitalibus, deinde de
corporalibus: de capitalibus ergo, primò hæreticus pœna capitis
punitur, & igne viuus coram populo concrematur, vt in conſtitutio.
2 regni, inconſutilem tunicam cauſa Dei noſtri. Item † receptaror
hæreticorum pœna perpetui exilij punitur, vt in conſtitutio. pacta-
3 renorum. Item † diſputans de facto Regis, de ſacrilegio punitur, iuxtà l. diſputare. C.
4 de crimine ſacrilegij. vt in conſtitutio. diſputare. Item † violans, & frangens templa
Dei, & auferens vaſa, & dona ſacra, capite punitur. vt in conſtitut. multæ leges. Item
5 mouens † guerram in regno capite punitur, vt in conſtitu. Comes, Baro. Item occi-
6 dens † hominem, vltimo ſupplicio punitur, vt in conſtit. terminum vitæ. Item raptor
7 ſacratarum † virginũ, & monialium, capite punitur, vt in conſtitut. ſi quis rapere. Item
8 inferens † violentiam meretrici, vltimo ſupplicio punitur, vt in conſtit. omnes noſtri.
9 Item † raptor virginum non ſacratatarum, & viduarum, & aliarum honeſtarum mu-
10 lierum, capite punitur, vt in conſt. capitalem pœnam. Item † inferens violentiam mu-
lieri, capite punitur, vt in conſt. in quæſtionibus. Itẽ mulier iniuſtè cõquerens de vio-
11 lentia capite & ſimilitudine ſupplicij punitur, vt in conſt. peſsimã. Item † nocturnus
& clandeſtinus malefactor, qui de nocte arbores incidit, & domos comburit, capite
12 punitur, vt in conſt. ſuper inciſionibus. Item † rapiens res naufragatas, vel domo in-
13 cenſa, vel ruinam patiente, pœna capitis punitur, vt in conſtit. rapinas. Item † officia-
lis, & iudex publicas pecunias ſubtrahens, capite punitur, vt in conſt. officiales. Item
14 vniuerſitas † creans officialem abſque licentia Regis, & exercens officium, capite pu-
nitur, vt in conſt. cùm ſatis abundè. de cuius interpretatione quãdo locum habeat, &
de aliis conſt. ſeq. per Capi. in deciſio. ſac. conſi. cxxx. vbi plenè qualiter, & quãdo locũ
15 habeant. Item † officialis cõſtituens vicarium, & locumtenentẽ, & exercens officium,
16 capite punitur, vt in cõſt. officia. Itẽ † ſi carceratus aufugeret à carcere dolo cuſtodis,
17 cuſtos capite punitur, vt in cõſti. cuſtodes. Itẽ † notarius, aut iudex falſificãs inſtrumẽ-
tum, vltimo ſupplicio punitur, vt in conſtit. iudices vbique. de cuius interpretatione
vide per Capi. in deciſ. ſacr. conſil. cliij. vbi per hanc conſtit. quidam notarius Meſſanæ
18 fuit ſuſpenſus ob falſitatem inſtrumentorum. Item † campio fraudem committens, &
occidens hominem occultè, & proditoriè, & committens crimen læſæ maieſta. capite
19 punitur, vt in conſtit. ſummo periculo. Item † iudex pecunia corruptus, proferens ca-
pitalem ſententiam condemnatoriam, pœna capitis punitur, vt in conſtitutio. iudex ſi
accepta pecunia. vide de eius interpretatione plenè per Thom. Gram. in ſuo conſilio

20 in fauorem donati de falconibus. Item † detinens homines demaniales affidatos, tertia
vice capite punitur, vt in consti. cum vniuerſis. & in c. reg. incipi. prædeceſſorum no-
21 ſtrorum. Item † iurati ſuper medicina cõficienda, ſi fraudem adhibuerint, vltimo ſup-
22 plicio puniuntur, vt in consti. in terra qualibet. Item † artifices venditores, & labora-
tores, tertiò deprehenſi in fraude, ſuſpenſi in furcis moriuntur, & iteratione delicti,
23 vt in conſtit. magiſtro mechanicarum. Item † fraudantes pondera & menſuras, capite
24 puniuntur, vt in conſtit. legitima pondera. Item † falſificans literas regias, capite pu-
nitur, vt in conſti. qui literas. & in c. incip. vt quæ ab excellentia noſtra. & quid ſi falſi-
ficat literas papæ, an eadem pœna puniatur? dic vt per Capi. in deciſ. ſac. conſil. xxx. &
per Guid. Papæ in deci. ccxxxiij. & in deciſi. ccccclxxix. & deci. ccccly. in quibus etiam
25 de lacerante literas officialium, & ſeruientis. Item † cudens adulterinam monetam, vel
ſcienter accipiens, & conſentiens, pœna capitis punitur, vt in conſti. adulterinã. Idem
26 & radens monetam, vt in conſtit. qui nummos. Item † corrumpens & inſtruens teſtes,
27 vt falsò deponant, capite punitur, vt in conſtit. qui falſitatem. Item † celans teſtamen-
tum, capite punitur, vt in conſtit. teſtamentorũ. iuxta qualitatem perſonæ, iuxta con-
28 ſtitu. qualitas perſonæ. Item † dans, aut vendens mala noxia, & medicamenta, capite
29 punitur, vt in conſti. mala noxia. Item † retinens, & vendens toxicum, aut malũ vene-
30 num ſuſpenditur, vt in conſtit. quicunq; toxicũ. Item † dans amatoria pocula alicui
mulieri, ſi mors ſequatur, vltimo ſupplicio punitur, vt in conſtitut. amatoria pocula.
31 Item † doloſi incendiarij incendentes aliorum domos, capite puniuntur, vt in conſti.
32 qui dolosè domũ. Item † qui de alto ſe præcipitauerit, aut lapidẽ dolosè præcipitaue-
rit, aut ramum incidit, & occidat hominem, pœna capitis punitur, vt in conſtit. qui de
alto. ſi non dolo, mitiùs, vt in conſtit. ſeq. incip. pœnam præcedentem hæ ſunt conſtit.
33 pœnam capitalem infligentes. extant † etiam c. regni. vt qui furatus extitit rem valen-
tem vltra vnciam, vel plura furta etiam minima committens, nobilis capite punitur,
34 ignobilis furca ſuſpenditur, vt in c. incip. ad hoc. ſub rub. de fur. Item † committẽs ra-
pinas tertiò, vt quia per vim pretio non ſoluto accipit rem, nobilis decapitatur, igno-
bilis furca ſuſpenditur, vt in c. incip. placuit de conſilio. ſub rub. de pœna rei abla. pre-
35 tio non ſolu. Item † proditor, & rebellis, & prælians contra regem, furca ſuſpenditur,
vt in c. incip. nuper apud Tranum. vide per Thom. Gra. in conſi. edito in defenſam do-
36 mini Ioãnis Baptiſtæ de benauolo, & per Cap. in deciſ. cxxx. Item † dicens ſibi ius pro-
pria autoritate, vt quia capiat debitorem, vel eius bona, & ea penes ſe detineat abſque
mandato, & licentia officialis, capite punitur, vt in c. incip. contra ineffrenatas multo-
rum, ſub rub. ne quis propria autoritate ſibi ius dicat, & vide per Math. in conſti. pacis
37 cultum. Item † notarij camere propter fraudem adhibitam, capite puniuntur, vt in c.
38 incip. item caueant notarij. Item † iudex iniuſtè torquẽs ſi moriatur tortus in tortura,
39 pœna mortis punitur, vt in c. incip. ſi quiuis iuſtè appellauerit. Item † lenones retinen-
tes mulieres, & meretrices in publico, capite puniuntur, vt in prag. incip. Conſaluus.
40 ſub rub. de lenon. Item † ſodomita agens, & patiens, igne cõburuntur, vt in prag. inci.
Item perche lo abominabile, confirmata nouiter per prag. ſuæ maieſta. Cæſar. iſtę ſunt
conſtit. capit. & pragm. reg. pœnam capitalem, & mortis infligentes.

## SVMMARIVM.

1 *Percutiens & vulnerans aliquem ferro ſi mors non ſequatur, pœna manus punitur.*

2 *Luſores publici taxillorum, & frequentatores tabernarum, ad opus publicum ad tempus condemnantur.*

3 *Baillus inferens dolo grauamen ſubdito regis, pœna manus punitur.*

4 *Campio adhibens fraudem in pugnando in non capitali crimine, pœna manus punitur.*

5 *Ruſticus militem verberans, pœna manus punitur, ſi miles militem, exulat per annum.*
6 *Medicus medicans abſque licentia, per annum carceratur.*
7 *Artifices, & venditores, & laboratores in fraude deprehenſi pro quo fuſtigantur, pro ſecundo manum amittunt, idem fraudantes legitima pondera. nu. 8.*
9 *Merces corruptas cum incorruptis impunè an liceat commiſcere.*
10 *Epiſcopus an ratione fraudis poſſit punire mercatorem vendentem.*
11 *Toxicũ apponens in aqua vt piſces capiat, per annum cum ferris in opus publicũ dãnatur.*
12 *Amatoria pocula exhibens ſi mors non ſequatur, per annum carceratur.*
13 *Mulier adultera, naſi truncatione punitur.*
14 *Mater filiam proſtituens, naſi truncatione punitur tanquam lena.*
15 *Lena ſollicitantes pudicitias honeſtarũ mulierũ, naſi trũcatione puniuntur, & fuſtigãtur.*
16 *Vendens liberum hominem ſcienter ſeruus efficitur.*
17 *Lapidem proiiciens ex alto, aut ramum ſecans, aut ſe præcipitans, ſi incautè hominem occidit, pœna carceris annalis punitur.*
18 *Blaſphemans Deum, virginem, & ſanctos, truncatione linguæ punitur, & an per eccleſiaſticum puniri poſſit. nu. 19. & de excuſatione à pœna ordinaria. nu. 21.*
20 *Falſo teſti lingua eſt perforanda.*
22 *Periurus in iudicio, vel extra pœna manus punitur.*
23 *Spolians mortuum, pœna manus punitur.*
24 *Furans rem valentem vnum auguſtalem fuſtigatur, bullatur in fronte, & bannitur à portuncia, ſi infra vnciam valeat, pœna manus punitur.*
25 *Auferens rem per rapinã, & vim, pretio nõ ſoluto, pœna fuſtigationis & manus pro qualitate perſonæ punitur, & de pœnis corporalibus & capitalibus vide remiſſiuè. nu. 26.*
27 *Publicatio bonorum ſi per ſtatutum deberet fieri in cauſa homicidij, vel alius delicti, in quantum tempus fieri poſſit talis publicatio bonorum.*
28 *Accuſatione finita per decem annos peti poteſt publicatio bonorum.*
29 *Occiſori ſeu homicida propter parricidiũ querela quoad publicationẽ bonorũ durat xx. an.*
30 *Publicantur bona in crimine læſæ maieſtatis, non in primo capite per quinquennium.*
31 *Publicatio bonorum quando venit in conſequentiam pœnæ corporalis, non datur publicatio, ſed quando æquè principaliter.*
32 *Filiis aut agnatis exiſtentibus reſeruantur bona, & non publicantur hodie.*
33 *Filiis vbi bona reſeruantur, & non publicantur, pater ex his ali non debet.*
34 *Publicatio bonorum per quem iudicem fieri debet.*
35 *Bona vbi publicantur, an ipſo facto in ſententia tranſeunt in fiſcum.*
36 *Bona quæ veniant in publicatione bonorum, & an futura.*
37 *Barones an poſſint bona publicare.*
38 *Barones an poſſint cõmutare pœnã corporalẽ ad pecuniariã, et cuius ſit pœna, ſua, an fiſci.*
39 *Bona homicidæ an poſſint deuaſtari.*
40 *Pœna capitali damnatus & mortis an ſuccedat ex teſtamento, vel ab inteſtato agnatis.*
41 *Damnatus an poſſit facere teſtamentum, & quando.*
42 *Pœna vbi imponitur inſolita, vt quia veneno occidatur, vel proiiciatur à feneſtra põt teſtari.*
43 *Pœna ſolita vbi imponitur, & condemnatur, etiam ſi auferatur à manibus familiæ, & liber ſit, non poteſt teſtari.*
44 *Homicida voluntarius an gaudeat immunitate.*
45 *Homicida an poſſit eſſe teſtis, an verò excludatur.*
46 *Infam[illegible] infamia facti non admittitur ſine tortura.*
47 *Homicida tenetur filiis occiſi ad æſtimationem operarum, & ad quantum viuens poterat lucrari, & ad omnia damna filiis.*

1 SEQVITVR. De † aliis pœnis corporalibus,& primò,percutiens
& vulnerans aliquem ferro,ſi mors non ſequatur, pœna manus, qua
vulnerauit punitur:& ſi incertum ſit, cũ qua percuſsit, validior am-
putatur,vt in conſt.ſi quis aliquem.j.lib.& in c.reg.ſi quis cũ roncha.
ſecus ſi lapide,aut ligno,& fuste percutiat , vt per Mathe.& Andr. in
2 conſt.& Tho.Gra.in vo.xv.Item † luſores publici taxillorum,& fre-
quentatores tabernarum viuentes abundantius ſuis facultatibus , ad tempus in opus
publicum damnantur,& ſi cauſa expoſcerit,in perpetuum elapſo tempore, licẽtia re-
3 deundi conceditur,vt in conſt.hi qui per inquiſitionem.Item † baiulus dolo inferens
grauamen ſubdito regis,pœna manus punitur,vt in conſt.cùm iuxtà prouidum.Item
4 campio † adhibens fraudẽ in pugnãdo in non capitali crimine ratione periurij,pœna
5 manus punitur,vt in conſt.ſummo periculo.Item † ruſticus mulierẽ verberans,pœna
manus punitur,idem ſi vallectus militem;ſi verò miles militem, per annũ exulat, vt in
6 conſt.vt dignitatum ordo ſeruetur.Item † medicus medicans abſq; approbatione,&
7 licẽtia,per annũ carceratur,vt in conſt.ſi quis amodò,& ſeq.conſt.Itẽ † artifices & ven
ditores & laboratores,ſecũdò deprehenſi in fraude,manũ amittũt. & primò fuſtigan
8 tur,ſi libram auri non poſsint ſoluere,vt in conſtit.magiſtro mechanicarũ. Idem † in
9 fraudente legitima pondera,& menſuras,vt in conſt. legitima pondera. Sed † an licet
cõmiſcere merces corruptas, cùm incorruptis,dic quòd ſic,vt per Io.de Arn.in epit. j.
10 vbi de intellectu conſt.pœnas.& † an tunc epiſcopus poſsit mercatorem etiam punire
11 ratione fraudis? dic , vt per eundem Arn.in epit.lxxviij.Idem † apponens toxicum, vt
piſces capiat in aqua,per annum cum ferris operibus publicis deputatur, vt in conſti.
12 qui toxicũ. Item † amatoria pocula dans,ſi mors non ſequatur,per annum carceratur,
13 vt in conſtitu.amatoria pocula.Item † mulier adultera naſi truncatione punitur, vt in
14 conſt.legum aſperitate. Item † mater proſtituens filiã,truncatione naſi punitur tan-
quam lena,vt in conſt.matres virgines,niſi neceſsitate cõpulſa fecerit,vt in conſtitut.
15 matres quę publicè.Item † lenę ſolicitantes pudicitias honeſtarũ mulierum,naſi trun-
catione puniuntur & fuſtigationis,& bullationis, vt in conſt.lenas ſolicitantes. Item
16 ſcienter † vendens liberum hominem ſeruus efficitur, vt in conſt.qui ſciens liberum.
17 Item † proiiciens lapidem ex alto,aut ramum aut ſeipſum præcipitans,ſi incautè & in
loco habitabili contingat facere,& hominem occiderit, pœna carceris annalis puni-
18 tur,vt in conſt.pœnam præcedentẽ.Item † blaſphemãs Deum & virginem,& ſanctos,
truncatione linguæ punitur,vt in conſt.blaſphemantibus.& in pragm. incip. conſide-
19 rando ſequẽ.& ſeq.hac perpetua.vbi irremiſsibiliter truncatur,& † ſi non punitur per
eccleſiaſticum,an puniri poſsit per ſecularẽ ad truncationẽ linguę? dic quòd ſic, vt per
20 Io.de Arn.in comment.xvij.Idem † in falſo teſte , nam lingua debet perforari , vt per
21 Io.de Arn.in problema.xlviij.& vide ad excuſationẽ pœnæ, vt per Io.de Arn. in ſing.
iiij.& in caut.xxxiij.& caut.lvj.& epit liiij.& comment.xvij.& quæ dicatur blaſphe-
mia,& an dicendo, a diſpetto de Dio,& an conſuetudo excuſet , plenè per Tho. Gra.
22 in deciſ.50.Itẽ † periurus ſiue in iudicio vel extrà,periurauerit, punitur pœna manus,
23 vt in conſt.eos qui ſcienter.Item † ſpolians mortuum, pœna manus punitur, vt con-
24 ſtit.ſi quis aliquem,quæ eſt fin.in iij.lib.Item † furans rem valentem vnum auguſtalẽ,
fuſtigatur,bullatur in fronte,& auris amputatur,& bãnitur à prouincia,& an ſi infrà
25 vnciam valeat,punitur pœna manus, vt in ca.reg. ad hoc ſub rub.de fur.Item † aufe-
rens rem per rapinam,& vim ab aliquo , pretio non ſoluto, punitur pœna fuſtigatio-
nis,& pœna manus, iuxtà qualitatem perſonæ, exterus ſit an regni , vt in capit.incip.
26 placuit de conſilio,& ſic † habes conſti.capi.& prag.regni.imponentes pœnas publi-
cationis bonorum,pœnas capitales,& pœnas alias corporales,ſi quis autem voluerit
ſimbr

fimbrias dilatare,& materias dictarum conſtit. ad plenum videre, videat per Andr.& Mat.in qualibet ſupradictarum conſtit.& de earum & cap.prædictorum intellectu,vt ex dictis conſt.cap.& prag.& traditis per Bel.in d.pra.in rub.de pœna crim.& de pœn. capital.& de pœn.cap.& Gand.in rub.de pœnis,circa fin.car.& Bal.in d.l. dita opera. C.qui accuſ.poſſ.& in authen.ſed nouo iure.C.de fur.& per Felin.in cap. qualiter, & quando.§. ad corrigendos.de accuſa.habentur omnes ferè pœnæ capitales & non capitales,ſed corporales &publicationis borum in omni iure Ciuili,Canonico,Longobardo,& regni.Hæc ex abũdanti dixi ad ſolacium,ſecutus prædictos doctores in prædictis locis, ponentes multa genera pœnarum, quos doctores videas per te:ad incœ-
27 pta nos redeamus. Sed † quid ſi caſu quo per ſtatutum, aut aliam diſpoſitionem, vt ſuprà deberet fieri publicatio bonorũ in cauſa homicidij,vel aliis delictis,infrà quantum tempus fieri poſsit dicta publicatio,& an ſicut accuſatio infrà xx. annos, iuxtà l. querela.C.de falſ.& ſuprà fuit dictum, ita & in publicatione bonorum. Angel. tradit hoc in d.gl.& eius bona publicamus.ver.quæro licet accuſatio.& concludit vnà cum
28 Ang.in l.in cognitione.ff. ad Sylla. quòd infrà quinquennium,quod † tamen intelligit vbi accuſatio incepta non eſſet,ſeu finita,ſed poſt finitam accuſationem per decem annos.l.gallus.ff.de lib. & poſthu.& agit petitione hæreditatis ciuiliter contra hære-
29 des.l.j.C.de his quib.vt indi.quod etiam limitat Augu.poſt Ang.in d.gl. niſi † occiſor teneretur de parricidio:nam tunc querela,quo ad publicationem bonorũ duraret xx. annis, vt per Bal.in l.iij.quib.res iud.nõ no.per text.in d.l.cognitione. dic vt ibi per gl.
30 Bart.& alios modernos,propter immanitatem delicti,de quo mirandum,cùm † in crimine læſæ maieſtatis quinquennio finitur actio ad publicationem bonorum, quod tamen intelligas,non in primo capite,ſed in aliis:nam in proditione & rebellione contra Regem hodie nulla datur præſcriptio,vt in capitulo,reg.bona proditorum.& di-
31 ximus ſuprà.Et † not.regulam quam tradit Auguſt.in dicta gloſſ.circa finem.vbi poſt Salycet.& Angel.in authent.bona damnatorum.C.de bon.damn.& in cap. primo,de pace conſtan.& Bart.in l.prima.ff.de bon.damna.dat regulam,quòd quando publicatio bonorum venit in conſequentiam pœnæ corporalis,eſt ſublata publicatio bonorum,& ita procedit dicta authent.bona damna.quãdo verò non venit in conſequentiam, ſed æquè principaliter; vt quia imponitur pœna publicationis omnium bonorum,vt in ſupradictis conſtitut. & tunc indiſtinctè datur publicatio, & filius non
32 relinquitur:& caſu † quo per conſequentiam,filiis non extantibus, aliis etiam agnatis,& tranſuerſualibus vſque ad decimum gradum reſeruantur, vt per Bartol.in
33 conſilio clvij.& Bald.& Angel.in dicta authent.bona damna.& † caſu quo reſeruantur filiis,ex his bonis non debet alere patrem,vt in capi.primo. §.ſi habet. de pace ten. & Bal.in dicta authent.bona.facit conſtitutio reg.foriudicatorum bona, & conſtitu. patres pro filiis.vbi vxor amittit dotem ſi alit maritum delinquẽtem, cùm ei reſerua-
34 uerit fiſcus dotem,& dotarium ſuper bonis ſui viri. Sed † per quẽ iudicem debet fieri talis publicatio bonorum caſu quo fienda eſt? dic vt per Ang.in dicta glo. & eius bona
35 publicamus,verſi.quęro quis iudicum.ibi,tradi.Et † no.id quod dicit Auguſt.in dicta gloſſ.verſic.& aduertas,quòd in ſententia dicatur,& eius bona publicamus:nam tunc ipſo facto in fiſcum tranſit dominium,ſecùs ſi dicat bona publicanda eſſe, vt per Bal. in l.prima.ſi aduerſ.libe.C.& an in publicatione bonorum veniat feudum, & emphyteuſis priuata,& eccleſiaſtica,& an legitima & trebellianica? dic vt per Marſi.plenè in conſilio xlix.& Gandi.in rubr.de var.quæſt. ex male. & an ſubiecta reſtitutioni per fideicommiſſum plenè per Tho.Gra.in deciſio.cv.nu.38.& ibi,bona prohibita aliena.
36 Et † quæ bona veniant in tali publicatione bonorum.& an futura,dic,& proſequere, vt per Ang.in d.gl.& Gand.in tit.de bo.male.& Math.in conſt.vſurariorum,& conſt.

37 omnes. An autem † Barones poſſint bona publicare? dic, vt per Par. in ſynd. in verbo,
excedunt barones. de exceſſu baro. & Mathe. in conſtit. pœnam eorum. & in conſtit.
38 poſt mortem. Et an † poſſint Barones commutare pœnam corporalem ad pecunia-
riam, & quando, & an commutando pœnam ſit Baronis, an fiſci, dic vt per Capi. in
39 deciſi. ſac. conſil. xxvij. & an † domus, & bona homicidæ, & delinquentis, poſſint de-
uaſtari, & dirui, & an creditores & vxor poſſint impedire? dic vt per eundem Capi. in
40 deciſi. cxxx. An autem † damnatus pœna capitali, & mortis, ſuccedat ex teſtamento,
aut ab inteſtato agnatis, dic quòd non, vt per glo. Bart. & alios in l. j. §. qui operas. ff. ad
41 Tertull. Mar. in conſi. cxxxj. plenè dic, vt per eum: ſed an † ipſe poſſit facere teſtamen-
tum, an verò effectus eſt inteſtabilis, & an ad pias cauſas? dic quòd non, vt per Paul. in
conſi. lxxxvj. allegat Ioan. And. in Specu. in tit. de inſtr. edi. §. compendioſè. verſi. quid
de bannito. docto. in l. eius qui. ff. de teſta. gl. & doct. in §. fin. inſtit. quib. non eſt permiſ.
face. teſta. Specu. in d. verſi. quid de bannito. glo. & doct. in l. ſi quæramus. ff. de teſtam.
Bart. in l. qui vult. in princ. ff. de pœnis. vbi Alex. poſt eum, & per Mar. in conſi. cxxxiij.
in princ. Fulg. in conſi. xliiij. Bald. in conſi. ccclxx. ij. vol. doct. antiqui & mod. plenè in
l. ſi quis mihi bona. §. j. ff. de acquir. hære. Ancha. in clem. j. de pœnis. & in c. quanquam.
de vſur. Alb. in tract. ſtat. ij. par. quæſt. xxij. Bald. in l. j. de hære. inſtit. & in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. ff. de lib. & po. plene Ang. in glo. & caput à ſpatulis. & poſt eum Augu.
42 Vbi limita † niſi eſſet impoſita pœna inſolita, vt quia faciat veneno occidi, vel proiici
de feneſtra, nam tunc poteſt facere teſtamentum, vt per eum, verſic. & bene aduertas,
& Ang. in d. l. ſi quis mihi bona. §. j. vbi dicit Chriſtum potuiſſe teſtari, quia mors eius
43 fuit inſolita, & ita Auguſt. poſt Ang. in d. glo. Quando † verò ſolita, non poteſt teſtari,
etiam ſi fuiſſet per vim à manibus familiæ liberatus. l. qui vltimo. in princ. & ibi Bart.
ff. de pœnis. & in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fi. cat. in quo teſtamentum fa-
ctum ante inquiſitionem formatam, eo condemnato non valet, ita per Ang. in d. glo.
44 & caput à ſpatu, & an † homicida voluntarius gaudeat immunitate? dic vt per Guid.
45 Papæ in deciſi. cxxj. Sed an † homicida poſſit ferre teſtimonium in aliqua cauſa? dic
quòd homicida etiam caſu quo licite potuiſſet occidere, infamis eſt infamia facti, &
vilis redditur, vt dixit Bald. in l. decuriones. C. ex quib. cauſ. infa. irro. Anan. in c. ſi per-
fodiens. de homici. Anchar. in cap. j. verſi. in hac eadem materia. de conſti. & ideò non
admittitur in teſtem, niſi cum tortura, ita dixit Bald. in authen. ſi dicatur. in fin. C. de
teſta. & Marſil. in l. j. in princip. xij. limitatione. ff. de ſicar. & in l. patre vel marito. ff. de
46 quæſtio. & faciunt † dicta per Marſi. in conſi. cj. vbi infamis non admittitur ſine tortu-
ra, & Iaſ. in dicta l. j. C. de ſum. Trin. & fide cath. & vide per Marſi. in pract. in §. aggre-
dior. vbi infamis eſt, & in teſtem ſine tortura non recipitur, & in conſi. ix. Item puni-
47 tur † homicida, quia tenetur filiis occiſi ad æſtimationem operarum, & ad quantum
lucrari poterat ſi viueret, & ad damna, & intereſſe, vt plenè proſequitur Mar. in conſi.
cxv. & conſ. cxxxj. & in ſing. ccccclxxvj. & Pano. in cap. j. de iniuriis. & diximus ſuprà,
& Par. in verbo, pœna. verſic. quia pluries.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia capitalis ferri non poteſt niſi conſtet de delicto per plenas probationes, & confeſſionem.*
2 *Probationes quæ dicuntur legitimæ.*
3 *Teſtes in criminalibus eſſe debent omni exceptione maiores, niſi in ſubſidium.*
4 *Teſtes in ſubſidium non admittuntur ſi ſunt inimici capitales.*
5 *Teſtes inhabiles admittuntur ad defenſam.*
6 *Indiciis & ex præſumptionibus indubitatis an condemnari poſſit ad pœnã corporalem.*

Pœna

7 *Pœna mortis non imponitur ex præſumptionibus, etiam ſi tales forent ex quibus mens iudicis ad ita credendum traheretur.*

8 *Torqueri poteſt ex indicijs indubitatis, non condemnari.*

9 *Pœna ordinaria minuitur in homicida, quando ex præſumptionibus damnatur.*

10 *Confeſſio ſola non ſufficit vt ad mortem condemnetur, velut ſi confeſſus ſit occidiſſe, & non conſtat de corpore occiſo.*

11 *Confeſſio ſola ſufficit in exiſtentibus in animo, vt hereſi.*

12 *Confeſſus ſe veneniaſſe, non poteſt condemnari niſi aliter probetur.*

13 *Confeſſio non nocet non præcedente accuſatione, aut inquiſitione, quoniã in ære dicitur facta.*

14 *Confeſſio dolo extorta, & ſub ſpe gratiæ non nocet.*

15 *Confeſſio facta in qua dicitur feciſſe ad ſuam defenſionem, ſi non probat factum ad defenſam, non nocet vt ad mortem condemnetur.*

16 *Condemnari ne poſſit ſtatim quòd confitetur, an verò terminus dandus ſit.*

17 *Probationibus plenis ſtantibus an deueniri poſſit ad torturam, & quid ſi deueniatur & negat & perſeuerat in negatione nu.18.20.& 21.*

19 *Probationibus plenis ſtantibus, an torqueri poſſit ad oſtendendum ſocios & mandatores.*

22 *Pœna ſi detur alternatiua pro homicidio vel delicto, cuius erit electio iudicis, an rei.*

23 *Homicida ſi ſtatu. decapitatur, aut ſuſpẽditur, cuius erit electio, et an morituro dari poſſit.*

24 *Electio cuius ſit in pœnis alternatiuis, & quæ ſunt conſideranda in pœnis imponendis per iudicem nu.25.*

1 ET Nota † doct. quam tradit text. in l. qui ſententia. C. de pœnis.
quòd ad ſententiam proferendam, & pœnam capitalem infligen-
dam, non debet deueniri, niſi de delicto conſtet per teſtes, & ple-
nas probationes, aut per confeſsionem rei. idem in l. raptores. C.
de epiſc. & cler. vbi notat Bald. & in l. prima. C. de raptu virgin.
2 ibi, legitimis conſtiterit probationibus. Quæ † probationes de-
bent eſſe legitimæ, perfectæ & claræ, iuxtà l. fina. C. de probat.
Anan. in conſilio lix. & Marſil. in conſil. ix. & in conſilio x. & in conſil. xxix. & in con-
ſilio xxxj. & in conſil. xxxix. & in conſil. xliiij. & in conſil. 50. & in conſil. lxiij. & in con-
ſilio lxxij. & in conſil. lxxxv. & in conſil. xcij. & conſilio cj. & conſil. cviij. & conſilio
3 cxvj. & ſequen. & conſil. cxxxij. & conſil. cxxxiiij. & ſequen. & teſtes † debent eſſe omni
exceptione maiores, niſi in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt, & per
torturam, vt per Marſil. in conſilio cxxvij. & conſil. cix. & conſil. cij. & conſil. v. & con-
ſilio xxxj. & conſil. xxij. & conſil. xij. & in pract. in §. diligenter. vbi ad condemnan-
dum, ſecus ad inquirendum, vel torquendum: nam etiam non omni exceptione ma-
iores admittuntur, & ibi quòd etiam non interrogati in capitalibus reddere debent
4 rationem, & cauſam ſcientiæ, aliâs non probant, dummodò † nõ inimici capitales ad-
mittantur, nam etiam in ſubſidium non admittuntur inimici, caſu quo alij non habi-
les admitterentur, vt per Thom. Gram. in conſtitut. iij. & conſil. xij. & conſil. xxvj. &
conſil. xxxv. & conſil. xlv. & conſil. lxx. in quibus inhabiles non admittuntur ad con-
demnandum, ſed bene ad torquendum, dummodò non ſit inimicus, & in vo. iij. &
5 de inhabili † limita ad defenſam, vt per Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iu. & Thom. Gra.
in dicto conſil. xij. & dicto conſil. xxxij. Iaſ. in l. prima. ff. rebus credi. & Mathe. in con-
6 ſtitut. mala noxia. ij. nota. Sed † quid, ſi teſtes de viſu non extent, ſed alij teſtes de re-
motis, & eſſent indicia indubitata, & præſumptiones indubitatę, an ex his poſsit con-
damnari? dic, quòd non poteſt condemnari ad pœnam corporalem, & capitalem, ſed
ad pœnam pecuniariam, vt plenè proſequitur Gandi. in rubr. de indi. indub. ad con-

demnationem. Ioan. Andr. in Specul. in titu. de probat. §. xiij. Bel. in practi. in titu. de
quæſtio. Bonifa. in titu. de pœnis. in fine. Angel. in glo. compa. inquiſ. & neg. tot. Bald.
in l. fin. C. de probatio. vbi Salycet. & Brun. in tracta. indi. & tort. prima parte. Panor.
& Felin. in cap. auditis. de præſcript. poſt Innocen. in cap. afferte. & in cap. quia veriſi-
mile. de præſumpt. & in cap. conſtitutus. de teſt. & in cap. at ſi clerici. §. de adulterio. de
iudic. vbi Panorm. & Felin. Anto. in cap. quanto. de præſump. Anchara. in regu. ſemel
malus. de regul. iur. decimo notab. Oldra. in conſil. cxcij. Dec. in capit. venerabilis. de
exceptio. Mathe. plenè in conſtitut. terminum vitæ. Mar. in pract. in §. diligenter. & in
§. quoniam. vbi plenè. & in rubr. de probat. & in pract. in §. poſtquam. & in l. repeti. ff.
de quæſtio. & in l. prima. §. diuus hadrianus. ff. de ſicar. & in l. prima. C. eo. & in l. prima.
C. de rapt. virgin. & in conſil. cxxxij. & conſil. vij. & conſil. x. Thom. Gram. in volu. x.
in fine. & vol. xv. & vol. xxj. & vol. xxiij. & conſil. xiij. & per Capi. in deciſio. ſacr. conſil.
7 cxxvj. in quibus † nunquam imponitur pœna corporalis, & mortis. vbi damnatur ex
præſumptionibus, & indiciis quantumcunque indubitatis, etiam ſi talia forent, quòd
ex eis mens iudicis traheretur ad hoc indubitanter credendum, vt per eos ſecundum
8 Paul. de Caſt. & † procedunt prædicta ad condemnandum, ſecùs tamen ad torquen-
9 dum: nã ex eis torqueri poteſt, vt per Mar. in locis ſuprà, & ex hoc † habes alium mo-
dum excuſandi homicidam à pœna ordinaria, & mortis, vt quando ex præſumptio-
nibus damnatur, vt proſequitur Par. in dicto tract. in verbo, pœna. verſi. quia multa.
& Mar. in pract. in §. quoniam. & aliis locis ſuprà. quo ad confeſsionem verò dic, vt
Marſi. in dicto §. poſtquam concurrentibus traditis per eum, & ibi, & in l. prima. ff. de
10 quæſtio. Et † not. in hoc, quòd ad condemnandum ad mortem non ſufficit ſola, &
ſimplex confeſsio, niſi alia indicia concurrant, & ideò ſi ſimpliciter confiteretur ſe oc-
cidiſſe, nec conſtat de corpore occiſo, aliter quàm per confeſsionem, non poteſt con-
demnari ad mortem, niſi per alias probationes verificetur dicta confeſsio, vt per Feli.
plenè in capitulo, auditis. de præſumptio. Par. in dicto tractatu. verb. confeſsio. vbi de
confitente hominem cuius corpus non apparet, per Thom. Gra. in conſilio lx. & con-
ſilio xxxvij. Marſi. in pract. in §. poſtquam. & in conſi. xiiij. & conſi. xxij. & conſi. viij. &
conſi. xxxv. & conſi. xl. & conſil. xlix. & conſil. liij. & conſil. lxxvj. & conſi. cxxx. de hoc
plenè per Franc. ponzi. in tract. de lam. verſicu. vij. alleg. Ang. in l. j. C. de confeſſ. Bald. in
auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. Paul. de Caſtr. in l. quoties. §. ſi quis hominem. ff. de
11 hære. inſtit. text. & Bart. in l. j. §. illud. ff. ad Sylla. Aret. in glo. veſtem cel. Limitat, † niſi
in caſu, in quo aliter de delicto non poſſet probari, niſi per confeſsionem, vt in conſi-
ſtentibus in animo, vt hæreſi, vt per Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. &
12 cler. & ibi † de confitente ſe venenaſſe, nam talis confeſsio nõ nocet, vt per Bal. & Ang.
in l. j. C. de confeſ. & in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. Cepol. in conſil. xxxiij.
13 Alex. in conſil. cxvj. iiij. volu. Idem † dicas, ſi inquiſitio, aut accuſatio non præceſſerit:
nam talis confeſsio non nocet, cùm dicatur facta in aëre, nec poterit condemnari, vt
14 dicit Marſil. in conſi. cxxiij. in fin. Item † ſi dolo fuerit extorta, vt quia ſub ſpe gratiæ,
aſſerendo ipſum liberare ſi confiteretur: nam ſi confiteatur, non poteſt ex tali confeſ-
ſione condemnare, ita dixit Imol. in conſil. cix. & Par. in tract. ſynd. verſi. ſequitur quo-
tidiana quæſt. in verb. tortu. Mar. in d. §. poſtquam. verſic. alius præterea. & in l. j. §. quæ-
ſtioni. ff. de quæſt. & in ſing. ccj. incip. in confeſſum. & in rub. C. de probat. nume. 115. &
in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. & in conſi. xiiij. & conſil. xxxij. Bel. in pra. in rub. de quæ-
15 ſtio. & ſeq. Idem † dicas non nocere, ſi dicat ſe occidiſſe ad ſuam defenſionem. nam li-
cet non probet factum ad defenſam, non poteſt ad mortem condemnari, vt per Marſi.
in pract. in §. poſtquam. plenè Iaſ. & Dec. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Thom. Gram. in
vol. ij. & conſil. lxix. diximus ſupra in materia defenſionis, & ex his datur etiam alius
modus.

16 modus excuſandi à pœna ordinaria homicidam. Sed † an ſtatim quòd confitetur, ſtatim poteſt condemnari? dic quòd non, ſed debet dari terminus ad faciendum ſuas defenſiones, in quo poteſt confeſsionem tanquam erroneam reuocare, & conſtito de errore non nocet, & non conſtito, & elapſo termino condemnatur, & punitur, ita Sali. in l.ij.C.de cuſt.re. cuius dictum & practicam omnes obſeruant, vt per Thom.Gram. in conſil.lxix.in princ.licet contrarium dicere videatur in conſilio xlix.idem in volu. xiiij.vide practicam, vt per Mar.in d.§.poſtquam.& Ange.in glo. qui iudex ſtat.term.
17 ad eo.defen. Et † no.illum text.in d.l.qui ſententiam.quem ponderat Marſil. in ſingul. cviij.incip.aliàs fuit interrogatus ad hoc quòd ſi ſtantibus probationibus claris, & legitimis, ſi iudex ponit reum ad torturam vt tollat remedium appellationis, vt ſit conuictus, & confeſſus, iuxtà l.ij.C.de iura.calum.& Marſi.in pra.in §.nunc videndum, & reus in tortura ſit fortis, & perſeuerat in negatione, & nũquam confitetur, quòd non obſtante negatione, poterit illum condemnare ad mortem ſtantibus legitimis probationibus. qui text. licet ita ſoleat allegari, non tamen hoc dicit, cùm non loquatur de reo torto, ſed tortura teſtium, tamen ita allegatur, & ita dicit per illum textum tenere Bald.in cap.ad noſtram.circa fin.de proba.ver.primò not.& ſequitur Alex. poſt Bart. in l.vnius.§.primo.ff.de quæſtio.per illum text.& ſequitur etiam hoc dictum Thom. Gram.per illum text.in conſil.xij.& vide per eundem Tho.Gram. in deciſio.vbi plenè an ſi ſtantibus probationibus torqueatur & negat, condemnari poſsit, & qua pœna, quòd non ordinaria, & plenè per eundem in deciſ.xcvj. vbi fuit condemnatus ad re-
18 migandum per triennium.& † Math.in conſtitut.humanitatem.vj.no.vbi etiam ſi fuerit tortus ex indiciis indubita.licet neget, poteſt tamen condẽnari, vt per Alexan.in d.l.
19 vnius.§.j.Limita, † niſi torqueatur vt oſtendat ſocios, & mandatores, vt per Mathe.in conſtit.ſi damna clandeſtina.in fi.xij.not.ſed contrarium tenet Albe.in l.edictum ff.de quæſtio.& ſequitur Cepo.in conſil.xxxij.& Marſi.in pract.in §. nunc videndum. & in d.l.edictum.& in ſingul.cclxij.incip.quòd potui, nolui.& Thom. Gram.in volu.ij. & dum aliàs occurriſſet in facto, reſpondi ad hanc contrarietatem Marſil.& aliorum, vt altero de his modis procedat contrarium, videlicet, quando non ſufficienter fuerit tortus, taliter quòd per torturam non fuerint annihilatę probationes, in alio verò ſingulari, quando ſufficienter, vt patet ex eo, vel locũ habet contrarium, quando ſuperueniſſent claræ probationes, vel quia fuit tortus ex indiciis, & non claris probationibus, vt quia fortè eſſent alia indicia vltra probationes claras, & fuiſſet proteſtatus, vel vt tollat remedium appellationis, vt dicit Cepo.in d.conſil. xxxij. quod tamen locum non habet, vbi extat ſtatutum, quòd in cauſa homicidij, vel capitali non appelletur, vt extat in regno per ritum magnæ curiæ incip. item non appellatur vigore certarum literarum.ſub rub.de appella.& Thom.Gra.in d.vol.ij. & dum quidam in cauſa raptus allegaret, ideò tortũ, vt tolleret remedium appellationis, ideò poſſe iterum torqueri, vel condemnari ex pręcedentibus probationibus, reſpondi inaduertenter locutũ, cùm in tali crimine locum non habeat appellatio, iuxta l.j. C.de rapt.virgi. & l.raptores.C. & epiſc.& cler.ideò talem proteſtationem non iuuare, iuxtà tradita per Cepo.in conſ. xxxij.poſſet etiam procedere, vbi nõ eſſent ita claræ probationes, iuxtà dictum Alex.
20 poſt Bart.in d.l.vnius.In † primo dicto crederẽ, quòd ſi probationes eſſent clariſsimę, taliter, quòd delictum non poſſet tergiuerſari non obſtante tortura poſſet condẽnari, niſi tortura foret tanta, & ſæpius repetita, vt omnis probatio annihilaretur per tortu-
21 ram, & perſeuerantiam in tortura, vt fuit in caſu præmiſſo occurente. Matheſi. † verò in dicta conſtitutio. humanitatem. poſt Andr. diſtinguit aut ex indubitatis indiciis, val claris probationibus, & tunc condemnari poteſt, non obſtante tortura, licet tunc poſsit appellare, & per Alexandrum in dicta l. vnius. aliàs diximus ſupra in ma-

teria torturæ de his, & per Thom. Gram. in deciſi. viij. plenè quòd pœna pecuniaria.
22 Et nota † quòd ſi pœna mortis d iretur pro homicidio alternatiuè, vel alio delicto,
quòd iudex non poteſt dare electionem reo, vt per Felin. in c. inter cæteras. verſicu. ad-
23 uerte tripliciter. de reſcrip. & per Bald. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. vbi de † ſtatuto
quòd decapitetur, vel ſuſpendatur pro homicidio, an electio ſit cõdemnati, & an mo-
rituro poſsit dare electionem mortis, dic vt per Bar. in l. j. C. qui ad liber. perue. non po.
Ang. in glo. & caput à ſpa. & Bald. in d. l. quicunque. & in l. data opera. C. qui accuſ. po.
24 & vide † glo. in l. aut facta. §. animanti. ff. de pœnis. & vide in alternatiuis pœnis cuius
ſit electio, vt per Bart. in l. j. §. expilatores. ff. de effracto. Bart. & Bald. in l. ſi fugiti. C. de
ſer. fug. & in d. l. quicunque. & per Aretin. in l. iuſiurandum. §. aut prætor. ff. de iureiur.
Bar. in l. Lucio. in fin. ff. de leg. ij. & Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. & per Imo.
in l. ij. ff. de publ. iudi. & de electione pœnarum, per Bald. in l. fin. C. de accuſ. in fin. Pan.
25 in cap. de cauſis. de offic. delega. Ang. in c. ſicut. de iudæis. Vltimò † circa pœnas impo-
nendas, attendendum & conſiderandum eſt id, quod dicitur in l. aut facta. in princip.
ff. de pœn. & tradit Bonifa. in rubr. de pœnis. in pœnis namque imponendis hæc ſunt conſideranda, videlicet cauſa delicti, ex qua cauſa illud fecerit, perſona delinquentis, & contra quam perſonam deliquerit, tempus, locus, qualitas, quantitas delicti, euentus, ætas, dignitas, nobilitas, ſexus, ſcientia, & conditio delinquentis, vt hæc omnia colliguntur ex d. l. aut facta. & l. quidam. & l. in ſeruorum. §. fin. ff. de pœnis. c. ſicut dignum. de homic. l. ſeruos. C. de vi publi. c. ſanè. de offic. deleg. l. pędius. ff. de incend. rui. naufr. in conſtit. qui doloſè. & in conſtit. qualitas perſonæ. Item iudex diligenter aduertat ne grauiorem pœnam imponat, quàm à iure ſtatuta reperitur, niſi ex cauſa, vt infrà dicetur, videlicet maximè multis delinquentibus, & graſſantibus: tũc enim opus eſt exemplo maioris pœnæ, vt alij terreantur. d. l. aut facta. §. ſed &. l. j. C. ad leg. Iuli. repe. Item iudex ſemper debet cum temperamento benignitatis imponere pœnam, & non cum ſeueritate. l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœn. tãdem iudex debet examinare, & indagare ſubtiliter qua mente, & cauſa deliquerit, vt videat ſi dolo, aut culpa, aut errore, aut caſu, aut negligentia, & quo inſtrumento, cum qualitas doli in maleficiis inſpiciatur. l. j. C. de ſica. voluntas enim, & propoſitum diſtinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de fur. l. quod reipubl. ff. de iniur. l. j. §. diuus. ff. de ſica. Item conſideret cauſam, & finem maleficij commiſsi, vt ſi libidinis cauſa fecerit, an animo occidendi, vel aliter delinquendi: ac etiam conditionem, & qualitatem delinquentis, vt ſi minor, aut ſolitus delinquere, aut bonæ vitæ, conditionis, & famæ, omnia circunſpectus iudex conſideret in pœnis ipſis infligendis, iuxta prædicta, ac tandem obſeruet etiam tradita per Mar. in pract. in §. occurrit. vbi etiam inſtruit iudices qualiter ſe habeant, tam in procedendo, quàm in condemnando, & puniendo: ibi videas, & per Tho. Gra. in deciſi. v. qualiter ſe habere debet iudex in condemnando & puniendo. hæc circa pœnas à iure ciuili inductas ſufficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna quæ ſit pro homicidio iure canonico, & an pœna perpetui carceris.*
2 *Grauiſſimum dicitur delictum, vbi iure ciuili pœna mortis imponitur.*
3 *Degradatur iure canonico, et traditur curiæ ſeculari, vbi iure ciuili pœna mortis ĩponitur.*
4 *Pœnã mortis & ſanguinis nunquã imponit ius canonicũ pro quocunq; delicto grauiſſimo.*
5 *Sententia an valeat, ſi condemnatur ad metallum per iudicem eccleſiaſticum.*
6 *Pœna exilij, & verberationis, an iure canonum imponi poſſit, etiam in clericis.*
7 *Pœna corporalis iure canonum imponi poteſt, dummodo non tranſeat in emanationem ſanguinis.*

Pœna

8 *Pœna corporalis in ſubſidium imponi poteſt, vbi pecuniaria non ſoluitur.*
9 *Pœna quæ imponuntur iure canonum, & an detrudi in monaſterium.*
10 *Mori an dicitur cum cruciatu ſi ponitur ad carcerem perpetuum, & quid ſicitò, an efficitur irregularis.*
11 *Pœna mortis ſi imponatur iure canonum, intelligitur de excommunicatione, & non mortis naturalis.*
12 *Pœna perpetui carceris, an morti æquiparatur, & quando.*
13 *Eccleſiaſticus an poſſit imponere pœnam perpetui carceris laico.*
14 *Epiſcopus damnans ad perpetuos carceres, an poſſit in ſententia reſeruare ius minuendi arbitrio, & de pœnis eccleſiaſtici & perpetui carceris.*
15 *Laicus an poſſit damnare laicum ad perpetuum carcerem, & an valeat ſententia, & an teneatur.*
16 *Dānatus ad perpetuos carceres, an efficiatur inſucceſſibilis ex teſtamēto, aut ab inteſtato.*
17 *Damnatus ad perpetuos carceres, an poſſit facere teſtamentum.*
18 *Pœna murationis imponitur iure canonum, vt pro hereſi, & grauiſſimo delicto muretur perpetuò.*
19 *Homicida an poſſit tradi curiæ ſeculari puniendus pœna mortis.*

1 IVRE Verò † canonico pro homicidio imponitur pœna per-
petui carceris, iuxta c.nouimus.de ver.ſign. & c.pen.in fi.de hæ-
reti.& c.quamuis.de pœn.in vj.Anan.in conſil.j.Imo.& alij in c.
qualiter & quando.de accuſ.in §.ad corrigendos.Pan.in c.tuæ.de
pœn.Bart.in l.ij.ff.de publ.iudi.Bald.in l.reos.C.de accuſa.& per
Pan.& Felin.in c.cùm non ab homine. & in c.at ſi clerici.de iudi.
Stepha.Aufre.in repe.cle.j.de offic.ordi.ver.occaſione præmiſſo-
rum,& licet in ſpecie non loquatur de homicidio, tamen indiſtinctè loquuntur,& ex
doctr.Pan.in d.c.tuæ.& in d.c.cùm non ab homi.& Stepha.in d.ver.occaſione depre-
hendi poteſt:nam diſtinguūt delicta leuia, grauia, grauiora, & grauiſsima,& pro gra-
2 uiſsimis dicunt imponi pœnam perpetui carceris:grauiſsimum † autem delictum di-
citur, vbi de iure ciuili mors venit infligenda, vt per Iaſ.in auth.ad hæc.C.de iudi.ſed
pro homicidio pœna mortis imponitur iure ciuili vt ſuprà, ergo iure canonico pœna
3 perpetui carceris infligitur, hoc etiam tradit Anchar.in conſ.clvij.& † Cepo.conſi.xj.
vbi quòd quando de iure ciuili pœna mortis infligitur naturalis, iure canonico impo-
nitur pœna degradationis,& traditur iudici ſeculari:vbi verò de iure ciuili mors ciui-
4 lis imponitur, deponitur,& perpetuo carceri mancipatur. No.quòd † ius canonicum
nunquam pro quocunque delicto etiam grauiſsimo imponit pœnam mortis, & ſan-
guinis, vt per glo ij.quæſt.iij.c.præuaricator.Innoc.in c.cùm oporteat.de accuſa.& in
c.qualiter,& quando.eo.tit.vbi etiam Felin.in d.§.ad corrigendos.& in c.crimina.vbi
Panor.de colluſ.detegen.doc.maximè Pan.Alex.& Iaſ.in l.tranſigere.C.de tranſ.Feli.
in c.ſi quando.de reſcri.Cep.in conſi.lxxiij.Alex.poſt Bar.in d.l.ij.ff.de publ.iudi.Paul.
de Caſt.in conſi.cxix.pleniſsimè Marian.Socyn.in c.ſententiam ſanguinis.ne cleri.vel
monac.Pan.in d.c.at ſi clerici. & in d.c.nouimus. vbi dixit non reperire iure canonico
pœnam mortis,& in c.ad audientiā.de crimi.fal. & in d.c.in archiepiſcopatu. de rapt.
5 bene tamen imponit pœnā præfatā perpetui carceris, vt §. non † autem, ꝙ dānetur in
metallū, tamen ſi dānetur, valet nec retractatur, vt per Inn. in d.c.qualiter & quando.
lo ij.& ibi Felin.in d.c.ad corrigendos.ver.ſubdit etiam.Item & pœnā exilij,& verbe-
rationis, citra tamen pœnam ſanguinis, imponere poteſt, etiā in perſonis clericorum,
7 vt per Pan.in c.j.de calū.& in c.præterea.de cler.perc.& in c.ij.requiris.de app.& in d.

cap.in archiepiſcopatu.vbi pœna corporalis imponi poteſt, dummodò non tranſeat
in emancipationem ſanguinis.& in cap.cùm te.de re iudic.& in dicto cap. ad audien-
8 tiam.de crimi.fal.idem † in ſubſidium vbi pœna pecuniaria ſolui non poteſt, vt per
9 Panor.in cap.ad deliberandum.de iudæis.item † detruſio in monaſterium, vt in capit.
tuæ.de pœnis.vbi Panorm.& Stepha.vbi ſuprà.& pœnas quas ponit ius canonicum,
vide vt per Panorm.in cap.cùm non ab homine.de iudic. & Felin. ibi, in verſiculo,re-
10 ſpectu pœnæ exilij,vbi enumerat pœnas varias de iure canonico.plenè † Feli. in dicto
cap.ad corrigendos.& ibi ſi moriatur,an dicatur mori naturaliter, an cum cruciatu,
& an tunc efficiatur irregularis ex hoc,ſi moritur citò, & an poni poſsit in gabia. Et
11 nota, quòd ſi reperiatur imponi per ius caanonicum pœna mortis, intelligitur per
ſententiam excommunicationis,vt per Panormit. in ca. per venerabilem. qui filij ſint
legiti.vlti.notab.& in cap.primo.de furt.& in cap.ſecundo.in glo.fi.de maio. & obed.
12 Tho.ij.ſecundæ.q.xcix.arti.vlti. Sed † an pœna perpetui carceris morti æquipareretur,
Inno.in dicto cap.qualiter,& quando.dicit quòd ſic.Panorm.in cap.tuæ. de pœnis.&
Cardi.in cap.fi.de tranſa,per Marſi.in pra.in §.attingam.Cepol.in conſil.lxxiij. Barto.
autem in l.ſecunda.ff.de pub.iud.& Bald.in l.reos.C.de accuſat.Alexand.Iaſ. & alij in
13 dicta l.tranſigere dicunt,non morti æquiparari,ſed damnationi in metallum.Et † no.
quòd licet pœnam perpetui carceris imponat ius canonicum, tamen procedit in pu-
niendis clericis,non autem in puniendis laicis pro criminibus eccleſiaſticis,nam laico
non poteſt imponere talem pœnam perpetui carceris:ita dixit Oldra. in conſil.lxviij.
14 incipien,quæritur.& Roma.in ſingul.ciiij.incipien. tu ſcis quòd de iure ciuili. & † de
pœnis eccleſiaſticis,& perpetui carceris,per Cepol.in dicto conſil.lxxiij. & an epiſco-
pus damnans ad perpetuos carceres,poſsit in ſentētia reſeruare ius minuendi pœnam
15 arbitrio ſuo?dic vt per Felin.in dicto §.ad corrigendos.Sed † an iudex ſecularis poſsit
damnare laicum ad perpetuum carcerem, & an damnando valeat ſententia,text. in l.
ſeruo.C.de pœnis.& in l.incredibile.ff.eo.& in l.aut damnum.§.ſolent.ff.eo. & Bart.in
d.l.ij.ff.de publi.iud.& poſt eum Alex.quòd non poteſt damnare,ſed Bald. in d.l.reos.
poſt gloſſ.in d.l.incredibile.& ibi Bald. dicunt valere ſententiam, ſed reuocari poſſe,
at Bald.in conſil.ccclxxx.iij.volumi.dicit ſententiam eſſe ipſo iure nullam.& vide per
Math.in conſtitut.hi qui.ix.not.an liber homo poſsit per ſecularem condemnari ad
16 perpetuum carcerem.Sed an damnatus ad perpetuos carceres efficiatur inſucceſsibi-
lis,vt ſi hæres inſtituatur non poſsit habere hæreditatem, vel ab inteſtato ſuccedere,
tradit Bar.in l.j.C.de his qui ad liber.peruen.non po.vbi etiam quòd non poteſt dam-
17 nari.Et † an efficiatur inteſtabilis vt non poſsit facere teſtamentum. Ang.Imo. Alex.
Aret.& Iaſo.in l.ſi quis mihi bona.§.primo.ff. de acqui.hæred. Alex. poſt Barto.in d.l.
ij.ff.de pub.iud.Ang. in gl.qui iud.car.tu.vbi quòd non poteſt damnari, ideò non effi-
citur inteſtabilis.Fulg.in conſil.cxliij.Feli.in c.excōmunicamus.in fi.de hære.& plenè
in d.§.ad corrigendos.Et dixit Angel.in conſi.cclvj. quòd iudex damnans aliquem ad
18 perpetuum carcerem,tenetur actione iniuriarum.Et † no.etiam aliam pœnam de iure
canonico,vltrà perpetuum carcerem,quòd poteſt pro talibus delictis grauiſsimis, vt
hæreſi,mutari,& apponi,perpetuo in muro murari,vt in c.j.ibi,perpetuò murandus,
de hære.in vj.& in c.vt commiſsi.ibi,carcere vel muro.eo.tit.Felin.in cap.cùm non ab
19 homine.in ver.reſpectu pœnæ exilij.de iudi.Et † not.quòd licet de iure canonico non
poſsit imponi pœna mortis,ſed perpetui carceris vt ſuprà:poteſt tamen pro homici-
dio tradi curiæ ſeculari condemnandus,& puniendus pœna mortis per iudicē ſecula-
rem,præcedente tamen prius degradatione ipſius clerici,vt per Angel.in gl.& caput à
ſpatulis.vbi tradit in dicto cap.cùm non ab homine.in quo videndum eſt primò,quæ
ſint delicta degradatione digna,ſecundo de forma degradationis.

## SVMMARIVM.

1 *Degradatio quotuplex ſit, quòd duplex, verbalis, & actualis.*
2 *Degradatio verbalis ſit ob grauiora, & enormia delicta.*
3 *Degradatus verbaliter dicitur deponi, ſi eſt incorrigibilis.*
4 *Degradatio actualis an fiat pro homicidio, & tradatur curiæ ſeculari.*
5 *Degradatione actuali crimina quæ ſunt digna, vt tradatur curiæ ſeculari.*
6 *Homicidium ſi fuerit reiteratum, vel qualificatum, actualiter degradatur, & traditur curiæ ſeculari.*
7 *Curiæ ſeculari ex quibus delictis traditur, & an requiratur incorrigibilitas.*
8 *Degradatio pro homicidio, & an actualiter.*
9 *Degradatio qualiter fiat, & in quibus delictis degradatur, & an requiratur incorrigibilitas, & quando puniri poteſt per laicum abſque degradatione.*
10 *Degradationem quæ antecedunt, & ordo qualiter procedatur ad eam.*
11 *Degradatus an retineat priuilegium fori.*
12 *Degradatus an retineat priuilegium canon. ſi quis ſuadente.*
13 *Degradatio an requiratur in aſſaſſinio, vt puniri poſſit per laicum, an verò abſque degradatione.*
14 *Degradationis forma quæ ſit, & quo ordine fiat.*
15 *Carcer qualis debet eſſe quando condemnatur ad perpetuum carcerem, & an talis quòd ſtatim moriatur.*
16 *Eccleſiaſticus vbi tradit ſeculari degradatum, debet monere ne mortis pœnam infligat.*
17 *Degradatus ſi traditus curiæ ſeculari, opponat de nullitate degradationis, an ſecularis cognoſcit.*
18 *Homicida efficitur irregularis, & priuatur officio, & beneficio.*
19 *Homicida an ipſo facto priuatur beneficio, an requiratur ſententia.*
20 *Occidens Iudæum, an priuetur beneficio ſicut ſi Chriſtianum.*
21 *Homicida retinet beneficium ante ſententiam, ideò cautela datur vt renũcietur, & alteri conferatur ante ſententiam.*
22 *Homicida an retineat cum conſcientia beneficium etiam peracta pœnitentia, & an fructus retinere poſſit, & an faciat ſuos.*
23 *Homicida an poſſit renunciare beneficio quod habet.*
24 *Homicida qualificatus, vt aſſaſſinus, & parricida ipſo facto priuatur beneficiò, nec renunciatur.*
25 *Vulnerans mortuum in loco lethali animo occidendi, an efficiatur irregularis.*
26 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare, & multa de irregularitate ob homicidium, & percuſſionem, & an & quando fiat irregularis, & de clerico chirurgo.*
27 *Pœnam priuationis beneficij an epiſcopus aut eius vicarius poſſit cõmutare in pecuniariã.*

1 CIRCA Primum † no. duplicem eſſe degradationem, verbalem, & actualem, de quibus in c. j. de pœn. in vj. & doct. tradunt in d. c. cùm non ab homine. & in c. at ſi clerici. de iud. & Spec. in ti. de accuſa. §. ij verſi. item quæritur de forma Io. de firmó. in ſuo tract. de epiſcop. viij. lib. vlt. par. & Felin. in c. non poteſt: circa fi. de re iudi. doct. in c. qualiter, & quando. de accuſa. & in d. tuæ. de pœn. Ang.
2 in d. gl. & caput à ſpat. verbalis † enim degradatio fit ob grauiora, & enormia delicta, vt in adulterio, homicidio, & aliis de quibus per doctr. Butrica. &
3 Panor. in d. c. at ſi clerici. & in d. c. cùm non ab homine. & in d. c. tuæ. Verbaliter † en in degradatus dicitur deponi, & pœna depoſitionis imponitur taliter degradato, quòd

intelligas dummodò ſit incorrigibilis, vt quia tertiò monitus non deſiſtat, vt dicitur
in d.c.cùm non ab homine. vbi glo.& doct.in c.at ſi clerici.& in d.c.tuæ. & Angel.in
dicta glo.idem actualis degradatio fit ob enormia, & grauiora delicta.d.c.at ſi clerici.
§.de adulteriis. & ibi Anton.& Panorm.& in d.c.cùm non ab homine. & Angel.in d.
4 glo.& glo.ord.in d.c.ad comprimendum.de offic.ordi.& ibi doct.Sed an † pro homi-
cidio fiat actualis degradatio, vt tradatur curiæ ſeculari puniendus. glo. in c.ad abo-
5 lendam.de hære.& in † d.c.cùm non ab homine.ponit tria delicta, in quibus actuali-
ter degradatur, & traditur puniendus curię ſeculari hęreſi, falſitate, & iniuria, & con-
tumelia facta epiſcopo ſuo; doct.ibidem tam in d.c.at ſi clerici. quàm in d.c.cùm non
ab homine.quàm etiam in d.c.ad abolendam.maximè Panor.in d.c.at ſi clerici.verſic.
ad tertium. poſt Anton. & Angel.in d.glo.addunt. nonnullos alios caſus, in quibus
poteſt degradari actualiter, & tradi curiæ ſeculari, de quibus ibi per eos, quo ad au-
tem ad materiam noſtram homicidij concludunt per text.in d.c.cùm non ab homine.
non debere tradi curiæ ſeculari, niſi concurrente incorrigibilitate, vt quia plura com-
6 mittat homicidia, nam tunc tradi poteſt curiæ ſeculari. Idem ſi † homicidium fuerit
qualificatum, vt quia per aſſaſsinium commiſſum, vel proditoriè, vel per parricidium
vel contra principem dominum terræ, vt per Capi.in deciſi.ſacri.conſi.cxxx.& deciſ.
clv.in his enim poteſt tradi curiæ ſeculari, & occidi, & ita dicit in diſpoſitione con-
cluſiſſe Panor. vnà cum Anchar. & Angel.in d.glo.dicit etiam, ſi non ſit incorrigibi-
lis, & text.in d.c.cùm non ab homine.inquantum non ponat pœnam degradationis,
intelligunt de ſimplici homicidio, & ita reſident prædicti doct. & communiter tene-
tur, & per Aretin. in d.c.cùm non ab homine.Felin.c.j.in fin.de homicidio. & in cap.
inquiſitionis.de accuſa.& Anchar.in conſi.clviij.Felin.in c.ſi quando.de reſer.viden-
7 da longa † diſputatio.Panor.in d.c.at ſi clerici.verſi.ad tertium vſque ad fi.poſt Anch.
cuius verba reaſſumit, & ibi per eum vide ex quibus delictis traditur curiæ ſeculari, &
an ſit neceſſaria incorrigibilitas, & ibi in fin.princ.ſentit, quòd in grauiſsimis, vbi per
pœnam eccleſiaſticam, & ius canonicum non poteſt puniri defectu pœnæ, traditur
curiæ ſeculari, & per Barb.in l.datam. C.de donat.Felin.verò, in d.cap.ſi quando.dicit
non defectu pœnæ, ſed defectu executionis pœnæ: dic vt per eos, & per Firm.in dicta
tract.de epiſcopo.viij.lib.vlt.par.& vide Bald in l.cùm fratrem.C.ad Sylla.& in l.preſ-
8 byteri.C.de epiſc.& cler.in materia.& per † Hoſtien. in c.ij.de homic. & glo.in cap.ij.
ne cler.vel mon.vbi dicit pro homicidio degradari, quod tamen intelligit Butrica.in
d.c.at ſi clerici.de degradatione verbali, & non actuali, & vide multa tradita per Deci.
in d.c.ſi clerici.verſi.venio ad tertium.& verſi.poſtremo.de homicid.clerico.& in d.c.
9 cùm non ab homine. in quibus † plenè tradit in quibus caſibus degradatur, & qua-
liter fiat degradatio, & an requiratur incorrigibilitas, & quando punitur incorrigibi-
lis abſque degradatione punitur per iudicem ſecularem, plenè dic vt per eum, & vide
per Mathe.in conſtit.reg.de perſonis. vbi ponit quæ requirantur vt tradatur curiæ ſe-
culari.& an pro homicidio, & an pro rebellione & crimine læſæ maieſtatis, & an pri-
uetur beneficiis, & an per iudicem ſecularem, dic vt per eum, & de pœna homicidij,
10 ſecundum ius canonicum per Mar.in conſil.vij. Nota tamen † ordinem traditum per
Panor.in d.c.cùm non ab homine. quòd primò pro grauiſsimis deponitur. ij.excom-
municatur. iij. anathematizatur. iiij. ſi eſt incorrigibilis, & deuenit ad profundum
malorum, degradatur & traditur curiæ ſeculari puniendus, licet ibi dicat non requiri
aliam degradationem tribus illis interuenientibus, ex quo eccleſia non fouet eum, ſed
exutus eſt omni priuilegio, dummodo tamen pronunciet illum incorrigibilem eſſe,
& deueniſſe ad profundum malorum, & exutum priuilegio, aliàs obtineret priuile-
11 gium, vt ibi per Pan.& poſt eum per Barb.& alios poſtill. Et an † degradatus retineat
priuil

priuilegium fori, dic vt per Specu.in tit.de compet.iud.adit. §.j. verſic.in quibuſdam.
12 vbi antequam tradatur curiæ ſeculari retinet priuilegium licet degradatus. Et †.an re-
tineat priuilegium. cap.ſi quis ſuadente. dic vt not. in cap.ij. de pœnis.in vj. vbi quod
13 verbaliter retinet, actualiter non per d.c.ij. in fin.& Mar.in ſingu.cvij. An † autem in
aſſaſsino ſit neceſſaria degradatio vt puniri poſsit à iudice ſeculari, an verò tanquam
exutus omni priuilegio clericali à iudice ſeculari puniri poſsit iuxta cap.j.de homic.
in vj. Par.in tract.ſind.dicit abſque degradatione puniri poſſe,cùm à iure ipſo facto ſit
degradatus per d.c.j.Stephan.Aufre.in repet.clem.j.de offic.ordi.de poteſt.ſecul.con-
tra eccleſi.perſo.xviij.fallen.& Mar.in l.j.in princip.nume.61.ff.de ſicar.& in l.prima.
num.107.C.de raptu virgin.& in conſil.ix.dic vt per doct. in d.c.at ſi clerici.& in d.c.
cùm non ab homine. vbi plenè Deci.poſt Panor.& Anton. qui dicunt requiri degra-
dationem actualem,intelligentes. c.j.de homicid.in vj. loqui in verbali degradatione
quaſi ipſo facto ſit depoſitus, & degradatus verbaliter, tamen requiritur actualis de-
gradatio,dic vt per eos ibi. Sed cùm materia ſit canonica, nec liceat ponere falcem in
meſſem alienam,ad canoniſtas conuola in d.c.at ſi clerici. & cap.cùm non ab homine.
14 Circa ſecundum † de forma degradationis, & qualiter fiat iſta degradatio, & quo or-
dine dic plenè vt in cap.degradatio quod eſt ij.de pœnis. in vj.& ponit Specul.in titu.
de accuſa.§.ij.verſi.degradatur.& §.iiij.& traditur in c.non poſſunt.de re iudi.& Dec.
plenè in d.cap.at ſi clerici.Iacob.Butr.& Bald. in autem presbyteri. C.de epiſc.& cler.
Bart.in l.qui vno. §.exautoratur. ff.de re milita. Firm. in d.tract.de epiſcopo. viij.lib.
vlti.part.& per Mathe.in d.conſtit.de perſonis. & de forma degradationis militis, per
Bart.in d.§.exautoratur. & per Par.in d.tract. & de degradatione doctoris ibidem, &
per Bald.in l.ij.§.ignominiæ cauſa.ff.de in fami.& per Thom.Gra.in voto xxv.& per
15 Alexan.poſt Bart in l.j.C.de dign.lib.xij.Et ex † quo ſuprà dictum eſt imponi pœnam
perpetui carceris, qualis eſſe debet talis carcer, & an talis quòd ſtatim moriatur, dic
quòd non,ſed quòd cõſeruetur per aliquod tempus, nec quòd fame ſtatim moriatur,
vt per Panorm.in d.c.cùm non ab homine.in fin.& Ioan.de Ligna.in clem.j.de pœnis.
& per Felin.in d.c.cùm non ab homine.in fin.& in cap.qualiter & quando. §.ad corri-
gendos. de accuſa.& ibi, de alia pœna quòd ponatur in gabiis, quæ non eſt in vſu, &
vide de iſta pœna perpetui carceris,per Mathe.in conſtit.hi.qui.ix.not.vbi quòd iudi-
ces eccleſiaſtici quando condemnant ad pœnam perpetui carceris, debent cauere ne
adeò abreuient vitam cum pane mœroris,vt efficiantur irregulares, poſt Panor.in c.à
16 nobis.de apoſta. Et nota † quòd vbi eccleſia degradatum tradit curiæ ſeculari, debet
intercedere ne mors infligatur,& iudex ſecularis faciat ad ſui libitum,vt in dicto cap.
nouimus.de verb.ſignifi.Panor. in d.c.cùm non ab homine. verſi.ſecundò opponitur
17 de c.nouimus. Sed quid † ſi fuit degradatus per iudicem eccleſiaſticum, & traditus
curiæ ſeculari, ſi opponit & allegat degradatus, nulliter fuiſſe degradatum, quis co-
gnoſcet de degradationis nullitate? an poſsit iudex ſecularis.de hoc dic per Stephan.
Aufre.in d.clem.j.in tract.de poteſta.ſecul.contra eccle.perſo. in prima reg.iiij.fallen.
vbi allegat Lucam de Pen.in l.ij.C.de pri.ſcol.lib.xij.vbi etiam an lata ſententia perpe-
tuæ depoſitionis in ſacerdotem,& fuerit ſolenniter degradatus, & traditus iudici ſe-
culari per eum pœna legitima puniendus, an iudex ſecularis debeat eum, & cauſam
18 eius, & crimina iterum examinare, dic vt per eum. Item punitur † homicida de iure
canonum vt efficiatur irregularis,& priuetur officio & beneficio, vt in c.ij.& per to-
tum.de homicidio.& per totum de cler.percuſſ.& de cleri.pugna.in due.xlv.diſtin.per
totum.& 50.diſtin.c.clericum.& c.de his clericis.& in c.pen.de homicidio.& Specul.
19 in titu.de diſpenſa.§.iuxta.verſi.facto autem, ſed an † ipſo facto an per ſententiam pri-
uetur: dic quòd non ipſo iure, ſed per ſententiam glo.in ſum. v.quæſt.viij.glo.fin. in

cap.paſtoralis.viij.diſtinct.Card.Panor. Imo.& Felin.in cap.querelam. de iureiur. ver.
ſimiliter.doct.in cap.cùm non ab homine.de iudi.& in cap. cùm noſtris. de conceſsio.
pręben.vbi Panor.& per Corſ.in ſing.in verbo,ſententia.lo vlti.vbi plenè,& per Feli.
in cap.inquiſitionis.de accuſatio.& in capit.ex parte.verſicu.quod autem periurus.de
reſcript.Bald.in l.fratrem.C.de his quibus vt indign. Marſil.in practi.in §. poſtquàm.
Thomas ferr.in cautela xliiij. Petrum de Biaxio in ſuo tract. directorij electionum.
ſecunda parte.cap.extende etiam in interficiente iudæum, nam priuatur beneficio, vt
per Archidia.in cap.minor.quinquageſima diſtinct.Felin.in dicto capi. inquiſitionis.
vbi dat cautelam vt ante priuationem per ſententiam, renunciet alicui amico, vt poſt
diſpẽſationem amicus ei renunciet,& ſic ante priuationem legitimè retinet homicida
beneficium,& per Thom ferr.in dicta cautela.& Petrum de Biaxio in dicto tractatu.
& per Ioan.de Arno. in ſingul.xxij. vbi limita niſi in delicto qualificato, vt in aſſaſſi-
nio,nam ipſo facto eſt priuatus ſi conſtat, iuxtà capit.primũ.de homici.in vj.poſt Feli.
21 in dicto capit. inquiſitionis. An † autem cum bona conſcientia perarcta pœnitentia,
homicida retineat beneficium ibidem per Felin.& Imo. & alios in dicto c.cùm noſtris.
Henri.boer.in cap.quęſitum.de tempo.ordin.& ibidem an faciat fructus ſuos homi-
cida.Bald.Paul.& Ang.in l.prædonis.ff.de peti.hære.d.Paul.Alexand.& Iaſ. in dicta l.
prima C.de his quibus vt indign.Anchar.in cap.felicis.de hæretic.in vj.Felin.in capit.
22 de quarta.verſiculo,faciunt poſtremo prædicta.de reſcrip.An † autem homicida poſ-
ſit renunciare beneficio quod habet,per Felin.in cap.noſtra.de reſcript.verſi.cæterum
23 quando apoſtillabis.Limita † tamen prædicta in homicida qualificato,vt aſſaſsino,&
parricida,nam talis ipſo iure eſt priuatus officio,& beneficio,vt in dicto capit.primo.
de homicidi.in ſexto.doct.in dicto cap.cùm non ab homine.vbi Panor.& in dicto cap.
24 at ſi clerici.poſt Anto.& Felin.in dicto capit.inquiſitionis,vbi ita limitat.de iſta † irre-
gularitate propter homicidium,& percuſsionem,vide multa per Specul.in titu.de di-
ſpenſa.§.iuxtà.per totum,& ibi de clerico chirurgo qui propter imperitiam,& malam
curam ex inciſione venæ,vel potatione,fecit mori infirmum,& vulneratum,& ibi de
extrahente ſagittam de gutture, vel pectore vulnerati,propter quod citius fuit mor-
tuus, efficitur irregularis ,& de eo qui infirmo dedit potum vel aliud ſimile contra
conſilium medici,vt ibi per eum.vide in verſiculo,ſed quæritur quando occaſione ho-
micidij.cum ſequenti verbo,multis. & per doctor.in capitulo, ad audientiam. de ho-
micidio.& in dicto §.iuxtà.verſiculo,ſed quęritur quando efficitur irregularis ratione
mandati & conſilij. & in verſiculo, facto autem. quando propter homicidium per ſe
commiſſum efficitur irregularis. & in verſiculo, quid ſi agenti per ratihabitionem.
& de dicto verſiculo, ſed quæritur vſque ad finem.§.iuxtà. proſequere materiam irre-
gularitatis ratione homicidij, & percuſsionis, cuius dicta addenda eſſent in materiis
ſuis,maximè in dante cauſam,& in mandante,& conſulente,& ratum habente, & per
ſe faciente, ibi ergo addenda ſi qua ibi dicta non ſint, ex dictis per Specul. vbi ſupra,
25 vbi multa ponit conferentia ad præmiſſa. Et † an occidens mortuum, ſeu in loco le-
thali vulnerans mortuum animo occidendi efficiatur irregularis, ſicut ſi vnum occi-
26 deret,dic vt per Marſil. in l.qui ſine.ff.de quæſtionibus. Et † quis poſsit diſpenſare
ſuper homicidio ad ordines, & beneficia obtinẽda,& an & quando epiſcopus diſpen-
ſat,proſequere vt per Specul.in dicto §.iuxtà.in fine. verſiculo,quando autem, & per
quem poſsit circa irregularitatem homicidij diſpenſare. & in §. ſeq.nũc de epiſcopo-
porum.verſiculo,prohibetur autem epiſcopus diſpenſare cum homicida.& in §.nunc
breuiter.verſiculo,quinto cum homicida.& per doctores in capitulo, at ſi cleri.& in
dicto capitulo, cùm non ab homine. vbi Anton.& Felin.& Panormita.& Dec. vt per
eos quando per papam pro homicidio voluntario,& caſuali,& quãdo per epiſcopum
& per

& per Petrum de Biaxio in dicto tractatu directorij. tertia parte. xxx. capit. vbi diſtinguitur de beneficio curato, vt ſolus papa, & beneficio ſimplici, vt epiſcopus poſſit,
27 dic vt per Felin. in dicto capitulo, ad audientiam. de homicidio. Et † an epiſcopus aut eius vicarius poſſit pœnam priuationis beneficiorum commutare in pecuniariam dic vt per Paul. in conſilio cçvij. quòd non, & quia materia eſt canoniſtarum ad eos me remittam, & hæc ſufficiunt quo ad primum. ſequitur de cauſis minuentibus pœnam homicidij.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Vtilitas publica minuit pœnam ordinariam homicidij, vt ſi eſſet magnus artifex, vel vtilis respub.*
2 *Tumultus vbi ſedari non poteſt vtilis reipub. punitur ſtatim.*
3 *Artifex magnus & pictor ſi condemnari debet ad pœnam manus, poteſt condemnari, vt amputetur vnus digitus.*
4 *Executio acceleratur vbi eſſet condemnatus latro manifeſtus, vel ſeductor prarumpens.*
5 *Pœna ob ſeruitia præſtita principi minoratur, vt ſi diu principi ſeruierit.*
6 *Pœna minuitur ſi condemnatus ſit vir bonæ vitæ, & famæ.*
7 *Priuilegium liberat à pœna mortis, vt ſi obuiam ſit cardinali, apponendo capellum ad caput liberat condemnatum, ideò datur cautela vt tranſeat condemnatus per locum vbi fiat obuiam cardinali.*
8 *Filius Regis ſi ei obuiam fiat condemnatus, poteſt eum liberare à morte.*
9 *Laqueus ſi fractus ſit, & cadat à furca, liberandus eſt.*
10 *Condemnatus ſi fiat obuiam corpori Christi, & ad ipſum recurrat, liberatur.*
11 *Pietas paterna excuſat à pœna ordinaria filium, ſi filium præſentet.*
12 *Proditionem principis ſciens & tractatum, ſi dicat ſi velle principi reuelare tractatum, ſuperſederi debet in executione.*
13 *Malefactori an parci debet promittenti capere multos malefactores.*
14 *Innocentia ſi appareat poſt ſententiam, ſuperſedetur in executione, idem ſi iudex videt iniuſtam.*
15 *Sententia ſi fuerit iniuſta, executor ſuperſedere debet in executione.*
16 *Tumultus populi facit differre executionem ſicut accelerare.*
17 *Condemnari non debet ad tumultum populi.*
18 *Executio eſt acceleranda, vbi periculum eſt in mora, vt quia timeatur ne conſanguinei auferant condemnatum, & durante termino defenſionis.*
19 *Executio differtur vbi princeps mandat puniri grauiori pœna quàm ius diſponat, nam differri debet per xxx. dies.*
20 *Executio differtur per xxx. dies ſi princeps condemnat aliquam per iram.*
21 *Condemnatus ſi fuerat campſor aut negotiator, poteſt & debet ſuperſederi in executione vſq; ad reddat rationem.*
22 *Condemnata ſi ſit mulier pregnans, non fit executio donec pariat, vt prouideatur de nutrice.*
23 *Executio differtur propter neceſſitatem indagandi alterius criminis.*
24 *Condemnatus à morte liberatur, ſi ducat in vxorem meretricem à lupanari.*
25 *Decuriones ciuitatum non poſſunt ad mortem condemnari ſed reſcribendum eſt principi.*
26 *Decurionum loco ſuccedunt conſiliarij, & antiani ciuitatum.*
27 *Principalior ciuitatis non ſtatim condemnatur, ſed reſcribi debet principi antea.*
28 *Decuriones & principales ciuitatum non torquentur.*

*29 Delictis in puniendis qualitas perſonæ inſpicienda eſt, ut in plus popularis quàm nobilis puniatur.*

*30 Nobilis in pecuniariis in plus punitur, ſecus in corporalibus, nam plus ignobilis, & quando. & num. 34.*

*31 Homicida quoad mortem omnes pariter puniuntur, ſecus quoad genus mortis, nam nobilis decapitatur, ignobilis furca ſuſpenditur.*

*32 Iudex ſi pœnam furcarum impoſuerit nobili, punitur.*

*33 Pœna ex quibus cauſis minuatur, & an ratione dignitatis.*

*35 Executio differtur ſi de grauiori crimine accuſatur.*

*36 Executio differtur ſi condemnatus effectus ſit furioſus, niſi ſimulatè appareat. nume. 37. & niſi culpa ſua effectus ſit furioſus, ut num. 38.*

*39 Executio ſententiæ capitalis differtur, ſi teſtes fuerint de falſo accuſati, quod quando, dic ut nume. 40. niſi ſuperſint teſtes in numero, & niſi appareat accuſatio calumnioſa ad differendum. num. 41.*

*42 Executio differtur ſi condemnatus, aut eius conſanguinei appellaſſent, nam poſſet auferri ſi exequatur.*

*43 Latro manifeſtus, aut ſeductor prærumpens punitur, non obſtante appellatione.*

*44 Sententia capitalis, an & quando exequi poſſit non obſtante appellatione.*

*45 Condemnatum eximens à manibus familiæ, tenetur crimine læſæ maieſtatis, quando iuſtè, ſecus ſi iniuſtè.*

*46 Confeſſus an ſtatim puniatur.*

*47 Appellatio ubi non admittitur per ſtatutum, in criminalibus ut in regno per ritum, executio fieri poteſt pendente appellatione.*

*48 Appellatione prohibita per ſtatutum an ſit prohibitus recurſus ad ſuperiorem.*

*49 Executio differtur ſi poſt delictum effectus fuerit clericus, nam non condemnatur ad mortem per laicum.*

*50 Clericus primæ tonſuræ, an & quando condemnari, & puniri poſſit per laicum.*

*51 Pœna minuitur ratione ætatis, ideò impubes, & minor non punitur pro homicidio pœna ordinaria.*

*52 Executio differtur ſi poſt ſententiam, aut confeſſionē liquet de innocentia condemnati, ubi multa de innocentia, & an verus delinquens puniatur ſi innocens fuiſſet decapitatus.*

*53 Iudex conſtito de innocentia, non poteſt reum liberare, ſed reſcribere ad ſuperiorem.*

*54 Innocens dicitur habens iuſtam cauſſam defenſionis.*

*55 Sententia ſi apparet notoriè iniqua, ut quia condemnatur quòd Titium occidit qui viuit, retractatur principe inconſulto.*

*56 Condemnatus quia vulneratus, & mortuus ex vulnere, ſi poſtea non apparet vulneratus, abſolui debet.*

*57 Condemnatus ex vna præſumptione, retractatur ſententia ex alia fortiori ſuperueniente præſumptione.*

*58 Sententia capitalis annullatur ex defectu iuriſdictionis quæ opponi poteſt etiam poſt ſententiam.*

*59 Pœna homicidii non punitur ſi de homicidio conſtet per modum exceptionis.*

*60 Conſanguinitas facit minui pœnam, ut ſi inter duos conſanguineos committatur.*

*61 Remiſſio condemnati ad locum delicti an fieri debeat.*

*62 Executio cùm eſt irretractabilis, admittitur exceptio quæ aliàs non admitteretur.*

*63 Condemnatus ſi recepit corpus Chriſti, non debet mori eadem die.*

*64 Iudex an poſſit commutare vnum genus mortis in aliud genus.*

*65 Pœna minuitur ratione delicti commiſſi extra territorium ex conſuetudine.*

Condem

*66 Condemnato minui poteſt pœna ob multitudinem filiorum vel filiarum.*
*67 Coniurationem contra principem detegens mitius punitur, & proſequere cauſas minuendi pœnas.*
*68 Pœna minuitur propter annihilatas probationes per torturam.*
*69 Pœna minuitur in non ſolito delinquere.*
*70 Priuilegium liberat à pœna, vt ſi domus alicuius habeat priuilegium, vt qui ſe confirat ad domum, liberetur.*

CIRCA Itaque ſecundum ex quibus cauſis pœnæ homicidij
minorantur, aut differuntur, dic quòd cauſæ prædictæ in ſupe-
rioribus locis recitatæ minuunt pœnam ordinariam homicidij,
vt ſuprà in materia mandati, & in materia cauſarum excuſan-
tium homicidium, ex quibus minuitur pœna ordinaria: ſunt
etiam nonnullæ aliæ cauſæ & minuentes, & differentes pœnam
1 ordinariam homicidij. Et primò † excuſat, & minuit pœnam
ordinariam homicidij, & eſt cauſa vt minuatur, vtilitas publica: & ideo ſi homicida
eſſet vnus magnus artifex taliter quòd eius vita eſſet profutura reipublicæ pœna mi-
nui debet non mortis imponi, ſed alia minor vt relegationis, vel pecuniaria, reſcri-
bendo ad principem, vt not. in l. ad beſtias. ff. de pœnis. per quam legem dixit Dyn.
euaſiſſe à pœna ordinaria quendam inſignem artificem fabrum qui ſocium percuſsit,
& manus amputari debebat, fuit dicta pœna mitigata per principem ratione ſuę peri-
tiæ, pro hoc etiam. l. non omnis. §. fin. ff. de re mili. vbi per principem poteſt indulgeri
transfugæ qui alios demonſtrauit, ita per Par. in tract. ſind. in verbo, pœna. in princip.
vbi dicit ſe aliàs habuiſſe in facto, & euaſiſſe quendam bombarderium qui occiderat
quendam, qui fuit relegatus à patria per annos quinque, quia bene ſeruierat in bello
idruntino, & per Ludo. in ſingu. xj. & ſing. cccclxj. incip. in ſenenſis. Iaſ. in l. lex eſt. ff. de
legi. Mathe. in prohe. conſtitut. in princ. ix. not. & in §. nos itaque. vj. not. vbi etiam de
detegente proditionem. Felin. in c. quærenti. de offic. delega. Cepo. plenè in ij. caut. in
2 princ. Vbi limitat † niſi tumultus aliter ſedari non poſsit. l. pen. ff. de ſicar. niſi inter-
3 ficiatur, nam tunc acceleratur executio, vt dicetur, & vide † per Ioan. de Arno. in
epito. liij. poſt Felin. in c. cùm illorum. de ſentent. excommun. vbi de artifice pictore
pœna manus puniendo, quòd poſsit ſibi amputari vnus digitus, & in epit. ſequen. liiij.
4 quando deberet ſibi lingua amputari ratione blaſphemiæ. Et alio † caſu acceleratur
executio vt ſuprà, vbi condemnatus eſſet latro manifeſtus, vel ſeductor prærumpens,
nam tunc fieri poſſet executio, deinde ad principem reſcribi. l. filio exhæredato. §. ij. &
l. vero. §. fin. ff. de iniuſto rup. teſta. & per Cepol. conſil. xxxvj. in fin. glo. in l. & ſi ſeue-
rior. vbi doct. C. de infami. Mar. in pract. in §. opportunè. & in l. qui falſam. ff. de falſ. &
in l. qui cædem. ff. de ſicar. Felin. in cap. illud. de maior. & obed. doct. & Barto. in l. quid
ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. plenè Iaſ. in l. prima. ff. de legi. & plenè Thom. Gra.
in conſil. xix. in fin. idem dic quòd vtilis rei publicæ non poteſt torqueri, vt per Mar. in
5 l. edictum. ff. de quæſtio. & in pract. in §. expedita. Item † iuſta cauſa minuendi pœnam.
ſunt ſeruitia præſtita principi, nam ſi quis diu ſeruierit principi, pœna ordinaria po-
teſt minorari, vt not. glo. & Angel. in §. planè. Inſtit. de iure na. gen. & ciui. in verſicu.
meritum. Thom. Gram. in d. conſil. xxix. circa fin. allegat Bart. caſſe. in ſuo tract. glorię
mundi. vj. par. xix. conſidera. & xxxviij. conſidera. in fin. & per Thom. Gram. in deciſi.
6 xxxiij. nume. 14. vbi multa. Item ſi † condemnatus ſit bonæ vitæ, & famæ, nam talis
bona vita, & fama eſt iuſta cauſa minuendi pœnam, vt per Alexand. in conſil. xxj.
vij. volum. & per Thom. Gram. in deciſi. xxiij. facit c. reg. ad peruerſorum. Item priui-

7 legium † libera à morte, nedum minuere poteſt, nam cardinales habent priuilegium, vt ſi condemnatus ad mortem ducatur ad ſupplicium, & ei fiat obuiam cardinalis & capellum appoſuerit in caput eius, non poteſt exequi ſententia ad mortem, ſed liberatur, ita per Bald. in l. addictos. C. de appellatio. & ibi Paul. de Caſt. & per Amode. iuſti. in tract. ſyndic. ſub numero 253. & ideò dat cautelam. Cepo. in ſecunda caute. in princ. vt procuret vt cardinalis tranſeat per viam per quam ducitur condemnatus ad ſupplicium, & obuiam ſibi faciat, & apponat in capite condemnati pileum, & erit liber, &

8 per Par. in tracta. ſyndic. in verbo, pœna. verſiculo, an ſi primo. Vbi † idem fortè eſſet in filio Regis, nam ſi obuiaret condemnato ad mortem, poſſet eum liberare: tamen ſub dubio reliquit in filio Regis, cùm teneatur iuſtitiam facere, nec obuiare iuſtitiæ. l.

9 meminerit. C. vnde vi. Idem † dicit ibi Par. ſi laqueus fuerit fractus, & illæſus euadat dum ſuſpenditur, nam debet liberari, & ſuprà dictũ eſt. & per Dec. in l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. per Baldum in cap. venerabili. de teſtibus. idem dicit Archidiaco. xiij. quæſtio. ſecunda. capitulo, quæſitum. contra gloſſ. ibi, & Roma. in ſingula. in verbo, eccleſia. verſiculo, fugiens. numerò 335. & per Corne. in ſingula. vbi limitat in atrocioribus, vel ſi fieret per ſubſtitutum. & per Oldra. in conſilio liiij. in fine. ſi obuiaret con-

10 demnatus †, dum ducitur ad ſupplicium, corpori Christi, nam liberandus eſt, vt ibi Archidiaco. & Cardina. in clementina prima. §. inſtitutione. in fine. de reliq. & venera. ſanct. quod verum eſt, dummodò ad ipſum corpus recurreret, & ſuſcepiſſet communionem, vt habetur poſt Felin. in capitu. quærenti. de officio delega. vbi etiam de car-

11 dinali. Item † pietas paterna eſt cauſa minuendæ pœnæ mortis, & ideò ſi pater præſentat ſponte filium homicidam, ſi conſtat de homicidio, non debet pœna ordinaria puniri, ſed alia mitiori, per tex. in l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milita. per quam dixit Paul. de Caſtr. euaſiſſe quendam filium cuiuſdam mercatoris, & oſtenſo text. imperatori qui voluit videre, pepercit filio ob ſpontanem præſentationem factam à patre, & relegauit ipſum ad tempus, de quo dicto per Salyce. in l. propter inſidias. C. qui accuſare non poſſunt. Felin. in cap. accuſaſti. de accuſa. Auguſt. poſt Angel. in glo. nec non ad querelam. verſiculo xxj. Cepol. in prima caute. Paul. de Caſt. in conſil. ccxxxvj. in fine. & Felin. in dicto cap. quærenti. per Bald in l. fin. in fine. C. de vſu. rei iudic. Iaſ. in l. de quibus. ff. de legi. Nicolaus Boer. in tracta. de ſeditio. ſeptima præſuppo. in fi. Mar. in l. tertia. §. inauditum. ff. de ſicariis. & in l. prima. §. ad quæſtionem. verſiculo. vlterius not. quòd poteſt. ff. de quæſtioni. & per Cepo. in conſilio lv. & conſilio xxvj. & Iaſ. in l. prima. C. de his quibus vt indign. & per Felin. in capit. primo. de officio. deleg. vbi ampliatur etiam ſi commiſiſſet crimen læſæ maieſta. & vide per Marſi. in l. vnius. §. ſeruus. ff. de quæſt. & Ana. in cap. primo. de patr. qui fil. occi. vbi parcitur patri non reuelanti tractatum filij contra principem, quia eum præſentauit, & per Iaſ. in l. debitoribus. ff. de re iudic. vbi ponit nonnullos caſus differendi executionem poſt Cepol. in cau. ſuis. & dixi ſuprà. nec talis cautela nimis tuta eſt, cùm iudices eam non attendant, cùm tamen obſeruare deberent, cùm fulcita authoritatibus, & aliàs vſus fui in cauſa homicidij, fretus tamen ex quo inter conſanguineos agebatur ſpe futuræ remiſsionis & indulgentiæ propinquorum, prout poſteà euenit, nec ea cum extraneis fuiſſem vſus.

12 Item † ſi imminerct forte periculum principis, vt quia ſciret tractatum vel proditionem, & condemnatus diceret ſe corã principe velle nominare tractantes, nam tunc debet ſuperſederi in executione, vt refert Par. in dicto tracta. ſynd. in verbo, pœna. verſiculo, an ſi. lo primo. vbi refert ita contigiſſe in quodam Romano qui fuit liberatus ne detegeret delictum papæ, & per Felin. in capitulo, ſi quando. de reſcript. & pro hoc facit dictum Bald. in l. ſecunda. §. poſt. ff. de origin. iur. vbi tradit de eo qui voluit ſurripere arcam, credens plenam pecunia, & in ea fuit inuenta litera tractatus contra

prin

principem,an debet ſibi indulgeri ſi reuelauit principi,tamẽ dicit Par.hoc cauendum,
nec retardendum executionem capitalem,immo acrius puniri debet, & hoc per text.
13 in l.ſi quis fortè.ff.de pœnis.& per Feli.in cap.quærenti.de offic.deleg.ad † idem tex.
in l.omne delictum.§.fin.ff.de re mili.vbi non debet parci promittenti ſe velle capere
14 multos criminoſos,& latrones,& demonſtrare transfugas. Par. vbi ſuprà. Item † differtur executio,ſi poſt ſententiam liquet de innocẽtia rei , vel iudex videret iniuſtam
eſſe ſententiam, vt per Bartol. & Alexand. poſt eum in l.prima §.ſi quis vltio. ff.de
15 quæſtio.Item † differtur executio ſi ſententia fuit iniuſta,nam executor debet ſuperſedere & reſcribere ſuperiori,vt plenè per Alexand.in l.à diuo Pio.§. in venditione. in
16 fi.ff.de re iudi.Item † tumultus populi facit differre executionem, nô tamen liberare,
ſicut etiam facit accelare executionem , non tamen innocentem condemnari. l.decurionum.C.de pœnis.l.ad beſtias.ff.eod.l.qui cædem.ff.de ſicar.vbi in dignitate poſitus
homicida ſi deportatur,fieri debet conſulto principe, niſi tumultus non poſſet aliter
ſedari,nam eo inconſulto poteſt deportari,& per Specul. in tit.de ſequeſt. poſ. & fru.
17 §.primo.verſic. ſed nunquid.non † tamen ad tumultum populi poteſt condemnari, vt
per Montal.in tracta.de reproba.ſenten.Pila.verſic. & hæc ſufficiant.& verſic.ad hæc
omnia.no.in dicta l.decurionum. & in l.priuatus. ff.qui & à quibus. & poteſt accelerari executio,non autem condemnari per Amod.iuſti.in tract. ſyndic. ſub nume.156.
18 Item † accelerãda eſt executio ſi periculum eſt in mora, vt quia iudex timeat ne amici
& conſanguinei condemnati faciant tumultum, & auferant condemnatum , nam debet accelerari executio etiam durante termino defenſionis,vt per Card.in dicto tract.
ſynd.verſi.cxiiij.incip.adde quòd factis. Bal.& Ange.in l.cum reis.C.de pœnis.Mar.in
dicta l.qui cædem. & per Rom.in ſingu.cccccclxxxiij.incip.licet iudex.Cepo.in caut.ij.
in fi.princ.Iaſ.in l.j.ff.de offic.aſſeſſ.& vide per Par.in dicto tracta.in verbo, pœna. in
princ.& in ver.an ſi.vlt.glo.in d.l.decurionum.in ver.exclamatum eſt.quòd nec etiam
torqueri poteſt ad tumultum & clamorem populi, & aliàs allegaui in facto, licet officialis beſtia ad tumultũ & clamorem populi intulit plura genera tormentorum,&
19 tortus perſeuerauit in negatione. Item † differtur executio ſi princeps vel ſuperior
mandaret puniri grauiori pœna,quàm ſit eius conſuetudo vel ius diſponit: nam tunc
non ſtatim fieri debet executio, ſed differri per xxx.dies, vt eſt caſus in l. ſi vendicari.
C.de pœn.gl.in auth.de mand.prin.§.denique. ver.nunciandum. gloſ.in c.j.ver.noſcitur.in fi.de conſtit.in vj.& in c.j.de filiis presbyt.& in ca.ſi quando.de reſcript.Ang.in
auth.vt determi.ſit num.cler.Flo.in l.iiij.§.ſed ſi quis.ff.fin.regun.Cepol. in caut.ij.ver.
notandus.Feli.in d.c.quærenti.Marſi.in pract.in §.opportunè.& Rober. maran. de ve-
20 noſa in quadam in ſua diſputatione ad plenum. Idem † in ſententia principis irati imponenti pœnam à iure ſtatutam.tex.in c.cùm apud.xj.q.iij.Panor.& Imo.in ca.ij.de re
21 iud.Feli.in d.cap.quærenti.Item † differtur executio,ſi condemnatus ante ſententiam
fuerat campſor,aut alicuius negotiator qui teneretur reddere rationẽ.nam dominus
poteſt proteſtari vt non exequatur ſententia,niſi prius rationes reddiderit,vt eſt text.
in l.j.C.de bon præſcri.vbi firmat Bar.Bal.& Ang.adhibet talem cautelam.& Bar.Bal.
& alij in l.ſeruo legato.vbi etiam Angel.& Imo.§.fin.ff.de legat.primo. & in l.fin. ff.de
public. vbi etiam Roma.Bald.in l.ſeruus vni ex hæredibus. ff. de legat.primo. Angel.
in l.debitoribus.ff.de re iudica.Paul.in l.ſi maritus. ff. ſoluto matrimo. Panormita. in
capitulo,veniens.de accuſationi.Angel.in dicta glo.& caput à ſpatu.verſiculo,quæro
aliquis.Roma.in l.Pomponius ſcribit. ff.familiæ herciſcundæ.Cepol. in dicta cautela
ſecunda.verſiculo,ſi vis differre.Par.in dicto verbo,pœna.verſi.an ſi.lo primo. Mar.in
dicto §. opportunè.Felinus.in dicto capitulo, quærenti, quod limita vt per Baldum,
niſi fuiſſet in mora veniendi, & petendi rationem ſibi reddi , vt dicit Par.vbi ſuprà.

& licet Ang & Imol in dicta l.ſeruo legato. & Par.vbi ſuprà, dicant non ſeruari con-
ſuetudine, cùm faciliter poſſet fraus inueniri ad differendum mortem, tamen Cepol.
in d.caute. dicit etiam hodie ſeruandum, cùm non tollatur diſſuetudine, licet forte
per contrarium vſum, vt per Cyn.& doct.in l.ij. C.de iure domi. iur.petr. & in §.j.in-
22 probe.inſtit. Item † differtur executio ſi fuerit condemnata aliqua mulier prægnans,
nam expectari debet donec pariat vt prouideatur de nutrice. text.eſt in l.prægnantis.
ff.de pœnis. l.Imperator Hadrianus. ff.de ſtatu hom.not.glo.in l.negat lex regia. ff.de
damno infe. & nedum ſi ſit libera, ſed etiam ancilla, glo. & doct. in l.Imperator.idem
ſi pati deberet amputationem membri, ſecundum Barto.in d.l.Imperator.idem ſi de-
beret deportari vel confinari, ſi ex hoc partus pateretur detrimentum, ſecundum Bar.
poſt Gulliel.in dicta l.Imperator. idem ſi pariat, & non reperiatur nutrix quæ velit
ipſum puerum lactare, ſecus ſi defectu pecuniæ, nam ſolui debet de publico, ita con-
ſuluit Oldrad.ſecundum Barto.in d.cta l.prægnantis. multa tradit de hac prægnante.
Mar.in pract.in §.nunc videndum.vbi plenè & in §.opportunè. & vide glo. in capud
Theſſalonicam.xj.quæſt.iij.Saly.in l.propter inſidias.C.de accuſar.Bald.in l.addictos.
C.de appellat. Angel.in l.prima ff.de bon.præſcrip. & in l.ſi vendicari. C.de pœnis.&
in authen.vt determi.ſit num cler.Bald.in c.j.de eo qui inter.fra.dom.ſui. & licet Bart.
in l.excuſantur. §.verum. ff.ſi quis cau.dicat habere locum caſu quo fuiſſet prægnans
poſt capturam, tamen tenetur etiam ſi ante fuiſſet prægnans, ex ratione dictæ l.præ-
gnantis.vt per Roman.in rubr.ff.de bon.dam. Alexand.poſt Bart.in d.l.ſi prægnantis.
& in l.j §.numerum. ff.de excuſa.tuto. plenè Par.in dicto verbo, pœna. verſi.an ſi.lo j.
Cepol. in dict.iij.caute. verſic. non debet fieri executio. Felin. in dicto cap.quærenti.
23 Item † differtur executio propter neceſsitatem indagandi alterius criminis, vt per glo.
in l.is qui reus.ff.de accuſa.niſi eſſet cauſa calumnioſa, vt per Bart.in l.pen. ff.de accuſ.
24 Par.in dicto verſi.an ſi.lo primo.in fi. Item † minoratur pœna, immo liberatur ſi con-
demnatus ad mortem velit meretricem exiſtentem in lupanari ducere in vxorem, vt
per Par.in d.ver.an ſi.lo primo.verſi.& alia quæ non omitto.vbi dicit iure non proba-
ri, ſed tantum quòd peccata omnia ſibi dimittuntur, tamen practicant hiſpani & ob-
25 ſeruant, vt ibi per eum. Item † decuriones ciuitatis non poſſunt ad mortem condem-
nati, ſed ſuperiori reſcribendum eſt, vt eſt text.in l.diui fratres.§.j.ff.de pœnis.& in l.ij.
§.j.ff.de bonis eo.qui ſibi mor.conſci. & in l.prima.§.ſimili modo. ff.quando appellat.
reſci.& in l.ſi quis filio exhæredato.§.eius. ff.de iniu.rup.teſta. & in l.qui cædem.ff.de
ſicar. niſi aliter tumultus ſedari non poſsit, vt in dicta l.qui cædem. & per Gandi. in
26 rubr.de homicidio.verſi.ſed pone. & not.glo. in d.§.ſimili modo. in † quorum decu-
rionum loco ſuccedunt hodie conſiliarij, & antiani ciuitatum, vt dicit gloſ.in rubr.
C.de decurio.lib.x. & glo.in l.ſed ex.in verſi.decurionum. ff.de dolo.Bart. in l.prima.
27 ff.de aſſe.plenè Mar.in pract.in §.expedita. Thom.Gram.in vo.j. Idem † dic in princi-
palioribus ciuitatum, vt eſt text.in dicta l.diui fratres.§.fina. ibi, ſi quis ex principa-
lioribus alicuius ciuitatis latrocinium fecerit aliudve facinus, & capitalem pœnam
meruiſſe videantur, vinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes, & adiicias quid quiſque
commiſerit.ita per Cepol.in d.caut.ij.verſicu.decuriones. vbi dicit notandum eſſe ad
differendum mortem alicuius primatis, & conſiliarij ciuitatis. Felin. in c. quærenti.
Ad idem per And.in c.j.ver.bona committentium. quæ ſint rega.vbi ratione dignita-
tis, & quia patriam defendunt, pœna commutatur, & minoratur, vt not.in l.quicun-
que. C.de diuerſ.reſcrip.lib.xij.& per Thom.Gra.in deciſi.xxiij.vbi nobilitas eſt iuſta
28 cauſa minuendæ pœnæ. Idem dic † tales torqueri non poſſe, vt plenè Mar.in pract.in
dicto §.expedita. & Brun.in ij.par.tract.indi. & plenè Thom.Gram.in vo.j. Marſil.in
29 l.edictum. ff.de quæſt. Et ſic † in delictis puniendis qualitas perſonarum inſpicienda
eſt

eſt, plus enim punitur popularis & humilis, quàm exiſtens in dignitate & nobilis, vt
in l.tertia.§.fin.ff.de ſicar. & in conſtitut. qualitatem perſonarum.& not.Mathe. poſt
Andr.in conſtit.qui doloſe.de incend.& habetur in l.diuus. ff.de pœnis.& in l.prima.
in fin.ff.de ſicar.& in dicta l.qui cædem.& ibi Mar.& in l.capitalium.§.venenarij.ff.de
pœnis.& in l.tertia. in fin. & l.ſi quis. ff.eod. & in l.decurionum. & l.ſi matrem. C.de
pœnis.& Mathe.in prohem.conſtitu.§.nos itaque.& in conſtit.cultus iuſtitiæ.ix.not.
30 vbi in † pœnis corporalibus in plus punitur ignobilis, in pecuniariis verò econtra,&
& per Felin.in cap.cauſam. de reſcrip.& per Thom.Gram. in deciſi.xxiij. pro homici-
31 dio verò † quo ad mortem, nulla eſt diſtinctio, cùm omnes moriantur, bene tamen
eſt diſtinctio quo ad genus mortis, nam nobilis decapitatur, & ignobilis furca ſu-
ſpenditur, vt in dicta conſtitut.terminum vitæ. & ibi Mathe.in dicta conſti.ut. cultus
iuſtitiæ.& in conſtitu.cùm ſatis.iij.not. Par.in dicto verbo,pœna.verſi.an ſi.lo vlt.ibi,
32 vnde iudex † qui poſuit pœnam furcatum nobili, tenetur,cùm debet eum decapita-
re, & quòd pœna mitigatur ratione dignitatis & nobilitatis, per Mathe.in prohem.
conſtitut.in princ.ix.not.& in conſtit.intentionis.ix.not. & in prohem. §.nos itaque.
33 vj.not.& in † conſtitut.pactarenorum.viij.not. vbi aliquæ cauſæ ponuntur, & quòd
minoratur pœna ratione dignitatis, in l.moſchis. ff.de pœnis. & per Thom.Gram.in
vo.xxiij.& in deciſi.xxiij. & deciſi.xxxij. vbi nobili non eſt imponenda pœna ignomi-
nioſa, nec luit in corpus ob pœnam pecuniariam. gloſ.in l.pædius. ff.de vi & vi arma.
& Par.in dicto verbo,pœna. verſic.quid ſi per ſtatutum.& Felin.in cap.cùm quidem.
de iureiur.& per Bald.in cap.ſi quis verò.de pac.iura.fir.& Card.in cap.penul.de hære.
& per Bony.in titu. quid ſit accuſatio. vbi etiam plus punitur pauper quàm diues in
corpore, in burſa verò econtra, & potius pœna minuitur in libero, quàm in ſeruo.
l.prima.vbi Bart.ff.de pœnis.item magis fœminæ, quàm maſculo. l.quiſquis.verſic.
ad fœminas.vij.not. vbi Barto.& Salyc.C.ad legem Iuli.maieſt.item magis in ſtatuli-
34 bero, quàm ſeruo. l.ſtatulibero. ff.de quæſtio. Item an † & quando in plus puniatur
nobilis quàm ignobilis, & econtrà, per Cepol.in conſil.xl. item in ſeruo pœna non
35 debet mitigari, vt per Thom.Gram. in conſil.xlix. Item † differtur executio ſi accu-
ſetur de grauiori crimine, nam tunc differtur executio capitalis ex primo delicto, &
homicidio,ita dixit Bart.in l.ſecunda.§.qui exhibendi.circa fin.ff.de cuſtod.reo.& re-
fert pro ſingulari, & ſequitur Roman.in ſingu.cccclxvij.incip. ſuſcipe vnam caute-
lam.Cepol.in dicta ij.caute.verſic.pro condemnatis.Felin.in dicto cap.quærenti.Par.
36 in dicto ver.an ſi.lo primo. Marſil. in dicto §.opportunè. Item † differtur executio ſi
reus condemnatus efficiatur furioſus,vt per Bald.& Aluar.in cap.an ille qui inter fra.
domini ſui. & per Barto.in l.ex facto. verſic.quinto requiritur. ff.de vulga.& pupilla.
Alexan.poſt Bart.in l.fulcinius.§.adeo. ff.de eo qui mitt.in po. cauſa rei ſer.doct.in l.
37 furioſum. C.de teſtam. limita † niſi appareat de fictione & ſimulatione furoris. l.ob-
38 ſeruare.C.de iura.cal.l.diuus.ff.de offic.præſ.Bart.in l.congruit. ff.eod. Item † limita
niſi culpa ſua fuiſſet effectus furioſus. Card.in clemen.prima.de homicidio. vj.quæſt.
Limita etiam quo ad bona, ſecundum Bald.in d.l.furioſum. vide Cepol.in d.ij.caute.
verſi.eſt alia cautela. Felin.in d.c.quærenti. Mar.in dicto §.opportunè & in l.j. x.limi.
39 ff.de ſicar. & diximus ſuprà. Item † differtur executio pœnæ capitalis ſi teſtes fuerint
accuſati de falſo,& quis producens, nam tunc ſuperſedetur, ex quo ſi conuicerentur
teſtes de falſo,condemnatus non apparet commiſiſſe delictum, per tex. in l. prima.C.
qui accuſa. poſſ. Salyc. in l.ſi docueris. C.de falſ. Bald. in l.prima. C.de quæſtioni. vbi
40 limitat † niſi adſint alij teſtes numero opportuno.text.& glo.ad hoc in l.prima.in fin.
ff.quemadmod.teſta.aperian.& per Capi.in deciſ.ſact.conſil.xxv.& vide Arg.in gloſ.
41 compar.dict.inquiſ.inter defenſ.verſic.quid ſi dicat teſtis. Et † limita niſi appareat ac-

cuſatio calumnioſe facta animo differendi, vt per Cepol. in dicta ſecunda caut. verſic.
ad hoc. per Felin. in dicto cap. quærenti. & per Mar. in dicto §. opportunè. in princi. vbi
alios allegat, & per Capi. in dicta deci. xxv. & ibi limita etiam niſi ſe nimium arctaſſet,
42 vt quia poſt concluſum in cauſa, & aliter limita vt per Capi. ibi. Item † differtur exe-
cutio ſi condemnatus, aut eius amici & conſanguinei appellaſſent, nam pendente ap-
pellatione non poteſt exequi ſententia capitalis. l. non tantum. ff. de appel. imò ſi iudex
vellet exequi, conſanguinei & amici poſſent auferre cōdemnatum à manibus familiæ
impunè, vt per Bald. & Ang. in l. addictos. C. de epiſcop. aud. & in l. addictos. C. de ap-
pel. & per Guido. papæ. in deciſ. ccccclxxix. Imò in cap. ſi quando. de officio de leg. vbi
43 Felin. & Dec. Angel. inſtit. de actio. §. pœnalem. verſi. adde quòd eximens. vbi † limitat
niſi eſſet latro manifeſtus, vel ſeductor prærumpens. l. ſi quis filio exhæredato. §. hi au-
tem. ff. de iniu. rupt. reſt. vbi plenè per doct. & per Cepo. in d. ſecunda caute. verſi. potes
44 adhibere. Feli. in dicto cap. quærenti. & in cap. ſi quando. & ibidem per Deci. vbi † an,
& quando poſſit exequi ſententia capitalis poſt appellationem, vel ante decem dies,
45 in quibus limita, & Mar. in dicto §. opportunè. & per Felin. in † d. ca. at ſi quando. licet
eximens condemnatum à manibus familię teneatur crimine lęſæ maie. vt in l. iij. & ibi
Bart. ff. ad leg. Iul. maieſt. tamen fallit vbi eſt appellatū, & iudex velit exequi pendente
appellatione: alias limitationes quando licet iudici reſiſtere, dic vt ibi per Felin. & in
46 quantum † de confeſsione dicit quòd ſtatim quòd eſt cōfeſſus mittitur ſententia exe-
cutioni, loquitur ſecundum ius canonicum ſecundum quod confeſſus non appellat.
cap. romana. §. ſi autem. vbi gloſſ. de appel. in vj. vide per Francum in cap. cùm ſpeciali.
47 §. porrò. poſt alios. de appel. & in cap. paſtoralis. eo. Limita † tamen in caſu quo per ſta-
tutum non admittatur appellatio, vt eſt in regno in homicidio ſecundū ritum magnę
48 curiæ, vt per Thom. Gra. in vol. ij. & ſuprà dictum eſt. Et † an prohibita appellatione
per ſtatutum poſſit recurſus haberi ad ſuperiorem, & de remedio condemnati, dic &
proſequere plenè an, & quando, vt per Mar. in dicto §. opportunè. verſic. quæro vlte-
49 rius videmus. vſque ad fin. Item † differtur executio ſi poſt delictum, aut ante ſenten-
tiam effectus fuerit clericus, nam non poteſt ad mortem condemnari per iudicem
laicum, ſed eccleſiaſticum puniri, niſi appareat effectus clericus in fraudem, vt per Io.
Andr. & alios in cap. primo. de obla. Bart. & alij poſt eum in l. prima. ff. de pœnis. & in
l. prima. C. an ſeru. ex falſ. cau. & in l. officialis. C. de epiſcop. & cleric. Ang. in l. denun-
ciaſſe. §. quæritur. in fi. ff. de adulter. Dyn. & Nico. de neap. in l. idem Vlpianus. ff. de ex-
cuſat. tuto. Alexand. poſt alios. in l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. Cepo. in dicta ſecunda caut.
verſi. ſi quis commiſit. Mar. in dicto §. opportunè. & plenè in ſing. cccxxxiiij. vbi limita
vt per eum, & per Iaſ. in l. quædam puella. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & plenè per Marſi.
in l. ſtatuliber. ff. de quæſtio. & per Petr. Girard. in ſingul. lj. Thom. Ferra. in caute. xxiij.
Decian. conſilio cxxx. & in ca. cùm adeò. quarto notab. de reſcript. Monſer. in l. nemo
poteſt. ff. de legat. primo. Bert. in tract. de epiſcop. & per Ioan. de Arno. in ſingul. xxix.
vbi quòd ſtatur iuramento quòd votum fecit ante, & non in fraudem, & plenè an, &
quando per iudicem ſecularem puniatur, Gand. in rubr. de pœnis. & in rubric. de var.
quæſtio. in mal. diſputat plenè in dicto tit. de pœnis. incipien. pellolus. & Par. in tracta.
ſin. Mar. in conſilio xlix. & in rubrica. ff. de fideiuſſo. nume. 110. & Boni. in tract. ma. in
rubr. quid ſi accuſatio. verſic. ſed quid quidam commiſit. Amplia ſi cum clerico con-
currant laici, nam trahuntur cum clericis ad eccleſiaſticum. Thom. Ferr. in caut. x. Iaſ.
in l. nulli. C. de iudic. Marſi. in ſingu. clxxx. & in l. de inceſtu. ff. de quæſtioni. Socin. in l.
cùm ſenatus. ff. rebus dubiis. Felin. in cap. ex tenore. de reſcript. & in capit. tranſlato. &
50 ibi Dec. de conſtitutio. Et † an, & quando clericus primæ tonſuræ poſsit puniri per
iudicem laicum, non incedens in habitu & tonſura, dic plenè vt per Cepol. in conſilio
xj. Mar.

xj. Marſil.in conſilio lxxij.ſecundo dub. & in ſingula.ccccl xxx. Thom.Gram. plenè in volu.xxxiij.& per Capi.in deciſio.ſac.conſil.clxj.vbi quando amittit.priuilegium immiſcendo ſe enormibus. Et per Tho.Gr.in deciſ.in deciſ.x. vbi etiã ſi eſſet coniugatus poſt delictum,nam pro delicto commiſſo tempore clericatus cognoſcit & punit eccleſiaſticus:& non ſecularis,& an tunc citatus efficiatur contumax & banniatur, ſi per ſecularem citetur, & an valeat contumacia & bannum, dic vt per Thom. in deciſio. xxix.& in vo.prædicto.xxxuj.& an remitti debeat in deciſio. lxxxj.per totam, & an ſi citetur,& non compareat ſit contumax, in conſi.primo.inter deciſio.ſuas nume.35.& ſeq.& num.44.Sic etiam in ſententia fuerit lata contra Comites, & Barones, & milites militariter viuentes abſque partium interuentu, nam nulla dicitur,& exequi non poteſt contra Comites & Barones,vt in conſtit.reg. vt vniuerſis.j.lib. & inc.reg. item ſtatuimus quòd Comites.per quã conſt.& c.Comites & Barones.ſiue accuſentur,ſiue contra eos procedatur ex officio,de crimine capitali non poſſunt cognoſci, condemnari,aut abſolui abſque interuentu parium,aliàs erit nulla ſententia, de cuius conſtit. intellectu declara,& intellige vt ibi per Math.quando locum habeat, & dictum capit. prædictos autem modos differendi principaliter tradit Ludo. de Rom.in l.finali.ff.de re iud.à quo ſumpſit cautelas Cepol.in dicta ſecunda caut.& Felin.in dicto cap. quærenti.& Mar.in dicto §.opportunè.in quibus ponunt modos differendi executionem, & cautelas differendi mortem,& prædictis,à Ioanne de firmo in ſuo repertorio,in ver.
51 mors prorogatur condemnato.& in verſic. ſequen.mortis executio. Item † minuitur pœna ratione ætatis,& ideò pupillus homicida nõ punitur pœna capitis, ſed aliæ mitiori.l.auxilium.§.in delictis.ff.de mino.Bald.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit.& in l.& ſi ſeuerior.ver.& antequam.poſt glo.C.de infami.Barto.in d.l.quid ergo.§ pœna grauior.ff.eo.not.in l.ſacrilegij.in princ.ff.ad leg.Iul.pecu. Felin.in cap.primo.de ſentent. excommu.Cepol.in dicta ſecunda caut.verſic.ſi per ſtatutum.vbi etiam de ſene, & per Bart.in dicto §.pœna grauior.de ſene,& Math.in conſtit.minorum iura.quinto nota. & Thom.Gram.in vo.xiiij.Par.in dicto verbo, pœna.verſi.quid ſi.vbi iudex poteſt mitigare,& in verſic.licet aſſerent ſenem conuerti ad ſenſum puerilem. Areti. in conſilio cxxxj. Anchara.in conſilio.cclxxxiij.& dicit Cepo.in dicta caute.ſecunda,quòd iudex ad hoc vt minuat non cogitur,nec ex hoc poterit appellare,vt per Alexand.in dicta l. pœna grauior.§.quid ergo.ff.de infami. & per Par. in fi.d.ver.licet.& per Ang.in glo.ſi non ſolueri t.verſi.quarto caſu.Mar.in conſil.xxiiij.conſil.xxx.conſilio xxxix.conſilio xlvij.& ſeq.& in l.infans.& in l.prima.in princ.ff.de ſicar.& in practica in §.quoniam. verſic.item ſcias.nec obſtat l.impunitam.C.de pœn.nam locum habet in totum, cùm ætas non tollat pœnam in totum,ſed bene facit minui, vt patet ex prædictis, & diximus ſuprà,& dixit Par.in dicto verbo,licet. in fin: quòd quando pœna ex cauſa minui debet,ſi non minuit iudex,poteſt appellare contra id quod ſuprà dictum eſt. Item dif-
52 fertur † executio ſententiæ capitalis ſi poſt ſententiam, aut confeſsionem liquet de innocentia condemnati,nam tunc non debet fieri executio perſonalis,vt in l.prima.§.fi. ff.de quæſtio.& per Innocen.& alios in cap.ſignificantibus.de purga.vulg. & per Bar. in l.diui fratres.ff.de pœnis.Bald.in cap.primo.de confeſſ.Felin.in capit.conſanguinei. de re iudi.plenè Marſi.in dicta.l.prima.§.fin.ff.de quæſtio.& in pract. in §.opportunè. vbi etiam de principe reſcribente exequendam ſententiam, & de iudice vidente iniuſtam eſſe ſententiam, an eam exequi debet, & ibi etiam ſi innocens fuiſſet punitus, an verus delinquens & homicida euitet pœnam, quòd non,ſed punitur,vt eſt text.& ibi Bal. in l. qui ſeruum.ff.de interro.actio. & in l.res inter alios acta.in fin. C.quibus res iudi. non no.& in cap.j.§.iniuria.de pa.iur.fir.& Panorm.in c.quamitis. verſi.ſeptimò quæro. de re iudi. Angel.in glo.dandis.& ſoluè.in fin.Roman.in l.ſemel mora. ff.ſolu.

z

matr. Mar. in l. j §. fin. ff. de quæſtio. Et per Brun. in tract. indicio. ij. par. quæſt. j. princip.
verſi. ſecundo caſu. vbi quod non liberatur verus delinquens per tex. in l. qui ſeruum.
53 in princ. ff. de itin. actuque priua. & not. in † hoc quod dicit Bart. in dicta l. j. §. fin. ff. de
quæſtio. quòd quando conſtat de innocentia rei non poteſt iudex eum liberare, ſed
reſcribere ad ſuperiorem, vt ibi etiam per Marſi. xxv. quæſt. & in d. §. opportunè. & in
dictis locis plenè de materia innocentiæ, & de teſtibus inhabilibus admittendis ad
eam probandam, & quòd tollitur præcedens confeſsio rei ſi conſtat de innocentia, vt
54 per Bald. in conſil. clxxj. vj. volu. & Deci. in l. & ſi nihil. ff. de reg. iur. Et nota † id quod
dicit Mar. in dicto §. opportunè. in fin. quòd habens iuſtam defenſionem, dicitur in-
nocens ſecundum Bald. in l. ſecunda. C. qui teſt. fa. poſſ. Panor. in l. ſi quis filio. §. ſi au-
55 tem. ff. de rup. teſtam. Item † differtur executio imò retractatur ſententia principe in-
conſulto, quando ſententia apparet notoriè iniqua, vt quia cōdemnatur quia Titium
occidit qui reperitur viuere, nam abſolui debet & liberari, vt habetur in c. ij. de purg.
vulg. & in l. inde neratius. in fin. ff. ad legem. Aquil. Aretin. in cap. propoſuiſti. de pro-
bat. & in cap. de his. de accuſa. Felin. in dicto cap. propoſuiſti. & in d. cap. conſanguinei.
ante fin. de re iudi. vbi ponunt aliquos modos differendi, & abſoluendi, & per Mar. in
56 in dicto §. opportunè. Idem ſi † condemnauit quia vulneratus apparuit, & mortuus
ex vulnere, & poſt ea appareat non vulneratus, nam abſolui debet, vt per Ang. in glo.
compa. inquiſi. inter. defen. in fin. poſt Bald. in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſti. vbi di-
cit quendam ex hoc fuiſſe liberatum, & per Bel. in pract. rubr. de proba. nega. in fin. &
57 ſequen. Item † retractatur ſententia capitalis vbi fuiſſet lata ex aliqua præſumptio-
ne, nam tunc retractatur ex alia fortiori ſuperueniente præſumptione, vt per Bald. in
l. ſi quis adulterij. C. de adult. Anchar. in reg. ſemel malus. de reg. iur. in vj. Ludo. in l. ad-
monendi. in princ. ff. de iureiur. & in l. ſi ab hoſtibus. in princ. ff. ſolu. matri. & in l. cùm
quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. Ioan. And. in Specul. in titu. de homici. §. j.
& pone Anton. in cap. propoſuiſti. de probat. Bald. & Alexand. in dicta ſi ab hoſtibus.
Mar. in d. §. opportunè. & ibi idem ſi lata ſententia ex probatione priuilegiata à ſtatu-
58 to, vt ibi proſequitur Mar. Item † differtur executio, imò annullatur ſententia capita-
lis ex defectu iuriſdictionis, quæ exceptio opponi poteſt etiam poſt ſententiam, nam
ſi conſtat non eſſe iudicem competentem, non poteſt exequi ſententia capitalis, vt
plenè per Marſi. in ſing. x. incip. tu ſcis. & in dicto §. opportunè. & traditur in cap. at ſi
clerici. de iudi. Ang. in d. glo. compa. inquiſi. in term. defen. verſi. quid autem ſi oppo-
59 nitur. Item † abſoluitur & non punitur ſi homicidium opponatur per modum exce-
ptionis, vt quia contra accuſatorem, fuerit oppoſitum quòd eſt homicida, nam
conſtito de homicidio abſoluitur, vt per glo. Bart. Bald. & Angel. in l. Lucius. ff. de in
fami. Bart. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adulter. Panor. & alij in cap. j. de except. Angel. in
rubr. inſtit. de except. & in glo. compa. inquiſi. in term. defen. verſic. quid ſi opponit de
60 crimine. Oldrad. in conſi. cliij. Anchar. in conſil. cccxxvj. & conſil. clxxij. Item † con-
ſanguitas minuit delictum inter duos conſanguineos, vt per Gandi. in rubr. de var.
quæ. ex male. in prin. vbi etiam auget, & in l. capitalium. §. omnia admiſſa. ff. de pœnis.
61 An autem † debeat fieri remiſsio condemnati ad locum delicti, & ſic an ad impedien-
dam executionem petere poſsit ſe remitti ad iudicem delicti, proſequere plenè vt per
Marſi. in dicto §. opportunè. verſic. iſtis modis. vbi plenè an & quando in delictis fieri
debet remiſsio delinquentis ad locum delicti. & per eundem in rep. l. j. C. de rapt. virg.
vbi plenè, vltima eſt. quæſt. per Gandi. in opere ſuo, & in titu. de pœnis. Angel. in glo.
exiſtens floren. Marſil. in conſil. lxxxvj. & per Capi. in deciſi. ſac. conſil. x. Videndæ in
hoc regiæ pragm. & per Mathe. in conſtit. pœnam eorum. in glo. vbi dicit de generali
conſuetudine non fieri remiſsionem, niſi vbi iudices eſſent ſub eodem regimine, non
autem

autem ſi ſub diuerſis, nam non fit remiſsio, ſecundum Odofr.in authen.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oport. & Bald.dicit in l.prima.C.eod. aprobatam eſſe talem opinionem,& etiam approbatur per pragm.reg.incip.Spectab.& magni.& per prag. licet vt vniuerſalis Italiæ.Et an & quando fieri debet remiſsio delinquentis ad locum delicti procedente iudice domicilij, dic & proſequere plenè per Thom.Gra.in deciſi. xxvj.vbi de conſuetudine prædicta an valeat,& ibi limita & intellige quod fiat remiſſio ad petitionem iudicis delicti,& non partis,& quòd fiat ante condemnationem,& non poſt, & ibi proſequere an iudex originis cognoſcet de delicto commiſſo extrà
62 territorium,quòd non,& ita communiter tenetur. Et nota † quod dicit Mar.in dicto §.opportunè. verſic.& vltra præmiſſa. quòd vbi tractatur de executione irretractabili mortis aut torturæ, admittitur exceptio quæ aliâs non admitteretur, dummodò non
63 fuerit calumnioſa, nam tunc excludi poteſt, vt ibi per Marſi.vbi † etiam dicit vnum quòd poſtquam condemnatus ad mortem receperit corpus Chriſti, eodem die non debet morti tradi,ſed alia die ſequen.aut per tres dies expectari, ſecundum Hoſt.in ſum.in titu. de immuni.eccleſ. §.in quantum. verſicu.ſed cum eccleſia. quòd corpus Chriſti non debet denegari condemnatis,vt per Stepha.Aufr.in repe.d.clem.j.de offi. ord.in d.tract. de pote.eccleſ.in lai.perſo.cxcviij.caſu. & per Io.de Arn. in ſolil.lxxxj.
64 Item † iudex poteſt commutare pœnam mortis in aliud genus mortis, ſecundum
65 Bald.in l.data opera.C.qui accuſ.po. Item † pœna minuitur ratione delicti commiſsi
66 extra territorium ad conſuetudinem, vt per Bald.in l.j.C.de eunuchis. Item † iuſta cauſa minuendi pœnam eſt multitudo filiorum & filiarum, qui ſe alere poſſunt niſi à patre, vt quia infantes vel aliâs inhabiles, & ne fame pereant poteſt pœna minui, maximè in caſu,vbi manus eſſet amputanda, ita dixit Par.in dicto verbo, pœna.verſi. quid ſi per ſtatu.ibi iudex poteſt ex cauſa, & in verſic.quot ſunt. & plenè per Marſi.in ſingu.dcij.incip.ex delicto & per Ioan.de Arno. in commenta.ix. & Thom.Gram.vo.
67 xxxv. Item detegens † coniurationem contra regem mitius punitur, idem ratione ſeruitiorum,vt per Par.in dicto verbo,pœna. verſi.licet. vbi etiam ratione dignitatis, ſecundum Cyn.in l.ij.C.de ſum.Trini.& fide cath. & Bald.in dicta l.quid ergo. §.pœna grauior. vbi etiam ponit alias cauſas vt ebrietatis, & doli ceſſantis, & alias cauſas, vt ibi per eum,& vide per Par.in dicto verbo,pœna. verſi.quot ſunt.vbi cauſas minuendi,& etiam augendi enumerat, vt ſi ratione timoris & neceſsitatis fecit delictum, & occidit,vbi ſi zelo eccleſiæ occidatur quia excommunicatus,& quòd ſui anteceſſores multum pro republica laborarunt, vel rege,& ratione ſimplicitatis.humilitatis,defectus probationis,& multitudinis delinquentium, de iure diuino, & quòd ratione dignitatis,loci,temporis cauſę conſuetudinis,& alias cauſas refert maximè traditas per Tullium in ij.lib. rethoric.valet ſi plura aut maiora obſequia videbuntur conſtare quàm maleficia, ſi qua virtus aut nobilitas erit, ſi qua ſpes erit vſui futura, ſi ſupplicans manſuetus, miſericors oſtendatur fuiſſe, ſi ea quæ commiſit non odio,non crudelitate,ſed officio,& recto ſtudio commotus fecerit, ſi nulla vituperatio ab eo ſuſcipietur,& alia vt ibi per Tullium, & Par.in d.verſi.licet.optimè inſtruentem iudicem, & ſuperiores ad pœnas imponendas, & cauſas minuendi. At heu iudices non obſeruant, ſed humanum ſitiunt ſanguinem,leges, & defenſiones abhorrent.ſi allegantur, rixantur, & conuiciantur, & aſperi & rigidi ac potius ſtolidi ſe oſtendunt, vt vidi, & vide per Mathe. in conſtit.puritatem.ij.not. & Par.in dicto verbo, pœna verſic.quia multa.vbi de ignorantia,errore, caſu,culpa, & non dolo,& in ludo pali contingente homicidio per Marian.Socyn. in conſil.xvj.vbi plenè de hoc, vt in ludo, & Decius in conſil.ix. & Cepol.conſilio xxxij. & ibidem per Par.de habente gladium in manu, & iacente in terram, ſi alius impellitur & occiditur gladio illo, tenetur habens gladium

de culpa,& non dolo;& ibidem an ex dolo & præſumptu pœna capitis puniatur,iuxtà
l.excipiuntur.ff.ad Syla.& in l.ſi quis.C.de ſica.quòd iuuentus non excuſat ſed inno-
centia,& ibi ſi ſemel fuit punitus an denuò,& quando puniri debet,& ibi de ſtatuto
puniente homicidam ad mortem non facta mentione doli,ſi non dolo,quòd mitius
punitur,& per eundem Par.in dicto vobo,pœna.verſicu.tu qui vadis in birraria.& ibi
ſecundum Angel.in conſtitutio.xxvij de impellente habentem gladium,& occidente.
mulierem prægnantem,& percutiente calce,& faciente abortum,& de experiente
bombardis & occidente;& de percutiente pugno,& manu vacua,& occidente,vbi
nota authoritate Bald.in cap.primo.§.iniuria.de pace iura.fir.quòd ſi ineſt dolus,ita
punitur occidens manu vacua,ſicut gladio,& de his ſupra dictum eſt in materia cul-
poſi homicidij,tamen ſunt hæc cauſa minuandi pœnam ordinariam,& ex aliis cauſis,
vt per Bald.& alios in l.& ſi ſeuerior.C.de infam.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.
68 eodem.Item † minuitur propter annichillatas probationes per torturam,vt ſi tortus
neget,& contra eum ſint plenæ probationes,& ad torturam fuerit poſitus:nam ſi ne-
get,non punitur pœna ordinaria,ſed mitiori,vt per Thom.Gram.in conſi.xij.& Mat.
69 in conſtitut.humanitatem in proceſſu contra captum in flagranti.Item † iuſta cauſa
minuendi pœnam eſt,ſi non ſit ſolitus delinquere aliquis,ſuprà diximus,& per Tho.
70 Gram.in vol.xxiij.Item † liberat priuilegium,& ideò ſi domus alicuius habeat priui-
legium quòd condemnatus tranſiens per ſuam domum poſsit liberari à domino do-
mus,quòd liberando euitat pœnam,de quo dic vt per Andr.in cap.primo.verſi.bona
committētium.quæ ſint reg.Item pœna minuitur vbi proceditur per inquiſitionem,
nam ordinaria pœna imponi non debet,vt no.in cap.qualiter & quando.lo ſecundo.
verſiculo,licet de accuſa.vbi ita not.Felin.in primo notab.niſi de crimine conſtet per
confeſsionem,nam tunc ordinaria imponi debet,quantumcunque grauis fuerit,ſe-
cundum Innocen.ibi Panor.& alios,& Anto.in cap.fin.de celebr.miſſa.Item differtur
pœna ex maioritate iudicij,nam ſi fuiſſet cœptum iudicium de maleficio aliquo co-
ram iudice inferiore,deinde nocetur pro eodem aut maiori delicto coram ſuperiore,
vt quia coram ordinario loci,deinde coram iuſtitiario,vel quia coram iuſtitiario,de-
inde coram magna curia per accuſationem aut inquiſitionem,tunc ſuperſedeatur in
cauſa coram inferiore,& remittitur ad maiorem,& ſi non comparet,efficitur contu-
max vbi captus non eſt:de his iure communi in l.ſecunda.§.primo.ff.de custo.reo.vbi
per Bartolum.& in l.contra pupillum.§.fin.ff.de iudic.& per docto.in l.ſecunda.§.fin.
ff.ſi quis cautio.& per Baldum in l.Senatus.C.qui accuſare poſſunt.& in l.qui de cri-
mine.eod.Et in regno ſtatutum apparet per conſtitut.contingit interdum.vbi ſecus ſi
de minori crimine in maiori tribunali,nam punitio non differtur,& Bal.in dicta l.ſe-
natus.loquitur quando pro eodem delicto vocatur,vbi diſtingue vt per eum.Nam ſi
ſimul ceperunt cognoſcere maius auditorium præfertur.ſi autem curia minor præue-
nit,non tenetur remittere.& ſi inſimul procedunt,in citando tenetur coram ambo-
bus comparere:aliâs quælibet curia poteſt ipſum efficere contumacem,& bannire,vt
per eum.In diuerſis criminibus in regno diſtinguitur per dict.conſtitutio.contingit.
nam aut de pari crimine,& tunc aut mortis pœnam non ſuſtinet;& tunc proceditur
in minori curia:aut pœna mortis infligēda eſſet,& tunc remittitur ad maius tribunal,
Aut maiori crimine,& tunc ex priuilegio maioris auditorij tenetur comparere & re-
mitti,niſi coram minori ſit deuentum ad ſententiam.in crimine verò læſæ maieſtatis
indiſtinctè ad maius tribunal remittitur,vt ibi per Mat.primo,quinto & ſeptimo not.
Item differtur proceſſus in ſecunda accuſatione per primam factam,nam primo ac-
cuſator non poteſt accuſare de alio maiori vel minori crimine,ſed ſuperſedetur præ-
ſtita cautione,vt per ritum magnæ curiæ & pragm.incipien.Iohanni.ſed an procedit
vt

vt ex officio procedi poſsit licet non per querelam, quòd nec etiam ex officio tradit Thom.Gram.in deciſio.liij. vbi vide de ritibus & pragm. alias cauſas minuendi pœnas proſequere ex ſupradictis, & per Felin. in capitulo, qualiter & quando. §. ad corrigendos. de accuſatio.verſiculo,circa quartum.ibi,ſupplere. Sequitur videre de cauſis augentibus pœnam ordinariam.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna augetur ratione reiterationis delicti,& ex conſuetudine delinquendi.*
2 *Indulgentia non prodeſt ſi non ſit inuentio in ea de alio delicto.*
3 *Delictum reiteratum nimis aggrauat.*
4 *Puniendus propter delictum pecuniariter, propter reiterationem capitaliter punitur.*
5 *Delictum non capitale efficitur capitale ex reiteratione.*
6 *Delinquere conſuetus non admittitur ad compoſitionem.*
7 *Vulnerans denuò punitur capitaliter licet pro vulnere ſit pœna manus.*
8 *Puniri poteſt capitaliter pro minimis furtis.*
9 *Punitur quis vt latro ex multiplicatione delictorum.*
10 *Pœna augetur ratione multiplicationis quando per iudicem pœna eſt imponenda, non quando ipſo iure.*
11 *Pœna non augetur ſi reiterata ſunt minima.*
21 *Puniendus pecuniariter pro extractione armorum, ſi reiterauit, corporaliter punitur.*
13 *Capite, non punitur pro tribus furtis minimis, niſi fiant cum armis.*
14 *Pœna augetur ex contumacia creſcente.*
15 *Pœna augetur ex qualitate occiſi.*
16 *Occidens infantem magis punitur, quàm maiorem.*
17 *Occidens clericum magis punitur, quàm laicum.*
18 *Alapam dans poteſtati pœna capitis punitur, licet pro alapa non ſit pœna capitis.*
19 *Conſiliarius Regis & vtilis reip. ſi offendatur, tenetur crimine leſæ maieſt. quod procedit ſi occidatur vt Rex careat tali officiali,& non ratione odij priuati.*
20 *Pœna augetur propter immanitatem ſceleris, pro quo licet iura tranſgredi.*
21 *Brutum animal ſi habuerit rem cum muliere, ambo comburi debent.*
22 *Suſpendi poteſt propter enormitatem delicti,& poſteà tradi beſtiis lacerandus.*
23 *Iura tranſgredi licet contra populos inſurgentes ex frequenti vſu & conſuetudine.*
24 *Spadachiari propter delicti enormitatem,& poſteà duci ad mortem.*
25 *Clericus punitur abſque degradatione propter delicti enormitatem.*
26 *Magnates furca ſuſpenduntur propter enormitatem criminis, vt proditionem.*
27 *Pœna exaſperatur propter exemplum aliorum.*
28 *Pœna alteratur ratione arbitrij quod habet,& an ad mortem poteſt arbitrari.*
29 *Iudex in arbitrariis debet arbitrari vt bonus vir, & ſi ſuadeat pœnam mortis, illam imponat.*
30 *Officiali dans alapam pœna mortis punitur, intelligente de exercente officium, & non ſtante ad ſyndicatum,& in habente manus mundas.nu.31.*
32 *Arbitrari an & quando poteſt ad mortem in arbitrariis, & an inferior, an verò princeps.& nu.33.& 34.*
35 *Pœna quando eſt arbitraria, non debet excedere deportationem.*
36 *Arbitrium quid operetur.*
37 *Pœna alteratur ratione irreuerentiæ, vt ſi deliquit coram iudice ſtatim punitur.*
38 *Occidens hominem in præſentia iudicis an damnari poſſit nullis ſtantibus probationibus.*
39 *Iudex ſi videt de feneſtra rixantes, ſi non prohibet, priuatur officio.*

40 *Princeps ſolus iudicat ſecundum conſcientiam.*
41 *Iudex ſi ſedeat pro tribunali an poſſit punire abſque proceſſu ſi videat hominem occidere.*
42 *Notorius delinquens an occidi poſſit abſque ſententia.*
43 *Teſtes ſi deponant de homicidio, & iudex ſciat non eſſe culpabilem, an puniri poſſit.*
44 *Pœna augetur ratione inobedientiæ, ideò relegatus ad tempus, duplicatur, & ſi deportatur ſi non obſeruat, pœna mortis punitur.*
45 *Pœna alteratur ratione ſtatus mutationis.*
46 *Pœna alteratur ratione qualitatis delicti.*
47 *Infamia an contrahatur ſi pœna augeatur, & quando.*

1 CIRCA Igitur † tertium quibus ex cauſis pœna augeatur, dic,
quòd augetur pœna ratione conſuetudinis delinquendi, & rei-
terationis, & multiplicationis delictorum: geminans enim deli-
ctum non debet ſperare de venia. l. iij. C. de epiſc. aud. de hoc text.
in l. quicunque. C. de ſer. fugi. l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœnis.
text. in l. omnes. §. delatores. C. de colla. libr. x. & in l. omnes. C. de
delat. eod. lib. & in cap. ita nos. xxv. quæſt. ij. c. euenit. xxvij. quæſt.
j. Mathe. in conſtit. lenas. iij. not. hoc dicit glo. in d. glo. quicunque. & Specu. in titu. de
contu. §. iiij. verſic. ſed pone iudex. Innoc. in c. nouit. de iudi. Bald. in marga. in verſicu.
crimen. Salyc. in l. ſeruos. C. ad legem Iul. de vi publ. multa cumulat Roch. de Cur. in
r. peti. c. fin. de conſuet. in j. not. Bald. in d. l. iij. Felin. in c. ad abolendam. de hære. Barto.
in l. ſicut. § fin. in fi. ff. de accuſa. Anan in c. j. de rapt. in quibus etiam ſi de primo fuerit
punitus, Lud. Mont. in tract. de reprobatio. ſentent. pil. ij. arti. & per Felin. plenè in c. ſi-
cut. de teſtib. in glo. adulterio. & in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudi. Ioan. de Arno.
in ſing. xj. Faciunt dicta Bald. in d. l. iij. & And. in c. j. ver. & bona commit. quòd prin-
2 ceps † non indulget reiteranti homicidium & delictum, & ſi in indulgentia non fit
mentio de alio homicidio, non releu.ır, ſed decapitatur, vt ſuprà dictum fuit, & per
3 Ioan. de Arno. in d. ſing. xj. & in l. nec damnoſa. C. de preci. imper. offer. Faciunt † dicta
Panor. in c. j. de cler. percuſſ. vbi delictum reiteratum nimìs aggrauat. Bald. in authen.
ſed nouo iure. C. de ſer. fug. Anch. in c. fin. de fo. compe. vbi etiam Barb. Panor. in c. ve-
4 ritatis. ij. not. de do. & contu. Et ideò † dixit Bart. in l. j. C. de ſuperexa. & ibi clarè Ang.
lib. x. quòd ſi pro crimine non veniret puniendus capitaliter, ſed pecuniariter, tamen
ſi pluries illud delictum reiterauit, poteſt decapitari, & ad mortem damnari, & hoc
iudex faciendo non tenetur in ſynd. per text. in dicta l. omnes. §. delatores. vbi propter
5 conſuetudinem punitur pœna mortis. & † Ludo. in l. ſi verò. §. de viro. xiij. caſu. ff. ſolu.
matr. per illum text. quòd delictum aliâs non capitale, efficitur capitale ex reiteratio-
ne delicti, & per Bart. in l. licitatio. §. quod illicitè. circa princ. ff. de publ. Luc. de Pen. in
l. j. C. de ſuperexact. libr. x. Ioan. de Pla. in d. l. omnes. C. de dela. plenè Thom. Gram. in
vot. ix. & in vot. xvij. Deci. in auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccl. Maır. in l. j. C. de ſicar.
& plenè in ſingu. ccclxxviij. incipien. nominatio. Bald. in auth. at qui ſemel. C. quomo.
& quando iud. & in l. j. C. de ædil. actio. in Specu. in titu. de loca. verſi. ſi quis primo an-
6 no. Cepol. conſi. xl. Par. in † d. verbo, pœna. verſic. quia multa. in fin. & in verbo, com-
poſitio. verſic. tertio. vbi conſuetus delinquere etiam non admittitur ad compoſitio-
nem. Mathe. in conſtit. aſperitatem. iij. not. & in conſtitut. ſi quis campſor. iij. not. & in
conſtitu. ſi quis aliquem. vbi non admittitur ad compoſitionem ſi aliâs deliquerit, &
7 per Ioan. de Arno. in ſing. lxiij. aut lxiiij. vbi ſi † denuo percuſſit, punitur capitaliter,
licet aliâs pro prima vice debuerit puniri pœna manus, poſt Angel. poſt Barto. in d. l. j.
8 C. de ſuperexact. facit † c. reg. ad hoc. de furtis. vbi pro pluribus furtis minimis furca
ſuſpen.

ſuſpenditur,licet pro primo deberet fuſtigari,& ibi glo.& per And.& Mathe.in conſtitu.ſuper inciſionibus. quòd pro furto trium gallinarum facto diuerſis vicibus poteſt furca ſuſpendi,& per Felin.in d.§.de adulteriis.& vide Bonifa.in tit.de pœna falſæ
9 mon.& dixit † Par.in dicto tract.in verbo,latro.quòd ex multiplicatione delictorum punitur quis vt latro,& per eundem in verſi.quia ſupra.quòd per binos actus dicitur conſuetus delinquere,& per Bald.& Paul.in dicta l.iij.& Thom.Gra.in conſil.xxxiiij. Ad idem facit, nam teſtis denuò condemnatus de falſo, pœna capitis punitur, vt in noua.prag.ſuę maieſt.Cæſar.incip.teſtes inſuper.& per Mathe.in conſtit.aſperitatem. iij.not.& in conſtit.magiſtros.& in conſtitu.inconſutilem. & in conſtitu.mercatores. v.not.& vide per Thom.Gra.in deciſi.xvj.vbi multa, & tamen dicit fuiſſe concluſum nunquam obtentum quòd ex reiteratione pœna capitis puniatur,ſed ordinaria,idem dixit Blan.in l.fin.ff.de quæſtio.num.246.quòd per reiterationem non tollitur beneficium,poſt Luc.de Penn.niſi per tres vices reiterauerit,& per quot vices dicitur conſuetus in d.deciſi.xvj.& in deciſi.xxxvj.ſub nume.9. vbi ſæpius factum dicitur per tres vices, & etiam conſuetudo delinquendi inducitur per binos actus, vt per eundem in deciſi.xlvij.Limita in ſolito blaſphemare, nam per binos aut trinos actus non inducitur conſuetudo,nec dicitur ſolitus,vt per Cyn.& Saly.in l.ij.C.de rebus cred.& Bald. ibi,& per Aretin. & Iaſ.inſtit.de action. §.idem ſi quis.& Luc.de Penn.dicit in l.j.C.de ſuperexact.lib.x.quòd non per geminationem, ſed per tres vices amittit beneficium, per text.in §.verum tamen.in authen. vt immob.ante nupr.donat. & in l.ſeruos. C.ad
10 legem Iuliam de vi publ. & Innoc.in cap.j.de fideiuſſ. Et intellige † vt per Bald. in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& cler.vt procedat,quòd ratione multiplicationis & reiterationis augeatur,quando per iudicem pœna eſt imponenda,non quando ipſo
11 iure,vt per eum. Et intellige † & limita niſi reiterata fuiſſent minima: nam pœna non augetur,vt dixit Marſ.in d.ſingu.ccclxxviij.in fin. vbi ſentit minorem ex reiteratione
12 minorum non puniri pœna corporali.licet † contrarium ſentiat Ioan.de Arn.in dicto ſing.lxiiij.vbi puniendus per extractionem armorum pecuniariter,iuxtà conſtit.aſperitatem.ſi ſæpius reiterauit,decapitatur, & ſentit Pari.in d.verſi.quia multa.in fin.vbi
13 delicta momentanea reiterata aggrauāt,& vide † Catal.de viſo.in tract.ſyndic.quæſt. xlix. vbi contrarium ſentit: nam dixit quòd pro tribus furtis minimis, non punitur capite niſi cum armis fiat furtum, Auguſt.poſt Angel. in glo. veſtem cele. & vide per Bald.in l.apud antiquos.C.de furt.& in c.j.§.iniuria.de pace tenen. & per Alexan.poſt
14 Bart.in d.l.capitalium. §.famoſos.ff.de pœn.& in conſil.xcj. iiij.volum. Item † pœna augetur ex contumacia creſcente, vt per Mathe.in conſtitu.aſperitatem.l.no.& ideò bannitus & foriudicatus pro vulnere ſi in fortiam iudicis perueniat, poteſt occidi, & pœna mortis imponi, non autem pœna manus: licet pro vulnere talis pœna mortis non eſſet imponenda,vt per Andr.& Mathe.in conſtit.pœnam eorum.xiiij requiſito.
15 Item † pœna augetur ex qualitate occiſi, & ideò magis punitur occidens parentes,& coniunctas perſonas,quàm extraneas l.pen.& fin.ff.de parric.magis occidens chriſtianum,quàm infidelem.glo.in can.rebaptizare.de conſecratio. diſtinct. iiij. & per Bald. in l.nemo.C.de ſum.trinit. & fide catho.glo.in cap.per tuas.de ſimo. Ludouic. mont. in tract.de reprob.ſenten.pila.ij.articu.vbi dixit pœnam augendam ratione dignitatis offenſi,& an occidens ſaracenum,aut iudæum puniatur,per Dec. in cap.conſuluit.lo
16 ſecundo.ſecundo notab.de appella. vbi qualiter puniatur. Item † magis punitur occidens infantem,& non perfectæ ætatis,quàm virum ætatis perfectæ, vt per Salycet.
17 per illum text.in l.penult.C.de ſicar. Item † magis occidens clericum, quàm laicum, glo.in cap.ſicut qui.xvij.quæſtio. quarta. vbi glo.magis puniri dicit occidentem mo-

nialem,quàm aliam fœminam,de quibus per Marſi.in l.prima.§.præterea.ff.de ſica.&
18 in l.prima.C.de rapt.virgin.num.174. Item † vt ſuprà magis punitur offendens in dignitate conſtitutū, quàm in non dignitate, vt ſuprà:& ideò licet quis dederit alapam priuato,non punitur pœna corporali,ſed pecuniaria,vt in capi. primo.de pace tenen. ibi,manu vacua.& de pœna alapæ in priuatum. per Thom. Gram. in deciſio. xiiij. vbi per bimeſtre fuit cōdemnatus ad exilium,& de pœna alapæ in officiali.in deciſ.xxxvj. num.4.tamen vbi dat alapam poteſtati, punitur pœna capitis, ita dixit Bald.in dicto cap.primo.§.iniuria.de pace iura.firm.per glo.in §.in ſumma.inſti.de iniur.& per Feli. in cap.ex literis.circa fin.de conſtitut.iudex enim habens arbitrium propter exceſſum poteſt ad mortem condemnare ex qualitate perſonæ offenſi, vt in officiali,per d.gloſſ. in dicto §.in ſumma.quæ ita intelligitur.& non in aliis.Imol.in l.ſecunda.ff.de public. iudi .Felin cap.inquiſitionis,verſic.vltimo tangit.de accuſa.& in dicto cap.ex literis ſecunda declaratione.vbi an,& quando poteſt ad mortem in arbitrariis condemnare, & per Rober.mar.in ſua diſpu.& de dante alapam poteſtati.Par.in dicto verbo,pœna. verſic.an ſi.lo vltimo.circa princ.& per Ioan.de Arn.in ſing.xv.incip. quidam prætor. & per Capi.in deciſio.cxxx.in ſexto dub.& per Iaſ.in l.prima.C.de precib. impe.offer. & de qualitate perſonæ offenſi, vt pœna augeatur facit dictum Marſi. in pract. in §.& quia.verſic.vlterius ſcias.vbi dixit quod licet aliàs ex ſola percuſsione non moriatur percutiens, tamen ſi quis percuſſerit imaginem virginis, aut tabulam in qua fuit depicta imago Dei aut virginis, punitur pœna capitis, poſt Ang.in l.ex ſenatus.ff.de ſic. text.facit in ca.ſecundo.§.fin.de offic.ordin.in ſexto. Vide per Math.in conſti.blaſphemantibus.& in dicta conſtitutio.vt participatio. in quarto not. vbi ex qualitate perſonæ pœna augetur.Sic & ratione offendentis,nam licet pro vi publica ſit pœna deportationis,tamen in ſeruo eſt pœna capitis.l.ſeruo.ff.ad leg.Iul.de vi publ.de quo tamen
19 dic vt per Thom.Gram.in deciſio.xvj.& de † pœna augenda ex qualitate offenſi, per Cardin.in clementina prima.§.nec ſuper.de pœnis.vbi gloſſ. Alexand. & alij in l.ſi familia.ff.de iuriſdict.omn.iud.vt ſi offendatur perſona publica,ſi offendatur, aut occidatur perſona vtilis reipubl. & regis conſiliarius, nam tenetur crimine læſæ maieſt. l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maie.quod tamen intellige,vt ſuprà aliàs fuit dictum, quando occidatur, vt rex careat tali officiali,non ſi ratione odij,vt per And.& Math.in conſt. vt participatio.& in cap.primo.in verſic.committen. crim.læſæ maieſt.;quæ ſint rega. Par.in dicto tract.ſynd.in verbo, iniuria. habetur etiam in conſtitut. eos tantum officiales.vbi etiam Mathe. & ibi gl.iniuria facta officiali regis in exercitio ſuę iuriſdictionis.& per Cyn.in l.ſi non conuitij.C.de iniuriis.Luc.de pen.in l.prima.C.de cohorta.
20 libr.xij.Nico Boer.in tract.de ſeditio.vij.præſuppoſitio. Item † augetur pœna ratione immanitatis ſceleris,cùm tunc liceat iura tranſgredi,vt per Inno. in ca.primo.de conſtit.& per Bald.in cap.primo.quib.mod.feud.amit.& in auth. ſed nouo iure. C.de ſer. fug.& in cap.primo.§.iniuria.de pace iura.firm.& in dicta l.& ſi ſeuerior.C.de infami. cum multis aliis cumulatis per Feli.in capit.qualiter,& quando. §.ad corrigendos. de
21 accuſa.verſic.circa quartum.ibi,ſed pulchrè.Et † ideò ſi animal brutum habuerit rem cum muliere, ambo comburi debent. vt in cap.mulier.xv.quæſt.prima. plura de hoc tradit Marſil.in l.vnius.§.cogniturum.ff.de quæſt.& in pract.in §.diligenter.& in l.j.in princ.ff.de ſicar.facit glo.in l.ſecunda.ff.arbor.fur.cęſa.quam dixit ſingul.Lud.Roma.
22 in l.ſecunda.circa fin.C.qui teſt.fa.poſſ.Vbi † dixit quod propter enormitatem delicti, poteſt quis ſuſpendi,& poſtea beſtiis ſubiici:hodie in fruſta ſcindetur,diximus ſuprà, & propter enormitatem delicti ſortilegus teſtibus conuictus, & pertinax, poteſt beſtiis tradi vorandus,ac dentibus,& vnguibus lacerandus,text.eſt l.& ſi excepta.in fin.
C.de

23 C.de male.& mathe.Paul.Gril.in tract.de ſortileg.xj.quæſt.Item † licet iura tranſgredi contra populos & gentes inſurgentes ex frequenti motu,& conſuetudine ad facienda & committenda facinora,& ſcandala,vt per Capi.in deciſio.ſacr.conſil. cxxx.Et dicit
24 Bald. † in l.prima.C.ne ex deli.defun.quòd propter enormitatem delicti poteſt quis
25 ſpadachiari,& ita ſpadachiatus duci ad mortem.Item † propter enormitatem delicti clericus abſque degradatione punitur per iudicem ſecularem, vt dixit Ioan. Andr.in cap.cùm non ab homine.de iudic.& per Capi.in deciſio.ſacr.conſil.clv. vbi in clerico
26 aſſaſsino. Et † dixit Bal.in cap. cùm quidam. in fi.de iureiur. quòd magnates furca ſuſpenduntur propter criminis enormitatem,vt quia proditionem commiſerint,& alia multa in hoc vide per Marſi.in d.§.diligenter.verſicu.modo hic incidenter quæro.cum ſeq.& in d.l.j.C.de rap.virgin.num.100.cum ſeq.Et quando liceat ex cauſa iura tranſgredi,& pœnas exaſperari,& facere ſtatuta,& punire contrauenientes,& banna emanare ob frequentiam delictorum ſub pœna capitis,etiam valeant, & exequi debeant. maximè emanata per ſuperiores magiſtratus, vt per magnam curiam de ordinatione domini Proregis, proſequere plenè per Thom.Gra.in deciſio.xxxvj. in primo dub. &
27 ibi quod magnates furca ſuſpenduntur ob proditionem.Item † exaſperatur pœna ratione exempli aliorum l.aut facta.§.fina.& in l.capitalium.§.famoſos. & §.ſolent. & §. graſſatores.ff.de pœnis.& not.gl.inſtit.de iure natura.gent.& ciui.§.ſed quod principi. verſic.planè ex his.ibi,ſicut pœnam irrogauit:vbi Ang.& gl. & Bart.in d.l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de infami.vbi multis graſſantibus pœna alteratur ratione exempli aliorum.Item ratione mali exempli pœna alteratur l.ſi quis.§.qui abortionis.ff.de pœ. & in conſti.mala noxia,& in conſtit.amatoria pocula.vbi ratione mali exempli pœna capitis imponitur ratione abortionis, & ſuper homicidio ſine dolo punitur pœna mortis,maximè in terminis d.§.qui abortionis.per Paul.Gril. in tracta.de ſortileg.xij.
28 quæſt.Item † augetur pœna,& alteratur pœna arbitrij quod habet iudex: nam poteſt arbitrari ad mortem,glo.in d.§.in ſumma.Inſtit.de iniur.idem gloſſ.in l.pe.C.ſi aduer. liber.Imo.verò in l.ij.ff de publ.iud.verſic.quid autem ſi alio caſu,& poſt eum Ang.in glo.& caput à ſpatu.verſic.quæro aliqua lege. diſtinguit, aut lex dat arbitrium vſque ad mortem incluſiuè,& tunc clarum eſt,quòd poteſt ad mortem condemnare,& arbitrari.l.ſæcularij.§.ſunt quædam.ff.de var.& extraord.crim.aut non extendit ad mortem,& tunc clarum eſt,vt in l.prima.ff.de furt.& Bald.in l.j. ff.de crimi.ſtellio.aut lex
29 ſeu † ſtatutum ſimpliciter dicit pœnam eſſe in arbitrio iudicis,& tunc arbitrari debet tanquàm bonus vir.gloſſ.& Bartol. in l.ſi qua pœna. ff. de verborum ſignificatione.& in capitulo, ſuper his.de accuſation.& ſecundum qualitatem facti, & perſonæ arbitrari debet,vt ſi ſuadeat pœnam mortis,illam imponat, & ita intelligatur dictam glo. in dicto §.in ſumma.ſinautem non ad mortem, non arbitretur ad mortem, aliàs appellari poteſt,vt nota.gloſſ.in dicto capitulo,ſuper his.gloſſ.& Bartol.in dicta l.ſi qua pœna.& ita reſidet Angel.referendo Imol.in dicta l.ſecunda.& per Angelum in dicto §.in ſumma.& dic,vt per Baldum in dicto capitulo primo.§. iniuria. de pace iura. fir. & in l.prima.C.de his qui latr.occult. & per Signoro.de homod. in conſilio cxvij. & per Cepol.in l.ſi fugitiui.C.de ſeruis fugitiuis.& per Felinum in capitulo, inquiſitionis.de accuſatio.in gloſſ.alioquin.de intellectu dict.gloſ.ad hoc plenè per Par.in dicto tractatu ſyndic.in verbo,arbitrium.verſiculo.ſi iudex in delictis.& ibi ſi dicatur, diſcretioni tuæ aut iudicio committimus,& ibi an pœnam mortis arbitrabitur, & ſi ex-
30 cedat,an punietur.& † per Par.in verbo,pœna.verſiculo,an ſi.lo vltimo. vbi de dante
31 alapam officiali, vt ad mortem damnari poſsit, quòd † tamen intellige de officiali exercente officium, non ſi ſtat ad ſyndicatum, ita per Ioannem de Arno. in ſingula.

xiij.vbi in officiali non habente manus mundas, ſecus in aliis, & per Felin. vide in c. ex literis.& in d.cap.inquiſitionis. & per Matheſill.in not.ccccxcij.per Felin.in cap.de
32 cauſis. de offic. delega.& in d.cap.ex literis.in fin. an & † quando ad mortem poterit arbitrari,& Barba.in conſi.xj. dixit iudicem inferiorē non poſſe ad mortem arbitrari, ſed principem,& Alexan.in conſi.cxj.j.volum.& Cepo.in conſi.lxxij.Panor.in c.cùm te.de re iudi. Imol.& Panor. in d.c.inquiſitionis.& in d.c.de cauſis.& in d.c.ex literis. Bald.in l.& ſi ſeuerior.C.de infamib.ita l.fin. ff.de rer.diuiſi. ad ſaturitatem proſequere, vt per Felin.in d.c.ex literis. vbi diſputat de veritate. dicta glo.in d.§.in ſumma. an
33 & quando † iudex ad mortem arbitrabitur,corroborando tenere gl.in d.§.in ſumma. per iura allegata,per eum Mar.in d.§.opportunè. & per Thom.Gram. in conſi.xxxvj. & conſi.xxxix.& per Thom.Gram.in deciſi.xxxvj.j.dub. vbi etiam in principe omnis pœna eſt arbitraria, & qualiter puniatur contraueniens mandato principis, aut eius locum tenentis, & ſi dicatur pro quanto charam habet gratiam regiam, per Mathe. in conſtitu.in prohe.in §.nos autem.& per Thom.Gram.in deciſi.xl.& vide Mathe.in deciſi.cclxxvij.vbi quòd glo.in dicto §.in ſumma.communiter eſt reprobata,& plenè Thom.Gram.in d.conſi.xxxix. Ludo.Montal.in tract.de reproba.ſentent.pila.j.artic. verſic.quartò ad idem.& in iij.arti.in verſic.obſtant adducta.& per Iaſ.in d.§.in ſumma.& in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius, vel vti pub. Thom.diplo. poſt Bart.in apoſti.
34 in l.lex Cornelia.§.fi.ff.de iniur. Et an † iudex inferior in arbitrariis poſſit ad mortem condemnare,diſputat plenè Rober.maram. in ſua iij.diſpu. & in ſua pract. vbi limitat multipliciter,in iiij.par.j.diſtin.dic vt per eum,& per Capi.in deciſi.ſacri. conſil.cxlix. in fin.& per Mathe.in conſtit.humanitatem.v.not. ver.& pro intelligentia.& Angel.
35 in d.glo.& Alexan.in conſi.cj.& † not.quando pœna eſt arbitraria quia ordinaria non poteſt imponi,nō debet excedere deportationem, vt per Cap.in deciſi.ſa.conſi.cxxvj. Item not. quòd quando pœna eſt arbitraria, iudex non debet imponere ordinariam, vel maiorem,ſed minorem, vt not.glo.in dicto c.inquiſitionis.& ibi per Felin.in glo. alioquin. vbi optimè tradit quando arbitrari poteſt ad mortem, & ibi an recedere poſſit iudex à pœna conſuetudinis,& vide per Alexan.in conſi.v.& conſi.iij.j.volum.
36 quòd arbitrari debet ad minorem pœnam. Et de † materia arbitrij quid operetur,vide per Par.in d.tract.in ver.arbitrium.& in verbo,poteſtas.& Iaſ.§.in bonæfidei. inſtitut. de actio.& Mar.in pract.in §.conſtante.& in §.diligenter.& in l.quæſtionis.ff.de quęſt. & in ſing.ccccxxviij.& in ſingu.ccccvij. Alexan.in l.milites.C.de teſtam.mili. & in d. locis per Marſi.quòd habens arbitrium non poteſt ponere ad torturam abſque indiciis præcedentibus,& per Gand.in rub.de quæſtio.in fin.& Mar.in conſil.viij.conſi.v. conſil.xiiij.conſil.xv.conſil.xvij.conſil.xx.& ſequen.conſil.xxviij.& conſil.xxxiiij.& conſil.xlij.& xlvj.& conſil.xlix.& conſil.lij.& conſil.lxiij.& conſil.lxix.conſil.cxx.&
37 Thom.Gram.in vo.xxx. Item † alteratur pœna ratione irreuerentiæ, & ideò ſi coram iudice deliquit ſtatim poteſt puniri, & crimen effectum eſt notorium, de quo plenè per Panor.in d.tract.in verbo,notorium. vbi plenè ponit quando & qualiter puniatur
38 ille qui delinquit coram iudice. Sed † quid ſi occidit hominem coram, & in præſentia iudicis,nullis exiſtentibus teſtibus,an iudex poſſit ipſum punire,& caſtigare,& condemnare ad mortem? dic quòd non, nam non ſufficit viſio iudicis, & conſcientia,ſed probationes adeſſe debent: nam iudex debet iudicare ſecundum probata, non ſecundum conſcientiam, dixit glo.ij.quæſt.j.c.quando. Anton.in c.veſtra. de coha.cler. &
39 mul.Iaſ.inſtit.de † actio.§.ſi minus. ver.nunquid autem iudex videns. vbi etiam dicit de iudice vidente à feneſtra rixantes,ſi non prohibet, priuatur officio,& ibi an ex ſola viſione de feneſtra poſſit eos punire,vbi plenè tradit quando poteſt declarare, & ſententiari

40 tentiare ſecundum conſcientiam, vbi quòd † ſolus princeps, & per Mathe.in conſtit.
in quæſtionibus.& in conſtit.puritatem.Felin.in c.paſtoralis.§.quia verò. de offic.deleg.
Iaſ.in §.ſed iſte.inſtit.de acti.& Mathe.in conſtit.aduocatos: & in conſtit. cordi nobis.
Bart.& poſt eum Alexan.in l.illicitas.§.veritas. ff.de offic.præſi. vbi Apoſt.poſt Bart.
41 ibi dicit de ſupradicto dubio limitari, niſi † iudex ſedeat pro tribunali: nam ſi videret
aliquem occidere, tunc poteſt ſine alio proceſſu condemnare, per glo. & per Angel.&
Imo.in l.ij.ff.de pœnis.& no.in l.j.C.qui & aduer.quos. & dictam quæſtionem tractat
plenè Gandi. in rubr.de var.quæſt.in male.verſ.modo quæritur.ſeu; item pone quæ-
ſtionem.& per Pari.in d.verbo,notorium.& per Brun.in tract.ſynd.& tortu.in fin.iij.
42 quæſt.princ.& allegata per eum, & vide † plura, vt per Mar.in pract.in §.aggredior.
vbi an notorius delinquens occidi poſsit ante ſententiam, & an notorius malefactor
43 occidi poſsit,per Mar.in rubr.C.de proba.num.128. Et dixit † Math.in conſtit.aduo-
catos, quòd ſi conſtet per teſtes de homicidio, & alio delicto, licet iudex ſciat illum
non eſſe culpabilem, & ſecundum ſuam conſcientiam ſciat eſſe innocentem, tamen
non poteſt ipſum liberare, ſed eum debet condemnare, & condemnando non peccat:
44 contrariari tamen videtur dictum Feli.in d.§.quia verò.iij.limi. Item † auget pœnam
inobedientia, vt ſi eſt relegatus ad tempus, ſi redit ad ciuitatem, duplicatur tempus. l.
relegatis. ff.de pœnis. l.aut damnum. §.quas quis.ff.eod. & ſi eſt deportatus, capite &
45 morte punitur ſi non obedit, & per Thom.Gra.in deciſi.xxxij. Item † alterat pœnam
mutatio ſtatus, vt de libero, ſeruo effecto, & econtra, vt in l.j.ff.de pœnis. Mar.in rub.
46 ff.de fideiuſſor. Item † alteratur qualitatis, vt quia delictum manifeſtè fuerit com-
miſſum, nam grauius punitur, quàm ſi occultè.l.aut facta. §.qualitate.ff.de pœnis.&
ita notant ibi Bartolus, & Baldus. C.de ſumma Trinit. & fide catho.Item augetur ex
qualitate temporis, vt ſi noctis tempore aſcendat per ſchalas ad domum alterius at-
tentando pudicitiam mulieris, vt per Bald.in l.fin. ff.de rerum diuiſ.circa fin.& Ang.
in §.ſanctæ.inſtitut.de rerum diuiſ.& Thom.Gram.in deciſi.xxxvj.iij dub. in princip.
vbi pœna vltimi ſupplicij puniri poteſt, & ibi quòd maleficia commiſſa noctis tem-
pore acrius puniuntur quàm diurna. Item pœna augetur ratione qualitatis perſonæ
offendentis, nam in plus punitur nobilis ruſtico in pecuniariis, in corporalibus verò
econtra in plus ruſticus, vt per docto.in l.presbyteri. C.de epiſc.& cleri. & per Felin.
plenè in cap. cum quidam. de iureiur. & per Mathe. in conſtitut. intentionis. ix.not.
vt patet etiam in illa conſtitu. Item augetur pœna in bellis, nam pro modico delicto
pœna capitis imponitur.l.deſertorem.§.in bello. ff.de re milit. cæteras cauſas augendi
pœnas, & etiam minuendi, dic vt per Bald.poſt Cyn.in dicta l.& ſi ſeuerior. & Bartol.
47 & Angel.in dicta l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infamib.& ibi † an, & quando per
augmentum, & diminutionem pœnæ contrahatur infamia; & in l.tranſigere. C.de
tranſact. Hæc circa ſecundum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœna ſi minuatur ex cauſa, quæ pœna erit imponenda.*
2 *Pœna ſi ſtatuta non reperitur pœna conſueta, & ſolita imponi debet.*
3 *Pœna conſueta ſi non apparet, relinquitur arbitrio iudicis.*
4 *Pœna ſi ſtatuta non reperitur ſolita imponi debet, & ſi non appareat, in arbitrio eſt iudicis quando ex cauſa augetur, & nu.5.*
6 *Pœna minor quando imponi debet, non corporalis ſed pecuniaria imponenda eſt, aut quæ non excedat relegationem per quinquennium.nu.7.*

8. *Condemnatio ad triremes ſuccedit in locion pœnæ damnationis in metallum.*
9 *Pœna deportationis eſt in vſu in regno propter inſulas, quæ ſunt, & pœna remigationis in locum pœnæ damnationis in metalum.*
10 *Condemnatus ad remigandum, vel relegatus non expreſſo tempore, an erit perpetuò condemnatus.*
11 *Condemnatus ad remigandum an propter infirmitatem releuetur, & an emere poſſit ſeruum. num. 12.*
13 *Condemnatus ad remigandum ſi aufugerit, an capi poteſt pater, frater, aut filius.*
14 *Iudex in ſententia an poſſit ſibi reſeruare tempus pœnæ.*
15 *Iudex an & quando poſſit pœnam moderare in delictis.*
16 *Iudex an poſſit minorare pœnam ſtatutariam, & ad quem ſpectat, & an inferior.*
16 *Magiſtratus maiores poſſunt iura tranſgredi, & non inferiores.*
17 *Iudex non poteſt moderare pœnam ſuper ſtatutum dicatur nullam aliam pœnam imponi poſſe.*
18 *Iudex ſi non poteſt ſuper crimine diſpenſare, non poteſt pœnam minuere.*
19 *Iudex latam ſententia non poteſt minuere pœnam.*
20 *Princeps poſt ſententiam poteſt minuere pœnam.*
21 *Pœna omnis eſt arbitraria in principe.*
22 *Iudex etiam ante ſententiam non minuit in crimine hæreſis.*
23 *Iudex minuit pœnam in eodem genere delicti, & non diuerſo.*
24 *Iudex non poteſt minuere pœnam parti applicandam.*
25 *Iudex non poteſt ſine cauſa minuere, vt cauſa exprimenda eſt in ſententia, niſi de cauſa conſtet exactis. num. 26.*
27 *Iudex in dubio an præſumatur minuiſſe pœnam ex cauſa.*
28 *Iudex an & quando poſſit pœnam minuere, & alterare, & an poſt ſententiam.*
29 *Iudex quando procedit per accuſationem, non poteſt pœnam minuere.*
30 *Iudex an, & quando poſſit minuere pœnam ſtatutariam.*
32 *Statuti verba ſi dirigantur ad iudicem imperatiuè, non poteſt pœnam minuere.*
32 *Clauſula ſaluo & reſeruato, quid operatur in ſententia.*

1 CIRCA Quartum † & vltimum, primò quæro quæ pœna erit imponenda facta diminutione pœnæ ex cauſis præcedentibus? dic quòd aut pœna diminuta reperitur ſtatuta, & tunc illa pœna imponi debet, vt in committēte homicidium ex laſciuia, aut culpa, cùm per quinquennium relegatur, vt in l. lege Cornelia. §. fin. ff. de ſicariis. idem in dante cauſam abortioni, vt in l. tertia. §. primo. ff. de ſicar. vbi etiā quinquennio relegatur, idem in faciente abortionem. l. Cicero. in fi. ff. de pœnis. & in l. diuus. ff. de extraordina. crimi. idem in marito occidente vxorem adulteram. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adulte.
2 l. prima. §. fina. ff. de ſicariis. & in ſimilibus à iure ſtatutis: aut † non reperitur ſtatuta, & tunc conſueta & ſolita imponi pro tali delicto imponenda eſt, vt per Bart. in dicto §. pœna grauior. verſiculo, quæro in criminalibus. & in l. hodie. poſt gloſ. ff. de pœnis.
3 & in l. fin. de priua. delict. Thom. Gram. in conſilio xxxix. ibi, ſi † conſueta non appareat, relinquitur arbitrio iudicis. Pat. in dicto verbo, pœna. verſiculo xiij. circa finem.
4 ibi, ſi pœna imponitur. Idem † dicas in augendo, quòd aut ſtatuta, & illa imponitur. dicta l. ſi quis. §. quæ abortionis. & in l. capitalium. §. famoſos. & §. ſolent. & dicta l. Cicero. in princip. ff. de pœn. in conſtit. mala noxia. & conſtitutio. amatoria pocula. aliàs conſue

conſueta in ſimilibus, arg.dictorum Barto.in §.pœna grauior.& Par.vbi ſuprà, vt par
5 & æqualis virtus ſit in augmento,& diminutione: ſin † autẽ conſueta non apparet,&
tunc mitior pœna erit infligenda,vt per Par.vbi ſuprà, verſiculo, an ſi. lo vltimo. circa
finem.Marſil.in conſilio xlviij.in fine.& conſilio cxxxij.in fine.& Thom. Gra.in dicto
6 conſilio xxxix.in fine.& minor † erit pœna, vt non corporalis imponatur, ſed pecu-
niaria,vt multa per Marſil.in pract.in §.quoniam,& in l.prima.§.diuus.ff.de ſicariis.&
in l.diuus.ff.de parricid.& in l.prima.C.de ſicariis.& in l.in lege.ff. eodem. & in pract.
in §.opportunè.& in conſilio xxiiij.& conſilio xxx.& conſilio xxxix. & conſilio xlvij.
& conſilio cxxxij.Par.in dicto tractatu.Thom.Gramma. in conſilio xxxvj. & conſilio
xxxix.& in voto xxiij.& in vo.quinto.in quibus locis plenè.& per eundem Thom.in
in deciſione octaua, & in deciſione xxv.ſub numero 13. plenè .& in deciſione xcvj. &
7 deciſione xcviij.in fine. Et † ſi fortè iudex nolit pecuniariam pœnam imponere, non
debet pœnam imponere vltra relegationem per quinquennium.argumenta ſupra di-
ctarum legum videlicet l.prima.in fine.l.tertia.§.primo.& l.lege Corne.§.primo. ff.de
ſicariis.dicto §.imperatores.& per Thom. Gramma. plenè in dicto vo.xxiij. & conſil.
ſupradictis xxxvj.& xxxix.& diximus ſuprà, de exceſſu in ſe defendendo.Et not.quòd
dixit Mathe.in conſtitutio. iudices.octauo notab. quod iudex poteſt recedere à pœna
communi.& imponere conſuetudinariam authoritate Bald.in l. Romanæ.C.quæ res
export.poſſ.Fallit in regno exiſtentibus,& apparentibus pœnis ſtatutis, nam illæ im-
ponendæ ſunt & non conſuetudinariæ cum illæ ſint ſublatæ in regno, cùm iuxta
conſtitutio.reg. iudicandum ſit, vt in proœm.conſtitut. & in conſtitutio.puritatem.
8 & ibi per Mathe.Multoties † verò ſolent condemnare ad remigandum in triremibus.
& quandoque ad tempus,& quandoque in perpetuum; & hodie talis pœna remiga-
tionis ſuccedit in locum pœnæ damnationis in metallum, vt dicit Capi.in deciſione
9 ſacri conſil.ciiij.vbi † pœna deportationis licet locum non habeat de iure, & non ſit
in vſu,tamen in regno propter inſulas multas eſt in vſu,& pœna remigationis, in lo-
cum pœnæ damnationis in metallum. Sed an Barones in regno habeant ius depor-
tandi in inſulas; videtur quod ſic, attenta opinione gloſſ. in l.illicitas. §.vetitas.ff.de
officio præſi.videlicet quòd præſes prouinciæ non poteſt deportare, non ex defectu
poteſtatis,ſed ex defectu inſularum,vt vbi præſes habeat inſulam poſsit deportare, &
hanc ſequitur Bartolus in l.relegatorum.in principio. ff.de releg. & Dynus.in reg.cui
licet quod plus.de regulis iuris in ſexto. Sed Barones habentes merum & mixtum
imperium ſunt præſides & iuſtitiarij in terra eorum, vt dicit Mathe. in conſtitutione,
pœnam eorum.ſecundo notabili.ſecunda quæſtione. Ergo ſicut præſes poſſet depor-
tare in regno propter inſulas quæ adſunt, vt dicit Capi. in dicta deciſione cliij.eodem
modo & Barones, cùm præſides ſint.Tamen in contrarium eſt veritas, nam Barones
non habent ius deportandi inconſulto Principe, aut eius vicario, niſi hoc ius habe-
rent conceſſum expreſsè in eorum priuilegiis. Nam ſiue attendamus prædictam opi-
nionem gloſſ. Dyn. & Bartol. ex quo Baro non habet inſulam, non poteſt depor-
tare, cùm omnes inſulæ ſint principis, & Baro & iuſtitiarius & præſes in terra ſua
tantum: ergo non poteſt deportare in inſulam quæ ſua non eſt, ſed principis eo in-
conſulto, bene tamen ſi inſulam haberet, attenta iſta ratione, poſſet deportare. Aut
attendimus etiam opinionem gloſſ.quæ magis eſt communis, vt ſit ex defectu pote-
ſtatis, vt præſes non poſsit deportare inconſulto principe,vt ſit de reſeruatis ipſi
principi, vt in dicto §. vniuerſas. dicit gloſſ. & habetur in l. prima.§. hi quibus. ff.
de legatis & fideicommiſſis tertio. & in l. ſecunda. §. primo. ff. de pœnis. & in l.
inter pœnas.& in l. relegatorum. in principio. ff.de releg.Pari modo non poteſt Baro

deportare, ne ſibi plus liceat in terra ſua, quàm præſidi in prouincia: ſiue etiam atten-
damus rationem Albre.in dicto.§.vniuerſas. qui dixit ideò non deportare præſidem,
ex quo nobilis deportatur in caſu quo plebeius capite & morte punitur, quem nobi-
lem deportare ſpectat ad ipſum principem, ideò eo inconſulto non deportatur, ex
cōſequenti minus baro, cùm ſpectet ad principem & eius vicarium & præfectum præ-
torio. In caſu tamen homicidij non procedit dictum Alber. ſeu eius ratio, ex quo iure
regni ita moritur nobilis ſicut plebeius, licet differant in qualitate & genere mortis,
nam plebeius furca ſuſpenditur, nobilis decapitatur, iuxta conſtit.reg. terminum vi-
tæ. & ita etiam quòd ex defectu poteſtatis tenet. Alber. in dicta locis, & in l.abſentem.
C.de pœnis. Et in ſpecie quòd baro non poteſt deportare dicit Math. in conſt. pœnam
eorum. in ij.quæſt.ij.not. in ea an barones habeant ius foriudicandi in parte affirma-
tiua, in iiij.arg. vbi dicit principem cōcedendo baroni merum, & mixtum imperium
concedit & ius foriudicandi licet non deportandi, cùm tantum videtur eſſe ſublatum
& denegatum ius deportandi, ergo ius foriudicandi, conceſſum videtur cum non re-
ſeruauerit, ſicut ius deportandi reſeruatum cenſetur, & ſic ſi eſt conceſſum ius depor-
tandi poſſet baro, aliàs non, bene tamen poteſt relegare, vt in locis ſuprà traditur ma-
10 ximè in d.l.relegatorum. Quid † ergo, ſi condemnatur ad remigandum, vel exulatur
& relegatur, nec tempus ponatur in ſententia, an perpetuò erit condemnatus, an ad
tempus? dic quod intelligatur per decennium, vt in l.ſine præfinito. ff.de pœnis. gloſ.
verò in cap.quamuis de pœnis. in ſexto dicit, damnatus ſimpliciter ad carceres, dicitur
in perpetuum, & non ad tempus, dic quod aut imponitur pœna pro delicto merente
pœnam perpetuam. & vſque ad mortem, & taliter intelligitur, vt per glo. in c.quam-
uis. aut minoratur ex cauſa, & tunc in dubio non expreſſo tempore intelligitur de
11 decennio, vide de hoc plenè, per Feli. in cap.ex literis. de conſtit.ij.conclu. aut † ratione
infirmitatis superuenientis: nam poteſt dimitti infrà tempus. l.in metallum. ff.de pœn.
12 dic & declara, vt per Par. in dicto tract. in verbo, condemnatio. verſic.iudex. videlicet
quod † ponat alium in eius loco, ideo condemnati ad remigandum ex cauſa, ſolent
emere ſeruum, & ipſi infirmi euadunt pœnam, ex cauſa tamen, & non aliter. dicta l.in
13 metallum. Nota tamen † in hoc quòd ſi condemnatus ad remigandum aufugiat à
trireme, non poteſt pater, frater aut filius capi ad remigandum ſub pœna, vt in c.reg.
14 incipien. Item prædicti admirati. An autem † iudex poſſit ſibi in ſententia reſeruare
tempus pœnæ? dic vt per Felin. in dicto §.ad corrigendos. verſi. verum autem tempus.
Et nota quòd quando ad tempus condemnatur ad remigandum, ſtatim elapſo tem-
pore capitaneus galeæ & triremis gratis, & abſque mandato ſuperioris debet con-
demnatum liberare, vt habetur in conſtitur. hi qui, & ibi Mathe. in viij.not. vbi ponit
15 formam literarum liberationis. Secundò † quæro an indiſtinctè iudex poſſit pœnam
delicti moderare? hoc tradit Felin, plenè in dicto §.ad corrigendos. vbi ponit ſex fal-
lentias, & primò in iudice delegato: nam non poteſt pœnam minuere, ſecundum
Archid. & Gemi. in cap.notandum. quæſt.j. Anton. poſt Ioan. Andr. in capit.quoniam
frequenter. §.fin. vt lite non conteſta. & in cap.de cauſis. de offic.delega. & Archid. in
§.ſuper. xvij.quæſt.iiij. quod declara, vt per Ludo. Roma. in ſingu.dclxxiij. per text. in
16 cap.in archiepiſcopatu. de rapto. In augendo † verò dicas non licere alterare pœnam
ſtatutariam minoribus magiſtratibus, ſed ſuperioribus, & maioribus licet iura tranſ-
gredi, & punire, vt per Panorm. & poſt eum apoſt. in cap.at ſi clerici. verſic. commen-
ſurandam. de iudi. Alexand. poſt Barto. in dicto §.pœna grauior. Marſi. in pract.§.dili-
genter. & in ſingu. ccxliiij. & in ſingu. cccxcvij. ita ergo intelligitur, quòd licet iura
17 tranſgredi, vt locum habeat in maioribus magiſtratibus tantum. Secundò † fallit, niſi

lex

lex,aut ſtatutum diceret nulla alia pœna imponatur,ſecundum Baldum in l.non du-
18 bium.C.de legi.illa enim eſt imponenda.Tertiò † fallit niſi eſſet iudex,qui ſuper crimi-
ne non poſsit diſpenſare, per glo.in cap.licet.de pœnis. quam ibi declara per docto.&
19 per Gemi.in cap.quoniam quidam.xviij.diſtin. Quartò † fallit, niſi eſſet lata ſenten-
tia:nam non poteſt minuere, ſed eandem minuère in ſententia, vel ante,vt per Innoc.
in dicto §.ad corrigendos.Anton.in cap.niſi ſpecialis.de offic.deleg.l.diui fratres.ff.de
pœnis.niſi ratione impotentiæ, vt per Marſil.in pract. in §.quoniam. & Pari. in dicto
20 verbo,pœna.verſic.licet. & verſic.an ſi.lo vlti.& in verbo,compoſitio. poſt † ſenten-
tiam verò ſolus princeps,dicta l.diui fratres. & per Mathe.in conſtitut. vſurariorum.
21 iiij.not.vbi ſecus in principe: nam etiam † poſt ſententiam,& quod ante per Mathe.
in conſtitut.pœnam nouem vnciarum.iij.not.iiij.quæſt.in principe autem omnis pœ-
22 na eſt arbitraria, vt per Thom.Gram.in vo.x. & quod ante ſententiam. reſtringe † in
cauſa, & crimine hæreſis.cap.vt in commiſsi.§.fin.de hæret.in ſexto.ſecundum Gem.
in dicto cap.notandum.ij. quæſtione.j. & in foro conſcientiæ. cap. ſuper his. de vot.
23 not.ibi glo. Quintò † fallit,& declara vt minuat iudex pœnam ordinariam in eodem
genere delicti, & non in alio, ſecundum Panorm.in cap.ſecundo. vltra medietatem,
24 de deli.puer. Sextò † fallit, niſi in pœna parti applicanda, ſecundum Gemin. in dicto
25 cap.notandum.hæ fallentiæ per Felin. vbi ſuprà. Septimò † fallit, quando ſine cauſa
minuit, cùm debeat cum cauſa minuere, imò inſpicere cauſam delicti,vt per Thom.
Gram.in conſilio lxiij.Pari.in dicto verbo,pœna.verſicu.licet.& verſic.an ſi.vbi quòd
cauſa inſeratur,& faciat ante ſententiam,& dic vt per Barto.in dicto §.pœna grauior.
26 vbi diſtinguit † aut apparet ex actis de cauſa, & in ſententia non eſt neceſſe cauſam
exprimere, quando ſe ad acta refert.aut non apparet, & cautius eſt vt apponatur, dic
27 ibi per Bartolum,& Baldum l.& ſi ſeuerior. In dubio † verò præſumitur ex cauſa fe-
ciſſe, vt per Specula.in titu. de accuſat. §.primo. verſicu.quid ſi iudex. ſi verò conſtat
ſine cauſa, inde efficitur infamis,ſecundum Hoſtien.in c.de cauſis. de offic.delega.per
text.in l.ſeruos.in fin.C.ad legem Iuli.de vi publ. & per Ludo.Rom.in ſingu.lxxix. &
per Felin. in dicto §. ad corrigendos. in fin. iiij.caſus & quod ſit inſerenda, plenè per
Felin.in cap.ſicut.verſicu.propterea.de re iudi.& vide per Mathe.in procem.conſtitu.
in princip.viij.not. & per Par.in dicto verbo, compoſitio. verſicu.an facta compoſi-
28 tione.& plenè vide † per Paul. Grilla.in tract.de relaxa. rubr.ſexta quæſtio. vbi an.&
quando poſsit iudex pœnam alterare, & minuere, & limitat niſi poſt ſententiam la-
tam:nam non poteſt,ſed in ſententia,& in ea declarare cauſam,quæ ſit iuſta, & in ſpe-
cie & non in genere,& per And.in cap.primo.in verſi.bona committentium.quæ ſint
rega.& ampliat in omnibus cauſis ordinariis,& extraordinariis, & in pœnis ſtatuto-
29 rum, & in acceſſoriis vt per eum ibi. Octauò † limita, & declara vbi iudex procedit
per denunciationem,vel inquiſitionem,ſecus ſi per accuſationem, nam tunc non po-
teſt pœnam minuere, ita dixit Hoſtien.in dicto c.in archiepiſcopatu. de rapto. & re-
fert,& ſequitur pro ſingulari. Marſi.in pract.§.conſtante. verſicu.quod tamen limita.
30 & in ſingu.cccccxxiiij.incipien. inquiſitio. Sed an † pœnam ſtatutariam iudex poſsit
minuere,dic vt per Pari. in dicto verbo,pœna.verſicu.quia multa.ibi, in pœnis iudex.
& an, & quando, aliqua per Marſi.in l.j. §.diuus. ff.de ſic.quando augere & quando
31 minuere poſsit, & vide † de pœna ſtatutaria minuenda, per Mathe.in conſtit.rapinas.
j.not.vbi limita, niſi ſtatuti verba dirigantur imperatiuè ad iudicem: nam tunc non
poteſt aliam pœnam imponere, quàm ſtatutariam. & an poſsit minuere pœnam con-
ſuetudinariam, dic vt per Felin.in cap.per inquiſitionem. in gloſ.alioquin.de accuſat.
32 quòd non. Vltimò † quid operetur clauſula in ſententia capitali, ſaluo & reſeruato,

dic plenè vt per Angel. in gloſſ. ſaluo & reſeruato. & Par. in verſiculo, pœna. verſicu an iudex. vbi vide an in corporalibus operetur, ſic etiam cum hac clauſula ſaluo ſemper & reſeruato maturiori, & ſaniori iudicio, circa præmiſſa, finem facio huic operi, & tractatui tam de homicidio, quàm aliis, in die feſtiuitatis omnium Sanctorum, in quo non per annum completum inſudaui ad totum præſens opuſculum intermediis familiaribus, & iudicialibus negociis, ego Ludouicus Carerius de Regio. V. I. D. minimus, ad gloriam, & laudem, & honorem Redemptoris noſtri, ſuæque piæ Matris virginis Mariæ, & omnium ſanctorum: in quo ſi quid bene dictum reperiatur, gloria, & honor ipſi redemptori, à quo cuncta bona procedunt, ſi autem nequam, & perperam, fraterna correctione cūctis ſubiicio legentibus: non autem canino dente mordendum.

Valete. Datum

1540.

# TRACTATVS DE HAERETICIS SEQVITVR EX TEXT. IBI, MATHEMATICORVM, CVM SVPRA, ET

*infrà dicetur, an mathematicus dicatur hæreticus, & matheſis, hæreſis ſit, ſumpta occaſione de hæreſi diſſeremus ad ſolatium.*

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreſis quid ſit & qualiter diffiniatur.*
2 *Hæreticus quis eſſe dicitur.*
3 *Hæreticus an dicatur ſi verba hæretica ioco & ludo proferãtur, & quid ſi cum pertinacia, numero 4.*
5 *Hæreticus non eſt niſi ſuus error habuerit principium & finem, & voluntas occulta non ſufficit.*
6 *Inquiſitori hæreticæ prauitatis, ſi liqueat de occulta voluntate per confeſſionem, punitur de hæreſi.*
7 *Hæreticus pertinax quis dicatur, vt puniatur.*
8 *Pertinacia relinquitur arbitrio iudicis.*
9 *Pertinacia vt puniatur debet eſſe obſtinata, vel cum perſiſtentia incorrigibili.*
10 *Hæreticus vt conſtituatur in pertinacia quot requirantur nominationes.*
11 *Hæreſis vnde dicatur & deriuetur.*

DE Hæreſi itaque verba facturi tanquam de grauiſsimo crimine. xxij.queſt.ij.cap.primo. & xxxiij.quæſt.vij.cap.quid in omnibus. Primò quid ſit hæreſis, & qui dicatur hæreticus, & vnde, dicemus. Secundò quot modis contrahatur hæreſis ſubnectemus, Tertiò de proceſſu hæreticorũ tractabimus.iiij.de pœnis hæreticorum, & eorum fautoribus, credentibus, & receptatoribus ſubiiciemus. Tractaturi itaq; de hæreſi, vt ſciamus quid ſit id de quo diſputaturi ſumus, ab eiuſdem definitione perfici neceſſe eſt. Cicer.in officiis unitâtes,
1 & in reg.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.primò videamus, quid ſit hæreſis. Hæreſis † igitur eſt deuiatio à fide Chriſti, & catholica religione cum pertinacia, vt probari videtur in l.omnes.C.de hære.iunctis clement.prima.§.porrò, de ſum.trinit. & fide catholica.& ibi dictis per Car.in princ.ij.q.text.in cap.dixit Apoſtolus.xxiiij.q.iij. tex.in cle. prima.§.fin.de vſur. Panor.in rubr. de ſum.trin. & fide cath. Iſer. dicto capit.primo.§.
2 quocunque licet nomine.de ſtatu.& conſue. contra liber.eccleſ. & per † Paul.Gril.in tract.de hære.in princ.in quibus dicitur hæreticum eſſe eum, qui non firmiter credit, & pertinaciter inſiſtit, debet ergo eſſe pertinax in opinione deuiante à fide: alias enim ſi diſputando dixerit contra fidem, non affirmando, non dicitur hæreticus, nec vt hæreticus puniri poteſt, vt dicit glo.in dicta l.omnes.& alij in locis ſuprà.& Cardi.in dicta clemen.prima.in fi.facit conſti.reg.in conſutilem circa fin.ibi, in erroris concepti conſtantia perſeueret, & Panor.in dict.rubr.& text. in d. c.dixit Apoſtolus. & cap.qui in
3 eccleſia.xxiiij. q.iij. Ideò † ſi ioco aut ludo verba hæretica proferãtur, nõ dicitur hæreticus, nec vt hæreticus punitur, vt dixit Car.in d.cle.j.in fi.& Iſer.in d. c.j.§.ſatisfactionẽ.
4 de ſtat.cõtra lib.eccl. Quòd † limita niſi cũ pertinacia aſſeueret, vt ſi dicat ſe habiturum

vxor

5 vxorem in alio ſeculo, vt per Car. in d. cle. j. §. nos. de ſum. Trin. Et dixit † Felin. in rub.
de hære. quòd hæreticus nõ eſſet niſi ſuus error habuerit principium; & complemen-
tum ad hoc, vt puniatur: aliàs ex ſola voluntate occulta, vt hæreticus puniri non po-
teſt, nam cùm non conſtet, eccleſia militans non habet eum pro hæretico, ita dixit
Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler. & Felin. in tract. de conſ. iij. fallen.
6 & in c. ad abolendam. de hære. niſi † fortè inquiſitori hæreticæ prauitatis liqueat de
tali voluntate per confeſsionẽ hæretici, cùm talis mentis cogitatio probari non poſsit.
Anan. in cap. ſi quis epiſcopus. de hære. & in c. conſuluit. de vſu. & per Franc. ponzi. in
tract. de lam. ver. vj. & in verſi. vij. & ibi declara quando confeſsio fuiſſet veriſimilis, &
non æquiuoca. licet quo ad Deum ſola voluntas ſufficiat. c. excommunicamus. §. cre-
dentes. de hære. glo. in c. j. xxiiij. quæſt. j. Car. in clem. j. in princ. iij. quæſt. de vſu. Mar. in
l. qui falſam. iiij. caſu. ff. de falſ. requiritur ergo principium & complementum expreſ-
7 ſum patens vt puniatur, facit l. cogitationis. ff. de pœnis. Pertinax † autem hæreticus
dicitur qui dat pecuniã ſecretò inquiſitoribus, ne puniatur. Bar. in l. tutores. ff. de ſuſp.
tut. eodem modo pertinax dicitur, ſi epiſcopo, inquiſitori, aut theologo non credit,
dum eum corrigunt, Bart. & Nic. de Neap. in l. iij. §. tutores. ff. de ſuſp. tu. per glo. ibi di-
centem pertinacem dici, iudici non obedientem. Compo. in clem. j. §. fin. de vſu. & no.
8 gl. in clem. j. in ver. pertinaciter. de ſum. Trin. licet † aliàs pertinacia relinquatur iudicis
arbitrio, vt per Ioan. And. in c. ſi diligenti. de for. compet. Felin. in d. rubr. de hære. & in
c. qualiter, & quando. de accuſa. & dicit glo. in d. clem. j. §. ſanè. de vſur. & can. dixit.
9 xxij. quæſt. penul. quòd † talis pertinacia debet eſſe obſtinata, vel cum perſiſtentia in-
corrigibili, facit d. conſti. inconſutilem. ideò error hæretici debet habere complemen-
10 tum, vt ſuprà, quot † autem monitiones requirantur ad conſtituendum in pertina-
cia, per Mathe. in d. conſtit. inconſutilem. in glo. commoniti. & glo. in c. dixit Apoſto-
11 lus. Hæreſis † autem dicitur ab electione erroris. can. hæreſis. xxiiij. quæſt. iij. vel ab erro
erras, vel ab adhæreo, quia adhæret opinioni eorum, vel ab herciſco, quod idem eſt,
quòd diuido, quia ab vnitate eccleſiæ ſunt diuiſi; ſic ff. fam. herciſc. j. diuidundæ, vt in
diuidundæ; vt in rub. not. & hæc conuenit, vt dicitur in dicta conſtit. inconſutilem. in
princip. ibi vocabuli vitio ſeruientes, quod ſignificationem diuiſionis enunciat, & ibi
glo. Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. j. Archid. in c. ij. eod. tit. in vj. Thom. ij. ij. quæſt. xix. & xj.
quæſt. & in iij. ſenten. diſp. xiij. quæſt. ij. Panor. in c. firmiſsimè. in j. glo. de hære. & Felin.
in d. rub. eod. tit. facit. c. inter hæreſim. ibi, pariter ſeparari. xxiiij. quæſt. iij. probatur in
l. ſi duas. in princip. ibi, hæreſes leges. j. diuidentes. ff. de excuſa. tutor. Hoſtien. in ſum.
eod. tit. in prin. Iſer. in c. j. §. pactarenos. de ſtatutis contra libertatem eccleſiæ. & Math.
in d. conſtitut. inconſutilem. ij. notab. & Pau. Gril. in d. tract. de hære.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreſis contrahitur abnegando, & impugnando myſteria ſacroſanctæ eccleſiæ, deuiando à fide & religione catholica.*
2 *Hæreticus dicitur leuiter aduerſando myſteriis eccleſiæ.*
3 *Hæreſis contrahitur tacendo, & non defendendo in fauorem fidei.*
4 *Hæreſis cõtrahitur adhærendo opinionibus, vel defendẽdo opiniones reprobatas ab eccleſia.*
5 *Hæreſis eſt dubitare in myſteriis eccleſiæ, cùm dubius in fide ſit hæreticus.*
6 *Hæreticus eſt dubius in fide, quando eſt pertinax, & perſeuerat in dubitatione.*
7 *Hæreticus non eſt dubius in fide, quando paratus eſt ſe corrigere, ſi aliud ſentiat eccleſia.*
8 *Hæreticus non eſt dubius in fide per ſimplicitatem.*
9 *Hæreticus non eſt dubius in his quæ ad ſalutem non attinent.*
10 *Hæreticus non eſt dubius in fide propter opiniones doctorum, & theologorum.*

11 *Hæreſis propriè contrahitur, quando contra fidem, & myſteria eccleſiæ, in aliis largè dicitur hæreticus.*

12 *Hæreſis eſt aſſerendo cum pertinacia vſuras eſſe permiſſas.*

13 *Hæreticus eſt qui peruerſum dogma, vel falſas, & nouas gignit opiniones.*

14 *Hæreticus non eſt aſſerens ioco, vel lapſu linguæ vſuras eſſe permiſſas, ſed extra ordinem punitur.*

15 *Hæreticus eſt affirmans vſuras eſſe permiſſas etiam in vno nummo.*

16 *Papa an poſſit diſpenſare ſuper vſuris.*

17 *Hæreſis non eſt affirmare vſuras eſſe permiſſas inter iudæos, aut iudæos & Chriſtianos.*

18 *Vſuras licet exercere inter iudæos iudæis, & etiam cum Chriſtianis.*

19 *Fœnerari licet hoſti ad hoſtem.*

20 *Hæreticum non eſt ſi iudæus aſſerat inter Chriſtianos eſſe permiſſas vſuras.*

21 *Hæreſis non eſt aſſerere permitti exigi vſuras ab hoſte, & inimico fidei.*

22 *Hæreſis non eſt aſſerere vſuras eſſe permiſſas in caſibus licitis.*

23 *Hæreſis eſt ſi recuſet iurare, putans iuramentum continere turpitudinem.*

24 *Hæreſis eſt aſſerendo vſum paupertatis non includi ſub voto euangelicæ paupertatis.*

25 *Hæreſis contrahitur aſſerēdo non poſſe pœnitere eũ qui vixit in peccatis vſque ad ſenium.*

26 *Hæreſis eſt denegando poteſtatem papæ dimittendi peccata.*

27 *Hæreſis eſt aſſerendo Imperatorem non eſſe dominum, & monarcham totius orbis.*

28 *Hæreſis eſt gignendo alium ſenſum, quàm ſpiritus ſanctus dictet.*

29 *Hæreſis contrahitur aſſerendo fornicationem, non eſſe peccatum mortale.*

30 *Hæreticus eſt, & vt hæreticus punitur, recuſans ſe purgare dum de hæreſi inquiritur.*

31 *Hæreticus eſt defendens hæreſim, & aduocando, & patrocinando pro hæretico hæreſim defendendo, & quando.*

32 *Hæreticus eſt credendo hæreticis, & quando dicatur hæreticus, & quid ſi dicat credere quod credit mater eccleſia.*

33 *Hæreticus eſt ſi ſteterit per annum in excommunicatione.*

34 *Hæreſis ſuſpicio inducitur per contumaciam ex alia cauſa quàm hæreſi.*

35 *Hæreſis in cauſa qualiter procedatur contra contumacem.*

36 *Clericus excommunicatus pro cauſa ciuili non priuatur beneficiis ſi ſtaret per mille annos, & non compareret.*

37 *Hæreticus eſt qui elapſo anno non receperit communionem.*

38 *Hæreſis contrahitur per inuocationem dæmonum, & per ſortilegia, & quando dicatur hæreticus inuocans dæmonia per ſortilegia.*

39 *Hæreſis an & quando contrahatur per ſortilegia, & inuocationem dæmonum.*

40 *Hæreſis contrahitur idolis ſacrificando, & quando, & an inquiſitor hæreticæ prauitatis cognoſcat.*

41 *Hæreſis an ſit credere noctis tempore homines incedere de nocte cum diana, vel Herodiade dea paganorum.*

42 *Hæreſis eſt credendo alium poſſe transformare creaturas quàm ipſum Deum.*

43 *Mulieres de nocte incedentes an corporaliter, an præſtigialiter incedant.*

44 *Blaſphemando an hæreſis contrahatur.*

45 *Hæreſis contrahitur oppugnando priuilegia Romanæ eccleſiæ.*

46 *Hæreſis contrahitur contemnendo ſtatuta, mandata, & canones eccleſiæ.*

47 *Eccleſiæ Romanæ contraueniens qualiter puniatur.*

48 *Hæreſis contrahitur aſſerendo plures eſſe poſſe vicarios Chriſti.*

49 *Hæreſis contrahitur aſſerendo papam in temporalibus non habere poteſtatem, ſicut in ſpiritualibus.*

50 *Hæreſis an & quando contrahatur per ſimoniam.*

51 *Hæreſis an & quando contrahatur per ſchiſma, & an ſchiſmaticus hæreticus ſit, & quando, num. 53.*

52 *Hærſis in quo differat à ſchiſmate.*

54 *Hæreſis contrahitur auferendo priuilegia eccleſiæ.*

55 *Hæreſis contrahitur aſſerendo peccata remitti à ſolo Deo abſque myſterio clauium.*

56 *Hæreſis contrahitur ſi officialis requiſitus denegauerit præſtare auxilium, & brachium contra hæreticos.*

57 *Hæreſis contrahitur aſſerendo non eſſe infernum nec paradiſum, ſed animã eſſe mortalem.*

58 *Hæreſis contrahitur aſſerendo decimas non deberi clericis, & prælato.*

59 *Decimas qualiter compellantur ſoluere iure canonum, & regni.*

60 *Hæreſis cõtrahitur per apoſtaſiã, vt quia maſrimoniũ publicè cõtrahat exiſtẽs in religione.*

61 *Hæreſis contrahitur per perceptionem & celebrationem cum hoſtia non conſecrata, & an dans hoſtiam non conſecratam puniatur.*

62 *Hæreſis cõtrahitur aſſerendo & negãdo non exiuiſſe ſanguinẽ & aquam ex latere Chriſti.*

63 *Hæreſis contrahitur aſſerendo animam eſſe ſanguinem, & generari ex præſacẽis materia.*

64 *Hæreſis contrahitur aſſerendo pertinaciter hiſtorias biblia eſſe falſas.*

65 *Hæreſis an & quando contrahatur per contumaciam.*

66 *Hæreſis contrahitur perſiſtendo in notorio crimine, & nolendo ſe corrigi.*

67 *Hæreſis contrahitur recuſando purgationem in cauſa hæreſis.*

68 *Hæreſis contrahitur credendo hæreticis.*

69 *Hæreſis contrahitur ſi epiſcopus inſtituat heredem conſanguineum, aut paganum heredes.*

70 *Hæreſis contrahitur per receptionem, fauorem, & defenſionem hæreticorum.*

71 *Hæreſis an & quando contrahatur per confractionem imaginis crucifixi, virginis, & ſanctorum.*

72 *Hæreſis an contrahatur per inuocationem dæmonis ad luxuriam, vel alios actus.*

73 *Hæreſis an & quando contrahatur per apoſtaſiam, maximè perfidia.*

74 *Hæreſis contrahitur credendo opinionibus reprobatis.*

75 *Hæreſis contrahitur aſſerendo Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo.*

76 *Hæreſis contrahitur abiurando hæreſim, & poſteà reincidendo in hæreſim.*

77 *Hæreſis contrahitur ſi recuſaret officialis obſeruare ſtatuta, & canones approbatos ab eccleſia.*

78 *Hæreſis contrahitur aſſerendo ſubſtantiam animæ intellectiuæ non eſſe formam per ſe humani corporis.*

79 *Hæreſis contrahitur ſequendo errores illorum de alemania.*

80 *Hæreſis contrahitur cùm poteſt reuocare ab errore errantem in fidem, & non reuocat.*

81 *Hæreſis contrahitur faciendo nouam ſectam contra fidem.*

82 *Hæreticus dicitur qui contra fidem Chriſti, & articulos fidei & contra præcepta, & dogmata eccleſiæ & conſiliorum eiuſdem pertinaciter aſpirat, extraneum ſenſum gignendo, quàm ſpiritus ſanctus dictet.*

1 CIRCA Secundum † hęreſis multis modis contrahitur. & primò quando deuiatur à fide Chriſti, & religione catholica, & myſteriis ſacroſanctæ Rom. eccleſ. abnegando, aut impugnando quicquid continetur in l. nos redemptos. poſt l. inter claras. C. de ſum. trinit. & fide catho. & in cap. primo. & in capi. damnamus. eodem tit. & in cap. primo. eo. in vj. & in clementina prima. eod. & xxiiij. quæſt. prima. cap. hæc eſt fides. Pan. in rub. de ſum. trin. poſt gloſſ.

vbi

vbi de articulis fidei,& Boni.in titu.de hære. & quicquid continetur in ſymbolo apo-
ſtolorum,& Anathaſij, in quibus principaliter conſiſtit fides Chriſti , & religio ca-
tholica,& per Panor.in dicto cap.damnamus.& per Felin. in dicta rubr. de hæreti. vel
ſacramenta & myſteria eccleſiæ impugnando,de quibus in cap.ad abolendam.de hę-
ret.& not.in cap.veniens.de tranſact.& per Ioan.And.ſuper rubr. de ſacra.non reitet.
Dec.in conſil.clj.Panor.in dicto cap.ad abolendam.primo not.& Feli.ibi.primo not.
& in rubr.de ſum.trin.Bald.poſt Azo.in rubr.C.eodem. & Math. in dicta conſtitutio.
inconſutilem.quarto nota.& de his duobus,per Panor.poſt Hoſtien. in c. firmiſsimè.
2 de hær.& Dec.in dicto conſi.clj. Amplia † etiam leuiter prędictis aduerſando leui arg.
dicta l.omnes.in fi.Iſern.in dicto cap.primo.§.diffidamus.verſic.ſed an omnes.& in §.
quocunque nomine.poſt Hoſti.in ſum.eod.& publicè diſputando,vt in cap.ſecundo.
§.primo.de hære.in ſexto.Iſer.in dicto ca.j. §.ſatisfactionem.& dicendo contra fidem.
3 xxiiij.quæſt.prima,can.hæc eſt fides.Amplia † etiam tacendo , & non defendendo in
fauorem fidei,vt in cap.ij.de hære.& not.glo.in c.j.verſic.aſſerere.de ſum.trinit. in vj.
& prædicando,vt per Iſer.in d.§.ſatisfactionem.& dicendo.xxiiij.q.j.can. hæc eſt fides.
4 Idem † hæreticus eſt,adhærendo opinionibus illorum qui habentur in cano.quidam.
xxiiij.q.iij.& in l.arriani.& in l.quicunque.C.de hære.& mathema. quorum opiniones
deuiant à fide Chriſti,& myſteriis,& ſacramentis eccleſiæ , vt in canon. hæreticus eſt.
xxiiij.q.iij.not.gl.in cap.quicunque.in gl.euticetis.C.de hære.idem etiam defendendo
uorum opiniones,vt in can.gallorum.xxiiij.q.iij.& cap.qui in eccleſia. & c.qui alio-
rum. ea.q.Panor.in c.damnamus.de ſum.trini.Iſer.in dicto cap. primo. §.quocunque.
5 poſt Hoſt.eo.& de hęre.in c.excommunicamus.in fi.& cap.ſicut eo.Amplia † prædicta
nedum locum habere quando expreſſe impugnat,aſſerens cõtra prædicta,& non cre-
dens,ſed etiam ſi in his dubitat:nam dubius in fide hæreticus eſt,vt habetur in cap.j.de
hære.& ibi per Pan.Hoſt.in ſum.eo.Iſer.in d.c.j.§.ſatisfactionem.Pau.Gril.in d.tra.de
6 hæret.Quòd † tamẽ declara,& limita quatuor modis,vt ibidẽ per Fel.in d.c.j.de hęret.
& primò,vt locum habeat in dubitatione habẽte in ſe firmitatem animi , & quandam
pertinaciam,vt quia perſeuerat in dubitatione illa,ſecus tamẽ in ſimplici dubitatione,
& dubietate proueniente ex primis motibus,quibus nõ aſsiſtat, ſed potius reſiſtat af-
firmando fidem catholicã,tunc enim non dicitur hæreticus,ſed potius meretur quàm
demereatur,cùm primi motus non ſint in poſſe hominum,vt philoſophus ait. vj. diſt.
cap.ſed penſandum.de pœn.diſt.ij.c.j.& c.ſciendum. & capit.tentatio. ita Ioan. Andr.
7 & Panor.in d.c.j.Limita † ſecundò,niſi quis expreſsè erraret dubitãdo de fide , tamen
paratus eſſet ſe corrigere,ſi aliud eccleſia teneret.nam referendo ſe ad fidem eccleſiæ,
hæc eſt fides ſua,& non alia,vt not.in cap.ij.de ſum.trinit.& in d.c.hæc eſt fides. xxiiij.
q.j.& in d.l.& nos reddentes.& ſeq.C.de ſum.trinit.Panor.in d.c.j.facit gl.in c. ſi papa.
xl.diſtinct.& xx.diſtinctio.§.nunc autem.& in cano.dixit apoſtolus. xxxiiij. quæſt. iij.
8 & in c.ſchiſma.xxiiij.quæſt.prima.Iſer.in d.§.ſatisfactionem. Tertiò † limita niſi quis
eſſet dubius,& erarret per ſimplicitatem,vt quia crederet patrem maiorem filio,vt di-
cit Bald.in rubr. C. de ſum. trinit.& Panor.in rubr.eo. poſt Inno. & per Cardin.in cle-
9 ment.prima.& in clementina fin.de vſu.Quartò † limita niſi quis dubitaret, vel tene-
ret aliquid in his quæ ad ſalutem non attinent,text.& gl.in cap.in quibus.xxij. q.ij. vi-
delicet, ſi tenere, aut dubitaret an planetæ moueantur contra firmamentum, an cum
10 eo quod ad ſalutem non attinet.Quintò † limita niſi eſſent opiniones inter doctores
eccleſiæ & theologos. nam eligẽs vnam opinionem magis quàm aliam, non eſt hære-
ticus , ſecundum Innoc.in capi.innitaris.de conſtitut.Bald.in l.captatorias. verſiculo,
ideò conſulo.C.de teſta.mil.quod tamen intellige,vt per Ioan. de ſantu. poſt Archi.in
cap.hæreſis.xxiij. quæſt.iij. niſi alia opinio eſſet circa pertinentia ad fidem , & prædi-

11 ctis modis †duobus, quando contra fidem & myſteria eccleſiæ, propriè & ſtrictè con-
trahi dicitur hæreſis, in cæteris & ſequentibus, largè, vt per Panor. in d.c. firmiſsimè.
in j. glo. & ibi per Felin. de hære. allegat glo. in §. ea verò. xxiiij quæſt. iij. Card. in dicta
clem. j. de ſum. Trinit. §. porrò. pulchrè Hern. in d.c. j. §. diffidamus. verſi. ſed an omnis
hæreticus. de ſtatu. contra lib. eccleſ. vbi quis propriè & ſtrictè videtur hęreticus, poſt
12 Hoſtien. in ſum. eod. Item †hæreſis contrahitur affirmando, & tenendo pertinaciter
vſuras eſſe permiſſas, nec eas exercere peccatum eſſe, cùm hoc ſit contra doctrinam
euangelicam, & dogma eccleſiaſticum. c. iij. & c. cùm inter. de vſur. Pan. in c. mandato.
de ſimo. & in c. quia in omnibus. de vſur. & in conſtit. regni vſurariorum. & ibi Math.
xix. not. hoc eſt quod dicit text. in clem. j. verſic. ſanè. de vſur. Paul. Grillan. in d. tractat.
13 de vſur. pro quo facit c. hæreticus. & can. inter ſchiſma. xxiiij. quęſt. iij. hęreticus †enim
eſt, qui peruerſum dogma, vel falſas, aut nouas tenet, & gignit opiniones, aut ſequi-
tur, vt not. glo. in d. clem. j. in verſic. hæreticum. cùm ergo hoc ſit contra dogma eccle-
ſiæ, meritò hæreticus eſt, & in hæreſim incidit, hoc affirmans circa vſuras: intellige
14 tamen † ibi, per Card. in fin. quando pertinaciter hoc affirmaſſet, non autem ſi in lu-
brico & lapſu linguæ, aut ioco: tunc enim non punitur, vt hæreticus, ſed extraor. vt
per eum. Bald. in l. ij. & in authen. ad hæc. C. de vſur. Iaſ. inſtit. de actio. §. fuerat. & in
repetit. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. Mathe. in d. conſtit. vſurariorum. xvj. not.
15 j. quæſt. Amplia † etiam in vno nummo, ſi affirmaret peccatum non eſſe, vt inquit
Bald. in d. auth. ad hæc. & Iaſ. in d. §. fuerat. imò vt ibi dicit Bald. omnes conſuetudines
& ſtatuta caſſantur etiam in vno nummo, vt dicit d. clem. j. Paul. de Caſtr. in conſil.
ccclxxvij. Ang. in conſi. lxxxviij. Anchar. in conſi. cccxxxij. Lud. Andr. in tract. de vſur.
16 quæſt. clviij. Et papa † in hoc diſpenſare non poſſet, ex quo contra ius diuinum, ve-
tus, & nouum teſtamentum. c. ſuper eo. de vſur. Feli. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt.
17 Limita tamen †& declara inter chriſtianos: tunc enim hæc affirmare hæreſis eſt, & ita
intelligitur d. clem. j. ſecus tamen inter iudæos, aut inter iudæos & chriſtianos: nam
hæreſis non eſt, & ita intelligit. d. clem. j. Iaſ. in dicta l. cunctos populos. in ij. leg. nam
18 inter †iudæos, & cum chriſtianis, licet iudæis exercere vſuras ex papæ diſpenſatione,
plenè proſequitur Iaſ. in d. l. cunctos populos. in vtraque lectura, & Math. in d. conſt.
vſurariorum. xij. no. vbi plenè an papa poſſet diſpenſare, & an rex in regno ſuo poſſet
permittere, de quo ibi in d. clem. j. per Car. xv. quæſt. & Alexand. in conſi. lvij. j. volu. &
in conſi. j. conſil. cvij. ij. vol. Anton. de Prato vete. inter conſilia Alexan. in conſil. xlix.
iiij. volum. Archid. tamen in can. hac ratione. xxxj. quæſt. j. declarat quando aliter ſine
ſcandalo vitari non poſsit, de quo per Iaſ. in d. l. j. & Mathe. in d. conſtit. vſurariorum.
19 xij. not. & per Ioan. de Arno. in ſolilo. xxxij. & limita † in hoſte: nam hoſti ad hoſtem
20 licet fœnerari: vt per Ioan. de Arno. in proble. v. tempera † niſi iudæus hoc dixerit, &
tenuerit inter chriſtianos, ita Card. in dicta clem. j. §. fin. xix. quæſt. poſt glo. clxj. de vſu.
21 aliàs iudæos licet errare in fide, & ſacramentis eccleſiæ. Limita †ſecundò de vſura, niſi
quis affirmaret vſuras poſſe exigi ab hoſte inimico fidei, & cui nocere poſſemus, vt
dicit textus, in cap. ab illo. decima quæſtione quarta. iuncta glo. Anan. in c. j. de vſur.
Ludo. Rom. in l. ſi verò. §. de viro. xv. fallen. ff. ſol. matr. Marſi. in l. j. §. præterea. verſicu.
22 alius eſt effectus inimicitiæ. ff. de quæſt. Limita †etiam in aliis caſibus à iure permiſsis,
vt c. conqueſtus. & cap. ſalubriter. de vſur. Iaſ. in d. §. fuerat. & in d. l. cunctos populos.
& Mathe. in d. conſtit. vſurariorum. & per doct. in l. ſi inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matrim.
Ludo. de Vrbe. in conſi. ccccclxxiij. Ancha. in conſi. cxxxviij. Bald. iuni. in tract. de dot.
vij. par. ij. priuilegio. Camp. eod. tract. de dot. in j. aut ij. par. Mathe. in deciſi. cclxxxiiij.
& deciſi. ccxcj. & caſus enumerat Socin. in tract. fallen. in verſic. accipere vltra ſortem.
23 & per docto. in dicto §. vſuras. Item †hæreſis eſt & contrahitur, ſi quis noluerit iurare,
putans

putans iuramentum habere in ſe malum, vt per Panorm. poſt Hoſtien. in cap. excom-
24 municamus. in fin. de hæret. Item contrahitur † hæreticus hodie aſſerendo vſum pau-
pertatis non includi ſub voto euangelicæ paupertatis, quòd dicere hodie hæreticum
eſt, & temerarium iudicatur, vt habetur in clem. exiui de paradiſo. verſi. dicere autem.
25 de verb. ſignific. Item hæreſis † contrahitur, ſi dicatur non poſſe pœnitere eum qui
vſque ad ſenium vixit in peccatis, nec ſeruari poſſe, cùm dicatur in cap. is qui. xxvj.
quæſt. vj. quòd quandocunque conuerſus ingemuerit, ſaluus erit, ita Oldra. in conſil.
cclxxj. & Dec. in conſil. cxxxvij. & Felin. in c. excommunicamus. de hæret. Item hære-
26 ſis contrahitur † aſſerendo papam non habere poteſtatem dimittendi peccata, cùm
Petro dixit Saluator, quodcunque ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cœlis, &
quodcunque ſolueris ſuper terram, ſolutum erit & in cœlis. xxiiij. quæſt. j. can. manet.
& c. quodcunque. xj. diſtin. & 50. diſtin. c. conſiderandum. not. in cap. ſignificaſti. de
electio. Mathe. xvj. c. cùm vices dei gerat in terris. c. j. & iij. Oldrad. in conſil. cclxxj. &
Deci. in d. conſil. cxxxvij. Felin. in d. c. excommunicamus. Iſern. in d. cap. j. §. ſatisfactio-
27 nem. in princ. Item contrahitur † hæreſis, ſi dicatur imperatorem non eſſe dominum
& monarcham totius orbis, cùm dicatur in Euangelio Lucæ. ij. cap. exiit edictum à
Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & Chriſtus cognouit Cæſarem
Imperatorem, vt dicitur in Euangelio, reddite quod Dei, Deo, & quod Cæſaris, Cæſa-
ri. Paul. ad Rom. xiij. cap. in extrauagan. ad reprimendum. in princip. & ibi glo. & de
tranſla. epiſ. c. apoſtolicæ. §. nos. de re iudi. clemen. j. de magiſtris. & clemen. j. de ſenten.
excommunic. in princ. & ibi per Card. & per Bart. in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtli. reuer.
facit l. cùm deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & l. bene à Zenone C. de quadr. præ-
ſcrip. loquitur tamen Bart. per verbum fortè, cùm apoſtolus narret facti contingen-
tiam, vide plenè per Iaſ. in d. repet. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. vbi dicit quòd
Bald. in c. ſolitæ. de mai. & obed. tenet contra Bart. & Panor. in c. nouit. de iudi. in fin.
28 & glo. Item † contrahitur hæreſis per nouum ſenſum, & opinionem in ſacra ſcriptu-
ra, aliter intelligendo quàm ſenſus ſpiritusſancti flagitat. cap. dixit. & ſeq. xxiiij. quæſt.
iij. & cap. quidam. in fin. & cap. hæreſis. & ſequen. ead. quæſt. text. in clem. j. §. porrò de
ſumma Trin. Iſern. in d. c. j. §. diffidamus. verſi. ſed an omnis hæreticus. & in §. quocun-
29 que nomine. Mathe. in conſtit. inconſutilem. xvj. not. vj. quæſt. Item † hæreſis contra-
hitur aſſerendo fornicationem, non eſſe peccatum mortale, ſed licere fornicari, cùm
dicat apoſtolus ad Gal. v. & ad Epheſios, vt non liceat fornicari. Ioan. And. in mercu.
in reg. ſine culpa. ccxxxij. quæſt. iiij. can. nemo. not. glo. in clemen. ad noſtram. verſ. vij.
vbi text. in hoc, & glo. refert Thomam ita tenere, de hære. facit, nomine mœchę conti-
netur fornicatio. xxxij. quæſt. iiij. c. meretrices. ſed in ſupradictis dicitur non mœcha-
beris: ergo eccleſia prohibet fornicationem, nedum cum non ſoluta, ſed etiam cum
ſoluta: ex prædictis ergo contrarium affirmans, ſi ſe non corrigat, hæreticus eſt. c. qui
in eccleſia. xxiiij. quæſt. iij. ita Mathe. in dicta conſtitu. inconſutilem. xvj. not. v. quæſt.
30 Iſer. in c. j. §. ſatisfactionem. verſic. ſi quis autem. Item † contrahitur hæreſis, ſi contra
hæreticum, ſeu accuſatum de hæreſi non ſint plenæ probationes, ſed indicia, taliter
quòd neceſſaria eſſet purgatio, & petatur purgatio, & accuſatus recuſet, talis vt hære-
ticus punitur, vt not. glo. in d. c. excommunicamus. §. adiicimus. de hæret. in c. ad abo-
lendam §. qui verò. eod. tit. per Mathe. in d. conſtitu. inconſutilem. xviij. notab. verſic.
quid autem. Felin. in d. c. excommunicamus. ver. not. §. excommunicamus. Item hære-
31 ſis contrahitur † ſi quis defenderit hæreſim, & pro hæretico aduocaret animo hære-
ſim defendendi, nolens hæreticum ita contra fidem, & ſacramenta ſentientem puniri,
aut fortè ipſum liberauit, & fecit quòd non perueniat in manus iudicum, tunc enim
hæreticus talis eſt, arg. l. iiij. ff. ad legem Iul. maie. nam tali crimine tenetur qui fecit, vt

hoſtis non perueniat in manus populi Romani, vel Regis: ſecus tamen ſi ſimpliciter
præſtitiſſet patrocinium, & aduocationem, vt quia defendebat, non quia hæreticus,
ſed ob aliam cauſam, vt ſeruitiorum, tunc licet puniatur, ex quo in cauſa hæreſis pa-
trocinatur, & defendit, vt in conſtitutio. inconſutilem. in fi. non tamen hæreticus eſt,
nec vt hæreticus punitur, ita Iſern. in dicto cap. primo. §. diffidamus. verſic. quid ſi mo-
neas hæreticum, vt non veniat ad locum vbi eſt iudex, vt puniat eum. & in §. ſatisfa-
ctionem. & per Mat. in dicta conſtitutio. inconſutilem. xxv. notab. & de aduocatione
32 traditur per Angel. in glo. Andr. auxiſia. & in apoſti. per Auguſtin. & alios. Item † hæ-
reſis contrahitur credendo hæreticis, nam tunc hæreticus eſt, & punitur pœna dictæ
cōſtitut. inconſutilem. ſecus tamen ſi credat hæreticis, ſed dicat ſe credere, quòd credit
ſancta mater eccleſia, tunc enim hæreticus non eſt, nec punitur vt hæreticus, ſecun-
dum Innocen. & Panor. in cap. primo. de ſumma trini. ſed punitur pœna conſtitutio.
pactarenorum. ita ibi Mathe. in princ. facit capit. damnamus. in fi. & can. hæc eſt fides.
xxiiij. quæſt. ſecunda. & l. nos reddentes. C. de ſumma trinit. Panor. in fi. rubr. eod. titu.
& vide in cap. accuſatus. §. ille. de hæreti. Ioan. Andr. in rubr. de ſortileg. Item contrahi-
33 tur † hæreſis, ſi quis ſteterit per annum in excommunicatione, aut per biennium, vt
not. in cap. fin. de pœnis. habetur vt in cap. vt inquiſitionis. in fi. de hære. in ſexto. Spec.
in tit. de hære. verſic. eodem modo. Panor. in cap. ab excommunicato. in fi. de reſcript.
& in cap. inſinuatum. in glo. fi. de ſimo. & in authen. gazaros. eodem tit. de hæreti. & in
corpo. vnde ſumitur. gl. in cap. ad apoſtolicæ. in §. de hæreſi. in gloſ. de hæreſi. de re iud.
in ſexto. & per Bartol. in l. credentes. C. de hæret. & in l. quæramus. & poſt eum Alex.
ff. de teſtamen. & per Matheſil. in dicta conſtitut. inconſutilem. in fi. xviij. not. verſicu.
quid autem. facit quod not. in cap. cùm contumacia. de hære. in vj. & in cap. rurſus. in
cap. quicunque. xj. quæſt. tertia. & in cap. primo. de iudic. Panor. in c. grauem. de pœn.
quod eſt fin. tertio not. & in gl. hæreticæ prauitatis. poſt Hoſtien. ibi, & alios. vbi vide
diſtinctionem quòd aut eſt excommunicatus pro cōtumacia in cauſa hæreſis, & tunc
elapſo anno eſt verus hæreticus, & vt hæreticus punitur, dicto cap. cùm contumacia.
34 aut pro † contumacia in alia cauſa, & tunc inducitur ſuſpitio de hæreſi, quæ tamen
purgari poteſt, vt ibi in dicta gloſſ. & per Felin. in dicto cap. firmiſsimè. & in dicto cap.
excommunicamus. de hære. & per Panor. ibi, poſt Hoſtien. verſic. in ea. & verſic. item
35 quærit. & ibi † qualiter procedatur ad ſententiam contra iuſtum cōtumacem, & quot
citationes requirantur, & per Paul. Gr. l. in dicto tract. de hære. in viij. quæſt. Bonifa. in
dicto tit. de hære. & vide per eum. dicto cap. primo. poſt annum. de ſtat. contra lib. eccl.
vbi de pœna, & vide cap. reg. incip. ſi quis in excommunicatione à canone lata, aut ab
homine. & cap. reg. item ſtatuimus quòd ſi contingat. per quæ ſi quis durauerit in ex-
communicatione per annum, punitur vt hæreticus, nec aperit quando pro cauſa hæ-
reſis ſit excommunicatus, ſed etiam aliunde, & per Mat. in conſtitut. pactarenorum.
36 in prima glo. & † intellige, & declara quando eſt excommunicatus ex cauſa criminali,
licet alia quàm hæreſi, non ex cauſa ciuili, & ideò quando pro cauſa criminali, cleri-
cus priuatur beneficiis, pro cauſa verò ciuili etiam ſi ſtaret per mille annos, non priua-
tur beneficiis, ita dixit Ioan. de Arno. in ſolilo. vlti. quod eſt. 100. poſt Ludo. in ſingul.
37 cccij. Item † cōtrahitur hæreſis, ſi elapſo anno non receperit communionē, vt per Feli.
in dicta rubr. de hære. & in cap. ad abolendam. eod. tit. allegat Oldr. in conſil. xx. & tex.
in authent. de pub. domi. hære. qui tamen text. hoc dicere non videtur, ſed gloſſ. dicit
eum hæreticum eſſe, qui non eſt membrum eccleſiæ: ſed excommunicatus eſt extra
membrum eccleſiæ, cùm dicatur extra communionem eccleſiæ. xj. quæſt. tertia. cano.
audi. & ſingulo anno nō confitens, nec ſumens communionem eſt excommunicatus,
vt dicitur in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœniten. & in cap. ſi frequentius. ſecunda.

diſt

diſtinct.de conſecra.ergo faciunt rationes traditæ per Panor.poſt Hoſtien.in d.c.grauem.de excommunica.per annum remanente in excommunicatione, nam ideò hæreticus præſumitur,ex quo præſumitur malè ſentire de ſacramentis eccle. cùm non faciat, ad quod tenetur quilibet fidelis,allegat d.ca.omnis vtriuſque ſexus.item præſumitur malè ſentire de poteſtate eccleſiæ,iſtæ ergo rationes faciunt in non ſumente per annum communionem,vt hęreticus præſumatur,ſicut quando ſtat per annum in excommunicatione,& ſecūdum prędicta quilibet excommunicatus dicitur hęreticus, ex quo eſt extrà communionem,& ex hoc dicitur largè hęreticus,not.glo.in c.ij.iiij.q. xj.& per Panor.in d.capit.firmiſsimè.& glo.de hęre.xxiiij q.iij.can.alli.§.quia verò.ſic
38 & iudęi dicuntur largè hęretici extrà communionem,vt ibi Panor.Item † cōtrahitur hęreſis per inuocationem dęmonum,& per ſortilegia,dummodò fiat talis inuocatio, vt indicarent futura,ex quo tūc tollitur quod Dei proprium eſt, & creaturę attribuitur,iuxta illud Iſaię c.xvj. annunciate nobis, quę futura ſunt in futurum , & ſciemus quia dij vos eſtis.& iuxtà illud Euangelij,non veſtrum eſt noſſe tempora, vel momēta quę pater poſuit in voluntate ſua,idem ad ea dęmonia adoranda,cū proprium ſit Dei, & nō creaturę,iuxta illud,ego dominus zelotes ſum.& iuxtà illud Euange.dominum Deum tuum adorabis , & illi ſoli ſerujes,aut circa idola preces fundere , & dęmones conſulere,vt ab eis reſponſa habeantur.xxvj.q.ij.can.hi qui.& xxvj.q.iiij.capit.igitur. & aliter vt exemplificatur,& not. in cap.accuſatus.§.ſanè. de hæreti.in vj.aliter verò ſi ad præterita ſcienda,& ad amorem irritandas mulieres,licet peccet, non tamen incidit in hæreſim,cùm proprium dæmonis ſit tentare homines contra pudicitias, & ad animarum periclitationem. Matth. iiij. capi.& Lucæ.iiij.in princip.ita dixit Ioan.Andr. plenè,& latè in rubr.de ſortileg.in Specu.& in dicto §.accuſatus.§.ſanè.& ibi Gemin. & per Oldr.in conſi.ccx.& quod incipit regulis habetur traditio,& per Felin.in rubr. de hæreti.Mathe.plenè in conſtitut.in conſutilem.xvj.notab.j.q.voluntate hoc diſtinguitur crimen in hoc.cap.cùm ex voluntate.de ſent.excommu.voluntas enim & propoſitum diſtinguunt meleficia.l.prima.§.diuus.ff.de ſicar.Albe.in rubr.C.de hære.videndus Thom.ſecunda ſecundæ. q.xciij. cum tribus ſeq. & vide Panor.in cap.primo. in fi.de ſortileg.vbi idem ſi rebaptiſando,aut cum hoſtia conſecrata fiāt tales incantationes,poſt glo.in dicto §.ſanè.& vide plenè per Dec. in conſil.clj. vbi an clericus ſortilegus,& dans pocula amatoria,& non celebrans cum hoſtia conſecrata dicatur hæ-
39 reticus,& an,& † quando per ſortilegium inducatur hæreſis,& an,& quando fit cum hoſtia conſecrata , & quid ſi non cum hoſtia conſecrata , ſed abſque conſecratione, plenè vide per Paul.Gril.in tract.de ſortileg.x.q.& maximè in fi. vbi ponit,quæ requi-
40 rātur, vt dicatur ex his hæreticus,& in q.xj.vide per eū,& Dec.vbi ſuprà.Item † contrahitur hæreſis idoli ſacrificando.cap.conſilia.§.hinc etiam.xvij.diſtinct.& can.nunc autem.xxj.diſtinct.Dec.in dicto conſil.clj.& Paul.Gril.in dicto tract.de ſortil.ij.q.not. tamen quòd tunc inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt impedire caſu quo ſapuerit hæreſim talis inuocatio,niſi manifeſtè & notoriè apparuerit ſapere hæreſim,vt dicitur in dicto §.ſanè in dubio autem non poteſt cognoſcere an ſapiat hæreſim ita , vel non,cùm tantum iuriſdictio fuerit ſibi tributa illa,exiſtente qualitate notorietatis,& manifeſtitudinis:aliàs ea non exiſtente,non cognoſcet,licet bene poſſet cognoſcere an manifeſtè ſapiat,& dic de qualitate interueniente, an non,vt per glo.in dicto §.ſanè.&
41 Panor.in d.c.j.in fi.Et † vide in præmiſsis, qui credit , aut dicit mulieres aut homines, vt quidam vulgares dicunt,noctis tempore incedere,cum Diana dea paganorum, aut cum Herodiade transformantes ſpecies ſuas,hæreticus eſt,& infidelis,& paganis deterior,cùm ab alio iſta fieri non poſsint, quàm à creatore omnium.can. epiſcopi.xxvj q. v.Math.in d. conſt.in conſutilem.xvj.no.j.q. & ſic alio modo contrahitur hæreſis cte-

dendo, & affirmando alium poſſe facere, mutare, & transformare creaturas, quàm
43 ipſum Deum, vt ibidē, & de intellectu d.c.epiſcopi. & an † accedant illæ mulieres cor-
poraliter, an præſtigialiter, plenè tradit Pau. Grill. in d.trac. de ſortileg. vij.q. & Franc.
44 Poriz. in tra. de lami. quòd corporaliter. Item contrahitur † hæreſis per blaſphemiam,
blaſphemando Deum, & ſanctos, & monitus, eſt incorrigibis. xxiiij.quæſt.iij.can.qui
in eccleſia. & per Mathe. in conſti. inconſutilem. in glo. verbo, diuinæ maieſtatis. Item
45 contrahitur † hæreſis oppugnando priuilegia Romanæ eccleſiæ. c.omnes. xxij.diſtin.
46 per Deci. in d.conſil.clj.in fi.j.dub. Item contrahitur † hæreſis contemnendo ſtatuta,
mandata, & canones eccleſiæ, & papæ, aſſerendo papam, & eccleſiam non habere po-
teſtatem condendi canones: tunc enim vt hæreticus punitur. xix.diſt.can.nulli fas. no.
glo. xxiiij.q.iij. illi qui.§. quia verò. not. gl. in c. generali. de elect. in vj. Panor. in c.j. j.gl.
de apoſta. & in c. cùm non liceat. verſi. poſſet tamen intelligi, de præſcriptio. declara, &
dic vt per Felin. in c.j. de conſti. vbi plenè de talibus tranſgreſſoribus, & pœna, & de re-
quiſitis, Mathe. in procem. conſti. in glo. in verbo, mortalitate. no. gl. in d.c. nulli fas. &
47 in can. violatores. xxv. quæſt.j. In quibus † fit diſtinctio, quòd aut ſimpliciter contra-
uenit, & tunc punitur non vt hæreticus, ſed alia pœna: quia deponendus & eiiciendus
ab eccleſia interuenientibus requiſitis, vt per Felin. in d.c.j. de conſti. & in d.c. violato-
res. & in c. generali. & xxv.q.ij can. ſi dogmata. aut contrauenit aſſerendo eccleſiam,
& papam talem poteſtatem non habere, & tunc vt hæreticus punitur. d.ca. nulli falſ.
cum not. in d.c. violatores. & per Felin. in c. firmiſsimè. de hære: limita tamen prædicta,
48 vt per Feli plenè in d.c.j. in j.glo. vbi vide. Item contrahitur † hæreſis aſſerendo duos
poſſe eſſe vicarios Chriſti, & eccleſiā vniuerſalem poſſe habere duo capita: talis enim
hæreticus iudicatur, vt per multas autoritates ſacræ paginæ. tradit Bonif. viij. in extra-
uagan. de maior. & obed. incip. vnam ſanctam eccleſiam. plenè gl. in clem. ad noſtrum.
verſi. eccleſiæ. de hære. glo. in c. non autem. vij.q.j. Feli. in c. quæ in eccleſiarum. in prin.
verſi. hanc declarationem. & in c. firmiſsimè. de hære. Paul. in c.j. de paroch. pleniſsimè
49 in c. nouit. in ij. glo. de iudi. Card. clem.j.§. porrò. ij.q. de iureiur. Item † contrahitur hę-
reſis aſſerendo papam in temporalibus non habere poteſtatem, ſicut in ſpiritualibus,
& negando Imperatorem ab eccleſia habere imperium, & iuriſdictionem, vt declara-
tum apparet per d. extrauagantem Bonif. vnam ſanctam. gl. in d. clem. ad noſtrum. in
verſi. eccleſiæ. pleniſsimè diſputat ad partes Pan. in d.c. nouit. in ij. gl. de iudi. & ibi Feli.
& per eundem in d.c. firmiſsimè. in j.glo. de hære. Alex. in conſi. ij.j.vol. Pano. in c. cau-
ſam. & in c. per venerabilem. qui filij ſint legiti. doct. in j. conſti. C. Oldr. in conſi. clxxx.
Propoſi. in can. in nouo. xxj.diſtin. Bal. in l. reſcrip. C. de preci. imp. offe. vbi dicit ſecun-
dum quid, & non ſimpliciter, & xcvj.diſt.can. ſi imperator. & c. duo ſunt. vbi gl. ſicut
ſol præeſt lunæ, ita & papa Imperatori. no. glo. in c. ex tranſmiſſa. de foro compe. Pan.
in c. cùm Ioannes. de fide inſtrum. Phil. Fran. in c. ſi duobus.§. denique. de appell. Bal. in
procem. ff. Alex. in l.j.§.j. poſt Bart. ff. de requir. reis. recurre ad diſputationem Pano. in
d.c. nouit. vbi Math. in proce. conſti. xiiij. no. poſt gl. & in verſi. gladij. & in conſtit. vſu-
rariorum. in glo. in verſi. diuinæ. no. glo. in c. fi. de hære. Bald. in c. bonæ. lo ij. de poſtul.
præla. dicit, quòd ſicut ſol præfulget inter planetas, & eſt primus, ita & papa inter cæ-
teros. adde Iſern. in c. Imperialem.§. præterea. in addi. Rex vel Imperator. de probi. feu.
ali. per Fed. vbi dicit papam non habere ſuperiorem, & Imperium à papa procedere.
50 Item contrahitur † hæreſis per ſimoniā, iuxtà can. quiſquis. j.q.j. gl. in c. eos qui.§. quia
verò. xxiiij.q.iij. in c. presbyter. in c. ſtudeat. & c. beneficio. & c. cū liqueſit. & c. fertur.
j.q.j. & c. pen. de hære. intelligitur tamē ſecundum Inn. in c. quoties. de ſimo. videlicet
quādo quis crederet, & affirmaret ſacramentū vendi poſſe: aliàs largè diceretur hære-
ticus ſicut excōmunicatus, & iudæus, & alij, vt in d. gl. in §. quia verò. & per Panor. in

d.c.firm

d.c.firmiſsimè.& vide Felin.in c.j.circa.fin.de ſimo.Panor.in c.quoties. de ſimo.ſentit
Felin.in rub.eod.& Panor.in §.cùm veniſſet.de iudi.Iſer.in cap.j.§.diffidamus.de ſtat.
contra lib.eccl. verſi.ſed an omnis.vide gl.in d.c.firmiſsimè.& per Deci.in d.conſi.clj.
51 verſic.contumacia. Item contrahitur † hæreſis per ſchiſma: nam ſchiſma hæreſis eſt,
xxiiij.quæſt.iij.can.inter hæreſim,& in cap.firmiſsimè.vbi Panor.de hære.& in c.quia
diligentia.de electio.& in rubr.de ſchiſma.Oldra.in conſi.lxij.& conſi.lxv. Dec.dicto
conſi.clj.quod tamen intellige,& declara,vt per Panor.in d.rubr.de ſchiſm.& in c.fir-
miſsimè.de hæret.videlicet in proprio ſchiſmate, videlicet in diuiſione vnitatis eccle-
ſiæ, & quia conſtituat quis ſibi ſacerdotes, & alios clericos cum pertinacia, cùm pro-
prie ſchiſma dicatur,id eſt diuiſio, cùm ab vnitate eccleſiæ diuidatur cõſtituendo ſibi
propriam,cùm tunc veniat contra ſymbolum apoſtolorum, & vnam ſanctam eccle-
ſiam,& ſic non plures.c.inter hæreſim.& cano.loquitur.xxiiij.quæſt.j.ſecus tamen, ſi
non conſtituat aliam eccleſiam,nec ſe diuidat ab vnitate eccleſiæ Romanæ:ſed credat
apud ſe eſſe vnitatem eccleſiæ, vt quia duo aut plures contendant de papatu,nec im-
pugnant Romanam eccleſiam,nam iſti dicuntur ſchiſmatici, & non hæretici,vt dicit
gloſ.ij.xxiiij.quæſt.j.c.j.& in c.j.eod.titu.de ſchiſma. & c.j.eod.in vj.& c.denique.xvij.
quæſt.j.& c.licet.de electio. & per Bald. in conſilio ſchiſmatis ſuper rub. C.ſi quis ali.
teſt.prohi.vt fuit tempore Vrbani papæ, vt ibi, & ita loquitur text.in cap.j.eod.in vj.
& vide Panor. in dicto c.licet.in glo.exceptione. de electio. & in can. ſi quis pecunia.
52 lxxix.diſtin.& tunc † quid differat hæreſis à ſchiſmate? dic, vt per Panorm.in d.rubr.
de ſchiſma. & in cap.j.eod. & in cap.licet. de electio.& in cap.& clericus. ne cler. vel
monac. Barba.in cap.ſi diligenti. de foro compe.& Felin. plenè in cap.Rodulphus. de
reſcript.Panorm.in cap.cùm in cunctis. §.fin.de electio. dic, vt per eos, quòd aut iun-
cta eſt cum hæreſi, & tunc ſunt excommunicati: aut non, & tunc ſecundum quoſ-
dam non ſunt excommunicati,ſecundum alios,ſic,per d.cap.licet.& Panorm.in dicta
rubr.& cap.primo. de ſchiſma. limita, niſi vbi nullus caderet error probabilis: ſecus
tamen ſi eſſet dubium an eſſet ſchiſmaticus,an non,propter factum intricatum, vt in
Vrbano papa, de quo per Bald. in dicto conſilio ſchiſma.& per Panorm.in rubri. &
cap.primo.eod. quòd tunc non ſunt excommunicati. in dicta rubr. de eiiciente epi-
ſcopum de ſede epiſcopali, & occupante ſibi presbyteros ſuos, an ſit excommunica-
53 tus. & ſecundum † prædictam diſtinctionem, an ſchiſmaticus ſit hæreticus, & quan-
do, & quis dicatur ſchiſmaticus, & vnde dicatur ſchiſma, & propriè & impropriè,
54 dic vt per Paulum Grillan.in tract. de hæret.ij. quæſt. Item † contrahitur hæreſis per
ablationem priuilegij eccleſiæ vniuerſalis: qui ergo priuilegium eccleſiæ auferre ten-
tauerit, hæreticus eſt, xxij.diſtin.cap.omnes.vbi text.clarus.glo.xiiij.quæſt.iij. cap.illi
55 qui. §.quia verò. Item † contrahitur hæreſis aſſerendo peccata dimitti à ſolo Deo,
abſque myſterio clauium eccleſiæ, contra de pœnis diſtinct.j. & per Felin. in cap.ex-
56 communicamus.lo ſecundo.de hæret.Item † contrahitur hæreſis ſi poteſtas,aut alius
officialis requiſitus à diœceſano, & eius vicario, diſtulerit auxilium præſtare contra
hæreticos, & eorum receptatores, & fautores, quando vt ſuſpectus de hæreſi puni-
57 tur, vt dicitur in c.vt officium. §.ſtatuimus.de hære.in vj. Item † contrahitur hæreſis
aſſerẽdo non eſſe infernum,nec paradiſum, ſed animum eſſe mortalem,& nõ immor-
talem,ſed quòd mortuo corpore,anima quoq; mortua ſit,talis ita aſſerens manifeſtus
reputatur hæreticus, ita conſuluit Federi. de ſenis in conſil.ccxlv.incipi.reuerendo in
58 Chriſto patri.Mathe.in d.conſtitu.in conſutilem.xvj.not.iij.quæſt. Item † contrahitur
hæreſis aſſerendo pertinaciter decimas nõ deberi clericis, & prælato, ita tenuit Anch.
in clemen.j.§.ſanè.de vſur.per glo.ibi,& Paul.de Eleaza. aſſerentes nedum hæreticum
eſſe qui malè ſentit de articulis fidei, ſed etiam qui errat in documentis eccleſiæ, &

ſalſas gignit opiniones contra eccleſiam,& ita aliàs dixit Ancha.fuiſſe determinatum
per theologos,contra quendam prædicatorem,vide Math.in d.conſtit.inconſutilem.
xvj.not.v.q.decimę enim permiſſæ ſunt in veteri teſtamento & nouo,vt plenè proſe-
quitur Math.in conſti.quanto cæteris.iij.not.j.ij.& iij.q.& in rub.eo.de decimis,& ibi
an quòd hodie ſoluantur decimę integræ,ſit iure diuino,an poſitiuo,& per Panormi.
in c.parochianos.de decimis,& in c.ſtatuimus.de tranſact.& in cap.adhibita.de rerum
permu.qui enim non ſoluit decimas,tranſgreſſor eſt præcepti eccleſiæ. c.reuertimini.
xvj.q.j.ſic ex conſtitutione eccleſiaſtica debentur,& qui contra præcepta,& dogmata
eccleſiaſtica operatur , is hæreticus eſt, vt ſuprà dictum fuit , in regno etiam præcipi-
tur ſoluendas eſſe decimas,vt in conſtitut.quando.& ibi Math.& in c.reg.ad audien-
tiam noſtram,& in c.item ſtatuimus.quod communiter Barones,& feuda tenentes.&
59 prag.extat.Qualiter † autem compellantur iure canonico ad ſoluendum , per Cardi.
in cle.ij.de iudi.& in cle.fi.§.j.in fi.de pœn.Panor.in c.peruenit.de deci.ſed tex.in d.cle-
ment.fi.incip.cupientes.de pœnis.non dicit Theologos hoc dicẽtes hæreticos eſſe,ſed
excommunicatos,& alias pœnas incurrere,vt ibi, & vide no.in c.j. de decim.in vj.vbi
gl.diſputat an debeantur,& per Panor.in c.tuæ.de deci.niſi impropriè dicatur hære-
60 ticus,ex quo excommunicatus;vt ſuprà.Item † cõtrahitur hæreſis ſi profeſſus rece-
dat à religione,& contrahat matrimoniũ publicè,& notoriè,& non clandeſtinè. nam
tunc ſi publicè,vt hæreticus punitur,cùm ſit cõtra c.j.de voto.in vj.& contra clemen.
eos qui.de conſang.& affin.vbi etiam no.ita dixit Iac.Butr.quem ſequitur Salyce.in l.
nemo.C.de ſum.trinit.Panor.in c.de homine.de celebr.miſſ.in glo.in verbo, verbis.&
Mathe.in d.conſtit.inconſutilem.vj.not.vij.q.idem dixit Bald.in d.l.nemo.circa fin.ſi
duxerit duas vxores.Gemin.in c.accuſatus.§.ſanè.de hæret.in vj.per Felin.in c.ad abo-
61 lendam.de hæreti.Item † contrahitur hæreſis per perceptionẽ,& celebrationem cum
hoſtia non conſecrata,vt dicit Ana.in d.c.ad abolendam. Calderi.tamen.in conſil.iiij.
tenet contrarium,quòd non dicitur hæreticus accipiens hoſtiam non cõſecratam,nec
clericus cum ea celebrans,& hanc tenet Oldra.in conſil.ſuperius allegato,incip.regu-
lis habetur traditio,& Feli.in rubr.de hæreti.habetur in d.c.de homine. de celebr.miſ.
Cardi.autem in d.c.de homine.refert beatum Thomam dicere in ſuo quolibet.vj.q.ſa-
cerdotem dantem hoſtiam non conſecratã puniri , vt idololatram, & per Mathe.in d.
conſtit.inconſutilem.xvj.no. viij.q.intellige tamen,vt per Felin.in d.c.ad abolendam.
ſi perſeuerauerit in errore,vbi refert conſi.Cald.iiij.allegãdo rationes, & intelligendo
62 ſi perſeuerat in errore.Item † contrahitur hæreſis negando id quod traditur in cle.j. de
trinit.videlicet quod mortuo Chriſto non exiuit ſanguis & aqua,vt ibi per glo.j.verſi.
63 aperuit.Item † contrahitur hæreſis tenendo opiniones illorum , quòd anima eſt ſan-
guis, generatur ex præiacenti materia,& ex traduce, & aliàs, vt not.in c. quòd verò.
& in c.Moyſes.in glo.nec animatum.xxxij.q.ij.faciunt dicta per Felin.in ca.ſicut.lo.ij.
de homicidio.& doct.in l.quod dicitur.ff.de libe.& poſthu.& Bart.in l.diuus.ff.de ex-
traordin.crim.no.in clemen.j.de.ſum.tri.in verſi.vnitas.videlicet de corpore animato
in tempus ibi ſtatutum,quod limitatur in Chriſto.aliter ſentiens hæreticus eſt , vt ibi.
64 Item † contrahitur hæreſis aſſerendo pertinaciter hiſtorias in biblia contẽtas eſſe fal-
ſas:tunc talis hæreticus cenſetur,ita tenet Aſtenſ.in ſum.libr.xij. in titu. lviij. vbi dicit
fidem extendi ad hiſtorias contentas in biblia,& qui aſſerit aliquam hiſtoriam bibliæ
falſam eſſe, hæreticus eſt,& per Matheſil.in d.conſti. inconſutilem.xix.not.ix.q.Item
65 contrahitur † hæreſis per contumaciam,cũ contumax hæreticus dicatur.lxxx.diſt.§.ſi
qui presbyteri.cexxviij.diſt.c.nullus contumax:dico tamen in non faciendo,quod iu-
beat eccleſia poteſtate Dei,& eccleſiæ quæ à Deo eſt , reſiſtendo,aut cõtumax ſit non
veniendo,vilipendẽdo tamen iudicem in opprobriũ fidei,credẽs aut aſſerens non eſſe
pote

poteſtatem à Deò, vt dicit Apoſt. ad Roma. iij. & xxiiij. q. j. cano. & qui culpatur ſper-
nendo claues eccleſiæ, & Romanam eccleſiam, & eius myniſtros & prælatos, qui ab
ea ſunt. xxij. diſtinct. can. omnes. non habere à Deo poteſtatem, de hoc per Iſer. in c. j. §.
diffidamus. verſic. item contumax. de ſtatu. contra liber. eccle. in aliis contumax hære-
ticus non eſt, ne ordo iuris peruerteretur, vide per Felin. in cap. excommunicamus. de
hære. & Dec. in d. conſil. clj. verſic. & mouentur rationes. & not. xxiiij. diſtin. ca. ſi papa.
66 Item † contrahitur hæreſis perſiſtendo in notorio crimine, & nolendo ſe corrigi, ſa-
tis ſuſpectus eſt de hæreſi. xxxviij. diſtinct. can. fin. cclxxxj. diſtin. can. ſi quis iuir. c. fi. de
pœn. Dec. in d. conſil. clj. in fi. not. in d. c. ſi papa. & per Panor. in ca. ſignificaſti. de elect.
67 Item † contrahitur hæreſis recuſando pertinaciter iurare ad purgationẽ hæreſis. talis
ita recuſans pro hæretico habetur, vt nota. in cap. excommunicamus. & ibi Felin. poſt
Hoſtien. verſic. not. ibi, oſtentationem. de hæret. quod limita. ibi, ſecundum Hoſtien.
niſi fortè ex ſubtilitate conſcientiæ recuſet, & limita, vt per Math. in d. conſtitut. in-
68 conſutilem. xvj. not. verſic. quid autem. Item † contrahitur hæreſis credẽdo hæreticis,
vt in d. c. excommunicamus. & in d. conſtitit. inconſutilem. & in c. ij. de hære. in vj. qua-
liter dicatur, & intelligatur credere, dic vt per Felin. in d. c. excommunicamus. verſic.
69 vlti. circa §. iſtum. poſt Hoſti. in d. c. ij. Item † contrahitur hæreſis ſi epiſcopus inſtituat
conſanguineum, aut extraneum, aut paganum hæredem, vt in cap. ſi quis. iuncto ſum-
70 mario Panor. de hære. & in ſequen. c. iuncto ſummario Felin. Item † contrahitur hæ-
reſis per receptionem, fauorem, & defenſionem hæreticorum, vt in c. ij. c. accuſatus. de
71 hære. in vj. & Cardin. in cle. j. §. verum. eod. tit. Item † contrahitur hæreſis frangendo
imaginem crucifixi, virginis, & ſanctorũ, duntamen hoc faciat quis putando ea eſſe
ſimulachra, & quod fuerit peccatum illa adorare, videlicet quod per imagines repre-
ſentatur, tunc enim hæreticus eſſet: aliàs ſi non eſſet hoc animo, ſed aliter frangendo
alia pœna duriſsima plectendus eſſet, de qua in c. ſi canonicis. in fi. & ibi gloſſ. de offic.
ordin. in vj. in verſicu. vltrix. & vide in l. j. C. de liceat ſig. ita per Hoſtien. in ſum. eod. §.
qua pœna. & Mathe. in d. conſtitut. inconſutilem. xvj. not. iiij. q. & in proœ. conſtitu. in
verſicu. ſecunda concluſio, & in conſtitut. multæ leges. in primo libro. & per Iſern. in
dicto cap. primo. §. diffidamus. vbi dicit ita teneri, & fuiſſe deciſum in magna curia vi-
72 cariæ contra Bart. pro canoniſtis. Item † contrahitur hæreſis ſi quis inuocaſſet dæmo-
nem ad actum luxuriæ, vel alium actum, & veniens dixiſſet inuocanti, quòd ſpue-
ret crucem, & ille ad obſequendum dæmoni in crucem ſpuiſſet, abſque cordis pœni-
tentia: tunc hæreticus eſſet, ſed ſi timore dæmonis hoc feciſſet, non tamen totaliter à
fide recedendo, ſed malè contentus, & cum dolore cordis: tunc non eſſet hæreticus, li-
cet grauiter peccaret, ita per Inno. in ca. j. de apoſta. in princ. & firmat Thom. ij ij. q. xij.
& quæſtio. xxiij. habetur. in ſum. piſanæ. in ver. apoſtaſia. & per Math. in d. conſtitu. in-
73 conſutilem. xvj. notab. ij. q. Item † contrahitur hæreſis per apoſtaſiam perfidam à fide
recedendo & perfidè abnegando, & oppugnando: talis enim dicitur apoſtata perfidię,
& vt hæreticus punitur, Panormita. poſt Hoſti. in capit. primo. prima gloſſ. de apoſta.
imò talis apoſtata maior eſt hæretico, & magis peccat, cùm is in totum à fide recedit:
at hæreticus non in totum, vt per Mathe. in rubr. de apoſta. in conſtitutio. reg. & vide
quotuplex ſit apoſtaſia, per Matheſi. in dicta rubri. & in conſtitutio. apoſtatantes. &
plenè per gloſſ. & docto. in dicto cap. eo. & per Bonifa. in titu. de apoſta. vbi de pœnis
contra eos, & per Paul. Grillan. in tracta. de hære. & ibi quòd apoſtatantes nouæ ſectæ
quandoque ſe rebaptiſant, & iſti tales rebaptizati maiori pœna plectuntur, nam hæ-
retico pœnitenti parcitur, rebaptizato verò nunquam, & irremiſsibiliter. l. mani-
74 cheos. & l. hi qui ſanctam. C. de apoſt. vide ibi per eum. Item † contrahitur hæreſis per
modos, vt per gloſſ. in capitulo, illi qui. §. quia verò. xxiiij. quæſtione iij. & per gloſſ.

in c.firmiſsimè.de hære. & hærendo opinionibus illorum qui traduntur in c.quidam.
75 xxiiij.q.iij.Item † hæreſis contrahitur aſſerendo Chriſtum non eſſe aliquid,ſecundum quod homo,vt traditur in c.cùm Chriſtus.de hær.& ibi not.in can.hæc eſt fides.xxiiij.
76 quæſt.j. Item hæreſis † contrahitur, ſi accuſatus de hæreſi abiuraſſet in iudicio, licet contra eum plenæ probationes non fuerint: tamen ſi poſtea committit in ipſa hæreſi, habetur pro verò hæretico,& per Arch.in c.accuſatus.de hære.in vj.& per Math.in d. conſti.inconſutilem.in fin.xviij.not.& in glo.nolunt ignoſcere, idem ſi inculpatus in vna ſpecie quam abiurauit,ſi in aliam commiſit,hæreticus eſt:idem ſi poſt abiurationem receptet,viſitet,aut aſſociet,& dona dederit hęreticis,pro vero hęretico habetur, & talis relapſus in hæreſim nuncupatur,de quo in d.c.accuſatus. & in c.ad abolẽdam.
77 §.quia verò.de hære. Item hæreſis † contrahitur,ſi officialis quicunque requiſitus ab inquiſitore hæreticæ prauitatis, vt iuret obſeruare ſtatuta, & canones promulgatos, & approbatos ab eccleſia contra hæreticos,& eorum fautores,credẽtes,& receptatores,noluerit iurare:tunc talis vt de fide ſuſpectus tãquam hæreticus punitur,ita habe-
78 tur,in c.contra chriſtianos.de hære.in vj. Item hæreſis † contrahitur aſſerẽdo pertinaciter animæ rationalis,ſeu intellectiuæ ſubſtantiam non eſſe formã per ſe humani corporis verè,vt dicitur in cle.j. §.porrò.de ſum.Trin.vide ibi gl plenè hoc diſcutientem.
79 Item hæreſis † cõtrahitur tenendo,& approbãdo ea,quę traduntur in cle.ad noſtrum. de hær.videlicet errores illorum de alemania,& vide ibi per gl. de erroribus illis cano-
80 nibus,ſacra ſcriptura,vt omnibus,reprobantẽ errores illos.Item † contrahitur hæreſis ſi quis poteſt errantẽ in fide catholica ab errore reuocare,& non reuocat,c.ij.de hęre.
81 & j.q.j.c.qui alios.& q.vlt.c.negligere cùm poſsit. Item contrahitur † ſi nouam quis facit ſectam contra fidem, vel factam defendat, vt xxiiij.q.j. can.hæc eſt fides. Et licet multis aliis modis hæreſis contrahi poſsit, tamẽ ex præmiſsis locis ſuperius allegatis complecti poſſet:nos autem cõtenti erimus prædictis modis ita exceptis, & hinc inde diſperſis breui compendio in vnum coadunatis,ſi quis verò alios ſtudioſius velit perquirere ad ſupradictos locos,canones, & doctrinas allegatas conuolet, & ad not.per gl.in c.firmiſsimè.eo.tit.& in can.inter hæreſim.xxiiij.q.iij.per Bald.in rub.eo. & Car. in clem.j.eo.& per ſummiſtas eod.& per Bonif.in opere male.in eod.titu. & per Felin.
82 in rub.eod.& per Pau.Grill.in d.tract.de hære.Et tandem † hæreticus propriè dicitur qui contra fidem Chriſti,& articulos fidei,& contra præcepta, & dogmata eccleſiæ, & conciliorum eiuſdem pertinaciter aſpirat,falſum dogma, & extraneum ſenſum gignendo,aliter quàm ſpiritus ſanctus dictet,iuxta c.hæreticus.xxiiij.quæſt.iij.& c.quędam.in fin.vbi gl.ead.quæſt.& glo.in l.ij.C.eo.& qui ſint hæretici,& quot ſint eorum ſectæ,dic vt per Gratianum in c.illi qui.§.quia ſermo.cum ſeq.xxiiij.quæſt.iij. cum ibi no.& C.eod.l.arriani.& in auth.gazaros.& alia vide,vt per prædictos doct.vbi ſuprà, de his hactenus.Viſo itaque quot modis hæreſis contrahatur adiacenti ordine de proceſſu eiuſdem erit videndum,& qualiter in ea punienda procedatur.

## SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticus an ſecularis poteſt cognoſcere de crimine hæreſis, & ad quem ſpectat cognitio.*
2 *Eccleſia corporales pœnas & ſanguinis non infligit, ideò ſeculari committitur exequutio.*
3 *Hæreſis crimen eſt eccleſiaſticum, & ad ſecularem non ſpectat cognitio.*
4 *Eccleſiaſticus ſi tradat hæreticum ſeculari, an teneatur punire abſque viſione proceſſus, & an teneatur ſtare ſententiæ eccleſiaſtici.*
5 *Secularis an poſſit indirectè cognoſcere ſuper ſententia lata per eccleſiaſticum.*
6 *Iudex ſecularis an poſſit nouas pœnas addere condemnato per eccleſiaſticum.*

Lex

7 *Lex ſuperioris tolli non poteſt per pœnæ adiectionem, bene tamen adinuari poteſt.*
8 *Conſtit.reg.inconſutilem, fuit facta ante c.vt inquiſitionis.*
9 *Iudex ſecularis an hodie poſſit procedere ſuper crimine hæreſis.*

CIRCA Itaque tertium de proceſſu hęreticorum, primò viden-
dum de iuriſdictione, & poteſtate cognoſcentis. Secundò quis
inquiri, aut accuſari poſsit, & qui non: tertio de modo proceden-
1 di, & probationibus faciendis. Circa † primum ad quem ſpectat
huius criminis cognitio, videlicet, an ad iudicem eccleſiaſticum,
an verò ad ſecularem, an verò vterque poſsit cognoſcere: in hoc
dicendum erit quòd crimen hæreſis, eſt crimen merè eccleſiaſti-
cum, vt not.glo.in can.ij. iiij.quæſt.iij. adeò quòd ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat
cognitio & deciſio, non autem ad iudicem laicum, niſi tantum executio ſententiæ
latę per iudicem eccleſiaſticum, aliâs ſi iudex ſecularis intromittat ſe in cognitione, &
deciſione ſuper tali crimine, aut executionem latæ ſententiæ per eccleſiaſticum diffe-
rat facere, ipſo iure excommunicatus redditur, & ſi per annum in tali excommunica-
tione perdurauerit, vt hæreticus condemnandus eſt, ita dicit nouiter text. in c.vt in-
quiſitionis negotium.§.prohibemus.de hære.in vj.& in c.cùm ſecundum leges, in fin.
eod.titu.in vj.& in cap.ad abolendam. de hære.& per Mar.in l.j.C.de raptu virgin. in
verſic.not.etiam ex hac lege quod rapto. executio autem ideò ſeculari permittitur,
cùm pro hæreſi ponatur pœna corporalis, & ſanguinis, vt infrà dicetur ſuo loco.
2 Eccleſia † verò corporales pœnas, & ſanguinis non infligit, ideò ſeculari committi-
tur executio, vt in c.in archiepiſcopatu.de rap. Sed perpetui carceris pœnam imponit,
vt in c.quamuis.de pœnis.in vj. Anan.in conſi.j.per Iaſ.in l.tranſigere.C.de tranſact.&
per Bart.& alios in l.ij. ff.de publ.iud.& habetur in c.j.de hære.in vj.& in clemen.j.§.j.
eod.titu c.pen.de apoſta.c.nouimus. de verb.ſignific. Specu.in titu.de hære. in princ.
Mathe.in proœm.conſtit.in princ.verſi.ſecunda concluſio.Panor.in d.c.excommuni-
3 camus.lo ij. ij.not.de hære.& quod † ad ſecularem non ſpectet cognitio, cùm ſit merè
eccleſiaſticum.per Ioan.And.in Spec.in tit.de hęre.in addit.ſed dicit Iſern.in d.conſti.
inconſutilem.& in cap.j. in verſic.contrahentium inceſtas nup.in titu.quæ ſint reg.&
Math.in dicta conſtitu.inconſutilem.decimo not.& Panor.in dicto c.ad abolendam.
eod.titu.verſi.vlterius.& plenè in cap.cùm ſit generale. verſi. alius caſus.de for.comp.
vbi plenè tractat de criminibus eccleſiaſticis, & ad quem eorum ſpectet cognitio, &
quando ad iudicem ſecularem & quando non, poſt glo.ibi magiſtraliter, & in cap.ea
quæ.de ſtatu monach.& in c.j.in glo.publicum.de offic.ordin. & per Stephan.Aufre.
in repet.clem.j.de offic.ordi.v.quæſtio.& vide authen.ſi clericus. C.de epiſco.& cleri.
& vnde ſumitur, & per Panorm.in dicto c.j. in dicta glo.publicum inuehitur contra
4 Barto.in l.diuus.ff.cuſtod.reo. quatenus † dicit, ſi eccleſiaſti.tradit conuictum de hæ-
reſi puniendum iudici laico, & temporali, quod non tenetur punire, niſi videat pro-
ceſſum, nec tenetur ſtare dictæ ſententiæ, ſed de nouo formare poteſt proceſſum, dicit
ibi Panorm.fore contra text. in dicto c.vt inquiſitionis. §.prohibemus.de hæret.in vj.
vbi nec etiam indirectè poteſt cognoſcere. Et not.quòd licet ibi hoc teneat Barto. &
in l.magiſtratibus. ff.de iuriſdictione omnium iudi.ſequendo Guliel.de Cun. ibi, per
text.in §.ſi verò crimen.idem tamen tenent, ibi Alber.& Bald.& Angel.Fulg.& Paul.
de Caſt.& quaſi legiſtæ omnes hoc tenent pro communi, vt dicit Imo.in cap.j.de offi.
ordinar.canoniſtæ verò tenent contrarium, per text. illum expreſſum in dicto §.pro-
hibemus.& Bald.in dicta authen.clericus.& Ange.in dicta l.diuus.& in l.prima. C.de
exhiben.reis. Salyc.in l.ea quidem. C.qui accuſa.non poſſ. quia reſpondet ad dictum

§.ſi verò crimen.quod ibi erat condemnandus: ſecus quando puniendus condemnatus,traditur & per Archidia.in capit.at ſi clerici.de iudi.& ibi etiam Dec. in fi. j.gloſſ. ſecunda concluſio.& in dicto cap.primo.qui reſpondent ad d.§.quod loquatur in alio crimine,quàm merè eccleſiaſtico,& Alexand.in dicta l.magiſtratibus,& ibi Iaſ.& cæteri omnes hoc tenent contra Bart.plenè,vt per Felin.in dicto cap.ad abolendam.in fi. vbi plenè & Oldra.in conſi.lxxxix.& Alexand. & Barba. poſt Bartol. in dicta l.diuus.
5 & in l.magiſtratibus.Et † ſic ampha,vt ſecularis non poſſit cognoſcere,etiam indirectè poſt condemnationem factam per eccleſiaſticum in executione dictæ ſententiæ, licet ſeculari tradatur puniendus,iuxta capitu.præſidentes.de hæreti.in ſexto.& dicto § prohibemus.& dicto cap.ad abolendam.& cap.primum. de hæretic.in ſexto. Limita
6 tamen † niſi addendo laico nouas pœnas: poteſt enim ſecularis iudex nouas pœnas addere laico,licet hæreſis declaratio ſpectet ad ſolum eccleſiaſticum,ita Anto.de Butr. in capitulo,cùm ſit generale.de foro compet. de quo tamen Panormita. vbi dubitat, cùm tale crimen ſit merè eccleſiaſticum,& ad eum ſpectet cognitio,& nō ad laicum, nec valebit ſtatutum alias pœnas imponens,per no.in capitulo ſecundo. de conſtitut. in ſexto.& in l.fin.ff.de iuriſdictione omnium iudic.facit cap.ſtatutum.de hæreti.in vj. & tanto magis ex quo eadem pœna imponitur à iure canonico,quæ à iure ciuili, & conſuetudinario,vt dicit Panormit.in dicto capitulo,ad abolendam. in gloſſ.audientia.poſt Hoſtien.& Ioan.Andr. videlicet pœna ignis, & concremationis authoritate Ioannis xv.capit.& dicetur infrà ſuo loco,& patet in conſtitutio.reg.inconſutilem.in fi.& per Felin.in dicto capitulo,ad abolendam.in fine. merito alias pœnas fortè ſtatutarias non poſſet imponere.pro dicto tamen Anton. videtur facere gloſſ.in clementi.
7 ne Romana.in verb. tolli.de elect. vbi † licet per pœnæ adiectionem lex ſuperioris, tolli non poſſit, tamen adiuuari poteſt per pœnæ impoſitionem, & not.in capitu.ſi propter.de reſtituti.in integr. in ſexto.Ioan.And.in cap.fin.de offic.archid. Panormit. in cap.prudentiam.vltimo not.in princ.de offic.delega. Deci.in conſilio xj.verſic.non obſtat ſtatutum. licet ergò non poſſet iudex laicus nouas pœnas imponere in præiudicium iuris eccleſiaſtici,tamen poteſt addere laico nouas pœnas, dūmodo non recedat à pœnis eccleſiaſticis, ſed eadem imponat.aliud enim eſt facere contra legē, aliud præter legem,vt not. Bartolus in l.cùm lex.ff. de fideiuſſoribus.& in l. ſtipulatio iſta.
8 §.alteri.ff.de verborum obligatio.& not. † quòd licet conſtitutio. reg. inconſutilem. dictet officiales ſeculares poſſe procedere,& pœnam ignis imponere, tamen illa conſtitutio fuit ante dict.c.vt inquiſitionis.§.prohibemus,cùm ibi fiat mentio de conditore dictę conſtitut.Federic.Imperator. de ſtat. contra lib. eccleſ.§.gazaros. cum ſeq.
9 licet † ergo fortè ante dict capit.iudex ſecularis potuiſſet procedere,& punire: tamen hodie non poteſt,per dictum §.prohibemus. & per cap. reg.incipien. item ſtatuimus, quòd officiales ſeculares edictum in plani ſancti Martini.per Regem Caro.primum prohibentur iudices ſeculares intromitti in crimine eccleſiaſtico., de quo etiam per Mathe.in conſtitutio.maieſtati noſtræ.ſecundo notab. vel intellige, vt per Matheſi.in dicta conſtitut. inconſutilem. in gloſſ.per officiales. quod not.ad ea quæ traduntur poſt gloſſ.per Panormita.in dicto capitulo, cùm ſit generale, de criminibus eccleſiaſticis,vt pro illis puniendis non ſe intromittat iudex ſecularis,per dict.cap.& per conſtitutio.maieſtati noſtræ,nullo tamen caſu.& in conſtitutio.multæ leges.no.

## SVMMARIVM.

1 *Ordinarij iudices ſuper crimine hæreſis ſunt epiſcopi & diœceſani.*
2 *Appellando ab epiſcopo,& ordinario in crimine hæreſis,ad papam deberet appellari.*
3 *Capitulum an erit ordinarius iudex ſuper crimine hæreſis ſede vacante.*

Ordi

4 *Ordinarius epiſcopus & capitulum cognoſcit de hereſi quando factum eſt clarum, ſecus ſi dubium.*
5 *Iudices delegati in crimine hereſis qui dicantur.*
6 *Priuilegium amittitur propter immanitatem criminis.*
7 *Delegati iudices à ſede apoſtolica qui dicantur in crimine hereſis.*

CVMQVE Huius criminis cognitio ad eccleſiaſticum ſpe-
ctet, horum alij ordinarij dicuntur, alij delegati, horum autem alij
à ſede apoſtolica, alij ob ordinario dicuntur delegati. Ordinarij
1 dicuntur † epiſcopi diœceſani, vt in clementi. prima. §. primo. de
hære. & ibi per Cardin. & cap. per hoc. eod. tit. in ſextò. & in cap.
ad abolendam. eod. & in cap. excommunicamus. in fi. eod. vbi Fel.
verſic. no. ex fin. & hoc tam contra clericos quàm contra laicos, &
etiam contra exemptos, contra quos epiſcopus dicitur ordinarius, ſecundum Hoſt. in
dicto cap. ad abolendam, & hoc quia generalem iuriſdictionem, & morte delegantis,
aut delegati non extinguitur talis iuriſdictio ſicut in delegata, cap. gratum. de officio
deleg. Ioan. Andr. verò in dicto cap. tenet contra Hoſt. quòd contra exemptos dicatur
epiſcopus delegatus, non ordinarius, vt ibi dicit text. & licet morte alterutrius non
extinguatur iuriſdictio, tamen illud eſt quia delegatio ibi non dicitur fieri à papa, ſed à
ſede apoſtolica, quæ nunquã moritur, c. ſi gratioſæ. de reſcr. in vj. item nõ fit perſonæ,
ſed dignitati, quæ nunquam moritur. capitulo, quoniam Abbas. de officio delegati.
2 ideò in ſucceſſorem tranſit. & † ideò infert quòd ſi contigerit appellari à tali epiſcopo,
ad papam appellaretur, & etiam ita tenet Panormit. in dicto capit. in gloſſ. fin. & Felin.
ibi, ver. no. quòd procedetur. & idem ſentire videtur gloſſ. dicto capit. per hoc. ver. de-
3 legata. Sede † autem vacante, aut quaſi, vt dicit gloſſ. in clemen. prima. §. primo. de hæ-
ret. capitulum dicitur ordinarius iudex, & de hæreſi cognoſcet, vt dicit text. in dicto
cap. ad abolendam. & in d. cle. j. §. primo. eo. non autem cognoſcet capitulum de hære.
contra exemptos, de quibus in dicto cap. cùm epiſcopo concedatur talis cognitio iure
ſpeciali, & in tali iure non ſuccedit capitulum, vt not. in ca. verum. de foro compet. &
Felin. in cap. cùm omnes. de conſtit. & Pan. in cap. cùm omni. de maior. & obed. in cap.
ſcriptum. de electio, & in ea. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudi. Io. tamen monach. te-
net oppoſitum. Panor. autem in d. c. ad abolendam. in fi. tenet cum Ioan. Andr. per d. c.
4 verum † intellige tamen quòd epiſcopus, & capitulum poſſunt cognoſcere tanquam
ordinarij quando crimen hæreſis & factum clarum eſt, & determinatum à iure, ſecus
tamen vbi dubium eſſet: tunc in dubia hæreſi nõ cognoſcit epiſcopus, nec capitulum,
ſed ad papam quæſtio remittitur decidenda. xxiiij. q. j. cap. quoties. & capit. maiores. de
5 pactis, & vide Panormit. in dicto cap. ad abolendam. ſecundo not. Delegati † verò di-
cuntur, aut à iure, aut à ſede apoſtolica, aut ab epiſcopo: delegati à iure dicuntur epi-
ſcopi contra exemptos ab eorum iuriſdictione, qui priuilegium habent à ſede apo-
ſtolica, ne cognoſcatur ab aliis quàm ab eadem ſede, tunc tale priuilegium non habe-
bit locum in crimine hæreſis: nam tales exempti ab epiſcopo cognoſci poſſunt non
obſtante priuilegio, & tunc epiſcopi dicuntur delegati à iure, vt dicitur in dicto cap.
ad abolendam. in fine, ibi, tanquam à ſede apoſtolica delegatis, ſic & in capitulo, irre-
fragabili. §. cæterum. de offi. ord. vide gl. in d. c. ad abolendam. in ver. delegata. de hære.
6 in vj. & † ſic no. caſum in quo propter criminis immanitatẽ amittitur priuilegium, &
ibi gl. in d. ver. delegatis. ponit quando propter delictum priuilegium amittatur, vide
tamen in cap. primo. de priuileg. in vj. & in cap. fin. de foro compet. vbi per Pan. & Bal.
7 & alios in authen. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. Delegati † verò ab ho-

mine,& à ſede apoſtolica,quando delegantur epiſcopi, vt habetur in d.c.per hoc.videlicet quando papa expreſsè committit cauſam,& delegat epiſcopo,non tamen monendo ad ſuum officium exercendum, cùm tunc delegare non diceretur. c.licet. & c. graue.de offic.delega.not.glo.in d.c.per hoc.in verſi.delegata. & operabitur talis delegatio,quòd non impeditur exercitium talis iuriſdictionis,quia epiſcopus procedere poſſet per generalem delegationem factam alij ab apoſtolica ſede, ſed vterque procedere poteſt diuiſim,aut communiter, & proceſſus communicãdi ſunt,& per vtroſque ſimul ſententia proferenda eſt ſi conuenerint,aliàs apoſtolicę ſedi remittenda erit quæſtio,& proceſſus,ita tamen quòd ipſe delegatus epiſcopus obſeruet modum procedendi quem & hæreticæ prauitatis inquiſitores obſeruare debent per iura communia,& ſpeciales conceſsiones,& ordinationes pontificis, ita dicitur in d.c.per hoc. dic tamen,vt in extrauaganti Bonifa.incip.ex eo quòd quædam nouella. quando delegatur alij nõ diœceſano generaliter in prouincia aliqua,ciuitate,vel diœceſi,talis dicitur inquiſitor hæreticæ prauitatis.

## SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt eſſe minor xl.annis.*
2 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, tam in prouincia,quàm diœceſi,& ciuitate.*
3 *Inquiſitores quando plures ſunt, habent iuriſdictionem inſolidum, & ſeparatim procedere poſſunt.*
4 *Inquiſitores an habeant iuriſdictionem priuatiuam vt ordinarij cognoſcere non poſſint, an inſimul poſſint.*
5 *Inquiſitore & ordinario citantibus quis præferendus ſit inquiſitor,an ordinarius.*
6 *Officiales ſi ſint alij vltra ordinariam in certo genere cauſæ, an præiudicant ordinariæ poteſtati.*
7 *Inquiſitor & ordinarius,debent interuenire in ſententia ferenda,& tormentis adhibendis.*
8 *Inquiſitor & ordinarius an debeant interuenire in ſententia abſolutoria ferenda. & numero 9.*
10 *Extenſio an admittatur in exorbitantibus ex identitate rationis, & quando.*
11 *Res ad actorem ſit argumentatio in correctoriis, & de condemnatione ad abſolutionem.*
12 *Condemnandi poteſtate præſcripta,an ſit præſcripta poteſtas abſoluendi.*
13 *Barones & milites regni per pares debent condemnari,ſed an abſolui, an verò abſque paribus.*
14 *Diſpoſitio c.ut m.j.de hæreticis.ſub quibus rationibus emanauit.*
15 *Arguere an liceat ex rationibus finalibus ad impulſiuas.*
16 *Autoritas Ioannis Andreæ eſt maxima.*
17 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis,& eius officiales qualiter ſe habere debent.*
18 *Inquiſitores an poſſint contra epiſcopos procedere ſuper hæreſi.*
19 *Inquiſitores denunciare debent ſedi apoſtolicæ ſi viderint epiſcopos diffamatos de hæreſi.*
20 *Inquiſitores an poſſint cognoſcere de ſortilegiis.& quando.*
21 *Inquiſitores an poſſint cognoſcere ſuper crimine vſurarum.*
22 *Inquiſitores non poſſunt acriter carcerare, nec tormentare, & pronunciare hæreticum absque interuentu epiſcopi aut capituli.*
23 *Monitiones quot requirũtur in interuentu inquiſitoris,& epiſcopi,& an vnica ſufficiat.*
24 *Inquiſitores an poſſint pœnas pecuniarias imponere hæreticis.*
25 *Inquiſitores an habeant iuriſdictionem in alio crimine procedente ab hæreſi.*
26 *Inquiſitores an ex ſola diffamatione procedere poſſint contra hæreticum.*

Inquiſi

27 *Inquiſitores an debeant reſtituere melioramenta bonorum reuocatorum.*
28 *Inquiſitores an poſſint retinere pretium emptoribus rerum heretici alienatis.*
29 *Inquiſitores an poſſint prohibere defenſiones, & exceptiones hereticorum.*
30 *Inquiſitores an procedere poſſint contra abiurantem hereſim, etiam pœnitentia non peracta.*
31 *Inquiſitor generalis an poſſit procedere contra eum quem proceſſit ſpecialis.*

DE Cuius inquiſitoris officio, & poteſtate diſſerendum eſt, &
1 primò † quòd inquiſitor iſte hæreticæ prauitatis, non poteſt eſſe minor xl. annis, vt in clem. ij. in princip. de hære. qui tamen annus ſufficit eſſe incœptus, licet non completus, vt ibi per Car. & glo. & ſi detur minor, non valet, & dans punitur, vt ibi in fin. per glo. & Car. in verſi. committi. & tunc talis inquiſitor delegatam dicitur habere iuriſdictionem, non ordinariam ſicut epiſcopus: imò ſpecialem & limitatam, vt plenè proſequitur Deci. in conſi. cxxxvij. verſic. ij. principa-
2 liter. Et dicitur † delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue in prouincia, ſiue in ciuitate, ſiue in diœceſi, & caſtro ordinetur, & hoc per text. & Ioan. And. in d. c. per hoc. de hære. in vj. & probatur arguendo à ſpeciali. d. c. ne aliqui. de hæret. in vj. iuncto c. ij. de offic. delega. in vj. & per glo. in clem. ij. verſi. ipſorum commiſſariis. de hære. & hoc tenet Panor. in c. cum. I. & A. in gl. iij. de re iudi. & in cap. fin. verſi. venio ad ſecundum. eod. titu. de re iudi. & in cap. excommunicamus. in fin. de hæret. & Card. in clemen. j. ij.
3 oppo. de hære, & in §. quia. ij. Et dicit † Panor. in d. c. fin. quòd fauore fidei tales inquiſitores habent iuriſdictionem inſolidum, & ſeparatim procedere poſſunt, quando plures ſunt, licet in aliis ſit ſecus, vt ibi proſequitur, & vide Panor. in d. cap. cauſam. de reſtit. ſpolia. tales enim inquiſitores inuenti ſunt ad augmentum fidei, & extirpationem errorum, vt in clem. j. & ibi Card. in princ. de hære. ideò ſpecialia eis conceſſa ſunt.
4 Notandum eſt † etiam, quòd licet iſti talem habeant iuriſdictionem, etiam in diœceſi alicuius ordinarij, & epiſcopi: tamen tales inquiſitores non dicuntur habere iuriſdictionem priuatiuè, quia etiam epiſcopi procedere poſſunt, aut capitulum ſede vacante, iuxtà d. clemen. j. & d. cap. ad abolendam. de hære. ſed dicuntur habere iuriſdictionem cumulatiuè, vt habetur in d. cap. per hoc. de hære. in vj. & per Felin. in dicto ca. ad abolendam. verſic. not. epiſcopos. dummodo proceſſus inuicem communicentur, & vtroque voto ſententia proferatur, in procedendo tamen locus erit præuentioni, vt ibi dicitur in d. cap. per hoc. & vide clemen. j. §. eod. vbi quilibet ſine altero dummodò quòd ambo interueniant in ſententiando, & condemnando: aliâs nulla erit condem-
5 natio, vt ibi. Citantibus † tamen ambobus inquiſitor præponendus eſt, ex quo delegatus, cap. ſane. in ij. de offic. delega. & cap. ſtuduiſti. eo. ſic & c. vt commiſsi. de hæret. in vj. niſi & ipſe epiſcopus vt delegatus citaret, iuxta. d. c. ad abolendam. in fin. quando
6 contra exemptos, & ex hoc † infert Anan. in d. c. excommunicamus. quòd ſi vltrà ordinarium ſint alij officiales in certo genere cauſæ, quod ordinariæ poteſtati non præiudicarent, de quo per Bald. in authen. habita. C. ne fili. pro. pa. & in l. j. §. vbi autem. C. de cadu. toll. Salyc. in l. fin. C. de iuriſd. om. iud. Panor. in c. cæterum. de iudi. Aretin. in conſil. x. per Felin. in d. cap. excommunicamus. verſic. no. ex. ſi. epiſcopum eſſe: ſecus tamen ſi in aliqua cauſa ſpecialiter fuiſſet delegatus quis, tunc prȩiudicaret ordinariȩ
7 poteſtati, vt per glo. j. in d. cap. per hoc. In præmiſsis † autem quærendum eſt, ex quo per d. c. per hoc. & per d. clemen. j. §. j. de hære. ſtatuatur quod vterque procedere poſsit ad inquirendum, citandum realiter, & perſonaliter; dum tamen quod vterque interueniat in condemnatione facienda contra hæreticum, aliâs nulla redditur ſententia;

idem in tormentis inferendis & inquiſitionibus & in carcere ponendo, & alias, vt in d.cle.j.per quam aliquid vltra d.c.per hoc ſtatuitur, videlicet circa interuentum perſonarum in prædictis condemnatione, & tortura: cùm per illud ca. vterque ſolus, & de per ſe poterat condemnare, licet debebant ad inuicem proceſſus communicare, & id quod dicitur de epiſcopo, & de capitulo, ſede vacante, intelligitur vt in d.cle.j.dici-
8 tur. An † ergo ex quo vterq; condemnando interuenire debet, ita etiam in abſoluendo, an verò vterque ſolus poſſet abſoluere? quæſtio eſt diſputabilis, & gloſ.in d.cle.j.in verſic.contra eos.tenet quemlibet ſolum poſſe abſoluere, cùm à iure veteri non receditur, niſi quatenus expreſsè cautum reperitur.l.præcipimus.C.de appell.l. ſancimus. C.de teſta.ſed olim & hodie vterque poterat ſolus inquirere per d.cle.j.& de iur. vete. per d.ca. per hoc ſolus cognoſcebat, & ſolus pronunciabat, licet communicare tenebatur proceſſum, vt dicit glo.in dicta clementina.verſicu. ad ſententiam, & hodie immutatum reperitur tantum in condemnando, ergo in abſoluendo, cùm expreſsè non dicatur, ſolus pronunciat, cùm ius antiquum non immutetur.facit capit.ſtatutum.de electio.in vj.& no.in can.præceptis.xij.diſtinctio.xxiij.q.vj.capit. accuſatus. videndus text.in.can.inferior.duodecima diſtinct.& l.tertia.ff.de re iudic.& l.nemo.ff.de regul. iur.& cap.cùm inferior.de maioritate & obedientia.conceſſa enim poteſtate condemnandi, & abſoluendi poteſtas non denegatur: cùm ergo tale ius non immutetur, ergo ſtare non prohibetur quo minus non poſſit abſoluere, quæſtio iſta plenè diſputatur
9 per Ciuiliſtas † in rubr.ff.de acqu. poſſeſsione, in materia connexitatis contrariorum & correlatiuorum, & magis videtur opinio communis.glo.in dicta clementina quam ibi ſequuntur Pau.de eleaza. Lapus.Card.Imo.& Panor.mouentur potiſsimè ex quo non ſemper ad paria iudicantur abſolutio, & condemnatio, cùm quandoque abſolui poſsit, licet non condemnari, vt ibi per eos, nonnullas alias rationes aſsignat Iaſon in dicta rubrica, qui plenè tradit diſputando in l.tertia. ff. de re iudica. & concludit cum dicta glo.& ſequacibus, & Dec.etiam latè proſequitur, & tandem reſidet cum opinio. dictæ gloſſ.in l.nemo.ff. de regulis iuris.contra tamen dictum gloſſ.tenent ibi Stepha.
10 verce.& Petr.de Anchar.in dicta clemene.prima.moti potiſsimè, quia † etiam in correctoriis locum habet regula correlatiuorum, maximè ſtante identitate rationis, vt per Iaſ.in l.fin.C.de indicta viduitate tollenda, cùm tunc paſsiua dicatur extenſio, quę etiam in exorbitantibus & correctoriis admitti ſolet, vt plenè per Aretin. Socy.& nouiſsimè per Herma.in dicta rubrica.qui videntur ſequi opinio. Petr.contra dicta glo. & etiam eam ſequi videtur Felin.in cap.iij.de re iud.dicens parem rationem eſſe in materiæ d.cle. condẽnare & abſoluere, cùm fauorẽ fidei reſpiciat.& ideò ex hac ratione refert vidiſſe Io.And.in dicta cle.j.in quadã apoſtilla tenere contra ſeipſum. allegatur potiſsimè.l.ſolet.ff.de offi. proconſ.inducta, vt per Soc.in d.rub.ex qua colligi videtur, ꝙ ex quo legatus ille nõ habebat poteſtatem condẽnandi, ꝙ nec etiã habet abſoluẽdi, & ſi condẽnãdi habuiſſet poteſtatẽ, & abſoluẽdi habuiſſet, & ſic abſolutio ab ipſa condẽnatione dependere videtur, & tanquã quid connexum condẽnationi. vbi ergo datur hæc, & illa datur, & econtra vbi prohibetur, & illa prohibita cenſetur. Allega-
11 tur etiam ratio, nam † in correctoriis arguitur de reo ad actorem, vt not. videtur per gl.in clemen.ſæpè.ver.voluit.de ver.ſigni.ſed condemnatio ad actorem ſpectat, abſolutio verò ad reum, & de vno infertur ad aliud etiam in correctoriis, ergo ſtatutum in d.cle.j.circa cõdemnationem, ſtatutum cenſetur circa abſolutionem: allegatur etiam
12 alia ratio, nam † in materia odioſa procedit argumentum de condemnatione ad abſolutionem: & ideò præſcripta poteſtate condemnandi.& abſoluendi præſcripta cenſetur. ſecundum Innoc.in cap.dilecto.de offic. Archid.Bald & alios in l.imperium.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. iunctis dictis Bartto.in l.j.§.ſi quis hoc.ff.de itin.act.

priua

priuato.ſtrictior enim fit interpretatio in præſcriptione iuris,quàm in ſtatutis.& licet
Herma.conetur in dicta rubr.oſtendere nouis,& omnibus,tamen ad idem tendunt ra-
tiones illæ cum aliis,per Areti.& Socin.cùm dicant illud eſſe ex identitate rationis fa-
uore fidei,quæ ita militant in condemnando,ſicut in abſoluendo , & licet dicat etiam
abſolutionem venire ex quadam conſequentia,& indiuiduitate iuxtà doctr.Bart.in l.
græcè.§.illud.ff.de fideiuſſo.tamen non bene dicit,nec ſe confert talis ratio,cum Bart.
conſideret dependentiam per principale, & acceſſorium ad idem principale , & eo re-
ſpectu dicit indiuiduum , abſolutio autem ad condemnationem huiuſmodi non con-
ſideratur,ſed potius ex vi & propria ſignificatione,& natura correlatiuorum , vt vno
præſuppoſito,& aliud præſupponi cenſeatur ex quadam neceſsitate.l.prima.C.de cu-
preſsis.& d.l.fi.C.de indicta viduitate tollenda.ſicut de patre & filio dicitur,nam filius
non eſſet, niſi fuerit pater,& contra vxor ; & vir,actor,& reus,emptio, & venditio,&
ſimilia.Ideò magis ſtringit cæterorum ratio in natura correlatini fundata,quàm circa
dependentiam conati ſunt per alia verba idem, & eaſdem adducere rationes Aretin.&
Socin.tenendum tamen puto communem canoniſtarum opinionem, & gl.in d.cle.j.
vt in abſoluendo non extendatur d.cle.j. vltra rationes modernorum ab indentitate
rationis ceſſante,cum fauorabilior ſit abſolutio,quàm cõdemnatio,& per reditum ad
ius antiquum,& conſeruationem eiuſdem,per no.in cap.ſtatum.de præben.in vj.cum
allega.per Moder.in dicta l.tertia.& in d. l.nemo.& in d.rubr.& per dicta l.fin.§.adeò.
C.vbi ſena.vel clar.vbi abſolutio non denegatur, licet cõdemnatio denegetur,quo ad
13 illas perſonas,per quem text.aliàs † etiam dicebat Mari.de carc.in conſtit.vt vniuerſis.
primo.libr.quòd licet Barones & milites regni condemnandi eſſent per pares , & non
per iuſtitiarios,tamen per eos abſolui poſſunt abſque parium conſilio, & interuentu,
poſt quam glo.Mariani fuit introductum quoddam capitulum regn. per regem Caro.
primum,quod incip.item ſtatuimus ,quòd ſiue condemnetur , ſiue abſoluatur , pares
adeſſe debent , per quod non cadit hæſitatio,quo ad eos.poteſt tamen aſsignari ratio,
14 quòd abſolui poſsit inquiſitus ab alterutro iuxtà communem ſententiam : nam † di-
ſpoſitio dictæ clemẽ. emanauit duplici ratione & cauſa,vt ex ea colligi videtur,prima
propter exceſſus,& grauamina ſolita inferri per tales inquiſitores in ſubditos,& fide-
les,vt colligi videtur ex præambulo & principio.dictę clement.primę.ibi, multorum
querela ſedis apoſtolicæ pulſauit auditum & ibi, dum ſub pietatis ſpecie grauãtur in-
noxij,cedat in fidelium detrimentum.ex quibus verbis deprehendi videtur emanatam
ad compeſcendos exceſſus ipſorum inquiſitorum contra fideles: fortaſſe odio, prece,
aut corruptione aliorum nonnulli fideles grauabantur,& condemnabantur,aut aliæ
fiebant extorſiones,vt dicit clemen.nolentes.de hære. tam circa videlicet condemna-
tiones,quàm circa torturas , & carcerationes. ideò fuit per ſedem apoſtolicam proui-
ſum,quòd circa iſtos actus vt irreparabiles, arctioris carceris , tormentorum illatio-
nis,& ſentẽtiæ condẽnatoriæ probationis, interueniat diœceſanus , & econtra inqui-
ſitor,vt metu & interuentu vtriuſque ſubditi non grauentur,vt dicitur etiam in fine.
§.verum quia d.clement.& ideò ſequitur in §.primo.propter quod ad Dei,& ſequen-
tia,ex quo ſequitur,quòd dicta clemen.videtur emanata quodammodo potius in fa-
uorem inquiſiti vt interueniat vterque iudicum, meritò cùm ceſſat ratio dubita-
tionis in abſolutione , & ratio grauaminis , & potius inducta in eius fauorem ,
videatur in eius odium retorqueri non debet.l. quod fauore. C.de legibus. & ſen-
tire videtur Baldus in dicta l.finali.C.vbi ſenat.vel clar. ceſſante ergo ratione dict.cle-
menti.ceſſare videntur & rationes in contrarium oppugnantes.Moder.in dictis locis.
& rubric.Secunda.ratio ſumi videtur ex eadem clemen. prima.§. primo. ibi, propter
quod ad Dei gloriam, & augmentum fieri.ex quo colligitur etiam d.cle.j.emanatam

ad augmentum fidei, quòd tamen augmentum ceſſare videtur in abſoluendo, nam
fides non ita augeri videtur abſoluendo, ſicut condemnãdo & procedendo: nam con-
demnando pœna infligitur contra fidem ſentienti, & cæteris tranſit in exemplum, &
terror cæteris inducitur fidelibus, vt à fide non diſcedant, argum. l. aut facta. §. fin. ff. de
pœn. l. j. C. ad leg. Iul. repet. l. j. C. de preci. imper. offer. no. glo. in extrauagan. quoniam.
qui ſint reb. in verſ. exemplum, nec aliquid contra eam aſſeuerent ex quo augmentum
fidei clareſcit, quod ceſſare videtur in abſoluendo, cùm ergo ceſſet rationis identitas,
& diuerſitas vigeat, ſequitur quòd & legis diſpoſitio ceſſare videatur. l. qu. mus. §. adi-
gere. ff. de iure pa. l. generaliter. C. de ep. & cler. c. ceſſante. de appell. ex quibus vnico
verbo, patet ad obiecta reſponſio, vt procedant ſtante identitate rationis; quæ ceſſat
in terminis dictæ clemen. j. & glo. & ad l. ſolent. & dicta l. nemo. reſpondendum eſt, vt
Moderni reſpondent in d. l. iij. & Panorm. in d. clemen. j. vt procedant in caſu defectus
iuriſdictionis, & poteſtatis à iure prohibitæ, & non conceſſæ: tamen capitulo, ſi non
datur condemnatio, nec abſolutio: at in caſu dictæ clem. non negabatur iuriſdictio &
poteſtas penitus condemnandi, ſed cum illa qualitate negabatur, videlicet, non cum
interuentu vtriuſque, eo verò interueniente concedebatur, merito non arguendum
erit ex totali defectu iuriſdictionis ad qualificatam, & limitatam, vt in d. cle. vel aliter
intelligendo verbum accuſari in d. l. ſolent. videlicet, quòd ſtet propriè, vt glo. ibi ſen-
tire videtur in verſic. liberet contra inductionem Socyn. in d. rubr. intelliget is accuſa-
tionem effectualem, ſecuta videlicet condemnatione, licet fortaſſe quo ad rationes
ſuperius inductas in intellectu dictæ clemen. dici poſſet; quòd illæ rationes ex quibus
15 emanauit d. clem. non ſint finales rationes, ſed potius † impulſiuæ, ex quibus arguere
non licet, vt plenè Iaſ. in d. l. fin. C. de ind. vi. tol. & in auth. quas actiones. C. de ſacro-
ſanct. eccl. in materia extenſionis: cogitandum tamen eſt circa præmiſſa ex quo Ioan.
And. in d. clemen. j. vt refert Felin. in d. c. iij. de re iudic. in apoſt. ſentit, & tenet contra
d. glo. in d. clemen. conſiderando identitatem, & paritatem rationis, videlicet, fauoris
fidei, qui ita complectitur in abſoluendo, ſicut in cõdemnando; & depræhẽdi videtur
ex d. clem. j. § j. ibi, negotium huiuſmodi eo proſperetur felicius. & in §. fin. ibi, proce-
dere commiſerunt vbi fuerit procedendum. ex quibus ſumi videtur fauore fidei ema-
16 natam, maxima † tamen eſt autoritas ipſius Ioan. Andr. in materia iuris canonici, de
cuius autorit. Card. plenè in procem. clem. & pleniſsimè Curt. in conſi. j. & ex fonte iu-
ris eius opiniones emanaſſe referunt docto. & miram ingenij grauitatem fouiſſe: ad
17 inquiſitoris officium reuertamur. Qualiter † igitur ſe habere debet ipſe, & eius offi-
ciales circa officij executionem, dic, vt in d. clem. j. & ij. de hære. & in c. vt officium. &
in c. vt inquiſitionis. de hære. in vj. & c. vt commiſsi. eo. vbi de pœnis extorſionum, &
grauaminum per eoſdem inquiſitores, & de pœna impedientium officium inquiſito-
ris, & famulo inquiſitoris offenſo, & conceſsione portationis armorum, & de iura-
mento præſtando per notarium actorum, & an habere debet ſalarium, per Card. in d.
18. clem. j. §. notarij. & in d. clem. ij. §. notarij. eod. Prohibentur † autem tales inquiſitores
procedere contra epiſcopos de hæretica prauitate, non obſtante quòd commiſsio
data à papa fuerit generalis quantumcunque: nam in tali generali commiſsione, non
comprehenduntur epiſcopi, niſi ſpecialiter in tali commiſsione exprimantur, & hoc
ex prærogatiua talium epiſcoporum, vt in c. quia periculoſum. de ſenten. excommun.
19 in vj. bene tamen † ipſi inquiſitores, ſi viderint, aut intellexerint epiſcopos tali crimi-
ne diffamatos, denunciare, & referre debent ſedi apoſtolicæ: ita traditur & dicitur in
c. inquiſitores. de hære. in vj. Panor. in cap. excommunicamus. in fin. de hæret. in ſimili
facit dicto capit. quia periculoſum. vbi non poſſunt excommunicari, nec ſupponi
20 interdicto, & excommunicationi. Item † prohibentur cognoſcere de ſortilegiis, niſi
manife

manifeſtam ſaperent hæreſim:aliàs ſi non ita manifeſtè, non cognoſcunt ipſi,nec co-
gnoſcere poſſunt an ſapiant hereſim,licet poſsint an ſapiant manifeſtè,vt not.in c.fin.
de offic.deleg.in vj.ita habetur in c.accuſatus.§.ſanè.de hæret.in vj. & Panor.in c.j. in
fin.de ſortileg.Mathe.in d conſtit.inconſutilem.xvj.no.j.quæſt.& ſupra fuit dictum.
21 Item prohibentur † cognoſcere ſuper crimine vſurarum,vel in foro pœnitentiali co-
gendo vſurarium ad earum reſtitutionem , dic vt per Felin.in d.c.excommunicamus.
in princ.verſic.vtrum autem de crimine vſurarum.de hære.Bald.in c.j.§.ad hoc.de pa.
iur.fir.& in c.j.§.ſimiliter.de controuer.inueſt. Socin.in conſi.ccxix.verſ.confirmatur
22 etiam. Item prohibentur † carcerare, acriter tormentare, & pronunciare hæreticum
abſque interuentu epiſcopi,aut ſede vacante,capituli,vt traditur in d.clemen.j.requi-
ſito tamen vtroque infrà octo dies , & ibi vide per Card.in xvj. & ſequen.quæſt. & ibi
quid ſi diſcordent,& vide in dicto cap.per hoc.de hæret.in ſexto.& per Felin.in c.cùm
23 non ab homine.verſic.tertio.de iudi.& in dicto c.excommunicamus.in fin. Et † quot
monitiones tunc requirantur in interuentu vtriuſque, & an vnica ſufficiat ? dic vt per
glo.in dicta clemen.j.& Card.ibi in xviij.quæſt.& per quem debet fieri iſta monitio,&
24 an ſufficiat per nuncium , aut epiſtolam per Card.ibi.xx. quæſt. Item † prohibentur
pœnas pecuniarias imponere hæreticis , ex quo hæreticorum bona ipſo iure in eccle-
ſiam ſunt confiſcata , vt in cap.cùm ſecundum leges.de hæret.in ſexto.glo. & Card.in
clemen.ij.§.j.de hære.& in clemen.fin.§.fin.eod.& in cap.vergentis.de hære. & in dicta
conſtitut.inconſutilem.& in dicto cap.excommunicamus.eod. & vide in clemen.fin.
§.fin.Card.& ibi in fin.quòd poſſunt , dummodò pœnam pecuniariam diſtribuant in
pauperes,non ſibi nec officio ſuo applicando, niſi ex cauſa neceſsitatis, & illud faciāt
25 in pœnitentiam inquiſiti redeuntis,non autem pertinacis.an autem † inquiſitores ha-
beant iuriſdictionem in alio crimine procedente ex hæreſi , dic , vt per Aretin.in con-
26 ſilio lxxxiij. Item † prohibetur inquiſitor procedere contra diffamatum ex ſola diffa-
matione, ſi aliter non conſtat , ſaltim per vnum teſtem , Cardi.in clemen.j. §.penul.&
clem.ij.§.fi.ij.q.& in fin.quæſt.eod.contrarium tamen dicitur in capitulo,vt officium,
in princ.eod.in vj.limita, niſi prius abiuraſſet hæreſim : nam poſtea ex leui ſuſpitione
27 punitur grauiter,vt in c.accuſatus.in prin.de hæt.in vj.Item † prohibetur retinere me-
lioramenta emptoribus bonorum hęreticorū alienatorum,quando reuocat alienata,
28 vt per Bal.in l.fi.§.fi.C.com.de leg.cùm reſtituere emptoribus teneatur.Item † nō po-
teſt retinere pretium emptoribus,ſed eis tenetur reſtituere, dummodò fuerit conuer-
ſum in vtilitatem venditoris,& non aliter,per Bart.in l.iij ff.de his quæ in frau.cred.&
in l.chirographis.§.fin.ff.de adminiſt.tut.Cyn.in l.fi. C.ad leg.Iul.maie. Iaſ.plenè in §.
item ſi quis in fraudem.inſti.de actio.in verſi.gl.magna.& ibi, an teneatur ipſe inqui-
29 ſitor ſoluere pretium vēditori rei alicuius ipſi hæretico. Item † prohibetur inquiſitor
tollere defenſiones inquiſito de hæreſi,& exceptiones ei competentes, cùm eas admit-
tere debet,nec poteſt tollerē,dic vt per doct.poſt Arch. in c.exhibita.de iud.Item pro-
20 hibetur † procedere contra abiurantem hæreſim,non obſtante quòd pœnitentiā non
31 egerit,vt per Card.in conſi.ij.de hære.Dec.plenè in conſi.cxxxvij.in prin. Item † non
poteſt procedere inquiſitor generalis contra eum,contra quem proceſsit ſpecialis in-
quiſitor datus à ſummo pontifice,vt dicit Dec.in d.conſi.verſi.non obſtat. cùm papa
cauſam committendo videtur ad ſe aduocare, & inferioribus poteſtas procedendi eſt
interdicta,cap.ad noſtrum.de appell.& per cap.ſtuduiſti.de offic.deleg. & glo.in c.per
hoc.de hære.in vj.cum allegatis per Deci.ibi.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Inquiſitor poteſt inquirere de omnibus ſpeciebus hereſis.*

2 Inquiſitor poteſt procedere contra quaſcunque perſonas laicas & eccleſiaſticas.
3 Inquiſitor poteſt inquirere, citare & carcerare irrequiſito epiſcopo.
4 Inquiſitor hereticæ prauitatis poteſt punire hæreticos ex ſola mentis cogitatione per confeſſionem, licet ſigna hæreſis non reperiantur.
5 Inquiſitor poteſt cogere vſurarios ad reſtitutionem receptorum, licet eos punire non poſſet.
6 Inquiſitor poteſt procedere contra impedientem iudæum baptizari, & contra iudæum reuerſum ad iudaiſmum.
7 Inquiſitor poteſt punire extra ordinem proferentem aliqua verba iocoſè contra fidem.
8 Inquiſitor poteſt concedere vſum & portationem armorum.
9 Inquiſitor procedere poteſt contra iudæum receptantem chriſtianum apoſtatam, vel circuncidentem & ementem puerum chriſtianum vel chriſtianam accipientem & facientem iudaizare.
10 Inquiſitor recipere poteſt in cauſa hereſis teſtes lite conteſtata, & facta publicatione, & parte non citata.
11 Inquiſitor poteſt ſubdelegare.
12 Inquiſitor procedere poteſt etiam mortuo mandante, vt iuriſdictio non finiatur morte mandantis.
13 Inquiſitores poſſunt cogere officiales laicos ad auxilium & brachium preſtandum.
14 Inquiſitores punire poſſunt impedientes officium inquiſitionis.
15 Inquiſitores tollere poſſunt ſtatuta & conſuetudines impedientes officium inquiſitionis.
16 Inquiſitor inquirere poteſt & procedere poſt quinquennium à morte heretici, vt damnetur eius memoria.
17 Inquiſitor procedere poteſt contra hæredes inquiſiti de receptatione & funere præſtitis per mortuum hæretico.
18 Inquiſitor an procedere poſſit contra blaſphemantes Deum & Sanctos, & quando.
19 Inquiſitor an procedere poſſit contra hereticum cum teſtibus excommunicatis, & ſociis, & participibus.
20 Inquiſitor poteſt abſoluere infamatos crimine hæreſis, & quando.
21 Inquiſitor poteſt excommunicare, & priuare officio prædicationis impedientes congregationem circa inquiſitionem.
22 Inquiſitor poteſt proſequi hereticum confugientem in ſua prouincia, vel de alia ad ſuam prouenientem.
23 Inquiſitor procedere poteſt ſimpliciter, ſummariè & de plano, & teſtibus publicatis ad examinationem.
24 Inquiſitor procedit contra relapſum in hereſi abiurantem antea.
25 Inquiſitor procedere poteſt teſtibus periuris.
26 Inquiſitores ſi plures ſint in vna prouĩcia, habẽt iuriſdictionẽ in ſolidũ, & dicũtur delegati.
27 Inquiſitores ſi malè verſentur in eorum officio corrumpendo ſe, & alia grauamina inferendo, poſſunt ab officio remoueri.
28 Inquiſitores delegantur quandoque ab epiſcopo, & ſede vacante, à capitulo, & dicuntur delegati epiſcoporum, & de eorum officio.

1 VERSA Autem † vice inquiſitor poteſt procedere, & inquirere
de omnibus ſpeciebus hæreſis de quibus ſuprà, præter in caſibus ſu-
pra proximè, & in d.cle.fi.in fi.vbi ſupra de illis erroribus cognoſcit,
2 & per Bald.in l.nemo.in fi.C.de ſum.tri. Item † poteſt procedere cõtra
quaſcunque perſonas laicas & eccleſiaſticas, etiam exemptas & pri-
uilegiatas.ita dicit text.in cap.vt noſtrum.§. denique.de hære.in vj.&
in

in dicto cap. ad abolendam. in fi. & ibidem per Feli. ver. vlti. not. vide in cap. accuſatus.
in fi. de hære in vj. vbi contra religioſos, præterquam contra epiſcopum, vt in c. inqui-
3 ſitores. eo. in vj. Item † inquiſitor poteſt procedere, & inquirere, etiam diœceſano, &
epiſcopo nõ requiſito citare & etiã carcerare poteſt, dũmodò nõ ad arctiores carceres,
& ad tormẽta procedatur: dicitur in d. c. per hoc. e. in vj. & in d. c. cle. j. §. j. & ibi per Car.
4 eo. Item † prædictas perſonas punire poteſt etiã ex ſola mentis cogitatione, licet ſigna
hæreſis non probentur confeſsione tamen ipſarum, vt dicit Bal. in l. ſi quis non dicam
5 rapere. C. de epiſco. & cleri. Item † procedere poteſt contra vſurarios, vt eos cogat ad
rei reſtitutionem tantum. non contra eos puniendo, vt per Bal. in c. j. §. ad hæc. de pac.
iur. fir. Io. mon. 1. in c. accuſatus. de hære. in vj. Feli. in c. excommunicamus. de hære. item
poteſt bona per hæreticum alienata reuocare reſtituto tamẽ precio, vt ſuprà dictum
6 eſt. Item † poteſt procedere contra impedientem iudæum baptizari, & contra Chri-
ſtianum ſi fiat iudæus, & cõtra iudæum baptizatum reuerſum ad iudaiſmum, & con-
tra iudæum inducentem Chriſtianum ad iudaiſmum, dic vt per Cardi. in d. cle. ij. §. j. de
hære. & vide text. in c. contra Chriſtianos. de hære. in vj. & in conſtit. reg. apoſtatantes.
7 de apoſta. item † punire poteſt dicentem aliquid contra fidem, licet iocoſe, dum tamen
non vt hæreticum puniat, niſi in dicto perſiſtat, vt ſi dixerit ſe habiturum vxorem in
alio ſeculo, & alia verba proferat iocoſe, vt per Cardi. in d. cle. j. §. nos. de ſum. tri. Item
8 poteſt † concedere vſum, & portationem armorum, vt ſi dominus temporalis impe-
dierit eum, punire vt turbatorem. Cardi. in cle. ij. §. porrò. de hære. dum tamen non ex-
9 cedat metam. d. §. porrò. Item † proceditur contra iudæum receptantem Chriſtianum
apoſtatam, vel iudæum puerum Chriſtianum ementem & circuncidentem, vel Chri-
ſtianam accipiat & faciat eam iudaizare, & eam accipiat in vxorem, vel contra ementem
tem Chriſtianum, & reuendantem contra l. j. C. ne Chriſtia. mancip. vel contra iudæos
crucifigentes Agnum in die veneris ſancti. de quibus per Oldra. in conſil. xxxvj. plenè
10 Item † recipere poteſt teſtes etiam facta publicatione in cauſa, vt per Marſil. in pract.
in §. ſequens quæſti. & etiam non citata parte, vt in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. vbi
11 per Marſil. & infrà dicetur. Item † inquiſitor poteſt ſubdelegare, vt in cle. j. §. verum. de
hære. & in cle. ij. §. j. eo. & ibi per Card. poſt gl. & per eundem in cle. j. §. & quia. ij. quæſt.
Alex. in l. more. ver. item not. ff. de iuriſd. omn. iudic. & etiam in fi. d. l. quòd poteſt vica-
12 rium conſtituere, & vide gl. in d. gl. j. in verſi. ipſorum commiſſariis. Item † procedere
poteſt etiam mortuo conſtituente ſpeciale crimen, vt mortuo mandante iuriſdictio
non finiatur fauore fidei, vt expreſſum eſt in c. ne aliqui. de hære. in vj. Ang. Paul. Alex.
& Iaſ. & alij in d. l. more. quæ iuncta legitur cum l. & quia. ff. de iuriſd. omn. omn. iudic.
13 Item † poteſt cogere officiales laicos ad auxilium, & brachium præſtandum ſeculare,
impartiendum ſub pœna, vt in c. vt inquiſitionis. & cap. vt commiſſi. de hæretic. in vj.
& in cap. præſidentes. & in capi. accuſatus. §. denique. eo. & in clemen. ij. eod. & in cap.
ad abolendam. & in capit. excommunicamus. eo. & ibi per Panormita. & Felin. & per
14 Mathe. in prooemio conſtitutionum reg. in princ. Et † poteſt punire impedientes offi-
15 cium inquiſitionis. c. vt officium. & ca. vt commiſſi. eodem. in vj. Item † poteſt tollere
omnia ſtatuta, & conſuetudines impedientes officium inquiſitoris, vt in ca. ſtatutum.
16 de hæretic. in vj. Item † poteſt inquirere poſt quinquennium à morte hæretici, vt eius
memoria damnetur, de quo per glo. in d. c. accuſatus. eo. in vj. & in c. ij. de præſcript. in
17 vj. Pan. & Feli. in c. cùm à nobis. de præſcript. & dicetur infrà. Item † poteſt cogere hæ-
redes inquiſiti de receptatione, & fauore præſtitis hæretico, qui promiſit ſub obliga-
tione bonorum inquiſitori agere pœnitentiã, tamen ante peractam mortuus ſit, acci-
pere à dictis hæredibus bona, & pœnitentiam exequi, vt dicit text. in dicto cap. accu-
18 ſatus. §. ſi verò pro his. de hære. in vj. Item † procedere poſſunt contra blaſphemantes

Deum & ſanctos, dummodo moniti ſint effecti incorrigibiles. Mathe. in conſtitutio.
19 inconſutilem. in glo. verſi. diuinæ maieſtatis. Item procedere † poſſunt cum teſtibus excommunicatis, ſociis, & participibus criminis, & alios defectus habentibus, vt tra-
20 ditur in cap. in fidei fauorem. de hæret. in vj. Item abſoluere † & liberare poſſunt tales infamatos, aut de hæreſi conuictos, vt dicitur in c. ſuper eo. & in cap. vt officium. §. j. de hæret. in ſexto. in cap. ad abolendam. eod. & in conſtitutio. inconſutilem. & in cap.
21 accuſatus. eod. in ſexto. Item † poteſt excommunicare, & priuare officio prædicationis impedientes prædicatores congregationem circa inquiſitionem, vt in dicto capit.
22 accuſatus. §. compeſcendi. Item poſſunt † proſequi hæreticum confugientem in alia prouincia, vel venientem de alia prouincia in prouinciam inquiſitoris, & etiam pœnam commutare, & priuare promotos à diœceſano beneficiis cum interuentu diœceſanorum, & etiam accipiendi libros, & proceſſus inquiſitionum per alios fortè factos,
23 de quibus in text. & glo. dicto cap. vt commiſsi vobis. Item procedere † poſſunt ſimpliciter, ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, & etiam teſtibus non publicatis timore exiſtente, & periculo in teſtium perſona, adhibitis tamen doctori-
24 bus peritis, & religioſis, vt dicitur in cap. fin. de hære. in ſexto. Item † procedunt contra relapſos in hæreſi poſt abiuratam hæreſim per quatuor illos modos, de quibus in
25 dicto cap. accuſatus. & in dicto cap. ad abolendam. Item † procedere poſſunt teſtibus
26 periuris, vt in dicto c. accuſatus. §. licet. vbi not. fauore fidei, vt ibi dicit glo. Et † not. de iſtis inquiſitoribus, quòd ſi ſunt plures in vna prouincia, habent inſolidum iuriſdictionem, & dicuntur delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt not. in cap. per hoc. & in cap. nec aliqui. de hæret. in ſexto. Ioan. And. in cap. fin. de re iud. in vj. non tamen vt ab omnibus puniatur, ſed ab vno, vt per Angel. in l. ſi pluribus. in fin. ff. de leg. j. poſt Petr. de Suza. in l. ſi quis poſtea. ff. de iud. cap. vt officium. de hæret. in ſexto. Not. tamen
27 quòd ſi † iſti inquiſitores malè verſentur in eorum officio corrumpendo ſe, & alia grauamina inferendo, poſſunt ab officio remoueri à prælatis tamen prouincialibus, licet ab eis non habeant iuriſdictionem, eis verò negligentibus, ordinarij deferre debent ſedi apoſtolicæ, non tamen amouere poſſunt, ita dicit text. in clemen. nolentes. §. notarij ſed. & præced. de hæret. & ibi per glo. & Card. & in clemen. ij. ix. quæſt. de reſcrip. & ibi in fin. dicto §. notarij. dicit quòd licet prælati hos amouere poſsint, tamen non poſſunt eos corrigere, vt ibi glo. in verſicu. teneantur. & de pœnis iſtorum, vt in clemen. j. §. fin. de hære. & dicto §. notarij. & vltrà illas pœnas, criminaliter etiam puniri poſſunt. vt per Bald. in l. ſciuerint. de excuſa. tut. & poſt eum habetur per apoſtil.
28 dum alleg. dic. clemen. j. Quandoque † verò iſti inquiſitores delegantur ab epiſcopo, & ſede vacante à capi. & dicuntur eorum delegati, & etiam poſſunt inquirere & procedere contra hæreticos, ſicut & alij inquiſitores, vt habetur in dicta clemen. j. §. j. & §. verùm. ibi, eius. & in c. fin. §. iubemus. ibi, eo abſente eius vicario, de hæret. in vj. & vide glo. in d. clem. in verſi. conſenſum.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Perſone que inquiri poſſint de hereſi, & an omnes perſone.*
2 *Imperator an inquiri, & puniri poſſit de hereſi, & deponi.*
3 *Imperator per quem deponi poteſt, & an ab alio quàm papa.*
4 *Papa an teneatur de hereſi vt deponi poſſit, & per quem erit deponendus.*
5 *Papa ab alio ob hereſim, & delictum eſt deponendus non à ſeipſo.*
6 *Statutum an valeat quòd papa non teneatur de hereſi.*
7 *Papa ſi eſt paratus ſe corrigere nec accuſari, nec deponi poteſt.*
8 *Iudei an accuſari poſſint de hereſi.*

Viſo

1 VISO Qui † inquirere & procedere poſſunt, & eorum officio, & po-
teſtate: modo contra quos inquiri, & procedi poſsit videamus, & ſic
de ſecundo. Circa igitur ſecundum dicendum eſt quòd quilibet de
hæreſi inquiri, & accuſari poteſt, etiam religioſæ perſonæ, & ſacerdo-
tes. c. ad abolendam. de hæret. & c. accuſatus. in fin. cod. in vj. & etiam
exemptæ perſonæ, & priuilegiatæ. c. vt officium inquiſitionis. §. deni-
que. de hære. in vj. & c. excommunicamus. eod. etiam epiſcopus, vt in c. inquiſitores.
de hæret. in vj. & ibi not. glo. apoſtolicæ. quando ſpecialiter committitur inquiſitori-
bus in eorum literis, imò tales acrius & grauius puniendi ſunt; vt dicit text. in d. c. ac-
2 cuſatus. in fin. Etiam † imperator de hæreſi puniri poteſt, & deponi, vt dicitur de Fe-
derico Imperatore qui fuit ob hæreſim, & alia crimina depoſitus, vt traditur in c. ad
apoſtolicæ. in verſi. de hæreſi. & ibi glo. eo. verbo. de re iudica. in vj. & in c. vt inquiſitio-
nis officium: ibi, tunc in deuotione ecclesiæ exiſtentem, & ibi glo in verſic. tunc. de
3 hæret. in vj. & glo. in c. ſi papa. xl. diſtin. dic, & † intellige, vt per Bart. & Bald. in l. fin. C.
de legi. quòd deponi poteſt per ſolum papam, & non per alium. xvj. quæſt. vj. c. alius.
not. glo. in d. c. ad apoſtolicæ. & clem. j. §. fin. & ibi Card. de iureiur. in fin. Alexan. poſt
Bart. l. j. §. j. ff. de requir. reis. licet glo. & Bald. in c. j. ſi inter do. & vaſal. lis oria. & Bart.
& Guliel. in l. non ambigitur. ff. de legib. & in l. ſed & reprobari. in prin. ff. de excuſ. tut.
dicant deponi poſſe à populo Romano, à quo habuit imperium. l. j. de conſtitu. princ.
tamen d. l. fi. concludit Bart. & Bald. ibi, quòd à ſolo papa per d. cap. ad apoſtolicæ. vide
Barb. & Alexan. poſt Bart. Bald. in d. l. fi. & vide de Federico Imperatore. per Mathe. in
prælud. conſti. j. q. quòd fuit depoſitus per papam, & Iſern. in prælud. feud. & in proœ.
4 conſtit. vide per Card. in clem. ij. §. certum. de electio. Sed an † papa teneatur de hæreſi
vt deponi poſsit à papatu, & per quem erit deponendus? in quo dicas quòd etiam de-
poni poteſt propter hæreſim non à ſe, ſed ab alio, vt à conſilio, hic eſt text. in d. cap. ſi
papa. xl. diſtin. & ibi per glo. vbi ponit de quibus tenetur papa, vt ex eis deponi poſsit:
admodum enim periculoſum eſſet ſi vera fides, quæ in toto populo Chriſtiano requi-
ritur, in capite non reperiatur, vt dicitur in c. miramur. lxj. diſtin. ideò dicit gl. in cano.
Acatius. xxiiij q. j. verſi. hæreſim. papam hæreticum minorem eſſe quolibet catholico,
& de veritate. d. glo. an pro notorio crimine ſi eſt corrigibilis deponi poſsit, per Deci.
pleniſsimè pluſquam alium in conſi. clj. per totum, vbi multas refert opiniones theo-
logorum, & canoniſtarum, & latè diſputat in hoc, & vide Pan. in c. quoties. de ſimo. &
in c. quia diligentia. de electio. & in c. cùm veniſſent. & ibi Dec. de iudi. & in repet. c. ex-
5 tirpandæ. §. qui verò. de præben. & in c. propoſuit. de conceſſ. præben. vbi † ab alio, non
à ſeipſo deponendus, & in c. ſignificaſti. de electio. & in c. quanto. de tranſlat. epiſ. vbi
per conſilium deponendus eſt ob hæreſim, per Io. de Lign. in tract. de ſent. excom. in fi.
j. par. & per Boni. in rub. de here. verſi. item no. vbi de papa & Imperatore, Card. in cle.
ij. §. cæterum. de hære. & in §. nuntij. in fi. vbi per conſilium, aut ſucceſſorem ſi congre-
gari non poteſt conſilium, & in c. licet. de electio. Archid. in c. in fidei. de hære. in vj. &
vide xvij. diſtin. §. hinc etiam. & ij. q. vij. §. item cùm Balaham. & diſtin. Hoſt. & Io. Ana.
in c. propoſuit. de conceſ. præben. & Flor. in l. ſed & leci. §. j. fini. regun. ꝙ ſi papa mãdat
6 aliquid quod ſapiat hæreſim, turbat ſtatum eccleſiæ, & obediri non debet. Et † in tan-
tum de hæreſi puniri poteſt papa, quòd non licet, nec poteſt facere ſtatutũ, quòd papa
de hæreſi non teneatur, ex quo periclitaret tota eccleſia, quod non licet. xxv. q. j. cano.
7 ſunt quidam. ita gl. in d. c. ſi papa. in verſi. à fide. Intellige † tamen ſi eſſet incorrigibilis,
ſed ſi paratus eſſet ſe corrigi, nec accuſari, nec deponi poſſet, vt in c. apertè. & in c. agit.
xxiiij. quæſt. j. can. dixit Apoſt. xxiiij. q. iij. glo. in d. c. ſi papa. in verſi. à fide. tamen intelli-
gendum erit in crimine notorio, & hæreſi largè, ſecus in propria hæreſi: nam etiam ſi

eſſet occulta, accuſari, & deponi poſſet, vt ſentit glo. in d. c. v papa. & Dec. in d. conſil
8 clj. in verſiculo, non eſſet verum. Iudæi † verò non poſſunt accuſari de hæreſi, cùm in eis non cadat hæreſis, glo. in clemen. prima. §. j. de vſur. Deci. in d. c. epiſtolæ. j. quæſt. de edictio. verſicu. confirmatur hoc. de proba. Viſo igitur perſonis, quæ teneri & puniri poſsint de hæreſi: nunc de proceſſu hæreticorum videndum eſt.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Hereſis crimen an & in quibus crimi. leſæ maieſt. æquiparetur, & quæ ſtatuuntur in vno in procedendo ſtatuuntur & in alio, num. 2.*
3 *Hereſis in crimine procedi poteſt per inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem, ſimpliciter, & de plano ſicut in crimine læſæ maieſt. humanæ.*
4 *Hereſis in crimine qualiter procedatur per inquiſitionem.*
5 *Eccleſiæ quando facta eſt iniuria, aut epiſcopo, & alijs perſonæ eccleſiaſticæ, proceditur ex officio.*
6 *Inquiſitor an ordinem iudiciorum ſeruare debeat.*
7 *Hereſis in crimine procedi poteſt per exceptionem.*
8 *Teſtes excommunicati, & participes, & alij inhabiles, an admittantur in crimine hereſis.*
9 *Hereſis in crimine proceditur per accuſationem.*
10 *Hereſis crimen eſt publicum, & quilibet accuſare poteſt.*
11 *Crimen publicum eſt vbi iniuria fit eccleſiæ, aut perſonæ eccleſiaſticæ, & num. 14.*
12 *Accuſat nemo in regno tanquã vnus de populo, niſi ſuam vel ſuorũ proſequatur iniuriam.*
13 *Accuſare quilibet poteſt in crimine leſæ maieſt. diuina & humana.*
15 *Extenſio in delictis fieri poteſt fauore publico, licet aliàs non debet fieri.*
16 *Hereſis in crimine an quilibet admittatur ad accuſandum, licet in alijs non admittatur.*
17 *Hereſis in crimine quæ perſonæ admittantur ad accuſandum.*
18 *Excommunicatus an admittatur ad accuſandum in crimine hereſis.*
19 *Hereticus an admittatur ad accuſandum in crimine hereſis.*
20 *Impubes, & doli capax, & minor an admittatur ad accuſandum in crimine hereſis.*
21 *Inimicus an & quando admittatur ad accuſandum in crimine leſæ maieſt. diuinæ.*
22 *Filiusfamilias & minor an admittantur ad accuſandum in crimine hereſis, abſque conſenſu & authoritate patris, & curatoris, & an perſona ſit legitimanda.*
23 *Hereſis in crimine an ordo iuris in ſubſtantialibus requiratur, & an ſubſtantialia iuris naturalis. & nu. 24.*
25 *Accuſatio nulliter facta & ineptè, an procedat in crimine hereſis.*
26 *Hereſis crimen, eſt crimen in genere, & loco non circunſcribitur, ideò locus non requiritur in accuſatione.*
27 *Inquiſitio an requirat ſolennitatem requiſitam in alijs criminibus.*
28 *Hereſis in crimine an procedatur per inquiſitionem abſque diffamatione.*
29 *Hereſis in crimine reo non comparente, lis erit conteſtanda.*
30 *Hereſis in crimine reo non comparente, procedi poteſt in eius contumacia.*
31 *Procurator an admittatur in crimine hereſis, & num. 33.*
32 *Hereſis in crimine an ſtatim quòd non comparet efficitur contumax vt puniatur.*
34 *Aduocatus an admittatur in cauſa hereſis, an verò ſit excommunicatus aduocando.*
35 *Auxilium vbi prohibentur præſtari, an prohibeatur aduocare.*
36 *Hereſis ſi eſt defenſibilis admittitur aduocatus.*
37 *Aduocatus non admittitur vbi conſtat hereticum eſſe, vel declaratus eſt pro heretico.*
38 *Hereticus an ſtatim quòd capitur, aut citatus comparet, an ſit carcerandus, an verò relaxari poteſt fideiuſſoribus.*

Epiſco

39 *Epiſcopus debet interuenire in tortura inferenda, vel reducendo ad arctiores carceres.*
40 *Suſpitio leuis operatur in crimine hereſis.*
41 *Suſpitio leuis operatur ad inquirendum & examinandum, non ad condemnandum, cùm duo teſtes requirantur, nec ſufficiunt ſuſpitiones etiam vehementes.*
42 *Suſpitiones in crimine hereſis ſufficiunt ad torturam, quæ inferri non poteſt per ſolum inquiſitorem.*
43 *Hereſis in crimine leſæ ma. an procedatur ad torturã abſq; indiciis & preſumptionibus.*
44 *Indicia requiruntur etiamſi iudex habeat arbitrium.*
45 *Hereſis in crimine etiam perſone priuilegiatæ torquentur, ſicut in leſe maieſta. crimine, idem in ſimonia.*
46 *Indicia an debeant eſſe talia, qualia in aliis criminibus, & an vnus teſtis non omni exceptione maior ſufficiat.*
47 *Infames & inhabiles an admittuntur in crimine hereſis.*
48 *Hereſis in crimine purgatio indicitur in defectum probationum, & ſi recuſauerit, habetur pro heretico.*
49 *Condemnatur corporaliter in hereſi ex preſumptionibus violentis, licet ex his non damnatur in aliis criminibus.*
50 *Hereſis in crimine an ex defectu probationum indici poſſet duellum, ſicut in cri. leſe maie.*
51 *Duella ſunt prohibita iure canonico, & an hodie prohibeantur.*
52 *Hereſis probari debet per duos teſtes, licet non omni exceptione maiores.*
53 *Hereſis probari debet per duos teſtes legitimos & habiles, quando per accuſationem proceditur.*
54 *Teſtes parte non citata an probent contra inquiſitum de hereſi.*
55 *Hereſis in cauſa an proceſſus ſit publicandus, & teſtes ſint publicandi.*
56 *Inquiſita perſona de hereſi quãdo eſt potẽs, & timetur offenſio, teſtiũ publicatio ſiẽda nõ eſt.*
57 *Teſtium productio & examinatio non requiritur vbi publicè predicat contra fidem.*
58 *Hereſis in crimine an publicatis atteſtationibus liceat teſtes producere, & nu. 60.*
59 *Teſtes ad offenſam poſt concluſionem recipi nõ poſſunt ex officio, licet ad defenſam poſſunt.*
61 *Hereſis probatur ſi libri hereſis reperiantur penes inquiſitum.*
62 *Hereſis probatur ex ſignis etiam leuibus.*
63 *Hereſis in crimine an liceat tranſigere, & quando.*
64 *Hereſis in crimine an requiratur citatio in ferenda ſententia.*
65 *Inquiſitor & epiſcopus debent interuenire in ſententia proferenda in crimine hereſis.*
66 *Appellatio à ſententia an admittatur in cauſa hereſis, & nu. 67.*
68 *Hereſis in cauſa an ſuperior cognito de iuſtitia poteſt inhibere.*
69 *Inquiſitis de hereſi an dande ſint defenſiones, an denegari poſſint.*
70 *Inquiſitus de hereſi an renunciare poſſit defenſionibus, & an tolli poſſunt defenſiones.*

1 CIRCA Igitur † tertium dicendum eſt, quòd læſæ diuinæ maieſtatis crimen, humanæ læſæ maieſtatis crimini æquiparatur, vt dicitur in c. ſtatutum. el ij. de hære. in vj. not. glo. & Salyc. in l. j. C. ad leg. Iul. maieſt. imò longè grauius eſt æternam offendere maieſtatem, quã temporalem, vt in authen. gazaros. C. de hæret. c. vrgentis. eod. tit. c. j. §. gazaros. de ſtatu. contra liber. eccle. gl. & text. in conſtit. reg. inconſutilem. vbi grauius crimen cenſendum erit, diuina nanque gratia humanis debet præ-
2 ualere legibus. §. hinc autem. in nouel. de mona. Ideò † in modo procedendi in hoc crimine, quod in alio humanæ læſæ maieſta. crimine ſtatuitur, & hic ſtatui videtur, vt dicit text. ibi, per omnia volumus obſeruari, & Ang. in gloſ. che hai tradita la tua patria.

verſicu.quærò an ſacerdos. vbi ſtatutum in vno, & in alio ſtatutum cenſetur, & per
3 Marſi.in conſil.j.& per glo.in dicta conſtitu.inconſutilem. & ideò, ſicut † in illo pro-
ceditur, ita & in iſto, & ideò ſicut in illo crimine procedi ſolet per inquiſitionem, de-
nuntiationem, & accuſationem ſimpliciter, ſummariè, & de plano, abſque ſtrepitu, &
figura iudicij, vt habetur in extrauagan.ad reprimendum.ita & in iſto crimine, vt tra-
ditur in cap.fin.de hære.in ſexto.in princ.& in conſtit.inconſutilem. & ibi per Math.
in xix.not. quòd per inquiſitionem procedi poſsit, conſtat ex c.in fidei fauorem. iun-
cta glo.in verſic.inquiſitionis. & in cap.vt officium inquiſitionis. & in c.inquiſitores.
& in c.vt inquiſitionis negotium. & in c.fin.& in c.ne aliqui. & c.præſidentes.& c.per
4 hoc.de hæret.in vj.& in clemen.j.& ij.eod.in quibus † modus traditur procedendi in
inquiſitione, text.in l.apoſtatarum. C.de apoſta.& in l.nemo. C.iudæ. & in reg.dictat.
dicta conſtitut.inconſutilem.ibi, nemine etiam deferente, & ibi per officiales inquiri
hæreticum vltrà tradita in dictis cap.& in clem.j.& ij.per Card.in clem.j.§.fin.de vſur.
5 & in d.clem.j.& ij.de hæret.& nedum † in hoc crimine, ſed etiam quando iniuria facta
eſt eccleſiæ epiſcopo, & alij perſonæ eccleſiaſticæ, & religioſæ: nam tunc ex officio
procedi poteſt, Bart.& Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc.& cleri.glo. & Math.
in d.conſtit.inconſutilem. in verſic.diuinæ maieſt.& in regno extat.cap.ſuper iniuriis
illatis eccleſiæ, & perſonis eccleſiaſticis, vt ex officio procedi poſsit per iuſtitiarium
6 prouinciæ. Et an † ordinem iudiciorum ſeruare debet inquiſitor, dic vt per canoni-
ſtas poſt Innoc.in c.exhibita.de iud. & Bald.in ſua margar.in verſic.inquiſitio. & dic,
vt in c.fin.& c.per hoc.in fin.de hære.in vj. conuola in loco; & materia inquiſitionis,
de qua per Ang.in l.ſi vacantia.C.de bon.va.lib.xj.& Ang.in glo. hæc eſt quædam in-
quiſitio. & per Bart.in d.conſtitu.ad reprimen. in verſic.per inquiſitionem. & Mar.in
pract.in §.conſtante. Formam autem inquiſitionis vide per Specu.in tit.de teſte. §.vij.
verſi.porrò.de denuntiatione, dic vt in d.conſtit.inconſutilem.ibi, etiam nemine defe-
rente.& d.l.apoſtatarum. & per Math.in d.conſtit.inconſutilem.xix.not. arguitur ex
d.extrauagan.ad reprim.ibi, per denuntiationem.de qua ibi per Bart. & Angel.in glo.
7 necnon ad denuntiationem. Procedi † etiam poteſt in hoc crimine per exceptionem,
vt ſentire videtur glo.in d.c.in fidei fauorem. in verſic.inquiſitionis.de hære. in ſexto.
8 ſpeciale tamen, de quo in d.c.in fidei. quòd † teſtes excommunicati, & participes, &
alij inhabiles admittantur fauore fidei, non habet locum quando per exceptionem,
aut accuſationem procedetur, ſed quando per inquiſitionem, vt dicit ibi glo.in verſi.
inquiſitionis.cùm in plus ſe habeat inquiſitio, & fauorabilior ſit, exceptione & accu-
ſatione.ij.quæſt.vij.c.ſi quis epiſcopus.& vide per Mathe.in conſtitut.vt vniuerſis.iij.
not.in fin. vbi in cauſa hæreſis ſtatutum faciens mentionem de accuſatione, non ex-
9 tenditur ad inquiſitionem. De accuſatione † verò patet in c.accuſatus. & in c.fin. in
verſi.accuſatoribus.de hære.in vj.& not.in d.c.in fidei fauorem. verſi.inquiſitionis. &
in d.l.apoſtatarum.& dicitur in d.conſtitu.inconſutilem.& per Mar.ibi.xix.not.& in
10 d.extrauag. ad reprim.ibi, per accuſationem. Circa † quam accuſationem ſciendum
eſt hoc hæreſis crimen publicum eſſe, & ad quemlibet ius accuſandi ſpectare, vt dicit
text.in l.manicheos.C.de hæret.& in d.l.apoſtatarum. & dicitur in d.conſtit.inconſu-
tilem.ibi, inter cætera publica crimina numerentur. Ang.in gl.necnon ad querelam.
11 Bald.in rub.C.qui accuſ.poſſ.& in l.reos.C.de accu.imò † crimen etiam publicum eſt,
vbi iniuria fit eccleſiæ, aut perſonæ eccleſiaſticæ, vt dicitur in l.ſi quis in hoc genus.
vbi Bart.C.de epiſ.& cler.& in l.j.§.huius ſtudij.ff.de iuſti. & iur. Alex.poſt Bart. in l.j.
ff.de pub.iud.glo.in d.conſti.inconſutilem.in verſi.diuinæ.& ibi per Mathe.in xv.no.
12 & licet † ritus magnæ curiæ in regno Sicil. Item quòd nullus laicus admittatur tan-
quam vnus de populo. dicter nullum admitti ad denuntiandum de aliquo crimine,
tanquam

tanquam vnum de populo, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam, ex quo dici
videatur in regno non habetur locum ti. ff.de pub.iud.vt quilibet de crimine publico
13 accuſare poſsit: tamen ſpeciale eſt in hoc crimine, ſicut in crimine læſæ maie. humanæ,
iuxta doct. Bart.in d.l.j. ff.de pub.iud.imò etiam iſte ritus locum habet in his duobus
caſibus, nam iniuria facta diuinæ & humanæ maieſtati, & religioni, omnibus facta vi-
detur, vt dicit text.in d.l.manicheos.& in d.l.apoſtatarum. & in nouel.quomo.opor.
epiſ.§.licentiam.& gl.in d.conſt.inconſutilem.in verſ.diuinæ maieſt. cùm ergo omni-
bus facta cenſeatur iniuria, quilibet propriam, non aliam proſequi videtur iniuriam,
14 meritò & in his locum habet d.ritus. Idem † quando fit eccleſiæ, aut epiſcopo, & per-
ſonæ eccleſiaſticæ, per d.l.ſi quis in hoc genus.vbi Bart.& Bald. & Math.in d.conſtit.
inconſutilem.in d.gl.diuinę.ſub ea ratione, quòd omnibus facta cenſeatur iniuria his
15 perſonis illata, & licet † in exorbitantibus extenſio nõ ſoleat fieri in caſu ficto, vt eſt in
talibus delictis, & iniuriis, vt plenè tradit Iaſ.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccle.
& Moder.in rub. ff.de acqui.po.in extenſione clem.j. de hære.tamen fauore publico,
vt in præmiſsis caſibus, per d.l.ſi quis in hoc genus.& xvij.qõ.iiij.c.ſi quis deinceps. &
xxiiij.q.iij.c.quiſquis.& Math.ſentit in conſt.incõſutilem.in gl.diuinæ.verſ.in eadem.
admittitur talis extenſio, vt per Feli.plenè in c.nonnulli.in princ.de reſcrip.Bart.in l.ſi
conſtante.in prin.xix.oppo.ff.ſol.mat.gl.in l.illud.C.de ſacroſan.eccl.& plenè Mar.in
conſi.liiij.circa finẽ, & conſi.lvij.& conſ.xciiij.& per Math. in conſtit.ſi quis aliquem.
16 & Ang.in gl.necnon ad querelam. Et not. quòd † licet aliquæ perſonæ prohibitæ vi-
deantur accuſare, de quibus in l.qui accuſare. C.qui accuſa.poſſ.vt infames, mulieres,
ſerui, & cæteri de quibus ibi, & per Bal.in rub.C.qui accuſa.non po.& Gan.in ij.rub.
& Ang.in d.gl.necnon ad querelam.& Spec.in titu.de accuſ.§.j.tamen in hoc crimine
admittuntur omnes ſicut læſæ maieſt.huma. traditur in l.famoſi. & in l.ſeq. ff.ad leg.
Iul.maie.Bart.in d.extrauag.ad reprimendum.in verſ.accuſationem.Gan.in d.rub.ha-
betur in hoc crimine.in d.l.apoſtatarum.& in gl.in d.conſt.inconſutilem.in verſ.diui-
næ.Ang.in d.gl.necnon ad querelam.verſi.x.repellitur. & in glo.che hai tra.la tua pa.
17 verſi.quero quis poſsit accuſare. Et licet † ita generaliter, & indiſtinctè diximus con-
tentos, & mentionatos in locis ſuprà, admitti, ad hęc crimina accuſanda: tamẽ ibidem
continentur nonnullæ perſonæ, quæ etiam in dictis caſibus nõ admittuntur, vt in illis
qui repelluntur, aut defectu naturali, aut diuino: defectu naturali, vt infantes, & pu-
pilli doli non capaces, & furioſi, muti, & ſurdi à natura, nam iſti tales ex defectu na-
turali non admittuntur, per id quod dixit Bald.in rub.qui accuſ.non poſſ.verſi.quæro
ſi ſtatutum.vbi dixit, ſi per ſtatutum dicatur quemlibet admitti ad accuſandum in ali-
quo crimine, quòd tales non admittuntur, licet ex defectu ciuili prohibiti eo caſu ad-
mittantur, intellige tamen in pupillo non doli capace, & in furioſo, & mente capto
perpetuo: ſecus in habente lucida interualla, & in muto, & ſurdo à natura, non au-
tem in ſurdaſtro aut per accidens, cùm vtrumque defectum non habeat, vt per Bald.
in d.rubr.& per Ang.in d.glo.necnon ad querelam. vbi de minore, & ita ibi declarat.
18 Defectu † autem diuino, vt in excommunicato: nam prohibetur propter pericu-
lum participationis, vt in cap. pia. de except. Bald. in dicta rubr. verſicu.quæritur. &
Angel.in dicta glo.necnon ad querelam.verſicu.vij.excommunicatus. & Speculator
in titulo de accuſat. §.primo. verſicu.item quod eſt anathematizatus, & excommu-
19 nicatus. Idem dico † de hæretico, cùm ſit excommunicatus, non admittitur. cap.ex-
communicamus. de hæret. Specul.in dicto §.primo. verſicu.item excipitur, quòd eſt
hæreticus.ij.quæſt.vij.cano. pagani hæretici. & iiij.quæſtione.prima, cano.primo.&
ſequen.& licet ſecundum ius ciuile admittatur contra hæreticum, dicta quæſt.vij.can.
ſi hæreticus. tamen vt ibi tradit glo.prima, ſecus eſt ſecundum canones, vt ibi in fin.

vel vt ibi dicit gloſſ.intelligitur in hære.minore,& largè ſumpto, non in proprio hæ-
retico à fide catholica deuiante.& ibi gloſſ.etiam ſentire videtur, quòd excommuni-
catus non admittatur ad accuſandum,& dicto can.primo.iiij.queſt.prima.cùm ſaltim
largè hæreticus dicatur, vt ibi dicit gloſſ.in can.ſecundo. quarta quæſtione prima. &
glo.in dicto cap. ſi hæreticus.in fi. Quilibet prædictorum modorum de quibus ſuprà,
excluditur ab accuſando etiam in his criminibus,ſecundum canones: licet fortè ſecū-
dum ius ciuile non procederet,vt ibi dicit gloſſ.in dicto capi. ſi hæreticus videlicet,in
caſu illo tantū quando accuſat de hæreſi hæreticus in odium immanitatis criminis,
20 idem in crimine læſæ maieſt. humanæ, cùm vt ſuprà parificentur. Quòd † autem di-
ctum eſt in infante,& doli nō capace,ſecus eſt in impubere doli capace,adulto, & mi-
nore;nam iſti in talibus criminibus admittuntur,cū tutoris aut curatoris authoritate,
ſicut in aliis,ita Specu.in dicto titu.de accuſa.§.j.verſic.item excipitur,quod eſt pupil-
lus.vbi in crimine læſæ maieſt. admittitur cum tutoris autho. Gandin.in d.rub.& erit
ſpeciale ex quo cæteris non admittitur, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.
l.ij.ff.de accuſat.Bald.in dicta rubr.ver.quidam propter ætatem. & vide per Marſil.in
conſ.j.vbi ponit quis de crimine læſæ maie.poteſt accuſare,& teſtificari, & de pupillo
21 Item † à prædictis excluditur inimicus, nam etiam in his caſibus exceptuatis excludi
tur,dummodò ſit inimicus capitalis,vt dicit no.Spec.in d.tit. de accuſa.§. primo. in fi.
Augu.poſt Angel.in d. gloſſ.necnon ad quærelam vbi de inimico,Marſi.in conſi. xij.
verſic.ſecundo.non probatur ratione inimicitiæ.& in l.prima.§.præterea. ff.de quæſti.
& vide Specu.in dicto tit.§.j.vbi ponit quæ perſonæ repelluntur ab accuſando,& tan-
dem circa fin.verſic.in ſumma dicit,quod illæ perſonæ quæ prohibentur, admittun-
tur tamen in aliquibus caſibus, vt in crimine læſæ maieſtat.hæreſi,ſimoniæ,ſacrilegij,
& aliis de quibus ibi:tamen inimici non admittuntur, & vide per Iſerniam in capitulo
primo. §.diuina quoque, & humana. de ſtatutis contra libertatem eccleſ.vbi arguit
pro,& cōtra,tandem diſtinguit in propria hæreſi,& perfida & in large ſumpta, vt ibi.
22 Sed † an requiratur perſonæ accuſatoris legitimatio, vt ſi accuſet filiusfamil. requira-
tur patris conſenſus, prout magis communiter tenetur in l.fin.§.neceſsitate.C.de bo.
quæ lib.& per Ang.& Augu.in gl. necnon ad querelam. verſic.quid ſi filiusfa. Gand.
in rubr.de filiofam.accuſatore.& in rubr.de var.quæſt. in malc. Bel.in pract.in rub.de
cauſa cri. vel ſi accuſet pupillus adultus,aut minor,qui nō poſſunt accuſare,niſi cum
tutoris authoritate,aut curatoris,vt dicunt d.doct.& Marſi. in practica in §.expedita.
& in § ſequens quæſtio.in quibus etiam dicitur quòd ſi eſt minor, & in patris pote-
ſtate,quòd ambo interuenire debēt,& authorare,adeò quod pater, vt pater,& curator
aliàs nullus redditur proceſſus.vt ibi dicunt,& Specu.in titulo,de act. verſiculo,item
quod eſt filiusfamil.videtur dicendum quod etiam in his caſibus abſque tali legitima-
tione valeat iudicium:nam cùm in his caſibus procedatur ſummariè, & de plano ſine
figura iudicij.capitu.fina.de hære in ſexto.& in extrauagan.ad reprimendum.ſequitur
23 quòd † ordo iuris etiam in ſubſtantialibus,non requiratur,per textum in clemē. ſæpe.
de verborum & rerum ſignificatio. & ibi tradita per Ioannem Andr. Georg. Na. &
Lanfran.in fin.repet.& per tradita per Bartol. in dicto extrauagan. ad reprimendum.
& Cano.in capitulo,olim.de accuſatio.& doct.Barto. & Bald.in in l.nec quidquam.§.
de plano.ff.de offic.proconſul.Cardi.in clementina ſecunda.de iudic.& per Par.in tra-
ctatu ſyndic.Specu.in titulo,de inquiſitio. §. nunc tractemus. verſiculo, qui igitur.&
Ioannes Andr.in dicto capitulo fina. de hære.in ſexto.in gloſſ. figura. & per Matheſil.
in conſtitutio. pacis cultum. quinto notab. cum in his criminibus ſummariè, & de
plano procedatur per d. capitu. fina. ergo non requiritur legitimatio perſonæ, cùm
24 ordo iuris etiam ſubſtantialis non requiratur. In † contrarium tamen, nam licet

ita procedatur vt ſubſtantialia iudicij, & ordo iuris non requirantur: tamen non tol-
luntur ea quæ ſunt iuris naturalis, vt citationes & defenſiones nec eſſariæ, vt per eos
traditur in d.locis,& per Bar.in d.extrauag.ad reprimendum.in ver.figura.& Par.vbi
ſuprà,ſed legitimatio perſonæ,vt inquit Bar.in verſ.figura.reſpicit ius naturale,& de-
fenſionem,ideò legitimatio perſonæ requiritur,item dicit Bart.in l.ne quidquam.§.de
plano.ff.de offic.proconſ.& Par.in d.tract.requiritur ergo legitimatio perſonæ,aliâs
proceſſus nullus redditur,quod verum crederem in pupillo,& impubere,non autem
in filiofam.cùm plerique concludant in criminibus publicis non requiri conſenſum
patris:ſed ad cautelam concludunt interuenire debere, ſed deficientibus alus ſubſtan-
tialibus, & ordine ſeruato, licet ſeruari non debeat, non tamen per hoc annullatur
proceſſus,vt dicitur in d.clemen.ſæpè.& Specu.in d.§.nunc tractemus. verſi.quid igi-
25 tur.Sed † quid ſi accuſatio fuerit inepta, & non rite facta,an ex quo ita proceditur ſu-
ſtentetur? Bar.in extrauag.ad reprimen. in verſic accuſatio.in verſiculo,inquiſitio. vi-
detur tenere quòd ex quo proceditur per accuſationem, vt procedi poſsit ſecundum
formam illius legis,quòd accuſatio debet eſſe valida,& recta, maximè in appoſitione
loci,& temporis,ſecundum l.libellorum.ff.de accuſa.iij.q.vij. c.libellorum.cùm talis
appoſitio concurrat ad defenſionem rei,vt melius poſsit ſe defendere, vt dicit Bald.in
l.cùm fratrem.& l.prima.ff.de his quib.vt indi.& in l.in cauſis.ff.de accuſationi.& in l.
mora.ff.ſolut.matri.& in l.prima.C.vbi de poſſeſ.& in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iure.&
Bart.& Ang.in dicta l. libellorum.& per Marſil.in conſil.xlix.in fi.in addit circa quas
defenſiones non ſuppletur beneficio d. extrauag.ad reprimend.& per tradita per Par.
in d.tract.vbi quòd per ca.deteſtantes.non ſuppletur defectus.d.l.libellorum. nec per
clement.ſæpè.dic quod licet interuenire debeat, & apponi in accuſatione, non tamen
per hoc redditur nullus proceſſus,ſi non apponantur,vt condemnari non poſsit con-
ſtito de prædictis criminibus,cùm crimina qualitercunque claruerint,punienda ſunt,
vt inquit Iſer.in conſtitut.ſi damna clandeſtina, & in conſtit.iuriſgentium. & iij.q.iiij.
26 cap.ecce.& tantò † magis in crimine hæreſis,quod loco non circunſcribitur, cùm ſit
delictum in genere,ita Bald.in l.prima.C.qui accuſ. non po.& Ang. in d.l.libellorum.
& in Nouel.quomodo.opor.epiſc.§.fi.vbi dixit quòd contra committentes delictum
contra maieſtatem diuinam tenet proceſſus ſine ſolennitate.l. libellorum. Augu.poſt
Angel.in gloſſ.hæc eſt quædam inquiſitio. in addi.locus, & tempus, & quod dictum
27 eſt de accuſatione, Idem † de inquiſitione, vt talis ſolennitas non requiratur, vt per
Bartol. in d. extrauagan. in ver.inquiſitionem.& in hoc crimine, vt per Par.in ver.an
per d.cap.& Augu.in dicta.glo.in addi.locus,& tempus.& Bal.in l.prima.C.qui accu.
28 non poſſ.& in l.edita.C.de eden.Item † no.quod licet in aliis criminibus procedi non
poſsit per inquiſitionem abſque diffamatione, vt in cap.qualiter, & quando.de accuſ.
& per Ang.in repeti.l.ſi vacantia.C.de bon.vac.& Ang. in gloſſ. hæc eſt quædam in-
quiſitio.& Marſi.in § conſtante.In practi.tamen in his criminibus procedit inquiſitio
abſque diffamatione,ita Bart.in d.extrauag.in d.ver.inquiſitione.& per Cardi.in cle.j.
§.pen.& in cle.ij.q.ij.de hære.Auguſt.poſt Ang.in dicta gloſ.hæc eſt quædam inquiſi-
tio.in addit.mero officio,& ibi dicit text.alleg.per Cardi.in cap.excommunicamus.§.
tadiicientes.de hæreti.non probare tamen,voluit inducere Card. vt inducit Bar.in ex-
trauag.quoniam qui ſint rebell.ibi publicè aut occultè,& ſic ſi occultè, ergo diffama-
tio non requiritur in illo caſu, ſic etiam dicitur in d.§. adiicientes.ibi, aliqua occulta
29 conuenticula celebrantes, tamen ibi dicitur, fama fuerit. Aduertendum † tamen eſt,
quòd ſi facta & formata accuſatione, aut inquiſitione, citatus compareat, & tunc lis
erit conteſtanda, & reſpondendum ſuper accuſatione, aut inquiſitione, vt dicitur
dicta extrauagan.ibi, vel lis foret legitimè conteſtata., ex quo verſiculo, innuitur,

quòd ſi præſens eſſet, deberet lis conteſtari, & ſentit in hæreſis. c.cùm contumacia.de hære.in vj. ibi, vt de fide reſpondeat, non tamen ſi non appareat ex hoc proceſſus ſit nullus, ſed vigore d.extrauag.validaretur, ſi de maleficio conſtet, per d.clem.ſæpè.in fin. eo maximè ex quo quælibet oppoſitio, & actus ſequens haberet vim litis conteſtationis, vt inquit Iaſ.in l.nulli. C.de procur.& Par.in d.tract.in commen.c.deteſtantes.
30 Sin autem † citatus non comparet, tunc in eius contumaciam procedi poteſt, d.extrauag.ad reprim.in prædictis criminibus, & hoc eſt in his ſpeciale cùm regulariter in capitalibus parte abſente ad diffinitiuam ſententiam non procedatur. l.abſentem. ff. de pœnis.Bart.in d.extrauagan.in verſi.conteſtata. & poſſent teſtes recipi ea non conteſtata, vt per glo.j.in c.quoniam frequenter. vt lit.non conteſt.
31 Et ex † hoc ſequitur, quòd ſecundum Dyn.in l.penult. §.qui ad crimen. ff.de publi.iudic. quòd in iſtis caſibus admitteretur procurator, licet in capitalibus regulariter non admittatur. d.§.ad crimen.Bart.tamen in d.extrauag. in ver.legitimè.tenet contra Dy.quòd procurator interuenire non poſſet: bene tamen defenſor, & quilibet admittitur ad oſtendendam eius innocentiam, & plenè per Mar.in pract.in §.ſequitur. verſic.item poteſt etiam. & in l.lege Cornelia. §.fin. ff.de ſicar.
32 in hæreſi † autem non ſtatim, quòd eſt contumax condemnatur, ſed per annum expectatur, qui ſi non comparet infrà annum, tunc condemnatur, vt hæreticus elapſo anno, ita dicitur in d.c.cùm contumacia. de hæret. in vj. an autem in crimine hæreſis admittatur procurator: dic quòd ſi in cæteris capitalibus, & non ita grauioribus procurator non admittitur, multò magis in his admitti non debet: tamen reo exiſtente abſente poteſt de innocentia docere, non vt procurator, ſed vt quilibet, vt dicit Bart.in d.extrauag.Mar.vbi ſuprà, &
33 intelligo † ſupradicta dubia quando dubium eſſet, an ſit hæreticus: aliàs enim ſi conſtat hæreticum eſſe, nullo modo admittitur, aliàs eſſet procurator excommunicatus, per c.ſi aduerſus.de hæret.vt ſi eſſet ſuſpectus quis de hæreſi citatus, vt reſpondeat, & effectus ſit contumax, tunc infrà annum, iuxtà d.c.cùm contumacia.poſſet comparere quis, nõ vt procurator, ſed vt quilibet ad oſtendendum ſuam innocentiam.
34 Sed an † aduocatus admittatur, an verò aduocãdo eſſet excommunicatus, videtur in prædictis aduocatum, & quemlibet defenſorem non admitti, ſed fore excommunicatum, vt dicit text.in c.ſi aduerſus.de hæret. vbi expreſsè aduocatis interdicitur aduocationis officium in tali crimine, & in cap.fin.ibi, abſque aduocatorum ſtrepitu. de hæret.in vj.facit text.in c. excommunicamus.§.credentes.& in c.ſicut.de hæret.& in c.ij.& c.accuſatus.§.ſi verò. & c.vt inquiſitionis officium. in princ. & c.contra Chriſtianos. & c.vt inquiſitionis negotium.de hæret.in vj. & in authen.credentes. C.eod. & in c.j. §.credentes. de ſtat. contra lib.eccle.text.in conſtit.inconſutilem.in fin.& ibi plus dicit gl.quòd in hæreſi, & crimine læſæ maieſtatis, non tenet reſcriptum pro eo impetratum, per l.ij. C.de ſum.Trin. l.arriani. C.de hæret. l.ij. C.de offic.vica. & in crimine læſæ maieſtatis, in l. quiſquis.§.denique. C.ad leg.Iul.maieſt. quibus iuribus dicitur puniri defenſores, &
35 auxiliatores hæreticorum, & committentium crimen læſæ maieſtatis, ſed † clarum eſt, vbi prohibetur auxilium præſtari, quòd tunc etiam aduocari prohibetur, vt dicit Angel.in glo. And.Auxil.Gandi. in tit.de banni.in princ. verſic.item pone in ſtatutis. Bart.in l.poſt legatum. §.ſunt qui. & §.his verò. ff.de his quib. vt indi. Alber. in tract. ſtatu.iiij.par.quæſt.xxxij.Nel.in tract.banni.iij.par.ij.temp.quæſt.xxvj. & Bart.in d.§. denique. In contrarium videtur, nam aduocationis officium eſt publicum, & cuilibet licet aduocare.ff.& C.de poſtu.l.ſeruum quoque.§.publicè.ff.de procurat. nec verum eſt, quòd aduocando præſtari videtur auxilium, & defenſio, ſed aliter intelligitur de auxilio, & defenſione propriè, & ita tenet Bart.in l.furti. §.operas.ff.de fur. & Alber. in d.tra.iiij.par.quæſt.xxxiij.vbi dicit ſe defendiſſe inculpatos, de hæreſi in conſiſtorio publico,

publico,annullando proceſſum factum contra communitates,per papam Ioan.xj.&
obtinuit,vide Augu.poſt Ang.in dgl.And.auxil.in verſi.aduocando.Non obſtat tex.
in d.c.ſi aduerſus.nam non loquitur quando quis de hæreſi inculpatur, an tunc liceat
pro eo aduocare, ſed loquitur quando alibi agunt, aut conueniuntur in aliis cauſis,
tunc non licet eis præſtare patrocinium,ita etiam prohibet notarios pro eis conficere
inſtrumentum, non autem loquitur quòd non liceat ipſos defendere, allegando eos
non eſſe hæreticos,vel ſecundum Pan.loquitur in hæretico potente,qui per eccleſiam
puniri non poteſt. Hoſtien.verò dicit loqui in vero hæretico, ſecus ſi velit ad fidem
reuerti: nam licet pro eo aduocare. Anan.dicit in d. c. quando quis negat hæreticum
eſſe, & vult oſtendere ſe non hæreticum, admittitur, ſed Gemi. in d.c.fin.in princ. de
hæret.in vj.dicit admitti debere per illum text.vbi dicitur ſine ſtrepitu aduocatorum,
non ergo prohibetur aduocare, ſed ſtrepitus prohibetur aduocatorum, & negando
36 ſtrepitum, & illam qualitatem, concedit ſine illa qualitate.Ioan.de † Lig.in d.c.ſi ad-
uerſus.refert Hoſtien.dicere,aut hæreſis eſt defenſibilis, vt quia protulit verbum hæ-
reticum iocoſe,& tunc admittitur, & in hoc conſuluit Oldra.in conſil.ccxx.vbi alle-
gabat quòd obiecta hæreſim non ſaperent,& Deci.conſuluit in conſil.ccxxxvij quaſi
quòd illa mulier non poterat inquietari per inquiſitorem de hæreſi, & Alber.in dicta
37 quæſt.xxxij.ex quibus † diſtinguendū videtur,quòd aut conſtat illum hæreticum eſſe,
vel declaratus eſt hæreticus ex claris probationibus, & tunc non licet aduocare per
generalitatem d.c.ſi aduerſus.& per tex.in d.conſtit.inconſutilem.in fin.qui loquitur
poſtquam eſt declaratus, & nolit reuerti ad fidem, & text.in d.§.denique. aut res eſt
dubia,an verba ſaperent hæreſim, aut non conſtat hæreticum eſſe, aut hæreſis eſt de-
fenſibilis,& tunc aduocare poteſt pro eo, & defendere hæreticum non eſſe,nec in hæ-
reſim incidiſſe,cautius tamen eſt ex licentia inquiſitoris, vide Mathe. in dicta conſtit.
inconſutilem.xxv.not. Felin. in d.c.ſi aduerſus. in fin. Iſern.in d.c.j. §.ſatisfactionem.
verſic.ſi verò. de ſtatu.contra lib. vbi ſimpliciter prohibet, & ita etiam dici poſſet de
procuratore admittendo,vel non, tamen maius dubium eſſet de procuratore, cùm in
38 capitalibus non admittatur. An autem † ſtatim quòd citati cōparent aut capiuntur,
carcerandi ſunt, & macerandi in carcere, an verò relaxari debent fideiuſſoribus de
ſtando iuri, iuxta regu.conſtit.humanitatem.& alia c.reg.dic quòd ſtatim poteſt car-
cerari,iuxta tenorem clemen.j.§.j.& §.ſanè.de hæret.ſeruata forma d.clem.nec relaxa-
tur dictis fideiuſſoribus, Argum.d.conſtit.humanitatem. vbi excipitur crimen læſæ
maieſtatis,humanæ, ergo multò magis in diuina læſa, per d.conſtit.inconſutilem.vbi
maior ratio habetur,vt ibi dicitur,& in auth.gazaros. C.de hæret.& in authen. vnde
39 ſumitur.& in cap.vergentis.eodem. Circa † verò torturam inferendam, & arctiorem
carcerem infligendum interuenire debet epiſcopus,iuxta clemen.j. §.j.de hære.& vide
ibi in glo.tormentis.an in ieiuniis imponendis, quæ vim tormentorum habent,inter-
uenire debet,& limita vt per glo.in c.in fidei.de hæret.in ſexto. vbi per inquiſitionem
proceditur,ſecus ſi per accuſationem,aut exceptionem,tunc alteruter ſufficit,& non
40 vterque requiritur vt ſuprà fuit dictum.Et nota † quòd licet aliàs leui ſuſpitioni non
ſtetur.l.iij.§.j.in fin.ff.de mino.Bald.in l.fin.in fin.C.de probatio. Gemi.in c.habuiſſe.j.
not.xxxiij.diſtinc.tamen in hoc crimine ſtatur tali ſuſpitioni, vt dicitur in dicta auth.
gazaros.ibi leui ſuſpitioni.& in l.ij.& ibi glo.C.de hæret.& in d.conſtitut.inconſuti-
lem.ibi, etiam ſi leuis ſuſpitio.& ibi glo. & glo.in c.literas. verſi.vehementem.de præ-
41 ſumpt.& in c.j.de hæret.intellige † tamen non ad effectum condemnandi, & punien-
di, cùm etiam ex vehementibus ſuſpitionibus non condemnetur hæreticus, ſed ex
duobus teſtibus,vt concludit Oldra.in conſi.ccix. ſed ex tali ſuſpitione peruenitur ad
fidei examinationem, & diſputationem, vt veritas appareat, & ſi deuius à fide, vt

puniatur niſi abiurauerit, ſinautem non deuius, ſed orthodoxus, liberatur, vt dicitur in d. iuribus, ita per gloſſ. in dicta conſtit. inconſutilem. verſi. etiam ſi leuis. & ibi Math.
42 iuncta glo. bene † tamen ſi prædictæ ſuſpitiones erunt ſufficientes ad torturam, procedetur ad torturam ipſam, quam ſolus inquiſitor, aut ſolus ordinarius inferre non poteſt, ſed vterque, vt dicitur in d. clemen. prima. §. j. & vide ibidem per Cardi. §. penult. & plenè in clemen. prima. §. fin. vlt. q. de vſu. vbi de modo procedendi, & tortura inferenda.
43 Sed † an in vtroque crimine procedi poſſet ad torturam abſque dictis ſuſpitionibus, & indiciis ſufficientibus, dic quòd ſicut in cæteris criminibus procedi non poteſt abſque indiciis, ita & in his, in crimine læſæ maieſt. humanæ, glo. Cyn. Bald. & Salyc. in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſt. Ang. in glo. che hai tradita la tua patria. in princ. Mariñe. in conſti. monomachiam. iiij. not. poſt gloſſ. ibi licet Azo. contra in ſumma. eo. tit. cuius opinio non tenetur, Brun. in tract. indici. Mar. in conſil. xiiij. & conſil. xviij. & conſilio xlvj. & conſil. cxx. & in pract. in §. conſtante. & §. diligenter. & in l. prima. in princ. & in l. de minore. in princ. ff. de quæſtio. Anchara. in conſil. cccexl. Cepol. in conſil. xl. & in d.
44 locis per Marſi. etiam † in caſibus in quibus datur arbitrium procedēdi, requiruntur indicia, vt in d. extrauagan. ad reprimendum ibi, prout videbitur. ita Mar. in dictis locis, & conſil. viij. & conſil. v. & conſil. xv. & conſil. xx. & conſil. xxj. & conſil. xxvij. & conſil. xxxiiij. & conſil. xlij. & conſil. xlvj. & conſi. xlix. & conſi. lij. & conſil. lxij. & conſil. lxix. cùm ergo ambo crimina æquiparentur, vt in dicta conſtitut. inconſutilem. ibi, per omnia ſtatutum in vno, & in alio ſtatutum cenſetur, per dicta per Ang. in d. gloſſ.
45 che hai tradita la tua patria. verſic. quæro an ſacerdos. Et † ex hoc etiam ſicut in tali crimine non attenditur qualitas, & priuilegium perſonæ, ſiue miles fuerit, ſiue doctor, ſiue decurio, ſiue clericus, & alij de quibus plenè per Bru. in dicto tracta. indi. ij. par. & Angel. in glo. fama publ. & Marſil. plenè in pract. in §. expedita. & in d. l. j. in princ. & in l. ſtatuliber. ff. de quæſtio. Gandi. in rubri. de quæſtio. & probatur in l. nullus. C. ad leg. Iul. maieſt. & in l. milites. C. de quæſtio. & not. in cap. primo. de depoſi. & Ang. in d. gl. che hai tradita. in prin. & in gloſſ. fama publi. verſic. vj. quæritur. & Mar. in l. edictum. in fi. & in d. §. diligenter. ita & in hæreſi, vt dicunt d. doct. in d. locis, quòd in his duobus criminibus nullum attendatur priuilegium, allegat gloſſ. in d. l. nullus. vbi de ſimonia loquitur, intelligentes de hæreſi, & ex hoc etiam erit dicendum, ſicut quando proceditur per accuſationem in crimine læſæ maieſt. humanæ, accuſator torquetur vnà cum accuſato, vbi non ſunt indicia, vt dicitur in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſta. ita & in hæ-
46 reſi quando proceditur per accuſationem. An † autem indicia quę debent concurrere in tortura inferenda in his criminibus, debeant eſſe talia, qualia in his criminibus, & quid ſi probetur aliquod iſtorum per vnum teſtem de viſu, an debeat eſſe omni exceptione maior, an verò admittatur, qui non ſit huiuſmodi? quid enim ſi eſſet infamis,
47 aut aliter non integræ, an faciant indicium, videtur † quòd non, cùm in talibus criminibus etiam infames, & inhabiles admittantur, vt in l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in cap. in fidei fauorem. de hæreticis. in ſexto. not. gloſſ. in l. iij. § lege Iulia. ff. de teſtibus. cap. licet Hely. el primo. de ſimon. & cap. per tuas. & ibi docto. & capit. fauorabiles. de ſimo. Socin. in tractatu fallentia. in regu. lv. prima fallentia. Panormita. in cap. veniens. prima glo. verbo, oppo. de teſtibus. doct. in cap. per tuas. eod. Specu. in titu. de accuſat. §. primo. Felin. in cap. teſtimonium. de teſtib. Iaſ. in l. j. C. de ſum. trin. & in l. fin. C. de his quib. vt indig. Lanfran. in repe. c. quoniam contra. in verſic. teſtium depoſitio. verſicu. quæro an infames. de proba. facit, nam qui repellitur ab accuſando, repellitur à teſtificando, cap. teſtes. iiij. q. j. ſed inhabiles aliàs ad accuſandum, admittuntur in his criminibus, ergo & ad teſtificandum, cùm ſi ſufficiant ad condemnandum, multo magis ad torquendum. In contrarium concluditur, nam licet admittantur, tamen negari non poteſt,

poteſt,quin non ſint inhabiles,dicto capit.per tuas.ergo non faciunt indicium,vt not. in l.tertia.§.lege Cornelia.ff.de teſtib.& ita tenet Alexand.in conſil.xj. primo volumi. vbi dicit etiam in talibus criminibus non facit indicium.Mar.in pract. in dicto §.diligenter.&in conſil.cj.verſic.& pro hac parte facit.& in conſil.cij.verſic.ſed contra di-
48 ctum Leonellum.Sed † quid ſi tales non faciunt indicium ad torquendum contra inculpatum de hæreſi,quid faciẽdum?dic quod deberet ſe purgare,&ſi recuſauerit purgationem,vt hæreticus puniretur.cap.excommunicamus.§.adiicientes.& cap.ad abolendam.§.qui verò.de hære.authen. gazaros.C.eo.& dicta conſtitutio. inconſutilem. & ſi vocatus non comparuerit, & effectus fuit contumax, & per annum durauerit, elapſo anno,vt hæreticus punitur, vt d.cap. cùm in contumacia.de hæreti.in ſexto.& dicta authent.gazaros. aut attendet inquiſitor, vel ordinarius qualitatem ſuſpitionis, & ſi ita leuis fuerit,poſſet aliter condemnare,& punire, vt ad conſtruendum aliquem pium locum,vel eccleſiam dotare,ita dicit Archid.in cap.accuſatus.§.ſi verò.de hære. in ſexto.vide Mathe.in dicta conſtitutio.inconſutilem.xviij. not.verſicu.quid autem.
49 & vide per Paul.Grillan.in dicto tract.de hæret.viij.quæſt.x.& vlt. vbi not. quòd † licet aliàs ex præſumptionibus, & ſuſpitionibus non damnatur,tamen fallit cauſa hæreſis, in qua dicitur violentiſsima præſumptio,indubitata, & euidens probatio, quòd tamen intelligas, in caſu d.cap. & in cæteris in quibus tacitè contrahitur hæreſis, & quando eſt relapſus,vt d.cap.accuſatus.& dicto cap.ad abolendam. §.illos. & Mathe. in dicta conſtitut.inconſutilem.in glo.nolunt agnoſcere, nam de præſenti præſumitur,niſi probet contrarium,& fuerit emendatus,ſaltim per tres annos.Dy.in l.ſi conſtante.§.ſi bona.in apoſti.ff.ſolut.matr. Bald.in l.non ignorabit. C. ad exhibend. & in cap.primo.de feud.da.in vi.leg.commi.Barba.in cap.teſtimonium. de teſtib. Corſe.in ſingu.in ver.præſumptio.non tamen de præſenti præſumitur in futurum, vt ibi, aliàs extra hos caſus,ſola præſumptio non ſufficeret,idem dic in ſimonia, vt in cap.ex literis.cap.illud.& c.tertio loco.de ſimo.Mar.in rub.C.de prob.ver.modo venio ad alia. vbi de probatione per præſumptiones,ibi,fatendum tamen eſt, cùm hæreſi æquiparetur,vt dicit Ang.in glo.che hai tra.la tua pa. & ibi per dictum Paul. Gril. de præſum-
50 ptionibus,vbi diſtingue inter leuem,& grauem ſuſpitionẽ,& de relapſo. Sed † quid ſi nulla ſunt indicia,neque præſumptiones,& ſuſpitiones aliquæ etiam leues,& proceditur per accuſationẽ, an accuſator poſſet indicere duellũ accuſato, & per duellũ probare tale crimẽ,ſicut in crimine læſæ maie.humanæ poſſet,vt per conſt. monomachiã. videtur dicendũ admitti,nam ſicut in crimine læſæ maieſta.humanæ admittitur,vt in d.conſt.monomachiã.ergo & in hæreſi,vt ſtatutũ in vno ex parificatis,& in alio ſtatutum cenſeatur,vt ſuprà dictum eſt,& per Iaſ.in l.tranſigere. C. de tranſact.item duellum ex conſuetudine ſolet permitti,vt dicit Bal.in l.ne quis.C.depo.& in l.j.C.de lati.
51 liber.toll.& in l.fi.C.de proc.Alex.poſt Bar.& Iaſ.in l.ex hoc iure.contrarium † tamen ſtatuitur iure canonico.nam eo iure duella ſunt prohibita.c.j.de cler.pugnan.in duel. & in c.monomachiã.ij.q.iiij. Iaſ.plenè in d.l.ex hoc iure.& iure etiã ciuili prohibẽtur, l.j.C.de digladia.lib.xj.& licet permittatur in tali crimine per d.conſtit. monomachiã. tamen hoc hodie non obſeruatur, vt ibi per Iſern.& Luc.de pen.in fin.l.j.& Mathe.in d.conſt.j. no.facit dictum Bal.in d.l.fi.C.de prob.eſſet enim dãnare ex præſumptione, quod non licet,vt ibi etiam in tali crimine,& ſic non probatur crimen hæreſis ex præſumptione,& per Math.in d.conſt.inconſutilem.in glo.leuis ſuſpitionis: niſi vt ſuprà.
52 ſed † probari debet per duos teſtes etiã infames,& aliàs inhabiles.d.c.in fauorem fidei. de hære.in vj.Marſi.in dicto conſi.& Alexan. d.xj.conſi.facit dictum Pan.in c.veniens. vlti.nota.de teſtib.vbi crimen ſimoniæ eſt probandum plenè, ſed hæreſis illi æquipa-
53 ratur,vt ſuprà.ergo.Intellige † tamen.& limita,vt per glo.ibi.in verbo, inquiſitionis.

quando per inquiſitionem procederetur, ſed ſi per accuſationem, aut exceptionem, locum non habet: nam teſtes debent eſſe habiles, & idonei. quod tamen ſi verum eſſet, magna eſſet limitatio, & reſtrictio, cùm illud inductum ſit fauore fidei, qui conſideratur quoquo modo fuerit proceſſum, licet inquiſitio magis ſit fauorabilis, & accuſatio odioſa. ij. quæſt. vij. c. ſi quis epiſcopus. vt dicit ibi glo. & in odioſis, & exorbitantibus licita ſit extenſio ex identitate rationis, maximè cùm ratio in l. ſcripta reperiatur, vt in d. cap. per ea quæ ſupradicta ſunt: imò admittitur ſocius criminis, & etiam periurus, nedum contra ſeipſum, ſed contra alios, dummodò non odio, aut liuore, vt in ca. accuſatus. §. licet. de hære. in vj. & per Pau. Grill. in tract. de hære. in v. quæſt. verſic. pro
54 qua opinione. Sed an † teſtes probent contra ſuſpectum de hæreſi parte non citata, videtur quòd non, per l. ſi quando. C. de teſtib. & Bart. in l. fin. ff. de quæſt. Math. in deciſi. cccxcj. Ang. in glo. fama publi. verſi. & aduertas. Brun. in tract. indi. j. par. Mar. in l. j. in princ. ff. de quæſt. Rom. in ſing. ccclxvj. Mar. in conſi. ij. & conſi. viij. & conſ. xij & conſ. xv. & conſi. xviij. & conſi. xxix. & conſi. xxxv. & conſil. xlvj. & conſi. lj. & ſeq. & conſil. lix. & conſi. xcv. & conſi. cj. & conſi. cxx. & conſi. cxxiij. & conſil. cxxx. & in pract. in §. expedita. & §. nunc videndum. in quibus, quòd nec etiam faciunt indicium: contrarius eſt text. in c. fin. de hæret. in vj. per quem ita limitat prædictam regulam Rom. in d. ſing. ccclxvj. & Mar. in l. de vnoquoque. in fin. v. verſ. item. limitat etiam Lud. Rom. vbi ſuprà. ff. de re iud. & plenè in conſil. viij. verſic. non obſtat illud quod allegabatur per partem aduerſam. facit quod dicitur, in d. deciſi. cccxcj. & quod dicit Mar. in d. l. de vnoquoque. in 50. caſu. vbi dicit in enormiſſimis partem non citari, allegat Archid. in c. j. de homic. in vj. & Felin. in c. quoniam frequenter. in princ. vt lite non conteſta. ſed tale crimen huiuſmodi eſt, ergo: quod intellige, vt per Mar. in d. conſi. viij. ſecundum terminos d. c. fin. de hęre. in ſexto. quando inquiſitus eſſet perſona potens, & licet loquatur in publicatione teſtium, tamen idem eſt in citatione ex identitate rationis,
55 & timoris. Sed an † atteſtationes teſtium publicandæ ſint, & proceſſus publicandus, videtur quòd non, vt dicitur in d. c. fin. de hære. in vj. & nonnulli tradunt quòd publicatio proceſſus non eſt de ſubſtantialibus, ideò eius commiſſio non vitiat, vt traditur in l. prolatam. C. de ſenten. plenè Alexand. in conſi. cxx. Angel. in glo. dictum proceſſ. publica. Mathe. in conſtit. pacis cultum. v. not. Par. in tract. ſynd. in commento. c. deteſtantes. Lanfran. in clem. ſæpè. de verb. ſignifi. in contrarium colligitur ex text. in dicto c. fin. de hære. in vj. verſi. cæterum. vbi publicatio atteſtationum in hęreſis crimine fieri debet, & in d. extrauagan. ad reprimendum. ibi, eorum publicationem etiam in cauſis in quibus proceditur ſummariè & de plano, vt per Bart. in d. extrauag. in verſi. figura. & aliis in locis ſuprà: nam talis publicatio concernit defenſionem, vt poſsit teſtes de falſo redarguere, & aliter ſe defendere, vt dicit Bart. ibi, & glo. in d. c. fin. in verſi. indiciis. quæ defenſio tolli non poteſt quomodocunque procedatur, vt in c. apoſtolicæ. de re iudic. in vj. & dicitur in d. extrauagan. & Par. in d. commen. & Lanfran. in d. clem.
56 dic, vt diſtinguitur in d. c. fin. quòd aut † eſt perſona potens, & timetur de offenſione teſtium, & tunc publicandi non ſunt, aut non eſt potens, & tunc publicandi ſunt, vt poſsit ſe defendere: bene tamen ſi non ſunt publicati, non propterea proceſſus erit nullus. per d. clem. ſæpè. in fin. & ita glo. in d. c. fin. in d. verſic. indiciis. & Alexand. in d. conſi. cxx. & Mathe. in d. conſtitu. pacis cultum. v. not. qui allegat glo. prædictam. Sed
57 nota quòd † ſi publicè prædicat hæreſim, tunc non requiritur examinatio teſtium, nec accuſatio, nec publicatio, ſed ſtatim punitur, vt dicit Iſern. in dicto cap. j. §. depre-
58 henſi. de ſtatu. contra lib. eccle. Sed an † poſt publicatas atteſtationes teſtes examinari poſſunt in hoc crimine contra accuſatum, aut inquiſitum, videtur quòd non, per id quod dicit Bart. in d. extrauagan. ad reprimen. in verſi. figura. & alij in d. clemen. ſæpè.

nam

nam licet procedatur ſummariè & de plano, tamen non poſſunt recipi teſtes poſt pu-
blicatas atteſtationes: dic quòd licet in aliis criminibus magis communiter conclud a-
tur, quòd poſt publicatas atteſtationes, non poſsint produci alij teſtes ſuper eiſdem
capitulis ad offenſam per accuſatorem, aut iudicem, licet in hoc Barto. contrarium
dixerit in l.vnius. §.primo. ff.de quæſtio. quem ſequitur Angel.in glo. & dict. proce.
59 publi.& Mar.in conſi.cxxxvij.& Par.in tract.ſynd.& alij, vt † etiam per Mar.in pract.
in §.ſequens quæſtio. & in dicta l.vnius.§.cogniturum. tamen communiter tenetur,
quòd teſtes ad offenſam recipi non poſſunt, etiam ex officio iudicis, licet ad defenſam
etiam poſt concluſionem poſſunt, vt per Angelum in glo.compa.inqui. & tot.nego.
verſic.quæro poſt publicationem proceſſus. & Marſi.in dicto §.ſequens. & in ſingu.
60 xc.vbi etiam limitat, niſi ſuper nouis.ita Salice in l.fin.C.de quæſtio.tamen † licet hoc
ſit in aliis criminibus, in crimine hæreſis indiſtinctè poſſunt produci teſtes poſt publi-
catas atteſtationes, ita Angel.in l.per hanc. C.de tempo.appella.alleg. dictum c.fin.de
hæret.in ſexto.idem Gemi.in cap.vt officium.§.verum.de hæret.in ſexto. & per Marſi.
in dicto §.ſequens.& Bald.in l.eos.§.ſi quid.in fin.C.de appellat. Felin.in cap.fraterni-
61 tatis.verſic.item limita.in cauſa hæreſis. Et nota † quòd hoc crimen probatur ſi libri
hæreſis reperiantur penes inquiſitum, Anan.in cap.ſi quis epiſcopus.de hæret.Ioan.de
fantu.in cap.ſanè profertur.xxiiij.quæſt.ij. vbi allegat rationem quare ſecus eſt in vſu-
rario, vt ibi dicit glo.& Mathe.in dicta conſtit.inconſutilem.xvj.not.x.quæſt.Archid.
in dicto cap.ſanè.Roma.in ſing.cccxxij.allegat pro caſu can.ſi fortè.xxij. quæſtio.iiij.
Marſi.in l.qui falſam.in princip.verſicu. circa quam quæſtionem. ff.de falſ.in pract.in
§.diligenter. verſicu.quæro vlterius, ſi res furtiua,& in conſil.lij.verſicu.reſtat modo.
Archidia.in cap.quicunque. de hæreti.in ſexto. vbi dicit, niſi dictos libros combuſſe-
rit, nam tunc vt hæreticus non punitur, idem vt eos confutet, vt per Ioan.de Arno.
in problem.x.& vide text. in l.quicunque.in fin. & in l.manicheos. & in l.mathemati-
cos.C.de hæret. vbi comburendi ſunt, & per Mathe. in dicta conſtit.inconſutilem.in
glo.pen. & ibi an liceat in domo retinere libros Dantis qui fuit damnatus vt hæreti-
62 cus.Item † probatur hæreſis ex ſignis etiam leuibus, vt dixit Par.in tract.ſyndi.contra
id quod ſuprà fuit dictum, quòd non ex præſumptionibus, niſi dicamus vt per ſigna
63 torqueatur, non vt condemnetur, vt ſuprà, & per Marſi.in conſi.j. An autem † in tali-
bus criminibus tranſigi poſsit, videtur quòd ſic, per text.in l.tranſigere.C.de tranſact.
nam ibi fallit in crimine adulterij, licet pœna ſanguinis ingeratur, in cæteris autem li-
cet tranſigere: exceptio enim firmat regulam, in non exceptuatis.l.quod liquidè. ff.de
penu lega.l.in his. ff.de legib. ergo in contrarium facit id quod dicit Cyn. & nonnulli
alij in dicta l.tranſigere. & Anton.in cap.j. de collu.detegen. nam ex maioritate ratio-
nis, quod de adulterio dicitur, extenditur ad raptum, & alia crimina grauiora, ergo
multo magis in his, in quibus dantur multæ ſpecialitates, & Cyn.& Anton.vbi ſuprà
hoc tenent per iſtas rationes: dic ſecundum Alexand.ibi, quòd in his etiam licet tran-
ſigere, cùm communiter concludatur dicta l.non extendi ad grauiora adulterio, con-
tra Cyn.& ratio adulterij, quam ibi tradunt doct.in his ceſſat, dico quando per accu-
ſationem proceditur, non quando per inquiſitionem, iuxta not.in cap.in fidei fauo-
64 rem. de hæret.in ſexto. & ſuprà fuit dictum. In ferenda † tamen ſententia requiritur
citatio, licet non peremptoria, aliâs ſententia non valeret.cap.ad apoſtolicæ.de re iudi.
in vj.& in extrauag.ad repri.& in d.clem. ſæpè.quod intellige, quando conſtat de hæ-
reſi,& proceditur ad ſententiam: ſecus autem quando proceditur contra contuma-
cem, nam tunc duæ requiruntur citationes, ſi per annum ſteterit, vt per Archid. in ca.
cùm contumacia.de hæret.in ſexto.& per Felin.in cap.excommunicamus.eod.verſic.
Secundò not.quòd ad ferendam. & Pau. Grill.in dicto tract.de hæret. viij.quæſtio.ad

65 quam † ſententiam procedetur ſecundũ formam clemen.j. eodem tit.quod vterque
concurrat inquiſitor & ordinarius, licet ante quilibet per ſe poterat proferre ſenten-
tiam,& condemnare,per ca.per hoc.de hære.in vj.ſed an quando proceditur per accu-
ſationem requiratur vterque,dictum eſt ſuprà per glo.in dicto cap. in fidei fauore.Sed
66 an † à tali ſententia appellabitur,videtur ꝙ ſic:nam æquiparantur iſta duo crimina,ſed
in crimine læſæ maieſt.humanæ videtur gloſ.tenere quod admittitur appellatio, vt in
l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff.de acqui.hære.& videtur tenere Aug.poſt Angel.in
glo. præſente Caio,& appellante.in additio.grauius:niſi in his caſibus læſæ maieſta. in
quibus expreſsè cautum reperitur ꝙ non admittatur,vt in l.j.C.de fal.mone.& in cri-
mine perduellionis,vt ibi,& in aliis tenet admitti,ſi nõ prohibeatur,Ang.tamen tenet
ibi oppoſitũ ꝙ non admittitur, vide tamen in tali crimine in d.§. rei perduellionis.&
Ang.in d.gl.in crimine hũc hæreſis clarè,& expreſſe ſtatutum reperitur,c.vt inquiſitio-
nis officium.de hær.in vj.refertur quòd etiã per conſti. Federici erat cautum,idem dic
de relapſo in hæreſim,vt dicitur in c.ad abolendam. verſi. illos de hære.Specu.in tit.de
appel.§.j.verſi.xxxj.caſu,Archid.& Io.Andr.in c.felicis.de pœn.in vj.Mathe.in conſti.
67 inconſutilem.xxij.not.& Feli. † in c.ad abolendam.verſicu.ſed aduerte incidenter.vbi
limitat admitti ante diffinitiuam ſententiam,ſecundum Archidia.in d.capit. vt inqui-
68 ſitionis.Limita † etiam,niſi per recurſum,nam ſuperior cognito de iuſtitia poſſet inhi-
bere,ſecundum Panor.in c.paſtoralis.in fi.prin.de appel.no.in c.romana.§.ſi autem. de
appellat.in vj.hoc pendet ab illa quæſtione an remota appellatione cenſeatur remota
ſupplicatio,& recurſus,de quo per Par.in tract.ſynd.ver.appellatio.& verſic.an ſi ſta-
tuto.Iaſ poſt alios in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci. impe.offer.Cano.in d.c.paſto-
ralis.& Ro.in rub.ff de arbit.Specu.in tit.de appel.& ibi Bal.ver.quid operetur.Lanfr.
in c.quoniam contra.in §.appellationes.de prob.Ang.in l.eos.in prin.C.de appel.Mar.
in ſing.cclxxxvij. text.tamen in d.c. vt officium.dicit ſtatim ſententiam exequendam
dilatione poſtpoſita,adeò quòd omne remedium tollere videtur, dic tamẽ quo ad iu-
dicem à quo vt non teneatur admittere,vt dicit Feli.in d.cap.ad abolendam.ſuperior
autem bene poterit inhibere,tex.tamen in d.c.vt inquiſitionis officium.tollere videtur
etiam recurſum ad ſuperiores in eo,quod dicit,ſeu proclamationibus.& ſic diuerſum
ab appellatione,& dicit tex.& gl.in d.conſtit.inconſutilem. in fi.ſicut in crimine læſæ
69 maieſta.humanæ.vt in l.quiſque.C.ad leg.Iul.ma.& ibi dicit glo. Sed † an defenſiones
dandę ſunt inquiſitis de hæreſi,an ſtatim fit executio non datis,nec permiſsis defenſio-
nibus,ſicut dicitur non admitti appellationem contra addictos.C.de epiſc.aud.Et an
70 renunciare † poſsit defenſionibus,videtur quod nõ,per plenè tradita per Mar.in pract.
in §.examinanda.& conſi.cxiiij.in fi.Par.in trac.ſynd.& Ang.in gloſ.qui iudex ſtatuit
term.Feli.in c.ſi diligenti.de foro compe.& in c.paſtoralis.§.quia verò. de offic. deleg.
facit nam defenſio nec per principem,nec per ſtatutũ tolli poteſt, vt per Mar.in conſ.
xxv.ver.quinimò d.defenſio.& in conſi.xxxj.ver.defenſio enim.& in conſi.xxxvij.ver.
quinimò talis.& conſi.lxxxj.ver.quinimò.& in tali crimine ſentit tex.in c.ſi aſuncta gl.
indiciis.de hær.in vj.verſ.cæterũ.vbi publicatio fieri debet,vt poſsit ſe defendere,ergo
defenſio permittitur,& faciunt d.Bar.in d.extrauag. ad reprimendum.in verſi.figura.
vbi ea quæ ſunt iuris naturalis,& concernunt defenſionem, tolli non poſſunt, licet.
procedatur ſummariè,& de plano,& ſine figura iudicij. In contrarium videtur, nam
in tali crimine,vt dicitur in d.c.vt officium.tollitur remedium appellationis, & tamẽ
appellatio eſt defenſio,vt per Mathe.in rubri.conſtitut.appelationum tempora. Item
Angel.in dicta gloſſ.Par.vbi ſuprà,& Marſi.in practica.in §.examinanda.dicunt in fa-
moſo latrone & aſſaſsino,ex quo occidi poſſunt tanquàm hoſtes.capit.primo. de ho-
micid.in vj. denegari poteſt defenſio,& per eos renuntiari,ergo idem in hoc crimine,

cùm longè grauius ſit,& occidi poſſunt.capitulo primo.§.diffidamus. de ſtatu.contra liber.eccleſ.& in capitulo,excommunicamus. de hæreti. & in authentica gazaros.C. eodem.Cardina.in clementina;ſecunda.§.cæterum.de electio. facit.l. proditores. ff.de re milita.& l.tertia.§.finali.ff.de ſicariis.Bonifacius tamen in titulo, de hæreticis.tenet non licere priuato occidere propria authoritate hæreticum, ſed per iudicem ſecularem, contra tamen dicto §.diffidamus:dic quòd aut tale crimen eſt defenſibile, vt ſi protuliſſet aliquod verbum iocosè, vel diſputando, vel aliter, vt ſuprà dictum eſt,& tunc admittitur defenſio:aut non eſt defenſibile, & crimen eſt notorium, vt quia publicè affirmet contra articulos fidei,aut aliter plenè conſtet,& conuincitur, & apparet hæreticus, & tunc nulla competit defenſio, per dictum capitulum, vt inquiſitionis. ibi, indilatè animaduerſione, faciunt dicta de aduocato, & procuratore, & facit capitulo,ſecundum leges.eodem.in ſexto.& ex his ſi poteſt renunciare ſecundum dictam diſtinctionem.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Pœna quæ imponi debet pro crimine hæreſis, & num.2.*
3 *Hæreticorum dogma ſeruantes & addiſcentes,qualiter puniantur.*
4 *Pœna pro hæreſi eſt infligenda,nulla conſiderata qualitate perſonæ & priuilegio.*
5 *Iudex ſecularis an cogi poſſit per epiſcopum aut inquiſitorem, vt morti tradat inquiſitum.*
6 *Hæreſis in crimine an requiratur incorrigibilitas vt degradari poſſit.*
7 *Inquiſitores an poſſint commutare pœnam perpetui carceris.*
8 *Abiuratione facta relapſus in hæreſim, poteſt ſtatim tradi ſeculari abſque degradatione.*
9 *Inquiſiti de hæreſi per quos degradandi ſunt.*
10 *Degradationis in hæreſi quæ ſit forma.*
11 *Hæreſis in crimine an bona publicentur, & memoria damnetur, ſicut in crimine leſæ maieſtatis.*
12 *Hæreticorum bona cui applicantur in terris Baronum.*
13 *Clericorum bona,aut laicorum eccleſiæ ſubiectorum,fiſco eccleſiæ applicantur.*
14 *Inquiſitus clericus ſi recognoſcit in feudum aut emphyteoſim dominum laicum, cui fiſco applicatur.*
15 *Eccleſiæ fiſcus quis dicatur,& an camera epiſcopi erit fiſcus.*
16 *Confiſcatio clerici ob hæreſim de quibus bonis fienda eſt,& an de bonis eccleſiæ.*
17 *Publicanda quæ veniant bona in bonorum publicatione.*
18 *Publicatio bonorum non in omni hæreſi fienda eſt,ſed in propria & ſtricta.*
19 *Accuſans memoriam defuncti ob hæreſim, debet deducere & probare quòd ſcienter erat hæreticus.*
20 *Hæreſis in crimine an bona ſint ipſo iure publicata, an veniant publicanda.*
21 *Sententia & declaratio an requirantur in publicatione bonorum propter hæreſim.*
22 *Alienatio bonorũ an fieri poſſit per hæreticum, & an facta reuocetur per inquiſitorem.*
23 *Inquiſitor an reuocata alienatione bonorum,teneatur pretium reſtituere.*
24 *Hæreticus ſi fundaſſet hoſpitale ante hæreſim,& bona dicaſſet, an talia bona ſint epiſcopo confiſcata.*
25 *Hæreſis in cauſa an filij excludantur à ſucceſſione, & bona fiſco applicentur, an filiis orthodoxis.*
26 *Hæreticorum filij excluduntur à quocunque beneficio & officio.*
27 *Hæreticorum filij non excluduntur à beneficio,ſi pater fuerit emendatus & pœnitens.*

28 *Hæreticorum filij obtenta beneficia poſſunt retinere,non tamen obtinere.*
29 *Filij hæreticorum qui excluduntur ſiluſum.an eman ipati.*
30 *Hæreſis crimen an differat à crimine leſæ maieſtatis,quoad filios puniendos.*
31 *Dotes mulierum an confiſcantur,an verò illeſæ manent.*
32 *Patres ſi ſunt banniti ex cauſa hæreſis filij non poſſunt contrahere abſque licentia regis.*
33 *Memoria defuncti infrà quantum tempus damnari poteſt,& bona publicari.*

EXPEDITO Proceſſu hæreticorum, de eorundem pœnis, &
earum executione dicendum eſt. Circa igitur quartum,de pœnis
hæreticorum,primò videndum erit de pœnis ordinariis,ſecundò
1 de pœnis extraordinariis hæreticorum. Circa † primum dicen-
dum eſt,quòd de iure diuino imponi pœna videtur, & ſtatui pœ-
na ignis, & concremationis, vt dicitur in Ioan.xv.cap.ſi quis in
me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes areſcet, & colli-
gent eum,& in ignem mittetur,ſecundum Hoſtien.Ioan.And. & Panor.in dicto cap.
ad abolendam.in gl.audientia. & in cap.excommunicamus.lo ſecundo. de hæret.iure
autem ciuili imponitur pœna vltimi ſupplicij,vt in l.arriani.verſicu.manicheis.& l.ſe.
C.de hæret.vltimum autem ſupplicium mors naturalis intelligitur.l.vltimum ſuppli-
cium. ff.de pœnis. & ibi vide alias pœnas mitiores exilij, & publicationis bonorum.
dic.l.arriani.in princip.& dicta l.quicunque.verſic.hærentibus.& deportatio.verſicu.
2 nemo. & diſtingue † quòd aut hæretici ſunt,quia hæreſim docent, & tunc puniuntur
pœna vltimi ſupplicij.dicto cap.quicunque.circa fin.verſic.vltimo ſupplicio. diſcen-
3 tes verò † puniuntur pœna decem librarum auri, ſeruantes verò dogmata hæretico-
rum deportantur,vt dicit glo.in dicta l.quicunque.verſic.damnentur etiam ſi diſcant
ab inſtructore papæ, ſecundum Card.in clemen.j.§.fin.de vſur.& vide glo.in cap.pen.
de hæret.in glo.in conſtitut.reg. inconſutilem. in verſic.pœnas. & intellige de diſcen-
te,vt ibi dicit glo.quando nondum ad actum diſcendi peruenerunt,ſed gratia diſcen-
di ad hæreticos peruenerunt, & ita intelligitur dicta l.quicunque. ſecus autem ſi didi-
ciſſent, tunc eadem pœna puniuntur ſicut ſi docuiſſent per l.culpa. C.de mathemat.
conſuetudine autem introductum eſt vltimum ſupplicium imponi, videlicet pœna
ignis vt comburantur hæretici, & ita declarat conſuetudo in hoc delicto vltimum
ſupplicium, vt dicit Panorm. in dicto cap.ad abolendam. & plenè per Paul. Grill. in
dicto tract.de hære.iij.quæſt. vbi ponit pœnas inductas à iure canonico & ciuili con-
tra perſonas eccleſiaſticas & laicos,& per Areti.in l.prima.iij.not. C.de ſumma Trin.
& fide cath. & Iaſ.ibi. iure autem nouiſsimo in regno talis pœna ignis eſt approbata,
vt per dicta conſtitut.inconſutilem.in fin. vt in conſpectu populi viui comburantur
hæretici, & ibi glo.penult. in verſicu.pœnam. videtur demonſtrare quòd etiam iure
communi imponatur pœna ignis, cùm aruſpex, & ſacrilegus pœna concremationis
puniantur. l.nullus. C.de malef. & mathe. in l.ſacrilegij. C. de ſacrileg. qui etiam dici
poſſunt hæretici,cùm ſeparati ſint à communione eccleſiæ, & l cet dicantur largè hæ-
retici,tamen ſi in eis locum habet talis pœna, ergo multò magis in hæretico ſtrictè &
propriè ſumpto: tamen gloſa concludit aliam pœnam introductam fore de iure ciui-
li, & Felin.ſentire videtur in dicto cap.ad abolendam. verſic.not.pœnitentiam.quòd
pœna ignis imponatur, allegat dictã l.arriani.alia etiam pœna imponitur, vt in auth.
gazaros. C.de hæret' & in corpor. vnde ſumitur, videlicet banno & diffidatione. Et
4 nota † quòd talis pœna infligenda erit, nulla conſiderata qualitate perſonæ & priuile-
gio, ſiue ſint milites. l.arriani.in fin. facit l.nullus. C.ad leg m Iul. maieſt. ſiue clerici,
ſacerdotes, & religioſi, vt in dicto cap.ad abolendam. & dicto c.excommunicamus.

laici tamen ſtatim condemnati traduntur curiæ ſeculari plectendi, clerici verò prius
degradantur, & poſtea traduntur curiæ ſeculari, vt dicto cap. ad abolendam. & dicto
cap. excommunicamus. & cap. primo. eod. in ſexto. & Pau. Gril. in dicto trac. iij quęſt.
5 An autem † ſecularis cogi poſsit per epiſcopum, aut inquiſitorem vt morti traderet,
ex quo ſi mors ſequatur excommunicari poteſt, dic vt per Felin. in cap. vergentis. j. no.
de hæret. & vide cap. nouimus. de verb. ſignific. vbi epiſcopus rogat, & non cogit &
6 Mathe. in dicta conſtit. inconſutilem. xviij. not. An autem † requiratur incorrigibili-
tas vt ex tali crimine poſsit degradari in hoc nonnulli dicunt quòd licet aliâs in gra-
uioribus delictis, requiratur degradatio, & poſtea tradi curiæ ſeculari, tamen requiri-
tur incorrigibilitas, aliâs non ſunt tradendi. Fallit tamen in nonnullis caſibus, vt in
hoc crimine hæreſis, & in aliis traditis per glo. in dicto cap. ad abolendam. & in dicto
cap. excommunicamus. & ibidem per doct. & in cap. cùm non ab homine. & in cap. at
ſi clerici. vbi Panorm. poſt alios, de iudi. Angel. in glo. & caput à ſpatulis. verſicu. quid
autem ſi clericus. Specu. in tit. de compet. iudi. adit. §. primo. verſic. ij. Anton. tamen &
Panorm. in dicto cap. ad abolendam. & dicto cap. at ſi clerici. & dicto cap. cùm non ab
homine. Angel. in dicta glo. dicunt hoc verum non eſſe: nam etiam in tali crimine re-
quiritur incorrigibilitas, nam ſi velit redire ad fidem, curiæ ſeculari non traditur, ſed
ad agendam pœnitentiam in carcere detruditur perpetuo, vt in cap. penult. de hæret.
7 bene † tamẽ inquiſitores poterunt talem pœnam perpetui carceris commutare, vt di-
8 citur in cap. vt commiſsi. de hæret. in ſexto. fallit tamen † quando abiuraſſet, & po-
ſtea incideret in aliam, aut eandem hæreſim: tunc enim relapſus ſtatim abſque aliqua
audientia traditur curiæ ſeculari, vt dicitur in cap. ſuper eo. & in c. accuſatus. de hære.
in ſexto. & traditur in cap. ad abolendam. & in dicto cap. excommunicamus. & in tali
caſu poſſet habere locum opinio prædictorum, & glo. in dicto cap. ad abolendam. &
dicto cap. excommunicamus. & per Panor. in dicto cap. at ſi clerici. in princip. verſic.
9 ad tertium, quæ ſunt. Per quos † autem degradandi ſunt? dic quòd licet aliâs requira-
tur in degradatione, quòd interueniant ſex epiſcopi ſi degradandus eſt presbyter, &
tres, ſi diaconus, vt traditur, per Panorm. & Felin. in c. non poteſt. de re iudica. & in c. ſi
quis presbyter. de cler. excommunic. Specu. in titu. de accuſa. §. ij. & §. iiij. tamen in hoc
crimine, ſi interuenire non poſſunt tot epiſcopi, ſolus epiſcopus conuocatis abbati-
bus, aut aliis religioſis, poterit degradare, vt traditur in cap. j. de hæret. in ſexto. Panor.
in dicto cap. ad abolendam. verſic. item not. xxiiij. Math. in dicta conſtit. inconſutilem.
xviij. not. vide Deci. in dicto cap. at ſi clerici. verſicu. venio ad tertium. de iudiciis. For-
10 mam autem † degradationis ponunt Iacob. Butr. & Bald. in authen. presbyteri. C. de
epiſc. & cler. & Specu. in tit. de accuſa. & doct. in cap. ij de pœn. in ſexto. Angel. in gloſ.
11 & caput à ſpatu. verſic. nunc reſtat. Inſuper † & in hoc crimine, ſicut in læſæ maieſta-
tis humanæ, memoria defuncti damnatur, & bona publicantur, vt in l. penult. & fin.
& l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. l. fin. ff. eod. inſtit. de pub. iudi. §. item lex Iulia. no.
in l. ex iudiciorum. ff. de accuſa. inſtit. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. def. §. interdum. traditur
in conſtit. contingit interdum. & in cap. reg. bona proditorum. & in cap. nuper apud
Tranum. pari modo & in hoc crimine memoria defuncti damnatur tam iure ciuili
antiquo. l. manicheos. & l. cognouimus. C. de hære. quàm nouiſsimo, vt in authen. ga-
zaros. & in corpo. vnde ſumitur, & in c. j. §. gazaros. de ſtatu contra lib. eccleſ. not. gl. in
verſi. per omnia. in conſti. inconſutilem. tam etiam iure reg. per d. conſt. inconſutilem.
quàm etiam iure canonico antiquo. xxij. quæſt. vij. per totum, ibi per gloſ. in ſumma.
viij. diſtin. c. iure. & in c. vergentis. & in c. excommunicatus. lo j. de hære. & in c. cùm à
nobis. de præſcript. & in iure moderno. vt in capit. cùm ſecundum leges. de hære. in vj.
Marſi. in l. qui ſine. verſicu. item hæreticus mortuus. ff. de quæſtio. gloſſ. xxiiij. quæſt. ij.

in ſumma ita tamen quòd bona laicorum fiſco imperij applicantur, non tamen ante declarationem per epiſcopum, aut inquiſitorem factam, ſed poſt ſententiam, vt dicit
12 text. in dicto cap. cùm ſecundum leges. Sed † quid in terris Baronum, cui applicabuntur bona hæreticorum, Barono an fiſco? dic vt per Guido. pa. in deciſ. lxxxvj. & ibi an
13 requiratur ſententia. Bona † verò clericorum, aut laicorum ſubiectorum eccleſiæ, fiſco eccleſiæ applicantur, etiam patrimonialia, vt dicitur in d. cap. excõmunicamus. & ibi Panormita. & alij, & feudalia eccleſiæ, vt ibidem, & per Matheſil. in dicta conſt. inconſutilem. xviij. not. & per Panormita. in capit. ſecundo. de ſucceſ. ab inteſta. Ioan.
14 Andr. in dicto capit. cùm ſecundum. de hære. in vj. & ibi per Philip. fran. niſi † clericus recognoſceret in directum dominum ratione feudi, aut emphyteuſis laicum: tunc fiſco eccleſiæ non applicatur, ſed ad directum dominum reuertitur, de quibus per docto. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto. Alexand. in conſi. xxiij. primo volum. & conſil. xxviij. tertio volu. Aretin. in conſil. x. Socin. in conſil. clxvj. Ang. in gl. publicamus bona. Mathe. in conſtit. ſequens. quinto notab. & in conſtit. poſt mortem. primo notab. & in deciſ. cclx. ſecundo dub. in quibus quando feudum, aut emphiteuſis reuertitur per rebellionem ad dominum directum, & quando ad fiſcum. fiſcum
15 autem † eccleſiæ intelligas, ſi ab eccleſia habuerit ſtipendia, eius cameram, ſi non, epiſcopi cameram, vt per Feli. in dicto capitulo, excommunicamus. & in dicto cap. vergentis. & cæteros, vt per Panor. Ana. & Socin. in dicto cap. excommunicamus. aſſignant rationẽ: nam quoties perſona cui actio acquiritur, nõ eſt expreſſa in pertinentibus ad eccleſiam, epiſcopo loci actio competit, allegant gloſſ. in can. de viduis. xxvij. quæſtio. prima. in fi. Inno. in cap. cùm olim. lo ſecundo. de priuil. & alios ibi. de quibus
16 per Felin. Limita † tamen vt confiſcatio bonorum clerici, non fiat de bonis eccleſiæ cui ſeruiuit clericus, ſed aliis patrimonialibus, aut aliter quæſitis, vt per Cald. in conſil. primo. tit. de hære. & Fede. in conſil. cxxxvij. & ibidem per Felin. & glo. in dicto capit.
17 cùm ſecundum. allegat clement. volentes. poſt princ. vbi vide. Quæ † autem bona veniant publicanda? dic vt per Panor. in d. c. vergentis. & Ang. in d. glo. & eius bona pu-
18 blicamus: & doct. in d. §. fi. de vectigalibus. intellige † tamen prędicta non in omni genere hæreſis, de quo ſuprà, ſed in ſtricta, & propria hæreſi, de qua per Iſer. in c. j. §. diffi-
19 damus. ver. ſed an omnis hęreticus perdat bnoa. de ſtat. cõtra lib. eccl. Et no. † quòd accuſans memoriam debet ſe inſcribere, & dicere, & probare quòd ſcienter erat hæreticus, vt per Feli. in c. ſi quis epiſcopus. de hære. Mar. in l. qui falſam. §. accuſatio. ff. de fal.
20 Sed an † ipſo iure bona ſunt publicata, an veniunt publicanda? dic quòd iure veteri non ipſo iure, ſed erant per ſententiam publicãda, vt dicitur in d. c. excommunicamus. vbi per Pan. hodie verò per d. c. cùm ſecundum leges. ipſo iure bona ſunt publicata, & proceſſus, & ſententia non requiritur quo ad publicationem. c. ij. de reſcript. in vj. Pan. in d. c. vergentis. ij. no. & per Gui. pa. in deciſ. lxxvj. de tali publicatione, & an ipſo iure,
21 Bart. in l. imperator. ff. de iure fiſ. Ang. in d. gl. che hai tradi. la tua pa. Requiritur † tamẽ declaratio propter adminiſtrationem, & fructus medij temporis, vt firmat Anch. in d. c. cũ ſecundum leges. ij. not. Oldr. conſi. ccclxxj. & Mar. in pra. in §. aggredior. & conſi. x. Dec. in c. peruenit. lo j. de app. Math. in conſti. pactarenorum. iiij. not. ſic & in crimine læſæ maieſt. huma. ipſo iure in regno ſunt publicata per c. reg. nuper apud Tranum. & ibi per glo. & per c. reg. bona proditorum. tamen declaratio requiritur antequam fiat executio, vt per Math. in conſti. contingit interdum. vij. no. & vide per Capi. in deciſio. ſac. conſ. cxxx. plenè, & vide per Iaſ. in l. ij. C. de iure emphy. in illa quæſt. an propter canonem, nõ ſolutum. ipſo iure res cadat in commiſſum, vbi ſimilia, & quòd declaratoria requiritur, & per Iſer. in c. j. in ver. contrah. inceſtas nup. in addi. in tit. quæ ſint rega.
22 ſeu committen. cri. Ex † quo ſequitur, quòd alienatio bonorũ hære. per eos eſt prohibita,

bita,& ſi fiat,reuocari poteſt per inquiſitorem,aut epiſcopum,Bar.in l.iij.ff.de his quæ
in frau.cre.& in l.chirographis.§.fi.ff.de admit.tut.Cyn.in l.fi.C.ad leg.Iul.maie.& in
l.j.C.de præſcri.xxx.anno.Bal.in l.fi.C.comm.de leg.Iaſ.inſti.de actio.§. item ſi quis in
fraudem.verſi.item limitate.& facit l.quiſquis.§.emancipationes.C.ad leg.Iul.maieſt.
Ang.in glo.che hai tradita la tua patria.Math.in d.conſt.pactarenorum.iiij.not.& per
Paul.Grillan.in tract.de hære.iiij.q.vbi an requiritur ſententia, & an alienatio prohi-
23 bearur.Sed an teneatur precium reſtituere? dic quòd ſic, vt per docto.in dictis locis, &
ibi maximè Iaſ.quid ſi hæreticus emit bona,& pretium non ſoluat,an teneatur inqui-
24 ſitor,vbi dicit quòd ſic,per text.in l.in vendicatione.ff.de actio.empt. Et † quid ſi hæ-
reticus ante hæreſim fundaſſet hoſpitale, & bona dicaſſet, an talia bona ſint epiſcopo
confiſcata,& vide Cardi.in clemen.prima.§.ſanè.q.vij.de hære. & Ioan. Andr.in Spec.
in tit.de hære.& in d.capit.cùm ſecundum.de habente domicilium alibi ab origine, ad
25 quem ſpectet bona originis.Sed quid † ſi hæreticus habeat filios orthodoxos,an bona
perueniant ad eos,an penitus excludantur,& fiſco applicentur,ſicut in læſæ maieſtat.
crimine.l.quiſquis. C.ad leg.Iul.maieſt.dic quòd iure veteri, ciuili, ad filios orthodo-
xos ſucceſsio ſpectabat,& eis non exiſtentibus agnatis orthodoxis.l. manicheos. & l.
cognouimus.C.de hære.iure verò canonico penitus excluduntur filij, vt in dicto cap.
vergentis.vbi gloſſ.in ver.exhæredatio.& glo.in ver.per omnia.in conſtitu.inconſutí-
lem.& approbatur per d.authen.gazaros.& in corpore vnde ſumitur, & hoc tenetur
communiter,vt per Panor.in d.c.vergentis.& tenet gl.xxiij.q.vij.in ſum.vbi Archi.&
Cy.in d.l.quiſquis.& Hoſtien. in ſum.cod.tit. §. qua pœna. licet Ioan.And.diſtinxerit
in terris eccleſiæ, & in terris imperij,tamen idem in terris imperij,per d.auth.gazaros.
per quam arguitur à maioritate rationis, vt ſicut in humana, filij etiam fideles exclu-
dũtur,per d.l.quiſquis.multo magis in diuina, & ſic etiam ſi fuerint orthodoxi, vide
glo.in d.§.interdum.inſtit.de ſucceſ.ab inteſt.& in l.ex indiciorum.ff.de accuſa.& glo.
in c.ij.de hære.in vj.& in cap.ſecundum leges.eod.tit.in vj.Iſer.in d.c.j.§.itaque filij.de
ſtat.contra lib.eccle. & Boni.in tit.de hære. vbi refert Goffred. diſtinguere quod in terris
imperij non priuentur.limita,& vide vt per Felin.in dicto cap.vergentis. in fin.vbi de
26 filiis ponit quatuor fallentias.Qui † filij etiam excludundur penitus à quocunque be-
neficio eccleſiaſtico,& officio,& dignitate,vt dicitur in capit.ij.de hæretic.in vj.& per
Mathe.in conſtitut.inconſutilem.xviij.not,& vide per Paul.Gril.in tract.de hæreti.iij.
27 q.& in iiij.q.& ibi quid ſi ſint fideles filij: limita † niſi pater fuerit emendatus, & ege-
rit pœnitentiam,vt in capit.ſtatutum.de hæreti.in vj. vbi declaratur d.ij. decretalis. &
Angel.in gloſſ. che hai tradita la tua patria. & vide in capitulo,filij.eod.in vj. Intelli-
28 gas † tamen prædicta de beneficiis,vt locum habeat in obtinendis, non tamen in iam
obtentis,vt no.glo.in cap.ſatis peruerſum.lvj.diſtinct.& per Panormi.in ca.vergentis.
29 verſic.ſed circa prædicta.Et † qui filij contineantur,an exiſtentes in poteſtate,an verò
emancipati, an adoptiui, an legitimati, an naturales tantum, an nepotes ex vtroque
parente,& qualiter,& an fœmina,& quando? dic vt per gloſſ.& alios in dicto cap.ſta-
tutum.& docto.in dicta l.quiſquis.& Ang.in gloſſ.che hai tradita la tua patria.& quæ
poſt eum ibidem habentur per apoſti,& per Felin.in dicto cap.vergentis.in fi.an diffe-
30 rat † crimen hæreſis à crimine læſæ maieſta. quo ad filios puniendos, & vide Math.in
d. conſtitut.pactarenorum.in glo. ipſorum filij. vbi etiam ponit in quibus filius tene-
tur ex delicto patris,& an econtra ex delicto filij, & ibi quid ſi filius eſt hæreticus, an
pater teneatur, & ibi quid ſi filius eſt emancipatus, an ex delicto patris teneatur, &
quid ſi mater hæretica, an excludatur etiam ab extraneorum ſucceſsione, & quando,
31 poſt Angel.in dicta gloſſ. Quid † autem de dotibus mulierum? licet Iſern. multa di-
cat in dicto §. diffidamus. maximè in dote confeſſata: tamen expreſſum reperitur

in c.decreuit. de hæret.in vj.per quod ſtatuitur dotes vxorum orthodoxarum illæſas eſſe, niſi ſciuerint virum hæreticum à principio fuiſſe, non ex poſt facto, vt ibi per glo.& per Alexan.in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſolu.matri.ſic & in crimine læſæ maieſt. vt in d.l.quiſquis.§.vxores.& in conſtit.pœna carere volentes.& ibi per Mathe.in cap. reg.item ſtatuimus. ſi fortè contingat aliquos damnari, & per Par.in tracta.ſyndic.in
32 verbo bonorum publicatio. Puniuntur † quoque filij, nam ſi patres fuerint banniti ex cauſa hæreſis,non poſſunt contrahere matrimonium ſine regis aſſenſu, & mandato cum fidelibus feuda tenentibus, vt dicitur in c.reg. humanitatem quoque ſectan-
33 tes. Sed infrà † quantum tempus peti poteſt publicatio bonorum,& memoria defuncti damnari,& an filij & proximiores præſcribere poſſunt dicta bona, & per quantum tempus?gl.in l.manicheos.C.de hæret.per text.in l.ſi quis. C.de apoſta.vbi etiam Bart. tenet quòd per quinquennium in vtroq; crimine diuinæ & humanæ maieſtatis læſæ. & dictam glo. ſequitur Alexand. poſt Bart.in l.fin. ff.de ſicar. & per Roman. in ſingu. ccccxxxj.& Angel.in d.glo.che hai tradita la tua pa.in princip.& per Thom.Gram.in deciſi.cv.num.22.glo.tamen in c.ij. de præſcrip.in vj. & in c.accuſatus.de hæret. in vj. in verſic.poſt mortem. & glo.in ſum.xxiiij.quæſt.ij. dicunt per xl. annos præſcribi, & infrà tantum tempus peti poteſt publicatio, & memoria defuncti damnari, & ſequi videtur in d.glo.che hai tradita la tua pa. Angel. & Alber.in l.j. C.de apoſt. Mathe.in rubr.de apoſt.Panorm.verò. & Felin.in cap.nobis.de præſcrip. ſaluant ambas gloſ.vt iuris ciui.glo.locum habeat in fiſco Imperij,& glo.iuris cano.in fiſco eccle. eo modo vt ſuprà,tamen eſt remittendum ad tradita per doct.in d.cap.cùm à nobis.ſed Marſil. videtur ſentire in l. qui falſam. §.accuſatio. ſemper accuſari poſſe, & præſcribi non poſſe: ſed non rectè loquitur ſimpliciter, vt ex prædictis patet: in crimine verò læſæ maieſtatis, in regno proditores, nec filij, & alij deſcendentes aliquo tempore poſſunt præſcribere,ſed quandocunque vendicari poſſunt bona per fiſcum, vt dicitur in cap. regn.bona proditorum.in fin.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Hereticus infamis eſt & à teſtimonio repellitur.*
2 *Accuſare prohibitus prohibetur & teſtificari.*
3 *Hereticus eſt excommunicatus.*
4 *Hereticus priuatur omni dignitate, officio & beneficio.*
5 *Hereticus punitur vt eius filij excludantur ab officio, & dignitate vſque ad ſecundam generationem.*
6 *Hereticus caret ſepultura.*
7 *Hereticus tanquam diffidatus à quocunque occidi & offendi poteſt.*
8 *Mulier heretica tenetur dotare filiam orthodoxam.*
9 *Mulier heretica non gaudet priuilegiis mulierum orthodoxarum.*
10 *Hæreticus non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas.*
11 *Hæretico non poteſt aliquid legari, & relinqui.*
12 *Hereticus cogitur ad obſeruantiam iuramenti aliter quàm orthodoxus.*
13 *Hæreticus ſpoliatus non poteſt petere reſtitutionem rerum eccleſiaſticarum.*
14 *Hæreticus non poteſt habere ſeruum chriſtianum.*
15 *Hæretici non poſſunt habere ſinagogas ſicut hebrei.*
16 *Hereticus vbique puniri poteſt de hereſi.*
17 *Hereticus expelli debet à ciuitate, ne alios inficiat.*
18 *Hæreticus reuerſus ad fidem non ordinatur.*
19 *Hæreticus hæres inſtitutus in teſtamento non agit ex eo ad hereditatem.*

*20 Hereticus punitur quoniam cum eo non licet conuerſare.*
*21 Hereticus non poteſt reſcriptum aliquod impetrare.*
*22 Ordinatus ab heretico deponendus eſt, & ordinatio nulla eſt.*
*23 Papa hereticus ſi eligatur non poteſt expelli pro hereſi, nec talis obſtat exceptio.*
*24 Catholici euntes extra terminum conſequuntur indulgentias.*
*25 Matrimonium contractum cum heretico ſcienter, non tenet.*
*26 Prædia habentia oratoria ſi alienantur ab heretico, vendicantur à fiſco.*
*27 Heretici puniuntur iuxta l. curiales. & l. Arriani. C. de heret.*
*28 Heretico non proſunt ſuffragia mortuorum, cùm eorum anima ſit æternaliter damnata, & an proſint ſacramenta.*
*29 Heretico obligatus cum iuramento, liberatur.*
*30 Hereticus ſi ad fidem reuertitur an recuperatur bona obligata.*
*31 Officiales delegati etiã excõmunicati poſſunt cõtra hereticos procedere, nec obſtat nullitas.*
*32 Hereticus excluditur ab omni commercio fidelium.*
*33 Heretico indicitur publica pœnitentia per crucis impoſitionem.*
*34 Hereticorum filij ſunt ipſo iure liberati à patria poteſtate.*
*35 Hereticus filius poteſt à patre exheredari.*
*36 Hereticus non poteſt alium excõmunicare niſi hereticum, & dona ſpiritus ſancti amittit.*

1 NVNC De pœnis † extraordinariis dicamus, deinde qualiter ordinariè, & extraordinariè euadantur, poſtremo de pœnis receptatorum, & fautorum: punitur ergo hęreticus, quòd infamis ſit. l. j. in fin. C. de ſumma Trin. & ibi Barto. & in l. caſsius. ff. de ſena. & ideò teſtis eſſe non poteſt in iudicio, licet poſsit in contractibus. l. quoniam. C. de hæret. Bart. in d. l. caſsius. & in dicta l. j. Bald. in margar. in verſic. crimen. verſic. hæreſis. Specu. in titu. de teſte. §. fin. verſic. quid de portantibus. & verſic. item quòd eſt iudæus. & de offic. omnium iud. §. iiij. vide diſtinctionem dicta l. quoniam. vt contra orthodoxum & chriſtianum non poſsit, pro eo verò ſic, ſed intereſſe non prohibentur: facit, nam hæreticus eſt excommunicatus. cap. excommunicamus. de hæret. ſed excommunicatus excluditur à teſtificando, vt traditur in cap. veniens. de teſtib. vbi Felin. in c. rodulphus de reſcripr. Alexand. poſt Bart. in l. iij. §. lege Iulia. ff. de teſtib. Specu. in titu. de teſte. §. j. verſic. item
2 quòd eſt excommunicatus. Item † facit: nam qui prohibentur accuſare, prohibentur teſtificari. cap. teſtes. iiij. quæſt. iij. Bart. in rubr. C. qui accuſa. po. Angel. in glo. necnon ad querelam. ſed hæreticus accuſare non poteſt orthodoxum, vt ſuprà, & habetur iiij. quæſt. j. cap. diffinimus. Specu. in tit. de accuſa. §. primo. verſic. item excipitur. quòd eſt hæreticus, ergo nec teſtificari, vide text. in dicto cap. excommunicamus. §. credentes. & in authen. credentes. eod. C. & vnde ſumitur, & ſic punitur etiam vt non poſsit
3 accuſare orthodoxum. per d. cap. diffinimus. Item punitur † quòd ſit excommunicatus. dicto §. credentes. & ibi per Panorm. j. not. & xxiiij. quæſt. iij. cap. notandum. & cap. dixit apoſtolus. & cap. ad abolendam. extende etiam in hæretico occulto. gl. & Card. in clemen. j. §. penult. de hæret. & in clemen. j. §. fin. de vſu. vide glo. xxiiij. quæſt. j. cap. j.
4 & per Mathe. in conſtit. inconſutilem. iiij. not. Item hæreticus † priuatur omni beneficio, & officio, & dignitate, dicto cap. ad abolendam. cano. ſi papa. xl. diſtinct. xxiiij. quæſt. j. can. qui contra pacem. & cap. ſtatutum. de hæret. in ſexto. l. prima. C. de hæret. & in authen. credentes. C. eod. & vnde ſumitur, & vide in cap. primo. de ſchiſma. in vj.
5 extende etiam in hæretico occulto, vt ſuprà proximè. Item punitur † hæreticus, quia eius filij vſque ad ſecundam generationem excluduntur ab officio & dignitate, iuxta

cap.ij.& cap .ſtatutum.de hære. c.vergentis. eo.& in d.authen. gazaros. & alibi vſq;
ad quartam generationem.d.c.j.de ſchiſma.in vj.& vide cum glo.de nepotibus,in d.c.
6 ſtatutum.eo.in vj.& per Paul.Gril.in d.tract.de hære.iij.& iiij.q. Item † punitur,quia
caret ſepultura.dicto cap.ij.de hære.in vj.& in capit.ſicut.eo.ibi , vide Felin.an corpus
mortuum,& quando puniri poſsit,& in c.ſi quis epiſcopus.eo.& in c.in eo.de ſenteu.
7 excommu.Item † punitur,nam poteſt à quocunque impunè occidi, & percuti, dicta
auth.gazaros.ibi.diffidamus.etiam ſi ſit clericus,vt per Card. in d.cle.ij.§. cæterum.de
electio.& Feli.in c.fi.de hære.gl.in can.ſi quis deinceps.xvij.q.iiij.& ſic amittit priuile-
gium.capit.ſi quis ſuadente.nam cùm percuti poteſt, non eſt excommunicatus. Item
8 punitur † mulier hæretica,nam tenetur filiam orthodoxam dotare, licet aliàs ſi non
eſſet hæretica,non teneatur,vt per gl.in neque mater.C.de iure do.doct. in l.j.ff.ſolut.
9 matr.Alex.poſt Bald.in l.ij.C.comm.deleg.Angel. in l.neque. Item † mulier hæretica
infidelis non gaudet priuilegiis conceſsis dotaris mulieribus, de quibus in dicta l.j.&
in l.aſsiduis.C.qui potio.in pign.habe. vt dicitur in l.j. & in authen. item priuilegium.
& in corpore vnde ſumitur.C.de hære.& Bal.iunior.in tract.de dote.xj.par.iij.mēbro.
xxj.differen.niſi fuerit cōuerſa ad fidem,quoniam ea recuperat,vt ibidem, & vide Bal.
in rubr.C.de priuile.do.Archid.iiij.quæſt.j.c.j.& per Campe.in tracta.de do.j.par.Item
caret beneficio velleianni,vt dicit Archid.in d.c.j.iiij.q.j.& filiusfamil. beneficio ma-
10 cedoniani,vt ibidē.Item † hæreticus non poteſt teſtari,vt in conſt.apoſtatantes.etiam
ad pias cauſas,vt per Felin.in cap.ſi epiſcopus.de hæret.nec ſuccedere, nec contrahere,
nec quocunque alio modo alienare, nec iudex eſſe: aliàs nulla redditur ſententia,&
proceſſus,nec aduocatus, nec tabellio: aliàs inſtrumenta & acta nulla redduntur , de
quibus in l.manichæos,& in d.authen.credentes. de hære. & vnde ſumitur, & capit. ſi
aduerſus. & ca.excommunicamus.§.credentes.de hære.vbi agere non poteſt, ſed bene
conueniri, & par Iſer.in c.j.§.credentes.de ſtat.contra lib.eccle. & in pra.papien.in li-
bello.de rei vendicatione,ver.veris & legitimis.& per Bart.in ij.conſi.de tabellione,&
Specu.in tit.de offic.omn.iud.§.iiij.& in tit.de inſtru.edi.§.viij.verſi. quid ſi confectum
ſit.& §.xij.ver.prohibetur.& verſic.iij.oppono.& per Marſil.in pra.in §. aggredior.vbi
11 an geſta & acta facta per occultum hæreticum teneant,nec † aliquid hæretico relinqui
poteſt.per Bart.in l.cùm ſenatus.ff.de reb.dub.Bal.in l.ij. C. qui teſta.poſſ.etiam in te-
ſtamento militis nihil habere poteſt,nec legatum,nec fideicommiſſum, nec hæredita-
tem , vt in l.fina.C.de hæreti.etiam ſi eſſet filius,vt per Felin. in dicto capitulo, ſi quis
epiſcopus.de hære.imò tunc fiſcus vendicat.l.iij.C.de hære.& l.ij.eo.vide Bart.in l.j.ff.
de iure fiſci.per Aretin.in l.prima.ff.de hær.inſtit. & limita vt per Panor. in d.c.ſi quis
epiſcopus.& ſeq.eo. & vide in l.de neſtorianis.C.de hær.& ibi quòd occidens ſeipſum
hæreticus non habet hæredem,item nec vſucap.pro hærede,vt per Bart.in l.conſtat.ff.
12 pro hære.Item † hæreticus cogitur ad obſeruantiam iuramenti, licet aliter quàm or-
thodoxus iuret,Cardin.in clemen.prima.§.j.de iureiuran. ſic & iudæus,vt per Mathe.
in conſti.eos qui ſcienter.iij.lib.ix.q.& in conſtit.ſi quis in poſterum.vj.not.iij.q.doct.
in cap.fin.de iudæis.Iaſ.in procem.ff.veteris.Bart.in l.ait prætor. §. iurari.ff.de iureiur.
& ibi Alex.vbi hæreticus cogitur ad obſeruantiam iuramenti , etiam ſi aliter iuraret,
13 quàm deberet.Item † hæreticus petere non poteſt reſtitutionem rerum eccleſiaſtica-
rum,de quibus fuerit ſpoliatus,vt per Inno.in cap.ex parte,de reſtit. ſpoliat.Item hæ-
14 reticus † non poteſt habere Chriſtianum ſeruum.l.Deo nobis.§.fi.vbi Bart.C.de epiſc.
15 & cler.ſi & iudæus.cap.fin.de iudæ.& in l.j.ne Chriſtia.man.hære.vel iudæ.Item † hæ-
retici non poſſunt habere ſynagogas,ſicut iudæi,vt in c.iudæus.lo j. deinde xxiiij.cum
ſequen.Cyn.in l.ij.in fi.C.de ſum.trin.poſt glo.ibi,aliàs locus publicatur.l. quicunq;.
§.vniuerſi.C.de hære.l.conuenticulam.C.de epiſcop.& cleric. Mathe.in rubr.conſti-

tutio

16 tutionis inconſutilem.& in rubr.conſtit pactarenorum.Item † quia hæreticus vbique
peccat,vbique puniri poteſt de hæreſi,Cardi.in clement.ſecunda.§.denique. ix.q.de re
17 iudic.& vide text.& glo.in cap.vt commiſſi.eo.in vj.Item † hæreticus expelli poteſt à
ciuitate ne alios inficiat,Bal.in l.nullus.C.de ſacroſan.eccleſ.glo.in authen.ſi verò do-
18 mini.C.de hære.& Mathe.in d.rubr.Item hæreticus etiam reuerſus ad fidem non ordi-
natur,Felin.in capi.cùm te.de reſcript.verſi.infidelitas præcedens, niſi fuerit reuerſus,
& abiurauerit,iuxtà can.ſaluo.j.quæſt.vij.per quem gloſſ.in cap.primo.de cenſi. in vj.
19 dicit abiurationem probari per ſcripturam.Item † hæres ab hæretico inſtitutus in te-
ſtamento agere non poteſt ex eo ad hæreditatem.l.cognouimus.C.de hæreti.cap.ver-
gentis.& cap.ſi quis epiſcopus.eo.Specu.in titu.de actore.verſi.item quòd eſt ab hære-
20 tico inſtitutus.Item † facta monitione non licet cum eo conuerſare,can.dixit Apoſto-
lus.xxiiij.q.iij.& xxiiij.quæſtio.prima.can.quæ dignior.& cap.omnis qui.cum ſeq.ea.
21 quæſt.Item † hæreticus non poteſt reſcriptum aliquod impetrare,vt per Specu.in tit.
de reſcrip.§.v.ver. Item quòd eſt imperator.l.ſecunda.C.de ſum.trinit. Mar.in conſti.
22 inconſutilem.xxv.no.Item † ordinatus ab hæretico deponẽdus eſt,& ordinatio nulla
redditur c.ordinationes.ix. q.j.c.j.& ij.de ſchima.iunctis dictis per Panor.in rubr.eo.
Item hæreticus non poteſt præſentari,nec præſentare , nec inſtitui ad ius patronatus,
permulta tradit Lamber.in ſuo aureo & copioſo tractatu iuris patr.vj.artic.ix.q.j.par.
ij.lib.vbi alias pœnas imponit hæreticorum,vbi etiam quòd in eius degradatione nõ
obſeruatur ſolennitas de qua in cap.degradatio.de pœn.in vj.& credentes & fautores
non præſentantur,vt in ſeq.artic.vij.& in viij.quòd nec ſchiſmaticus qui hæreticus ſit,
23 & ſeq.ix.arti.quòd nec apoſtata,maximè fidei. Et † not. quòd licet papa accuſari poſ-
ſit,vt priuetur ſi hæreticus ſit:tamen ſi eligatur, vt ei nõ obſtat exceptio hæreſis, Car.
in clemen.ſecunda.§.cæterum.de electio.vide gloſſ.& doct.in cap. licet.de electio.ibi,
nulla exceptio.ibi per Panor.de veritate,& cap.ad probandum.de re iud.Item puniun-
24 tur † hæretici,nam catholici euntes extrà terminum,conſequuntur indulgentias , &
alia,vt in d.c.excommunicamus.§.catholici.Spec.eo.ti.in fi. vbi vide de beneficiorum
25 fructibus.Item † punitur, quia matrimonium cõtractum ſcienter cum hæretico non
tenet Specul.in tit.de diuor.ver.eodem modo,vide capi.decreuit.eod.in ſexto. ſed ſu-
perueniens hæreſis ſeparat quo ad torum.per Specu.in dicto tit.de diuor.verſicu.item
fit.ſed rebellio non ſeparat,Iſern. & Mathe.in conſtitut. pœna carere. & in conſtitut.
26 pactarenorum.ſecundo not.ij.q.Item † punitur , nam ſi fieret alienatio prædictorum
hæreticorum habentium oratoria orhodoxa,à fiſco vendicantur,vt dicitur in l.ſi qui
27 ortodoxæ.C.eod.Item † puniuntur hæretici,vt in l.quicunque. & in l.curiales.& in l.
28 arriani.cum ſeq.C.eod.Item † puniuntur in anima,vt ſint æternaliter damnati,nec eis
proſint ſuffragia mortuorum,vt in cap.firmiſſimè eo.& can.odi.xxiiij.q.j.& per Pan.
in dicto cap.firmiſſimè.in fi.de ſacramentis perceptis per hæreticum an teneant,& per
Paul.Grillan.in dicto tract.de hær.& q.ij.ibi quid ſi obtinet,an proſint , & an priuetur
29 iure patronatus? dic,vt per Gemin.in c.j.in princ.de iure patron.in vj.Item † punitur,
vt in c.fraternitatis.& in ſi quis epiſcopus,cum ſeq.eo.& in c.fin.eo.vbi liberatur obli-
30 gatus hæretico cum iuramẽto.Sed † an recuperat bona obligata, & primùm obliga-
31 tionem,ſi reuertitur ad fidem? dic vt ibi per Panor.Item † punitur,nam officiales etiam
excommunicati poſſunt contra hæreticum ad requiſitionem ordinarij, aut delegati
procedere , nec ſententia erit nulla , & proceſſus ratione excommunicationis , vt
32 traditur in capitulo, præſidentes.de hæreti.in vj.Item punitur, vt in c.ſicut.& ibi Pan.
33 vt excludatur ab omni commercio , & negotiatione fidelium.eod.titulo. Item † pu-
nitur,nam ei indicitur publica pœnitentia per crucis impoſitionem, vt alij terrean-
34 tur,vt in cap.primo.de pœnis.& q.j.cap.ſi peccauerit.Item † punitur,vt res,familia,&

filij ipſo iure ſunt effecti ſui iuris, & liberantur à patria poteſtate, & emancipatio facta poſt hæreſim eſt nulla ipſo iure, cùm fuerit ipſo iure ſui iuris, vt dicitur in cap. qui-
35 cunque. de hæret. in ſexto. Panorm. in cap. fin. eod. Item † hæreticus filius poteſt à pa-
36 tre exhæredari, Panor. in cap. quintaualls. de iureiurando. Item † punitur vt in xxiiij. quæſt. j per totam: nam non poteſt alium excommunicare, nec priuare officio, aut beneficio, niſi alium hæreticum. c. quiſquis ea. quæſt. & cap. ſequen. & glo. in ſum. dicta quæſt. & amittunt ſpiritum ſanctum, & eius dona, vt ead. quæſt. cap. hæreticus. & cap. loquitur. & aliâs vt per totam illam quæſt. & puniuntur, vt ſuprà in proceſſu formato, & vide per Bonifa. in titu. de hæret. & in titu. de apoſta. Item hæreticus mortuus punitur ſicut viuus, & crimen morte non finitur, vt not. glo. xxiiij. quæſt. ij. in ſumm. & eam dicit ſingu. Imol. in cap. quoniam frequenter. vt lite non conteſt. & Marſil. in l. fin. ff. de quæſtion. ex quibus iuribus & autoritatibus eligere poteſt alias pœnas curioſus lector.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticus ſi veraciter & non fallaciter abiurauerit hæreſim, euitat pœnas ſupradictas, & non punitur.*
2 *Hæreſim recuſans abiurare, ſtatim punitur vt hæreticus.*
3 *Excommunicatus ex alia cauſa quàm hæreſi, an amittat beneficia.*
4 *Contumax in cauſa hæreſis ſi comparuerit, & ſe purgauerit cum ſatisfactione, & pœnitentia ſalutari, euitat pœnas.*
5 *Purgatio & ſatisfactio qualis eſſe debet.*
6 *Hæreſim abiurans ante ſententiam, euitat pœnam ignis.*
7 *Sententia lata ſi reus paratus eſt abiurare hæreſim, an euitat pœnas.*
8 *Eccleſia an claudat gremium, & deneget audientiam relapſis in hæreſim.*
9 *Hæreſim abiurans an puniatur pœna perpetui carceris.*
10 *Abiuranti an pœna perpetui carceris commutari poteſt.*
11 *Pœna ſi commutatur abiuranti, an recuperet beneficia.*
12 *Clericus immurandus, an antea ſit deponendus.*
13 *Seculari curiæ traditus, an audiatur per pœnitentiam.*
14 *Pœnitentia an expectanda, & admittenda ſit in omni parte iudicij vt euitet pœnas, & an poſt ſententiam.*
15 *Redeuntis forma quæ ſit.*
16 *Rediens ad fidem an bona recuperet, & quid ſi fiſcus alienauit bona. & nu. 17.*
18 *Rediens ad fidem an recuperet ius patronatus.*
19 *Rediens an recuperet & reſtituatur ad bona alienata tempore confiſcationis.*
20 *Rediens an reſtituatur ad bona ſua per alium poſſeſſa.*
21 *Rediens an reſtituatur ad fructus bonorum.*
22 *Rediens an reſtituatur ad ſententias latas contra ipſum ex debitis ciuilibus.*
23 *Rediens an reſtituatur ad dignitatem, & officium.*
24 *Rediens an reſtituatur ad reconualeſcentiam teſtamenti.*
25 *Rediens an reſtituatur ad famam, vt poſſit eſſe capax beneficiorum & dignitatum.*
26 *Iudæus baptiſatus, an ſit idoneus teſtis.*
27 *Rediens reſtitutus cenſetur ad teſtimonium, honores, & dignitates.*
28 *Rediens ad fidem, an ſit reſtitutus ad dignitatem abſque diſpenſatione.*
29 *Accuſatori hæretici deſiſtenti, an indulgeatur.*
30 *Relapſus in hæreſim qualiter puniatur.*
31 *Relapſus in hæreſim quando dicatur.*

Modo

MODO Qualiter prædictæ pœnæ tam ordinariæ, quàm extra-
1 ordinariç euadantur, ſubnectamus. Euitantur † autem dictæ pœ-
næ, ſi hæreticus abiurauerit hæreſim prædictam, & ad catholi-
cam, & orthodoxam eccleſiam redierit veraciter, & non fallaci-
ter, vt dixit text. in cap. vt officium in princip. de hæret. in ſexto.
cum tamen diſtinctione iurium. cap. ad abolendam. & ca excom-
municamus. de hæret. l. cognouimus. & l. manicheos. & in auth.
credentes. & authen. gazaros. C. eodem. & in corpore vnde ſumitur, & in l. ſecunda.
C. de ſumma Trin. & in cap. accuſatus. & cap. ſuper eo. & dicto c. vt officium. de hære.
in vj. & xxiiij. quæſt. iij. can. dixit apoſtolus. & cap. hæc eſt fides. xxiiij. quęſt. j in quibus
not. & in conſtit. reg. inconſutilem. cum allegatis in dicto cap. diſtinguendo. aut leui-
ter conſtat de hæreſi, & tunc facta ei monitione, vt per glo. in dicta conſtit. & ibidem
per Mathe. aut citatione, ſi ſteterit per annum, & non redierit, pro hæretico condem-
natur, dicto c. ad abolendam. & dicto cap. excommunicamus. & d. authen. gazaros. &
2 cap. cùm contumaciam. eod. in vj. Sed an † tunc ſtatim, quòd recuſat iurare, vt hære-
ticus puniatur, dic vt per Panorm. in dicto cap. excommunicamus. & Math. in conſti.
pactarenorum. in j. glo. & ibi an ex alia cauſa contumax ſit excommunicatus, & an
3 amittat † beneficia talis excommunicatus. per docto. in cap. j. de iudi. & in c. veritatis.
& cap. contingit. de dolo & contumacia. & Innocen. in cap. cùm bonæ. de æta. & qual.
4 ſi verò † comparuerit, & ſe purgauerit cum ſatisfactione, & pœnitentia ſalutari, eui-
tat pœnas prædictas, & ſi relapſus fuerit non punitur, vt verè relapſus: licet aliter gra-
uiter, vt dicitur in dicto cap. accuſatus. poſt glo. in dicto cap. cùm contumacia. & per
Mathe. in dicta conſtit. inconſutilem. viij. not. poſt Archi. & Anchar. in d. c. accuſatus.
5 & ibi † de tali ſatisfactione, & purgatione qualis eſſe debet, puta, ad conſtruendum
aliquem pium locum, vt ſuprà ſunt dictum, aut plenè conſtat de hæreſi, vt quia publi-
cè prædicat contra fidem, aut per confeſsionem, aut per teſtes quos repulſare non
6 poteſt, vt per Iſern. in cap. j. §. deprehenſi. de ſtatu. contra lib. eccleſ. & tunc † aut non
ſunt condemnati, nec lata eſt contra eos ſententia. & tunc ſi abiurauerit dictam hære-
ſim verè, & non fallaciter, vt ſuprà, iniuncta pœnitentia ſalutari, euitat pœnas prædi-
ctas, maximè ignis, vt dicitur in dicto cap. ad abolendam. & in dicto cap. excommu-
nicamus. & in dicta conſtitu. inconſutilem. adhibitis quatuor, de quibus per Panor. in
7 dicto cap. ad abolendam. iiij. not. aut lata † eſt ſententia, & condemnatus eſt hæreticus,
& tunc ſunt opiniones hinc inde: nam quidam tenent. quòd non ſit locus pœnitentię,
per d. cap. ad abolendam. ibi, confeſtim, & ſponte. & ſic ante ſententiam, & non poſt,
cùm metu pœnæ ignis, glo. in cap. penul. de hæret. tenet contrarium, & Ioan. And. in
apoſt. in dicto cap. ad abolendam. nam ſemper ante pœnam ignis poteſt pœnitere, &
pœnam euadere, & hanc ſequuntur omnes tanquam æquiorem, & mitiorem, cùm
8 eccleſia nunquam claudat gremium redeuntibus, niſi † tantum relapſis in hæreſim:
nam eis denegatur audientia, quo ad pœnam corporalem euitandam, tantum conce-
duntur ſacramenta, ſi manifeſta ſunt ſigna pœnitentiæ, vt dicitur in cap. ſuper eo. de
hæret. in ſexto. & in dicto c. ad abolendam. vbi Felin. & Paul. Grillan. in dicta tract. de
hæret. v. quæſt. in fin. & Mar. in l. j. §. quæſtio. ff. de quæſtio. & in ſing. ccclxxviij incip.
9 geminatio. & traditur in dicto cap. accuſatus. bene tamen † talibus non dico relapſis
imponitur pœna perpetui carceris. cap. excommunicamus. Io ſecundo. de hæret. cap.
penult. eod. vide Iſer. in dicto cap. j. §. quocunque nomine & §. ſatisfactionem. poſt
Hoſtien. in ſum. eod. §. qua pœna. & §. qualiter. Panor. in d. c. ad abolendam. & Mathe.
10 dicta conſtitut. inconſutilem. xx. not. & alios, de quibus in dictis locis. † poteſt tamē
commutari dicta pœna. c. vt commiſsi. eod. in vj. Felin. in d. c. pen. & ibi Pan. & Mathe.

in conſtit.xx.not.Card.in clem.j.§.fin.de vſur.vlti.quæſt.& dic plenè vt per Pau.Gril.
11 in d.trac.in vij.q.quo ad clericos,& ibi † an recuperat beneficia,ſi pœna commutatur,
& quādo,vbi quòd aut ſtatim paratus eſt ſe corrigere corde non ficto,& recuperat ſe-
cundum Arch.in dicto c.vt commiſsi.aut poſt negationem,& ſententiam, & non re-
12 cuperat. ſed † an tunc clericus ſit deponendus antequam immuretur, & perpetuo
carceri mancipetur,iuxta cap.primum.de hæreti.in ſexto.& iuxta dict. cap.penulti. vt
per Panormita.ibidem & in dicta clementina prima.§.fin.vlt.quæſt.& per Feli.in dicto
13 cap.penul Panor. † tamen reſidet quòd aut traditur curiæ ſeculari,& non expectatur
niſi pœna ignis & executio,& tunc nō auditur,aut nō eſt traditus,& tunc admittitur
pœnitentia cùm incontinenti dicatur redire, & non ex interuallo,& ſi ex interuallo
non auditur,niſi papa conſulto,vt dicit Iſer.in dicto cap.primo.§.quocunq; nomine.
argu.dicti cap. excommunicamus.§.ſanè.& Hoſtien.in dicto §.quando,& qualiter.&
14 an † in omni parte iudicij admittēda ſit pœnitētia,& an lata ſententia, vt euitet pœnas,
& bona recuperet? dic vt per Hoſtien.in dicto §.quando & qualiter. de opinione Pan.
an ſit vera? dic vt per Paul.Grillan.in dicto tract.de hæret.in v.quæſt.plenè,& qualiter
eſſe debet talis pœnitentia,vt admittatur,dic vt per eum per totam quæſtionem For-
15 mam † autem iuramenti redeuntis ponit Specu.in titu.de iureiuran. poſt medium,&
habetur de conſecratio.diſtinct.ſecunda.can.ego Berengarius, & not.gloſſ.remiſsiuè
in ver.forma.& in cap.vt officium.in princ.de hære.in ſexto. Et formam abſolutionis
cum pœnitentia ponit Mathe.in dicta conſtitutio.inconſutilem.xx.not. poſt alios, vt
16 per eum. An † autem bona recuperet indiſtinctè,dic quòd gloſſ.ita tenet. xxiij.quæſt.
viij.in ſum. vbi dicit etiam epiſcopatum recuperare,text.in dicto capitulo, vergentis,
ſentit ex quadam miſericordia, & gratia reſtituenda, & ideò ſi non dicatur quòd re-
ſtituitur ad bona, ea non recuperat,facit l.ij.& iij.C.de abolit.l.inſulam. & l.fina.C.de
ſenten.paſſ.reſti.facit dictū Bal.in l.ſi ademptio.C.de ſenten.pa. & Salyce.in l.fi.C.eod.
plenè dic,vt per Card.in clementina prima.§. ſanè. prima quæſtio.& in clementina ſe-
cunda.§.primo.vj.quæſt.de hære.& in clementina ſecunda.§.primo.vlti.quæſt.de vſu.
17 & Felin.plenè in dicto ca.vergentis. & ibi † quid ſi fiſcus alienauerit dicta bona, an re-
uerſus, & an reſtitutus poſsit ea recuperare dic, vt per eum, & apoſtil. poſt eum,&
plenè per Paul. Grillan.in dicto tract.de hære.vj q.per totam.quando bona recuperat,
& quæ, & vide tradita per Felin.in cap.quia.de maior.& obedien.& in capi.de hac.in
fi.de accuſa.& in cap.ex literis de conſtitut.doct.in l.fin.C. de re mili. Hercula.& mo-
der.in l.ſi marito.§.ſolut.matri.& in l.gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.
cum cæteris allega.per Felin.in dictis locis.& docto.in l.ſed ſi huc.§.liberos.ff.de in ius
vocan.& quid in crimine læſæ maieſt.an reſtitutus recuperet bona alienata, per Tho.
Grain.in deciſio. xxxv.nume.18.& an indultus generalis ſufficiat ad recuperationem
18 bonorum.& an † recuperat ius patronatus,per Felin.in dicto ca.vergentis. in ver.not.
caſum.& do. in cap.quia. de electio. gloſſ.prima.quæſtio.vij.cap.qui maximum.& per
19 Gemin.in cap.primo. in princip.de iure patro.in ſexto. An † reſtituatur ad bona quæ
erant alienata tempore confiſcationis,vide Bald.in l.penult.C. de cap. & poſtli.reuer.
& Paul.Gril.in dicta ſexta quæſt.vbi diſtinguitur an alienata ſint titulo lucratiuo, an
20 oneroſo,vt ſecundo caſu non recuperet. Et † an ad bona ſua per alium poſſeſſa, vide
21 Bart.in l.ſi qua.§.primo.ex quib cau.maio. Et † an ad fructus bonorum. & vide Ang.
in authen.de hære.& fal.& Bald.in l.fina.C.de ſenten.pa. Alexand.in dicto §.& quid ſi
tantum.verſic.prædictis adde.An ad ius fideicommiſsi ſit reſtitutus, vide per docto.in
22 l.ex facto.§.iulius longinus.ff.de vulga.& pupil.An † ad ſententias latas contra ipſum
ex debitis ciuilibus, per Bald. in titu. de pace Conſtan.§.ſententiæ quoque. in princi.
an feuda,Bal.in cap.primo.hic fini.lex Corra. & Floria.in l.loci.§.ſicut.ff.ſi ſeru.vendi.

Et

23 Et † an ad officium,& dignitatem,Bald.in l.cùm fratrem. C.de his,quib. vt indig. Et
24 an † ad reconualeſcentiam teſtamenti,Bar.in l.ſi quis filio.§.quatenus.ff.de iniu. rup.
25 teſt. An † autem ad famam,vt poſsit eſſe capax officiorum,& dignitatis, à quibus infamis excluditur,maximè ad teſtimonium,videtur quòd non , nam ceſſante cauſa infamia non tollitur,vt not.in c.conſtituit.xvij.quæſtio.prima. cum aliis multis allega.
26 per Mar.in ſingul.cvij.& in ſingu.cclxxiij.vbi † dixit poſt multa ſimilia, quòd iudæus etiam baptizatus,& conuerſus ad fidem,non eſt idonæus teſtis propter infamiam , & extat deciſio.ſac.conſil.ſed hæreticus eſt infamis,ergo conuerſus non deſinit eſſe infa-
27 mis:dic † quòd etiam reſtitutus cenſetur ad honores , & dignitates , & teſtimonium, per text.in l.prima.C.de ſen.paſ.& l.fi.eo.in quibus Bartol.& Bald. nam reſtitutus per gratiam cenſetur ad hæc reſtitutus,vt dicitur in dicta l.prima.ſed hęreticus conuerſus reſtituitur ex gratia,vt dicitur in dicto cap.vergentis, ergo & ad hæc reſtitutus cenſetur,niſi contrarium ſtatuatur in ſententia,vt dicit Bart.in dicta l.prima. & vide Alex. in conſi.cxij.ſecundo vol.incip.omiſsis argumentis, nec obſt. de iudæo : nam ęi nulla facta conſideratur ręſtitutio,ex quo nihil amiſerat,ideò remanet cum ſua cauſa,& ex
28 his etiam ad pœnas extraordinarias reſtitutus cenſetur. No. † tamen quòd licet reuertatur,non ordinatur,nec recipitur in aliquam dignitatem,niſi diſpenſetur , nec dignitate,& officio ab hæreticis præcepto fungi poteſt , vt legitur in prima quæſtio.vij. ex
29 princ.vſque ad cap.requiſitis,& in fi.cap.præceden.§. ex hac autem.No.† tamen quòd licet hæretico pœnitenti indulgetur,vt ſupra,tamen accuſanti hæreticum non indulgetur deſiſtenti,vt per Marſil.in l.qui falſam.in fi.princ.ff.de falſ.Panormit.poſt Ioan.
30 Andr.in capitu.excommunicamus.lo ſecundo.de hære. De † relapſo verò in hæreſim qualiter puniatur,dic vt in dicto capit.ad abolendam.in fi. & an admittatur ad pœnitentiam & defenſiones.dic vt ibi per Panor.& Felin.in cap.accuſatus.in prin.de hære. in ſexto.& plenè per Paul.Gril.in tract.de hære.in x.& vlt.quæſt. diſtinguendo de leui ſuſpitione,& graui,vt primò admittatur,niſi fuerit relapſus, per dictum ca.accuſatus. ſecundò verò non admittitur, bene tamen ſi admittatur, debet incõtinenti fieri reuo-
31 catio,& ibi dicit, quòd † relapſus dicitur nedum quando in eadem ſpecie hæreſis , ſed etiam ſi in alia,vt in cap.fin.vbi Panor.de hære.licet ſuprà dictum ſit , & an relapſi puniendi ſunt,per Boni.in rubrica de hæretic.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Hæreticorum receptatores,fautores,& eis credentes qualiter puniantur , & quando. numero 3.*

2 *Hæreticis credentes,hæretici ſunt, & quando.*

4 *Pœnæ quæ ſtatuantur credentibus , receptatoribus , & fautoribus , & an diuerſæ, & quid iure canonum.nu.5.& quid iure nouiſſimo canonum.nu.6.& quid iure regni nu.7.*

8 *Clericus credens , receptator, & fautor vltrà alias pœnas,deponitur ab officio,& beneficio.*

9 *Receptatoribus ,credentibus , & fautoribus , an legari poteſt.& quid ſi non fauet nec receptus,ſed occultat.num.10.*

11 *Rebellem regis quilibet tenetur indicare.*

12 *Maieſtatem diuinam lædere grauius eſt quàm humanam.*

13 *Hæreticum occultans relegatur ad tempus.*

14 *Pœnæ impoſitæ à cano. & conſtit.licet diuerſæ, an concurrant cumulatiuè , an priuatiuè.*

15 *Pœna noua introducta,an ſit receſſum à pœna iuris ciuilis.*

16 *Pœna vtraque canonica & ciuilis concurrit in mixtis criminibus,& vna non tollitur per aliam.*

17 *Receptatori hæreticorum an eadem pœna imponatur,& cur non ita ſtatuitur.*

*18 Receptans rebellem regis ſicut punitur pœna ſuſpenſionis cum publicatione bonorum, an eadem pœna ſit in hæretici receptatore.*

*19 Extenſio non fit vt inducatur legum correctio.*

*20 Hæreticum conſanguineum an liceat receptare, & quando.*

*21 Hæretico patri & fratri potius eſt ſubueniendum, quàm extraneo catholico, in neceſſitate famis.*

*22 Hoſpes an excuſetur ſi dederit cibum bannito tranſeunti.*

*23 Receptare an dicatur per dationem cibi & potus, & per quem actum, quòd per occultationem, & receptionem mercedis.*

*24 Agnatio & cognatio an ſit ſublata per crimen hæreſis.*

*25 Vxori an liceat ſubuenire viro hæretico de dotibus ſuis.*

*26 Receptans ignoranter hæreticum, an puniatur, & quando.*

*27 Receptans notorium, vel famoſum, vel declaratum hæreticum, non poteſt dicere ignoranter receptare.*

*28 Ignorantia probabilis licet excuſet, tamen ſi notorius eſt, nō dicitur probabilis ignorantia.*

*29 Accuſator debet articulare, & probare qualiter ſcienter receptauit.*

*30 Receptans per vim hæreticum, an puniatur de receptatore.*

*31 Receptans ſemel hæreticum, an puniatur.*

*32 Hæretici receptatorem, an excuſet inueterata amicitia.*

*33 Hæreticus receptatus ſi pœnituerit & abiurauerit, an excuſetur receptator.*

*34 Receptatores malefactorum ex alia cauſa quàm hæreſi, an & qua pœna puniantur.*

*35 Receptator hæretici an à toto regno, an verò à prouincia relegantis ſit relegatus.*

*36 Hæreticorum filij ſunt infames, & à teſtimonio excluduntur, et an infamia per vitæ emendationem tollatur. nu. 37.*

*38 Receptator hæretici caret ſepultura, & ſepeliens eſt excommunicatus.*

*39 Beneficium obtinens ad preces receptatoris hæretici, beneficio priuatur.*

*40 Hæreticis credens ſi petat hæreticos conſolatores, filij excluduntur ſucceſſione, niſi conſtet non fuiſſe ſanæ mentis.*

*41 Officialis defendens hæreticos punitur.*

*42 Receptator, & credens punitur, quoniam ei imponitur publica pœnitentia.*

*43 Receptator punitur arbitrio ſuperioris.*

*44 Dominus temporalis requiſitus vt purget terram ſuam hæreticis, & noluerit facere, poſt annum punitur vt terra ſua occupetur à fidelibus.*

*45 Receptatores, fautores, & credentes puniuntur pœnis à iure expreſſis.*

*46 Filius quare punitur ex delicto paterno in hæreſi.*

*47 Proteſtatio authoris de dictis in tali opere remittentis iudicio eccleſiæ.*

1 NVNC De receptatoribus, & † fautoribus aliqua perſtringamus, in quo notandum eſt quòd puniuntur credentes, receptatores, & fautores hæreticorum, tamen diuerſimode. nam credentes hæreticis ſunt hæretici, vt dixit text. in cap. penul. de hæret. & per conſequens vt hæretici puniuntur: tamen fautores, & receptatores non puniuntur eadem pœna, ſed alia, vt infrà, & tamen promiſcuè traditur de credentibus, receptatoribus, & fautoribus, vt in c. excommunicamus. §. credentes. de hære. & in authen. credentes. C. eodem. & vnde ſumitur, dicendum tamen eſt, dicit Innocen. in cap. j. de ſumma Trinit. & Mathe. in
2 conſtitu. pactarenorum. in princip. quòd † ſint hæretici, & vt hæretici puniantur credentes, intelligitur, quando hæreticis credunt contra ſacroſanctam eccleſiam Romanam

3 nam,& fidem Chriſtianã,& per Pau.gril.in d.tra. de hære.ix.quæſt. ſed † vt puniãtur
veluti receptatores, locum habet in hæreticis ſimpliciter credentibus, tenentibus ta-
men illud quod tenet ſancta mater eccleſia, per talem ſimplicem credulitatẽ puniun-
vt fautores, & non vt hære.& ita erit intelligenda gl.in cap.accuſatus. ver.hæreticos.
de hære.in ſexto.vbi dicit aliud eſſe in credentibus, & aliud in fautoribus,vt intelliga-
tur de credentibus hæreticis contra fidem, & ita intelligenda eſt etiam gloſſ.in dicto
§.credentes.cum alleget text.in capitulo penultimo,in fine eodem.vbi loquitur de cre
dente non illa gloſſ.intelligitur de credente ſimpliciter,fauore, & receptatore, & ita
intelligitur dictum Card.in clementina prima.§.verum.de hæret.in quantum dicit ta-
4 les,& hæretici idem ſunt,& ideo de prædictis, & eorum pœnis videamus.Et † notan-
dum eſt quòd in his credentibus,fautoribus & receptatoribus diuerſæ pœnæ ſtatutæ
videntur iure canonico, ciuili, authenticorum, & regni:nam iure communi veteri,
pœna publicationis domus vbi recipiebantur,& conueniebant,imponebatur, vt pa-
ret in l.cuncti hæretici.& in l.quicunque.cum ſua diſtinctione. C.de hæretic. & in l.ſe-
cunda.C.de ſumma trinita. l. conuenticulam. C. de epiſcopis & clericis. & nouiter in
authent.de interd.colleg.hæret.Federicus verò primus in dicto capitulo primo. §.cre-
dentes.de ſtatu.contra lib.eccl.addidit alias pœnas, vt ibi, & in authent.credentes. C.
eod.videlicet quòd ſit excommunicatus, vt etiam dicitur in dicta authentica,de inter.
col.hære.in fi.& ſi neglexerint ſatisfacere eccleſiæ,& perſtiterint per annum in excom-
municatione,infames efficiuntur,& excluduntur ab omnibus actibus ciuilibus:inte-
ſtabiles efficiuntur, & ab omnibus publicis officiis, & honoribus excludebantur,vt
5 ibi dicitur.Iure † autem canonum eadem pœna ſtatuta reperitur,vt in capitulo, ſi ad-
6 uerſus. & in dicto capitulo, excominnnicamus.§. credentes.de hæreticis. Iure † verò
nouiſsimo addita extitit vltra priuationem prædictam,& excluſionem à talibus acti-
bus,& officiis publicis alia pœna,videlicet quòd filij talium ſicut hæreticorum exclu-
duntur ab omnibus officiis,& beneficiis,& aliis actibus, vſque ad tertiam generatio-
nem excluſiue ex paterna linea,& ſecundam in materna,vt traditur in capit. ſecundo.
& in capitu.filij.& in cap.ſtatutum felicis.de hæret. in ſexto. niſi tales parentes fuerint
emendati, & ſatisfecerint eccleſiæ,vt dicitur in dicto capitulo, ſtatutum. Nouiſsimè
7 verò † in regno imperator Federicus ſecundus conſiderans grauius iſtos fautores de-
linquere,cum ſine talibus defenſoribus hæretici diu manere nõ poſſent,& etiam alio-
rum errores defendere videntur, vt dicit gloſſ. in dicto §. credentes. nouam pœnam
addidit per nouam conſtitut.incip. pactarenorum receptatores.per quam imponitur
pœna relegationis perpetuæ cum publicatione bonorum,& filij eorum tãquam infa-
mes repellendi à quibuſcunq; actibus,officiis,& honoribus publicis, nec etiã ad teſti-
moniũ,niſi & ipſi filij detexerint tales hæreticos,per patres receptatos, cõſtito per eos
tales hæreticos eſſe: tunc ex gratia,& benignitate ad priſtinam famam reſtituuntur,
vt dicitur in dicta conſtitut.& prædictas pœnas incurrit receptator,& fautor ſi laicus
8 ſit,ſi clericus † vltra prædictas pœnas,deponitur ab officio,& beneficio, vt dicitur in
9 dicto capitu.excommunicamus.Hoſtien.in ſum.eod.§.qua pœna. & per † Paul. Gril.
in dicto tract.de hære.ix.quæſt. vbi quòd non licet eis relinquere aliquid, nec in vlti-
ma voluntate,nec inter viuos,& per Bonifa.in tit.de hære.vbi vide de credentibus,re-
10 ceptatoribus,& fautoribus,& pœnis.Sed † quid ſi non fauet,nec receptat,ſed tantum
occultat hæreticum,an pœnis prædictis puniatur,vt quia ſcit hæreticum eſſe in aliquo
loco,& non denuntiat,non tamen dico quòd ipſe occultet,vt euadat ſciens eſſe hære-
ticum:nam tunc vt receptator puniretur,ſed tantùm ſcit eſſe in aliquo loco,nec iudi-
11 ci denuntiat? dic quòd licet teneatur eum indicare,nam † ſi tenetur indicare prodito-
rem regis,vt dicitur in capit.reg.nuper apud Tranum.per quod tenetur alta voce cla-

N

mare ecce proditor regis, ſuccurrite, vt capiamus: cum multò fortius, & in hæretico,
12 nam † grauius eſt, diuinam quàm humanam lædere maieſtatem. auth. gazaros. C. de
hære. & dictum eſt ſupra, & in dicta conſtitut. in conſutilem. in omnibus eſt æquata
13 conditio, & ibi dicitur, per omnia, & per † Iſer. in dicto capitulo primo. §. diuinâ quàm
humanam: ſed in humana denunciare debet, ergo & in diuina. Iſern. in dicto capitu.
primo. § ſatisfactionem. dicit mitius puniri debet, quàm receptator fautor. nam ſal-
tim ad tẽpus relegabitur, contra l. j. C. de his qui latr. occul. vbi ocultator eadem pœna
14 punitur, dic vt per Iſer. aſsignantem rationem quare ſecus in hoc crimine. Sed † an ex
quo diuerſæ pœnæ imponuntur iure canonico, & iure regni, dicantur dictæ pœnæ
concurrere cumulatiuè, an verò per nouas receſſum intelligatur à veteribus, gloſſ. in
15 dicta conſtit. tenet quòd ambæ concurrant, nec vna per aliam tollatur: nam † quando
ſtatutum imponit nouam pœnam prout imponit d. conſtit. pactarenorum: cum di-
catur ſtatutum regni, vt tradit Math. in rub. conſtitut. ſi damna clandeſtina. per talem
nouam pœnam non cenſetur receſſum à pœna iuris communis, & per l. qui ſepul-
chra. C. de ſepul. vio. de quo tamen plenè per Sal. & Alber. in dicta l. qui ſepulchra. &
Bart. in l. ſanctio legum. ff. de pœn. Alexand. poſt Bart. & Dyn. in l. prima. ff. vi bon. rap.
Math. plenè in dicta conſtitut. pactarenorum. in prima gl. ver. in eadem. vbi ponit poſt
prędictos decem limita. ad regulam. & dixit gloſſ. in capitulo primo. de empt. & vend.
& Bald. in l. prima. C. de ſum. trinitate & in l. placet. in authent. clericus. C. de epiſcop.
16 & cleric. cum cæteris allega. per Math. in dicta conſtitut. quòd ſi † pro vno delicto ius
canonicum imponit vnã, & pro eodem delicto ius ciuile imponit aliam, & delictum
eſt mixtum, & vtriuſque fori, quòd tunc ambæ pœnæ concurrunt, & vna per aliam
non tollitur, & traditur per canoni. in capitulo, cùm ſit generale. de foro competenti.
& per Mat. in conſti. multæ leges. primo libro. & in conſtitu. ſtatuimus. primo libro. &
in conſtitut. maieſtati noſtræ. tertio libro. pœna ergo inducta à iure canonum de re-
17 ceptatoribus, per d. conſtitu. non eſt ſublata, ſed ambæ cõcurrunt. Opponitur † con-
tra prædictam conſtitut. & capit. de receptatoribus: nam iure communi eadem pœna
imponitur receptatori, quæ & principali, l. j. & ij. ff. de recept. & l. prima. C. de his qui
latro. occul. cum aliis per gloſſ. ibi. ſed hic imponitur mitior pœna, & tamen maius eſt
delictum hæreſis quàm alia crimina, vt patet ex ſupra dictis, ergo eadem pœna debe-
rent puniri. Mathe. in dicta conſtitut. pactarenorum. dicit quòd fallit in hoc crimine,
ſicut in aliis criminibus, vt per eum ibi, licet regulariter rationem fallentiæ non aſsi-
gnat. Bartol. autem in dicta l. prima. ff. de recept. dicit, licet puniatur receptator ſicut
delinquens, nõ tamen punitur eadem pœna, vel ſaltim tanta: & ideò dictio, ſicuti, non
refertur ad pœnæ identitatem, vide per Math. in dicta conſtitu. ſecundo notab. quinta
fallen. & ſecunda quæſt. & dicta l. prima. C. de his qui la. videtur habere locum in aſſo-
ciante vt fugiat, & occultante reum, non autem in ſimplici receptatore, adeò quòd
maior pœna puniendus eſt, quàm ſimplex receptator, vel dic ſecundum Iſer. in dicta
conſtit. pactarenorum. & in dicto capitulo primo. §. ſatisfact. quòd legiſlatoribus non
fuit viſum, quòd eadem pœna puniatur receptator, vt tradatur ſeculari cum publica-
tione bonorum, & igni immittatur, habendo ſolum reſpectum ad criminis immani-
tatem. cum mitior pœna eſſet, etiam in receptante rebellem, vt dicitur in l. methodo-
18 rum. ff. de pœnis. Sed † an ſicut hodie receptans rebellem ſuſpenditur cum publica-
tione bonorum, vt in dicto capitulo, reg. nuper apud Tranum. & per Iſer. in c. primo.
§ præterea. quæ ſit cauſa bene. ami. & in capitu. primo. §. de receptatoribus. de pac. iur.
firm. ſic etiam erit in receptante hæreticum, cum per omnia adæquata ſunt crimina,
vt ſuprà videtur quòd ſic ſtante adæquatione, vt ſtatutum in vno, & in alio ſtatutum
19 cenſeatur. In † contrarium facit, nam extenſio fit ex quadam cõiectura, & tacita mente

ſta

ſtatuentis,per no.in l.apud antiquos. C.de furt. quæ tamen non ſumitur, vbi daretur
legum correctio,per tradita,per doct.in l.prima.§.huius ſtudij.ff.de offi. eius cui man-
da.eſt iur.& traditur per Mod.in authent.quas actiones.C. de ſacroſanct. eccleſ. ſed ſi
daretur talis extenſio,dicto cap.daretur correctio d.conſtitu.pactarenorum.cum non
veniret pœna imponenda cumulatiuè,cum maior pœna imponeretur per dictum cap.
per ea quæ tradit latè Marſil. in l.prima.§.præterea.ff.de quæſt.& in conſil.cj.& conſil.
lxj.cum allegatis per eum,& pœna d.cap.eſſet imponenda.videlicet capit.nuper apud
Tranum.non d.conſtit.quando talis fieret extenſio,& ſic veniret priuatiuè, & corre-
20 ctiuè,quæ non permittitur extenſio,vt ſuprà. An † autem liceat receptare conſangui-
neum, & affinem hæreticum, aut ei benefacere,gloſſ. in dicto §.credentes.dicit quòd
non,per text.in capit.ſi quis epiſcopus.cum ſeq.eod.gloſ. verò xxx.diſtinctio, can.j.&
21 Panor.poſt eam,in dicto cap.ſi quis epiſcopus.& ſeq.quòd † potius eſt ſubueniendum
fratri & patri carnali hæretico, in caſu tamen neceſsitatis, quàm extraneo catholico.
gloſſ.in capit accuſatus.in verſic.non poſsit.de hære.in ſexto dicit, quòd ratione ne-
ceſsitatis famis poteſt,& per Tho.ſecunda ſecundæ.quæſt.xxxj.art.iij. Specul.in titu.
qui fili.ſint legi.§.primo.verſiculo,quid ſi pater.Zaba.in capit.cùm haberet. de eo qui
dux.in ma.& in capit.cùm ſit.de iudi.vbi ana.Hoſtien.in ſumma in tit. de tempo. ordi.
§.ſed pone quòd pater tuus.& Ioan.de Fant.in cap.quieſcamus.xlij.diſtinct.& in cap.
non ſatis.lxxxvj.diſtinct.& in capit.ſicut.in fine.lo primo.ſecunda quæſt.ſecunda. Pro
22 hoc † facit, nam hoſpes excuſatur ſi dederit cibum, & potum bannito tranſeunti,
vt per Bartolum in l. omnes. la ſecunda. verſiculo, & hoc eſt vtile. C. de agricolis &
cenſitis.libro vndecimo.& in l.prima.C.de colon. Illyri. eodem libro. & in l. Seiæ. §.
idem quæſiit. ff.de fund.inſtructo. & Math.in dicta conſtitut.pactarenorum.ſecundo
23 notab.vij.fallen. nam † per dationem cibi,& potus non dicitur receptare. l.prima. §.
quòd autem.ff.de ſer.cor.Sed per ocultationem,& receptionem mercedis, vel cohabi-
tationem,vt per Bart.in l.prima.§.primo.ff. de recept.& in l.qui vas.§.qui furem.ff.de
furt.Ange.& Salycet.in l.prima.C.de his qui latro.Bald.in cap. ſi clericus. in princip.
primo notab.de pa.ten.aliter conſanguineum non licet receptare impunè,per dictum
24 cap.ſi quis epiſcopus.ex † quo videtur ſublata agnatio, & cognatio per tale crimen,
cum relegetur in perpetuũ,inſt.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. ſic & in violatore pacis,
vt dicitur in dicto capitulo primo.§.de receptatoribus.& ibi Iſern.& Bald.in capitulo
primo.§.conuenticulas.quinto notab.de pa.ten.niſi iurauerit ſe ignoraſſe. Rota in de-
ciſ.ccccxv.& per Mathe.in dicta conſt.pactarenorum.ſecundo notab. ſecunda quæſt.
Limita ergo,niſi ratione euidentis neceſsitatis famis,per gloſſ.in dicto capitulo, accu-
25 ſatus. An † autem licet vxori receptare, & ſubuenire impunè de dotibus earum? dic
quòd non,ſicut in viro rebelle,vt dicit Iſern.& Mat.in conſtitut. pœna carere. & in d.
conſtitut.pactarenorum. vbi Iſern.in tali crimine hæreſis, & in aliis locis per Mathe.
ibi ſecundo notab.ſecunda quęſt.nam dotes non publicantur ex hoc,niſi & ipſa com-
miſerit rebellionem:ſic & in hæreſi, cùm parificetur,& traditur in capitulo, decreuit.
26 de hære.in ſexto. Limita † etiam niſi ignoranter receptauerit hæreticum: nam tunc
probabilis ignorantia excuſat.glo.in dicto capitulo,accuſatus. in verſi. non poſſet.in
capitulo, quicunque.in verſic.ſcienter.de hæret.in ſexto. quæ probatur per iuramen-
tum receptoris,vt dicit Bald.in dicto §. conuenticulas.& Rota, in dicta deciſ. ccccxv.
27 niſi † eſſet famoſus & notorius hæreticus,vel pronuntiatur, tunc præſumitur ſcien-
tia,& non ignorantia,vt per Bart.poſt gloſſ.in l.prima.§.j.de recep.Bald.no.vbi ſuprà.
28 & Marſil.in conſilio cvij.ideò dixit gloſſ.in dicto capitulo,quicunque.quòd † proba-
bilis ignorantia excuſat, quæ tamen non diceretur probabilis, ſi fuiſſet notorius aut
pronuntiatus hæreticus,bene tamen ſi occultus, vide alleg.in aliis criminibus,vt per

Mar.in l.prima. C.de rapt.virg.& Math.in dicta conſtit.ſexta fallen.& no.quòd accu-
29 ſator † debet articulare, & probare de ſcientia, aliàs ſuccumbet, vt plenè Dec.in capit.
à nobis.de except.& Felin.in dicto cap.ſi quis epiſcopus.Ro.in conſil.ccccIxxj.Limita
30 etiam † niſi per vim, & coactè receptaſſet hæreticum, per tradita per Bald.in l.an delictis.ff.de noxal.cum multis alleg.per Marſil.in dicta l.prima. C.de rapt. virg.& Mat.in
dicta conſtit.pactarenorum.ſecundo notab.tertia quæſt.& Marſi.in l.prima. ff.de ſica.
in princip.& in §.diuus.& in l.eiuſdem.§.item is cuius. ff. eod. & conſil. xxv.& conſil.
31 xcix.ſed † quid ſi ſemel tantum receptauerit, an puniatur? Archid. in dicto capit.quicunq;.tenet quòd ſic, dummodo ſcienter per cap.felicis. de pœn.in vj. & vide Mat.in
dicta conſtit.xlij.notab.quarta quæſt.& vide Ioan.de Arno.in comment.xlj.de ſcient.
32 An † autem excuſet inueterata amicitia? dic quòd non, vt per Salyce.in l.nullus. C.de
male. Ana.in cap.primo.de male.Mathe.in ſecundo notab.ſexta quæſt.facit, nam conſanguinitas non excuſat, & ſi cauſa naturalis, vt per gloſſ.in dicto §. credentes. ergo
minus cauſa accidentalis, vt amicitia, arg.not.in l.fi. C.de his qui ven.æta. impe. Quid
33 autem † ſi hæreticus receptatus pœnituerit, & hæreſim abiurauerit, an per hanc pœnitentiam euitabit pœnam ipſe receptator, Andr.& Math.in dicta conſti.in vij.quæſt.
tenent, quòd non, cùm illa pœnitentia non extendatur ad aliam perſonam, quàm pro-
34 priam, vt ibi per ſimilia. De † receptatoribus autem malefactorum ex alia cauſa, quàm
hæreſis, plenè per Mathe.in dicta conſtitutio.pactarenorum.vbi ponit reg.& fallent.
& in conſtitutio.pœnam eorum.per Salycet.& Marſil.in l.prima. C. de rapt. virgin.&
l.is qui cum telo.C.de ſicar.& per Salycet.& Angel.in l.prima.C.de his qui latro.Bart.
& poſt eum Alexan.in l.prima & ſecunda.ff.de recepta.Angel. in gloſſ. veſtem cœleſt.
& in gloſſ.& d.male.ſemper alti. & Gandin.in rubr. de fur.& de pœnis ſtat. in reg. per
capit.& pragm.reg.per Mathe.in dicto primo notab.& in rub. dictæ conſtitut.pacta-
35 renorum. Et † ex quo punitur pœna relegationis per d.conſtit.pactarenorum.talibus
receptatoribus, & fautoribus, an per totum regnum erũt, & cenſentur relegati, ſi fue-
36 rint à iuſtitiario prouinciæ relegati? dic vt ibi per Math.quinto notab.& † ex quo filij
ſunt infames, excludẽdi ab omnibus actibus ciuilibus, & honoribus, vt ſ. & per Mat.
37 ibi, quinto notab.& à teſtimonio ferendo excluditur, vt ibi † per mathe. ponentem
alios caſus, in quibus infamis admittitur ad teſtimonium, vt in viij.not.an per emendationem vitæ tollatur talis macula infamiæ? dic quòd non, vt not.gloſſ. in capitulo,
38 teſtimonium.de teſti.cum cæteris, vt per Math.ibi.ſeptimo notab. Punitur † etiam receptator, quia caret ſepultura, & ſi qui eum tradiderit ſepulturę, excommunicatus eſt,
niſi propriis manibus exhumauerit: quando tamen eius oſſa ab aliorum oſsibus diſtingui poſſent, vt dicitur in dicto capitulo quicunque.& ibi gloſſ. verſi. extumulem.
39 Punitur † etiam vt ibidem.nam ſi quis ad preces receptatoris obtinuerit ſcienter aliquod beneficium eccleſiaſticum, ipſo iure talis obtinens priuatur, & inhabilis efficitur, quo ad obtinendũ, quando tamen ſcientes, & hic vide gloſſ. an pontificalis digni-
40 tas includatur. Item † punitur ſi quis credens hæreticis dum eſſet in lecto peteret hæreticos conſolatores, iuxta prauam eorum conſuetudinem, niſi per filios eius probetur qualiter non erat ſanæ mentis, & hoc per teſtes idoneos, non domeſticos, & familiares, priuantur filij ſucceſsione, iuxta cap.filij vel hæredes. de hære. in ſexto. punitur
etiam vt in capitulo, in fidei.eod.in vj.& puniuntur vt in dicto capi.accuſatus. §.ſi ve-
41 rò.& ſeq.eod.in ſexto.& puniuntur.vt in dicto cap.ne aliqui.eo.in vj.Punitur † etiam
& fautor, & defenſor officialis, vt in capitulo, vt officium.in fin.eod.in ſexto.punitur
etiam, vt in capitulo, contra Chriſtianos, & vt in capitulo fin.eodem.in ſexto.& in capitulo, ſicut.de hære.& in capitulo, excommunicamus.§.credentes. & in capi.primo
42 §.credentes.de ſtat.contra lib.eccleſ.& in auth.credentes. C. de hære. Punitur † etiam

qui

quia ei imponitur publica pœnitentia,per Specu.in titulo.de teſte.§.primo.verſiculo,
43 quid de portantibus.Item † punitur extra ordinem arbitrio ſuperioris,vt dicitur in l.
44 manicheos.C.eo.ibi,aculei.Itē † punitur dominus tēporalis requiſitus, vt terrā ſuam
purget hæreſi & noluerit facere poſt annum, vt eius terra occupari poſsit à fidelibus,
ipſo tanquā defenſore excluſo ſaluo iure directi dominij domini, vt dicitur in auth.
ſi verò dominus,& vide vnde ſumitur.C.de hære. & punitur, vt in l.cuncti.& in l.ma-
nicheos.& in l.arriani.l.quicunque.& l.ſi quis.C.eod. vt loci, poſſeſsiones, & domus
45 publicentur domino ſciente & permittente.Et † nota,quòd tales receptatores,fauto-
res,& credentes non puniuntur aliis pœnis in iure non expreſsis: nec pœnis hæretico-
rum,præterquàm credentes hæreticis contra fidem:vt dicunt gloſſ.in dicto §.creden-
tes.& in dicto capitulo,accuſatus.in verſiculo,hæreticos.de hære.in ſexto. ſi quis ve-
46 lit † videre rationes quare filij talium puniantur tali pœna ex delicto paterno, dic vt
per gloſſ.& Mathe.in dicta conſtitut. pactarenorum. vbi etiam ponit, quando filius
pro patre,& econtra teneatur,vbi dicit patrem non puniri,licet filius ſit hęreticus cre-
dens,fautor,vel receptator,ſicut contra, vbi rationem aſsignat : de fugiente autem ad
hoſtes fidei,& de conſultore hæreticorum,remiſsiuè dic,vt per Mathe.in dicta conſti.
47 pactarenorum.in fine.Cætera † curioſus lector perquirat,de hæreticis hactenus, præ-
miſſa tamen proteſtatione finem facio huic libello, vt ſi quid aptè dictum non fuerit,
aut perperam dictum locutus aſſeruero, iuxta formam cap.damnamus.in fin.de ſum.
Trini.& fide catholica,vt ſimiliter teſtatur Bald.in conſilio ſchiſmatis. in prin-
cipio.& fin.quod ponit in rub.C.ſi quis ali.teſta. prohi.licet potius rela-
tor, & aliqualis ſubordinator, & compilator potius viderim,
quàm ex noſtro marte dictum appareat, cum dicta auto-
ritatibus comprobētur,iudicio tamē & correctioni
eccleſiæ ſubmittendo, & in aliquo ab ea non
diſcrepando ad laudem & gloriam Re-
demptoris noſtri, & ſuæ piæ &
immaculatæ virginis Ma
tris, & omnium San-
ctorum.Amen.
Valete.

*FINIS.*

# REPERTORIVM, SEV
## INDEX ALPHABETICVS
### OMNIVM CONTENTORVM IN PRAESENTI OPERE,

Cum nonnullis Additionibus,

*Per eundem Autorem, ſeu Compilatorem excuſſum.*

## A


ABIVRANTI An pœna perpetui carceris commutari poteſt. numero 10. Folio 279

Abiuratione facta relapſus in hæreſim, poteſt ſtatim tradi curiæ ſeculari abſque degradatione. nume. 8. 275

Abol itio non inducitur ſi de maleficio co{n}ſtat per cõfeſsionem accuſati. num. 4. 222

Abolitio in quibus caſibus non inducitur per mortem accuſati, vt damnari poſsit memoria. nu. 5. 222

Abolitio principis generalis quæ ſit, & quæ delicta non comprehenduntur in generali abolitione. nu. 8. & 9. 222

Abolitio priuata quæ ſit, & à quo impetratur, & an obtenta admittitur ad accuſandum. nu. 32. 223

Abolitione in generali non comprehenduntur crimen læſæ maieſta. & crimina enormiſsima, niſi expreſsè exprimantur. nu. 10. 222

Abolitione legali, per principem facta, & priuata excuſatur à pœna. nu. 1. 222

Abolitionis principis ab indulgẽtia, ſeu indulto generali, quæ ſit differẽtia. n. 11. f. 222

Abſentans ſe ad ſuperiorem, ſi remittatur ad iudicem, contumacia & bannum præcedens, non facit indicium. nu. 19. 51

Abſolutoria principalis, an proſit auxilianti. nu. 16. 133

Acclamatio & vociferatio an & quando faciant indicium. nu. 1. 62

Accuſans de ſtupro quid probare debet. num. 25. 206

Accuſans memoriam defuncti ob hæreſim, debet deducere & probare quòd ſcienter erat hæreticus. nu. 19. 275

Accuſare nemo poteſt in regno tanquam vnus de populo, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam. nu. 31. 223

Accuſare prohibitus prohibetur & teſtificari. nu. 2. 277

Accuſare quilibet poteſt in crimine leſæ maieſt. diuinæ & humanæ. nu. 13. 269

Accuſati memoria poſt mortem, an & in quibus caſibus damnatur in crimine leſæ maieſt. nu. 6. 222

Accuſatio de falſo an ſuperſederi faciat in cauſa principali, & quando. nu. 26. 29

Accuſatio de homicidio tollitur ſpatio xx. annorum. nu. 1. 221

Accuſatio vbi non eſt inſtituta tollitur ſpatio xx. annorum, inſtituta verò in bienniũ terminari debet. nu. 2. 221

Accuſatio nulliter facta & ineptè, an procedat in crimine hæreſis. nu. 25. 170

Accuſatio tollitur ſpatio xx. annorum quoad pœnam imponẽdam, ſecus quoad declarationem pœnæ impoſitæ. nu.8. 221
Accuſatio tollitur parte opponente præſcriptionem. nu.9. 221
Accuſatione finita per decem, annos peti poteſt publicatio bonorum. n.28. 236
Accuſator an & quando torqueri poſsit. nu.46. 85
Accuſator debet articulare,& probare qualiter ſcienter receptauit. nu.29. 282
Accuſator deſiſtens lite conteſtatâ in criminalibus, tertia parte mobilium punitur. numero 18. 233
Accuſator & reus torqueri poſſunt in crimine falſi. nu.45. 85
Accuſatore non comparente, reo incuſante punitur ſexta parte mobilium. n.17. 233
Accuſatori hæredi deſiſtenti an indulgeatur. nu. 29. 280
Accuſator ſi diu ſteterit ac accuſandum, indicium eſt pro reo. nu.27. 70
Accuſator ſi mortuus fuerit, qui de morte ſuorum accuſauerat, an vlterius procedi poſsit,& an inſtantia tranſeat ad hæredes tam ex parte accuſatoris quàm accuſati. num.2.& 3. 222
Accuſator ſi probauit delictum per indicia ex quibus fuit tortus, inde fuit repertus innocens quis tenetur accuſator, an iudex. nu.28. 97
Accuſat nemo in regno tanquam vnus de populo, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam. nu.12. 268
Accuſatus de tali delicto non ſtatim dicitur talis, niſi probetur. nu.17. 139
Accuſatus de vi publica facta cum armis, & conſtat de vi priuata ſine armis, an puniatur de vi priuata. nu.107. 42
Accuſatus de vulnere ſi teſtes ſunt examinati, an ex eodem proceſſu poteſt condemnari morte ſequuta,& an probationes de vulnere proſint. nu.10.11. 99
Accuſatus ſi reſpondendo dicat feciſſe vlciſcendo, dum vellet dicere defendendo, an noceat. nu.15. 185
Actio an ſit ſublata per peremptionem inſtantiæ biennalis, & an toto liberatur, an ab inſtantia tantum abſoluitur. nu.10. 221
Admirali vel viceadmirali prohibentes nauigia, & vaſcella nauigantia, publicatione bonorum puniuntur. nu.37. 233
Adulterantes vxorem vnus alterius an delicta mutua compenſatione tollantur. numero 16. 177
Adultera ſi filios non habeat, publicatione bonorum punitur. nu.30. 233
Adulter, & adultera, an in eodem libello poſſent accuſari. nu.35. 198
Adulterij de iure communi quæ ſit pœna. nu.40. 298
ADDE quæ ſit pœna adulterij, iure cano. per Ana. in rub. & in c. ſignificauit. de adult. Panorm. in c. vt clericorum. de vita & honeſt. cler. & in c. peruenit. de adult. vbi dicunt deponi debere ab officio & beneficio, & detrudi in monaſterium, & efficitur infamis, & per moder. Hiſpan. in deciſio. crimi. in glo. adulter. vbi quòd ſi vxorata ſit meretrix & impudica, an puniatur de adulterio, quòd ſic, ſecundum canones: licet iure ciuili mitius puniatur: poſt Pau. Gril. in trac. de pœn. omn. coir. vbi quòd ſi clericus cognouit mulierem ſolutam, quæ ab omnibus reputabatur vxorata, an de adulterio puniri poſsit: quòd ſic: vt per Ana. in c. nullis. de iudæ. & an poſsit ex officio procedi, per Maran. in Spec. aur. in vj. parte, verſic. inquiſitio. xxxiiij. caſu. quòd non, niſi eſſet notorium.
Adulterij in cauſa an procedi poſsit ex officio, & an iudex eccleſiaſticus cognoſcet. num.37.& 39. 198
Adulterum occidere an liceat factis tribus denunciationibus indiſtinctè ſiue ſit vilis, ſiue

ſiue non. nu.6. fol. 197
Adulterium qualiter probari debet, & quid articulari. nu.36. 198
Adulterium vt probetur, & occidi poſſit, an hodie requirantur fieri tres denuntiationes. nu.30. 206
Adultus an torqueatur cum curatoris authoritate. nu.39. 85
Aduocatus an admittatur in cauſa hæreſis, an verò ſit excommunicatus aduocando. num.34. 270
Aduocare & ſupplicare pro bannito, in quibus non licet. nu.43. 130
Aduocatus non admittitur vbi conſtat hæreticum eſſe, vel declaratus eſt pro hæretico. num.37. 271
Aduocatus ſi in publico legerit falſum in tabulis publicis ad publicam læſionem, tenetur crimine læſæ maieſtatis. nu.36. 26
Ætas delinquentis excuſat ab homicidio, & ideo infans non punitur de homicidio. numero 2. 163
Ætas ſenilis an ſicut puerilis excuſet à delicto & pœna. nu.13. 164
Affidans ſecunda vice homines demaniales, publicatione bonorum punitur. numero 20. 233
Agnati non poſſunt allegare defenſiones banniti, ſed cauſa abſentiæ tantùm. nu.13. 5
Agnatio & cognatio an ſit ſublata per crimen hæreſis. nu.24. 282
Aggreſſor cùm neſcitur ſi plures ad inuicem ſe percutiant, nemo punitur ratione incertitudinis. nu.9. 214
Aggreſſor ex quibus præſumitur, & quòd ex inimicitia præcedente & offenſione. nume.62. 181
Aggreſſor præſumitur præparans ad offendendum, & expectans ad locum accomodando arma. nu.64. 181
Aggreſſor præſumitur qui melius eſt armatus. nu.65. 181
Aggreſſor ſi percutiat & ſtatim fugit, ſi aggreſſus inſequitur & occidit, an puniatur. num.22. & 24. 178
Aggreſſor ſi habuerit animum repercutiendi, aggreſſus poteſt occidere inſequendo. numero 23. 178
Aggreſſor præſumitur audacior & robuſtior. nu.69. 181
Aggreſſor præſumitur qui grauius reperitur vulneratus. nu.70. 181
Aggreſſor præſumitur ex verbis prolatis. nu.71. 181
Aggreſſor ſi aufugit, & aggreſſus eum inſequitur, & occidit, an puniatur pœna ordinaria. num.3. 185
Aggreſſus ab alio ſi apprehendat mediatorem, aut alium circunſtantem, & eo vſus ſit pro clippeo vt occidatur, an teneatur de homicidio vtens. nu.3. 187
Aggreſſus cum armis dolum præſupponit. nu.11. 102
Aggreſſus præſumitur qui primo reperitur clamaſſe, ſuccurrite. nu.66. 181
Aggreſſus præſumitur qui aufugit rixam, & vadit ſe trahendo. nu.76. 181
Aggreſſus ſi erat debilior aggreſſore, de exceſſu nõ tenetur. nu.4. fol.182. & n.13. f.183
Alapam dans poteſtati pœna capitis punitur, licet pro alapa non ſit pœna capitis. numero 18. 249
Alapas plures dans vni an pro pluribus alapis teneatur. nu.45. 39
Alienatio bonorum an fieri poſſit per hæreticum, & an facta reuocetur per inquiſitorem. nu.22. 275
Alloquutio ſecreta ad aures ante delictum an faciat indicium, & quando. numero 1. 62

Amatoria dans pocula, vel cibos, vel malias, ſi mors non ſequitur, publicatione bonorum punitur. num.29. 233

Amatoria pocula dans ſi mors ſequatur, vltimo ſupplicio punitur. nu.30. 234

Amatoria pocula exhibens ſi mors non ſequatur, per annum carceratur. nu.12. 235

Amatorium dans poculum ex quo mulier mortua ſit, pœna capitis tenetur. numero 38. 116

Amici & conſanguinei ſi procurant tumultum quo condemnatus liberetur, poteſt iudex facere renunciare defenſionibus, decapitare & accelerare executionem. numero 2. 26

Amicitia & conſanguinitas facit præſumi homicidium caſuale. nu.72. 105

Amico an liceat defendere amicum. nu.44. 169

Amicos congregare, & occidere an liceat pro defenſione rerum, & poſſeſsionis. numero 26. 168

Amico ſi quis dicat vt ſecum armatus incedat pro aliquo negotio, & poſtea obuiantem inimicum occiderit, non tenetur de auxilio. nu.6. 132

Amicus & tertius an, & quando in criminalibus admittitur ad appellandum, & an clericus. num.5. 9

Animus occidēdi an in dubio præſumatur, & cui onus incumbat probandi. & an dolus præſumitur in homicidio. nu.80.83. & 84. 106

Animus occidendi deprehenditur ex circunſtantiis & qualitatibus, item ex reiteratione percuſsionis in capite. nu.67. & 68. 105

Animus occidendi & dolus qualiter probetur. nu.57.58. & 59. 104

Animus occidendi vel non, probatur iuramento inculpati, & an & quando. num.77. & 78. fol.105. & nu.79. 106

Animus occidendi vel non, probari debet per accuſatorem & accuſatum. n.86. 106

ADDE multa indicia ad probandum animum occidendi per Blan. in l. fina. ff. de quæſtio. vt in ſolita delatio armorum, nam deferens arma præſumitur cogitare de rixa, & habere malum animum. vt ibi nume.78. maximè ſi arma detulerit aſtata, vel baliſtam, vel archabuſium, & nu.83. vt præſumatur animus præmeditatus occidendi, ſi occiderit, idem ſi bona aſportauerit in alio loco, ante homicidium, ad quem poſteà confugit: vt num.85. idem ſi bona alienauit, donauit vel vendidit, & maximè ſi poſt alienationem ex paruo interuallo interfecit, & concurrentibus aliis: de quibus per Bart. & alios in l. j. C. qui bon. ced. poſ. & per eundem Blan. nu. 86. & de aſportatione, quod cauſetur indicium, per Saly. in l. fin. C. de quæſtion. & de aliis demonſtrantibus animum occidendi, & de cauſis ex quibus talis præſumitur animus: vt per eundem, nu.188. ver. modus percutiendi. vt ſi exiſtens in abſcondito percutiat de retrò ſuper caput, vel in renibus, vel collo, vel loco mortali, capite, pectore, vel ventre. idem ſi proditoriè, & per inſidias, vel quia nullo ſtante rancore, ſed demonſtrando amicitiam percuſsit retrò abſcōditus. idem ſi venerit cum eo tanquam ſocius & amicus, vel ſedens in menſa tanquam amicus, nulla exiſtente rixa percuſſerit & occiderit: vt per Bart in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & per Doct. in c. j. de homicid. Blan. ibi, nu.191. & ibi, quando dicatur proditor, & an occidendo priuatum: vt per Alex. in conſ. cxlv. vij. vol. & de percutiente in capite, declara quando in parte cerebri: vt nume.189. idem ſi magnum vulnus intulit, præſumitur habuiſſe animū occidendi, vel ex pluralitate vulnerum, ſecundum Alb. in l. & ſi amici domum. ff. de adul. & in tract. ſtat. iij. par. q. lxvij. Idem de geminatione & reiteratione vulnerum: vt ibi, nu.195. vbi de geminatione, ꝙ delictum nō capitale efficitur capitale, & locum habent in dubio, non

apparente

Meretricis dictum an faciat indicium,vt dominus ex eo torquere poſsit.nu.14. 48
Meretricis vis illata licet non puniatur iure cõmuni,tamen iure regni punitur pœna capitis,& quæ requirantur. nu. 13. 201
Meretrix quæ deſinit meretricari ſi rapiatur,an puniatur de raptu.nu.11. 201

Meretrix quæ deſinit meretricari, non tamen honeſtè viuit, an eam rapiens, de raptu puniatur. numero 12. fol. 201
Miles deſerendo dominum in militia an contrahat hoc crimen. nu. 33. 26
Milites & miniſtri ſi indebitè torquent, an teneantur. nu. 22. 87
Milites etiam veterani non torquentur etiam milites noſtri temporis. nu. 19. 84
Minæ aliis concurrentibus faciunt probationem. nu. 2. 59
Minans an occidi poteſt impunè. nu. 9. 60
ADDE an minæ faciant indicium per Blandin. in l. finali. ff. de quæſtio. numero 179. ver. minæ. vbi diſtinguit, aut agitur de puniendo: quia conſtat de homicidio commiſſo per talem, vt oſtendant commiſſum dolo & ex propoſito: & tunc minæ ſufficiunt, nec diſtinctio aliqua adhibenda eſt an ſit ſolitus: aut agitur de torquendo, ex quo neſcitur occiſor, & tūc ſtantibus ſit diſtinctio communis, aut ſit ſolitus mittere minas ad effectum, aut non, & ibi an liceat ex minis occidere, & an iactatio ante delictum faciat indicium, per eundem Blandin. numero 184. & numero 186.
Minæ an & quando faciant indicium ad torturam. num. 1. 59
Minæ cum inimicitia faciunt præſumi mandatum. nu. 28. 143
Minans dicens quòd intendebat de aliquo facere vindictam an faciat indicium ſi reperiatur mortuus. nume. 3. 59
Minantem occidere an liceat pro minis de occidendo. nu. 6. 175
Minis præcedentibus famuli, aut filij an ſi occidant, dominus aut pater teneatur vt perſuaſor. nu. 30. 143
Minis ſolis præcedentibus ac præſumatur occiſus vt torqueri poſſit. nu. 7. 175
Minor an & quando in delictis reſtituatur, & an aduerſus contumaciam & bannum. nume. 11. 164
Minor an & quando teneatur ex delicto in omittendo. nu. 6. 163
Minor an in caſibus in quibus admittitur ad deponendum faciat indicium. numero 38. 85
Minor an reputetur maior ob geminationem delictorum, & an ordinaria pœna teneatur. num. 5. 163
Minor an torqueri poſſit, & quid in crimine læſæ maieſt. nu. 7. 163
Minor & impubes, an & quando examinatus faciat indicium. nu. 14. 66
Minoris dictum & depoſitio an & quando valeat & probet, an facit indicium, & quod. num. 12. 164
Minor xiiij. annorum an & quando torqueatur. nu. 37. 85
Minor ſeu adultus facit indicium, vbi ex mero officio proceditur. nu. 15. 67
Minor ſi committit delictum in minori ætate an effectus maior teneatur pœna minoris an maioris. nu. 8. 163
Minor ſi confeſſus fuerit delictum in quo non erant aliæ probationes tanquam læſus reſtitui poteſt. nu. 10. 164
Minor ſi confitetur delictum abſque aliis indiciis aut probationibus tanquam læſus reſtituitur in integrum. num. 20. 76
Mittens aliquem mitratum ac iudicem an puniatur & qualiter. nu. 94. 42
Monetam cudens adulterinam, aut expendens, publicatione bonorum punitur, idem radens, & tondens. nu. 27. 233
Monetæ falſificationis ſpecialia quæ ſint. nu. 12. 28
Monetam falſificare attentans & præparans ſi pœnituerit an puniatur. nu. 13. 28
Moneta falſa quando reperitur in poſſe alicuius an præſumatur per eum fabri-

cata.numero 7. fol.28
Monetam falſificans in regno & ſocij qualiter puniantur. nu. 8. 28
Monetam falſam expediens quam credebat bonam, & aliis dederat an puniatur, an verò excuſetur.num 4. 28
Monetam falſificans quando puniatur,& quid ſi erat reprobata,vel alterius domini. numero 2. 28
Monetam plumbeam vel de ſtanno cudens vel expendens qualiter puniatur. numero 6. 82
Monetam refutans in qua imago regis eſt inſculpta,an puniatur.numero 5. 28
Monetam tondens & radens in regno qualiter puniatur, & de tondente carlinos. numero 9. 10. 28
Monetam tondens & expendens in regno, alterius quàm Regis, an & qualiter puniatur.nu. 11. 28
Monialem occidens an in plus puniatur quàm laicam,& clericum quàm laicum. numero 12. 118
Monitiones quot requiruntur in interuentu inquiſitoris,& epiſcopi,& an vnica ſufficiat. num.23. 265
Monſtrum occidens an dicatur homicida,vt puniatur de homicidio. nu.21. 100
Mori an dicitur cum cruciatu ſi ponitur ad carcerem perpetuum, & quid ſi citò, an efficitur irregularis.nu.10. 239
Moriens ſi dicat ſe mori culpa medici,an excuſetur percuſſor. nu.44. 211
Mortem Regis machinans aut eius officialis qualiter puniatur.nu.16. 25
Mortis cauſam dans, vt pœna capitis teneatur debet cauſam mortis propinquam. præſtare.nu.57. 117
Mortis cauſam dans etiam ſi dederit operam rei licitæ efficitur irregularis. numero 58. 117
Mortis cauſam dat qui ponit gladium in manu furioſi. nu.3. 113
Mortis cauſam præſtat qui celat Titium de cuius morte inquiritur Sempronius, vt mortuus fuerit, inde appareat Titius viuus & Sempronius condemnatus. numero 45. 116
Mortis cauſam præſtat qui per vim ingredi voluerit poſſeſſionem alterius, & in ingreſſu homo mortuus ſit. nu.44. 116
Mortuus ex vulnere an præſumatur,ſi infra octo menſes moritur.nu.11. 208
Mortuum ex vulnere quis probare debet,an ex malo regimine,& quid ſi ſcus, & quid pars probare debet,& quid in dubio.nu.7. 208
Mortuus ſi reperiatur pluribus in domo exiſtentibus à ſolito tortura eſt inchoanda,& etiam ab homine malæ vitæ,& ſolito.numero 12. fo.61. & nu.14. 62
Mulier accipiens medicamentum vt non concipiat,an puniatur. nu.40. 116
Mulier adultera,naſi truncatione punitur.nu. 13. 235
Mulier an, & quando faciat indicium.nu.17. 67
Mulier an poſsit ab extraneis accuſari de adulterio. nu.38. 198
Mulier condemnata ſi dicat volo lactare puerum cùm non reperiatur nutrix,an audiatur,& non fiat exequutio. numero 37. 207
Mulier faciens abortum an & quando pœna capitis teneatur.nu.41. 116
Mulier hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam.nu.8. 277
Mulier hæretica non gaudet priuilegiis mulierum orthodoxarum.nu.9.
Mulier indebitè conqueſta de violentia & ſtupro,ſi non probat dãnatur ſimilitudine ſupplicij. numero 35. 206

Mul

Mulier in quibus caſibus puniatur pœna truncationis naſi.nu.49. fol.199
Mulier metu vel dolo adulterans,an amittit dotem.nu,33. 109
Mulier non torquetur etiam ſi ſit prægnans de pauco tẽpore vt x.dierum.nu.34. 85
Mulier prægnans etiam ab alio quàm marito non torquetur.nu.35. 85
Mulier per vim cognita conquerens infrà octo dies,facit puniri pœna capitis,& libido non excuſat.nume.3. 187
Mulier prægnãs non torquetur quam diu ſit prægnans etiam poſt xl.dies partus. numero 33. 85
Mulier ſi adulteratur in ano, & non in vulua, qualiter puniatur.nu.43. 199
Mulier ſi aliàs fuerit cognita per alios,aut per raptorem, rapiens non tenetur de raptu.numero 6. 202
Mulier ſi erat ſolita ab aliis cognoſci quia meretrix, an cognoſcens teneatur de adulterio. num. 41. 199
Mulier ſi eſt iudæa qualiter adulter puniatur.nu.46. 199
Mulier ſi eſt prægnans & condemnatur,differtur exequutio poſt partum.n.36. 207
Mulier ſi occidat maritum,an lucratur doarium.nu. 28. 198
Mulier ſi patitur violentiam,& clamat,vicini & audientes tenentur ſuccurrere. numero 34. 207
Mulier ſi rapiat virum & iuuenem libidinis cauſa,an teneatur de raptu. nu.28. 202
Mulierem affinem dormientem cognoſcens in ano,pro raptu punitur.21. 106
Mulier ſtantibus filiis ex primo matrimonio ſi tranſiuerit ad ſecunda vota, & adulterium commiſiſſet,cui dos applicatur marito,an filiis. num. 34. 198
Mulierem libidinis cauſſa retinens,non committit priuatum carcerem. nu.35. 179
Mulieres de nocte incedentes an corporaliter,an præſtigialiter incedant. nu.43. 258
Mulieri patienti violentiam,& clamanti tenetur occurrere. nu.67. 170
Mulieri violentiam inferens per vim tentans cognoſcere, capite punitur, & mulier iniuſtè conquerens eadem pœna punitur. nu.10. 234
Mutuans pecuniam & faciat præparamenta ad occidendum,an faciat indicium. numero 1. 63

## N

NECESSITAS an & quando excuſat à pœna ordinaria.nu.1. 190
Neceſsitas ſi eſt ineuitabilis, an poſsit promoueri abſque diſpenſatione. numero 2. 190
Negatiua quod opem præſtitit qualiter probetur, & qualiter ſit articulandum.num.17. 133
Nobiles iure regni decapitantur pro homicidio, ignobiles furca ſuſpenduntur, & ſi nobilis furca ſuſpendatur,punitur iudex.nu.6. 227
Nobilis in pecuniariis plus punitur, ſecus in corporalibus, nam plus ignobilis,& quando.num. 30.34. 245
Nobilis ſuadet ignobili vt occidat an nobilis furca ſuſpendatur iuxta conſtitut.reg. terminum vitæ.nu.10. 154
Nocturnus depopulator agrorum, arbores noctu incidens, & domos comburens capite punitur.nu.11. 234
Notarius,aut iudex falſificans inſtrumentum, vltimo ſupplicio punitur.nu.17. 234
Notarius conficiens falſum inſtrumentum an pœna capitis puniatur, an vero pœna manus.nume.18. 29
Notarij cameræ propter fraudem adhibitam,capite puniuntur.nu.37. 234

Notorij à manifeſto differentia. nu.9. fol.6
Notorij ſpecies quotuplex ſit. nu. 20. 7
Notorio ſuper delicto qualiter proceditur. nu. 21. 7
Notorium an allegari poſsit poſt concluſionem. nu. 47. 9
Notorium an probari debet an verò releuet ab onere probandi, & excuſet ſi non probetur. nu. 46. 6
Notorium debet diſcuti, & declarari ad cautelam, parte citata. nu. 10. 11. & 12. 6
Notorium ob crimen ſi quis accuſatur, non valet proceſſus iuris ordine non ſeruato, niſi declaretur prius parte citata. num. 13. 6
Notorium per quos teſtes probetur. nu. 44. 8
Notorium qualiter debeat conſtare & an ex actis iudici etiam inquirenti ex officio. numero 42. 8
Notorium qualiter probari debet, & per quot teſtes. nu. 39. 8
Notorium verum quod ſit. nu. 5. & 6. 6
Notorius delinquens an occidi poteſt per priuatum. nu. 51. 9
Notorius delinquens an occidi poſsit abſque ſententia. nu. 42. 251
Notorius delinquens non poteſt per partem occidi, ſed per iudicem. nu. 4. 225
Notorius proditor ſtatim damnatur & priuatur bonis, & non auditur ad defenſiones. nu. 8. 6
Nuncius portans literas homicidij ſcienter punitur ſicut mandans. nu. 12. 145
Nuncius portans literas, vel ſi fiat exploratur vt occidatur quis dicitur cauſam mortis præſtare. nu. 49. 16
Numerus an ſuppleat ad indicium in criminalibus. nu. 6. 66

O

OBSERVANTIA Qualis ſit in regno in dãdo copiam repertorum, & quando datur, & conceditur. num. 30. 31. 23
Obuians ne capiatur malefactor, vel faciens aufugere facit indicium. numero 1. 62
Obuiare velentem maleficio ſi alius prohibeat, prohibens tenetur, & quando quis tenetur obuiare. nu. 79. 171
Occidendi animo qui non percutit ſi ceciderit percuſſus, & occidat ſe, dat cauſam mortis. num. 5. 7. & 8. 113
Occidendi animo inſiliens percuſſerit aut non, an puniatur de ſicariis. num. 14. 102
Occidens ad ſuam defenſionem probare debet non feciſſe animo occidẽdi. n. 95. f. 106
Occidens ad ſuam neceſſariam defenſionem, an excuſetur. nu. nu. 1. 167
Occidens ad ſuam defenſionem non dicitur committere homicidium. nu. 9. 167
Occidenti ad defenſionem indulgetur ex quo prouocatus vlciſcitur. nu. 10. 167
Occidens an puniatur pœna ordinaria ſi non conſtat de animo occidendi, & quòd in criminalibus requiruntur claræ probationes. nu. 87. 88. 106
Occidens aliquem in duello licito, non tenetur de homicidio. num. 1. 211
Occidens aliquem in via quem ſentit velle ſe expellere à fundo, an puniatur. numero 28. 179
Occidens aliquem propter tumultum populi ſedandum excuſatur, ſi aliter ſedari non poteſt. nu. 1. 220
Occidens ſe defendendo an teneatur pœna ordinaria. nu. 8. 108
Occidens amicum an conſanguineum præſumitur homicidium caſuale. nu. 9. 109
Occidens ante furorẽ, ſi poſteà furor ſuperuenit, an teneatur de homicidio commiſſo ante

ante furorem. numero 2. fol. 164
Occidens aſſaſſinum ex quo hoſtis eſt publicus, & diffidatus, excuſatur. nu. 1. 191
Occidens autorem rixæ in rixa non punitur pœna ordinaria. nu. 1. 220
Occidens bannitum cancellatum qui renunciauit occiſori eſſe cancellatum, an puniatur. nu. 12. 193
Occidens bannitum indebitè cancellatum à banno an puniatur. nu. 10. 193
Occidens bannitum quem ignorabat eſſe bannitum, an puniatur. nu. 3. & 4. 192
Occidens bannitum qui erat rebannitus, non tamen cancellatus à banno, an puniatur. nu. 5. 192
Occidens bannitum quem ſciebat rebannitum, vel bannum eſſe nullum, an puniatur. num. 6. 193
Occidens bannitum iniuſtè an puniatur. nu. 15. 193
Occidens bannitum ſecundum ſtatuta Italiæ, an excuſetur. nu. 1. 192
Occidens bannitum qui ducitur ad ſupplicium an puniatur. nu. 25. 29. 194
Occidens bannitum captum. & exiſtens in forciam iudicis an puniatur, & quid ſi captus fuit iniuſtè, aut extra territorium. nu. 26. 27. 194
Occidens bannitum de proximo rebanniendum an puniatur. nu. 20. 193
Occidens bannitum non regiſtratum an puniatur. nu. 21. 193
Occidens bannitum toleratum à ſuperiore an puniatur. nu. 22. 193
Occidens bannitum qui communi extimatione habebatur pro non bannito, an puniatur. nu. 23. 193
Occidens bannitus ſeipſum an puniatur. nu. 24. 194
Occidens calce vxorem an pœna capitis tenetur. nu. 7. 47. & 56. 102
Occidens cancellatum à banno quem neſciebat cancellatum, an puniatur. nu. 13. 193
Occidens Chriſtianum an in plus puniatur quàm paganum. nu. 10. 118
Occidens clericum magis punitur, quàm laicum. nu. 17. 149
Occidens commotus iuſto dolore, an pœna ordinaria puniatur. nu. 14. 109
Occidens debitorem fugientem, & telo ſe defendentem contra creditorem capientem excuſatur. nu. 1. 191
Occidens de proximo banniendum an puniatur. nu. 19. 193
Occidens ductum ad ſupplicium condemnatum qualiter puniatur. nu. 92. 42
Occidens, eo ipſo quòd probo veniſſe cum enſe contra me, probo feciſſe ad defenſionem neceſſariam. num. 44. 179
Occidens exiſtentem in dignitate an in plus puniatur quàm non exiſtentem. n. 8. 118
Occidens familia poteſtatis reſiſtentem propter ſigna non portata per familiam, tenetur de occiſo. num. 13. 173
Occidens filium patrem, aut fratrem bannitum an puniatur. nu. 17. 193
Occidens foriudicatum aut capiens ignoranter, an conſequatur præmium. n. 10. 188
Occidens foriudicatum ex quo hoſtis publicus, & à quocunque occidi poteſt excuſatur. nu. 1. 191
Occidens furem nocturnum, vel diurnum quando ſe & ſua non poteſt defendere, an excuſetur. nu. 1. 190
Occidens hominem bonæ vitæ an in plus puniatur quàm ſceleſtum. num. 9. 118
Occidens hominem in præſentia iudicis an damnari poſſit nullis ſtantibus probationibus. nu. 38. 250
Occidens hominem rectum, an in plus puniatur quàm monſtruoſum. nu. 15. 118
Occidens hominem, vltimo ſupplicio punitur. nu. 6. 234
Occidens incognitum an ita puniatur ſicut cognitum. nu. 6. 118

Occidens infantem magis punitur, quàm maiorem numero 16. fol. 249
Occidens in ludo licito aliquem an puniatur pœna ordinaria. nu. 47. 104
Occidens iudæum, an priuetur beneficio, ſicut Christianum. nu. 20. 241
Occidens iuſto dolore commotus, an puniatur pœna ordinaria. nu. 1. 185
Occidens mediatorem propter periculum ſui corporis an puniatur pœna ordinaria. numero 15. 199
Occidens nocturnum agrorum depopulatorem excuſatur à pœna. nu. 1. 190
Occidens non tenetur pœna capitis ſi ex duobus ragaciis colluctantibus alter occidatur. licet ſtatutum dicat quòd occidens occidatur. nu. 3. 4. 218
Occidens nulliter foriudicatum an excuſetur. nu. 16. 193
Occidens officialem ciuitatis an teneatur de parricidio. nu. 12. 119
Occidens patrem ſpiritualem an teneatur de parricidio. nu. 10. 119
Occidens perſonas coniunctas qualiter puniatur. nu. 1. 119
Occidens pro defenſione fidei chriſtianæ excuſatur. nu. 2. 220
Occidens proditoriè an gaudeat immunitate eccleſiaſtica. nu. 11. 33
Occidens propinquum, an in plus puniatur quàm extraneum. num. 14. 118
Occidens pugnantem contra patriam excuſatur. nu. 1. 220
Occidens quem credebat bannitum, qui non erat an puniatur. nu. 9. 193
Occidens raptorem virginis, viduæ, aut nuptæ honeſtæ mulieris in flagranti excuſatur. num. 1. 199
Occidens ſeipſum an careat ſepultura. nu. 5. 107
Occidens ſeipſum an eius corpus mortuum puniatur & qualiter. nu. 1. & 2. 118
Occidens ſeruum repertum in flagrãti concumbentem cum domina vel filia domini non punitur. & nu. 2. 220
Occiſori ſeu homicidæ propter parricidium querela quoad publicationẽ bonorum durat xx. an. nu. 29. 236
Occidens ſi per ſimulationem finxerit ſe furioſum, tenetur & punitur. nu. 4. 164
Occidens transfugam vel hoſtem. & proditorem ciuitatis excuſatur. nu. 1. 191
Occidens veneno dicitur proditoriè occidere. nume. 32. 115
Occidens vir vxorem an perdat dotem ex pacto aut ſtatuto lucrandam. nu. 39. 121
Occidens volentem an puniatur de homicidio. nu. 1. 107
Occidens volentem an ita puniatur ſicut nolentem. nu. 7. 118
Occidens volentem per vim ſtuprare ſe vel ſuos excuſatur. num. 1. 220
Occidentem bannitum an habens arbitriũ poſsit condẽnare ad mortem. nu. 8. 193
Occidentes dolo & ex propoſito & communicato conſilio tenentur de auxilio. numero 1. 132
Occidentes plures coadunati, & ex propoſito omnes tenentur. nu. 2. 111
Occidente vno ſi alter teneat dicitur cauſam mortis propinquam præſtare. n. 12. 114
Occidentibus pluribus præſumitur contra ſolitum vt torqueri poſsit. nu. 73. 105
Occidentibus pluribus inceptor rixæ & caporalis punitur pœna capitis, alij mitiori. numero 5. 213
Occidentibus pluribus ſi neſcitur quis occiderit, nec apparere poteſt, an omnes puniantur ratione incertitudinis, & qua pœna. num. 1. 213
Occidentibus pluribus, ſolitus poteſt torqueri, ſi neſciatur quis occiderit. nu. 4. 213
Occidenti ignoſcitur, quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare. nu. 11. 167
Occidere an liceat nedum principalem, ſed auxiliatores, & ſocios in raptu. n. 3. 199
Occidere an liceat ſi me turbat in poſſeſsione clam exarando de nocte quod aro de die. numero 29. 179

Occidere an liceat ſi imminet periculum perſonæ,ſed non mortis. num.29. fol.168.
Ocidere an liceat vbi datur opera rei licitæ.nu.3. 122
Occidere impunè an omnes de familia & caſata poſsint in raptus, & an & quando liceat extendere in pœnalibus fauore publico.num.4.5. 200
Occidere licet pro ſua defenſione Pontificem, & Imperatorem, nu.5. 167
Occidere pro defenſione filij, ſicut pro propria perſona an liceat. nu.30. 168
Occidere pro defenſione dignitatis,& officij an liceat.nu. 27. 168
Occidere pro defenſione honoris,& propulſare iniuriam, & conuicium graue an liceat.nu.28. 168
Occidere pro defenſione reum an liceat,ſicut pro defenſione perſonæ, & an iure canonico,& quando.nu.12.13.fol.167.& nu.22. 168
Occidere proponens Sempronium proiecit ictum, & occidit Titium, an puniatur pœna capitis.nu.1.& 4.cum ſeq. 108
Occidere ſeipſum an liceat vt euitet maius peccatum.nu.2. 118
Occidere volens ſe,ſi occurſu hominum non occidit,an puniatur.nu.9. 118
Occidere volens vnum ſi occidit duos Titium & Sempronium,cùm tantum Sempronium vellet occidere,an teneatur duplici homicidio. nu.18. 109
Occidere volens hominem ſi occidit aſinum an puniatur de homicidio.nu.19. 109
Occidi ne poſsit ponens ſeipſum in brachiis inimici.nu.8. 118
Occiſio an ſit probata,ſi probatur notorium eſſe quod Titius occidit. nu.40. 8
Occiſus aggrediens videtur à ſeipſo occidi,& non ab aggreſſore. nu. 6. 167
Offendere & occidere an liceat pro defenſione priuilegij. nu.31. 179
Offenſio vbi verbis facta eſt,verbis licet iniuriam propulſare. nu. 10. 177
Offenſor præſumitur in dubio, ſed concurrentibus præſumptionibus defenſor. numero 72. 181
Officialem Regis occidens,an & quando committat crimen læſæ maieſta.& quid in familiari Regis.nu.9. 25
Officialis an poſsit reſiſtentem occidere,& quando.nu.10. 172
Officialis cogens indebitè reum confiteri per torturam ex qua confeſsione mortuus ſit,dicitur cauſam mortis præſtare,idem ſi cogat teſtes deponere.nu.16.17. 114
Officialis condemnatus in ſindicatu non appellat vt retardetur executio. nu.1.2. 21
Officialis conſtituens vicarium & locum tenentem,& exercens officium capite punitur.num.15. 254
Officiali dans alapam pœna mortis punitur, intellige de exercente officium, & non ſtante ad ſyndicatum,& in habente manus mundas. nu.30.31. 250
Officialis de facto procedens præſumitur vt priuatus facere, & ei reſiſti poteſt. numero 15. 173
Officiales delegati etiam excommunicati poſſunt contra hæreticos procedere, nec obſtat nullitas.num.31. 278
Officialis defendens hæreticos punitur.nu.41. 282
Officialis durante officio emens à ſubditis bona immobilia, aut pecuniam recipiens, publicatione bonorum punitur. nu.13. 232
Officialis finito officio non torquetur in memoriam priſtinæ dignitatis. nu.18. 84
Officialis grauans ſubditos non dolo,tertia parte mobilium punitur. nu.11. 232
Officialis habens arbitrium non poteſt torquere abſque indiciis, & ſi habeat, qualis eſſe debeat tortura.nu.11. 87
Officialis conuictus de barataria,& manus mundas nõ habens,non appellat.nu.7. 21
Officialis ira motus ſi occidat an teneatur pœna ordinaria. numero 21. 114

Officialis iuris ordine non ſeruato procedens iniuſtè dicitur facere,& ei reſiſti poteſt. numero 18. fol.175
Officialis motus iracundia ſi occiderit reum,qualiter puniatur.nu.17. 175
Officialis notoriè delinquens in officio,an ſindicari poſsit durante officio.nu.52 9
Officialis publicas pecunias ſurripiens, capite punitur. nu.13. 234
Officialis quilibet condemnatus de geſtis in officio, an prohibeatur appellare. numero 6. 21
Officialis regis ſi fiat iniuria volenti,an puniatur. num.2. 107
Officialis regis ſi occidatur ex priuato odio non vt rex careat tali officiali non puniri crimine læſæ maieſt. nu.16. 173
Officialis regius male tractans ſubditos, inferendo iniurias, tertia parte bonorum ſuorum punitur.nu.24. 133
Officialis ſi iniuſtè facit licet ei reſiſtere.nu.8. 172
Officialis ſi requirat villam,vt coloni præſtent auxilium ad capiendum malefactores & homicidam,& noluerint præſtare tenentur de auxilio,& tanquam præſtantes auxilium homicidæ. nu.47. 130
Officialis ſi ſint alij vltra ordinariam in certo genere cauſæ, an præiudicent ordinariæ poteſtati.nu.6. 263
Officialis ſi vidit ſubditum percuti,ſi non obuiat an tenetur,& ecõtra ſubditus ſi officialem non defendit.nu. 30. 126
Officialis ſi videt aliquem offendi, & non obuiat, punitur, & quando quis tenetur obuiare.num.69.70.& 71. 170
Officialis torquens indebitè de mandato Regis an excuſetur. nu.18. 152
Officialis vbi condemnatur ad pœnam corporalem appellat, & retardatur executio. numero 3. 21
Officium excuſat à pœna ordinaria, vt ſi familia iudicis videns capere occidat reſiſtentem delinquentem non punitur pœna capitis.nu.1. 219
Opem ferens quando ignorat qualitatem aggrauantem in principali,non tenetur eadem pœna.nu.20. 136
Opem præſtans in crimine læſæ maieſt.an eadem pœna puniatur.nu.2. 134
Opem præſtans in duobus homicidiis,an teneatur duplici pœna. nu.9. 134
Opem pæſtans in Sodomia an eadem pœna puniatur.nu.4. 134
Opinio an & quando præualeat veritati in delictis,diſtingue. nu.14. 188
Opinio varia gentium,& fama varia non operatur,quia vnus dicit vnum,alius aliud. nume 13. 49
Oppoſitio quòd eſt ſocius criminis ne confiteatur qualiter fiat.28. 58
Ordinarij iudices ſuper crimine hæreſis ſunt epiſcopi & diœceſani. nu.1. 262
Ordinarius epiſcopus & capitulum cognoſcit de hæreſi quando factum eſt clarum, ſecus ſi dubium.num.4. 262
Ordinatus ab hæretico deponendus eſt,& ordinatio nulla eſt.nu.22. 278
Oſtendens malã viam mercatoribus,an faciat indiciũ ſi fuerit quis occiſus.n.1. 62
Obuiare cum poteſt ſi doloſè deſiſtit,an teneatur, & in dubio an dolus præſumatur. numero.75.76. 171

P.

PACE facta cum bannito ſi occidatur,an ſit rupta pax. nu. 39. 195
Pacis inſtrumentum & remiſsio ſi extat ſuper vulneribus, an proſit morte ſequuta.num.38. 224

Pa

Palum vel ſaxum in ludo proiiciens ſi tranſeuntem occidit, non tenetur pœna capitis.numero 5. . fol.218
Papa ab alio ob hæreſim,& delictum eſt deponendus non à ſeipſo.nu.5. 264
Papa adulter an occidi, vel accuſari poſsit. nu.20. 198
Papa an poſsit diſpenſare ſuper vſuris.nu. 16. 256
Papa an teneatur de hæreſi vt deponi poſsit, & per quem erit deponendus. numero 4.fol. 167
Papam, aut cardinalem an liceat occidere ſe defendendo,& an clericum.nu.30. 274
Papa hæreticus ſi eligatur non poteſt expelli pro hæreſi, nec talis obſtat exceptio.numero 23. 278
Papa ſi eſt paratus ſe corrigere nec accuſari, nec deponi poteſt. nu.7. 267
Parricida an dicatur ſi procurauerit patrem aut fratrem carcerari vt feudo priuetur. numero 33. 121
Parricida nec eius filius ſuccedunt occiſo, ſed fiſcus.nu.37. 121
Parricidij crimen non tollitur ſpatio xx. annorum. nu.4. 121
Parricidij ius ex hiſdem cauſis amittitur ex quibus exhæredat.nu.21. 120
Parricidij quæ ſit pœna.nu.35. 121
Partus quando occiditur, vt mulier ſaluetur, non tenetur de homicidio.nu.26. 100
Partus ſuppoſiti querela non tollitur ſpatio xx.annorum. nu.3. 221
Pater an poſsit filiam viduam,& non nuptam adulteram occidere.nu.11. 196
Pater aut mater occidentes infantem in lecto non dolo, non tenetur de parricidio. numero 21. 121
Pater debet occidere vtrunque adulterum,& adulteram,& quomodo intelligitur inſimul.numer.6. 195
Pater deducens filium infirmum in hoſpitali amittit ius parricidij. nu.28. 120
Pater naturalis occidens filium naturalem tenetur de parricidio & contra. numero 13.fol.119. & num.14. 120
Pater non poteſt occidere filium etiam maleficium & delinquentem, nec contra.numero 15.18. 120
Pater non poteſt occidere filiam adulteram emancipatam.nu.7. 195
Pater occidens filium committentem aliquem cauſam ingratitudinis, non punitur de parricidio. nu.1. 120
Pater occidens filium ingratum non tenetur de parricidio vt ſi concubuerit cum eius vxore, intellige ſi incontinenti occiderit non ex interuallo.num.22.23.& intellige quando ſcienter adulteram. num.24. 120
Pater occidens filium proditorem Regis, aut patriæ oppugnatorem non tenetur de parricidio.nu.25. 120
Pater occidens filium reſiſtentem caſtigationi paternæ non tenetur de parricidio.numero 30. 120
Pater præſentans filium delinquentē coram iudice eſt liberandus à morte.n.16. 120
Pater ſi eſt ſenex aut infirmus & debilis, an poſsit alteri demandare, vt occidat vtrunque.numero 13. 196
Pater ſi liberat filium, an ſit indicium contra patrem.nu.3. 62
Pater tunc poteſt occidere filiam ſi in domo propria, aut generi inueniat, & non in aliena. nu.5. 195
Pater videns filiam in actibus venereis & præludiis occidere poteſt.nu.4. 195
Pater vt poſsit filiam occidere requiritur quòd tempore homicidij habeat filiam in poteſtate.numero 10. 196

Patrem aut filium ſbannitũ an liceat ocidere, & non teneri de patricidio. numero 26. fol. 120
Patres ſi ſunt banniti ex cauſa hæreſis, filij non poſſunt contrahere abſque licentia Regis. nu. 32. 276
Patri vili an liceat adulterum occidere, vel ſi filia ſit vilis. nu. 12. 196
Pax & remiſsio qualiter habenda erit ſi extent minores & pupilli, & an ſufficiat à pupillis, & an à poſthumo, & quomodo. nu. 34. 224
Pax ſi eſt tractata & tranſactio, & non eſt concluſa, an faciat indicium. nu. 4. 64
Pax ſi facta eſt de vulnere, an extendatur ad mortem ſequutam. nu. 12. 99
Pax ſi facta eſt inter duos, vel præſtita fideiuſsio de non offendendo, ſi ſimul ſe offendant, & non apparet quis primò percuſsit, neuter tenetur ad pœnam fideiuſsionis ratione incertitudinis nu. 8. 214
Pax ſi facta eſt inter duos, deinde neſcitur quis primò fuerit aggreſſor, vterque abſoluitur. numero 59. 181
Pax ſi facta eſt pro ſe & complicibus ſi complices ſint offenſi an per ratihabitionem pax ſit rupta. nu. 10. 162
Pax ſi facta eſt vel data fideiuſsio de non offendendo, an adulterãdo vxorem rumpat pacem vel fideiuſsionem nu. 4. 187
Percutere volens ſi occidit, an teneatur de homicidio. nu. 7. 108
Percuſsio facta cum baculo, aut lapide, aut pila plumbea, qualiter puniatur, & an & quando lege Iulia, de vi publica. num. 65. 66. 14
Percutiens cum baculo in capite ſi occidat, an teneatur pœna capitis. nu. 25. 213
Percutiens cum baculo ſi vulnerat in capite, an teneatur pœna mortis. nu. 26. 213
Percutiens & vulnerans aliquem ferro ſi mors non ſequatur pœna manus punitur. numero 1. 235
Percutiens ſi non conſtat cum qua manu quæ amputabitur. nu. 58. 40
Percutientes plures ſi occidant deliberato & communicato conſilio, omnes tenentur de auxilio. nu. 3. 213
Percutientibus pluribus an omnes teneantur, vnde diſtinctionem. nu. 8. 110
Perduelio non appellat, & quis dicatur perduellio. nu. 5. 24
Peritis affirmantibus quàm negantibus magis creditur. nu. 37. 210
Peritis deponentibus in ſpecie magis creditur, quàm in genere. nu. 36. 210
Peritis deponentibus veriſimiliora magis creditur, quàm non veriſimiliora deponentibus. nu. 34. 210
Periti in arte an & quando deponere debeant cum iuramento. nu. 29. 209
Peritis in arte paucioribus magis credirur, quàm pluribus non peritis. nu. 33. 210
Peritis magis creditur reddentibus aptiorem rationem, quàm non reddentibus. numero 35. 210
Peritis pluribus æqualibus in ſententia diſcordantibus, quibus magis credendum eſt. numero 38. 210
Periurium punitur pœna manus. nu. 60. 231
Periurus in iudicio, vel extra pœna manus punitur. nu. 22. 235
Perſeuerantia non requiritur vbi præcedit confeſsio extraiudicialis. nu. 8. 96
Perſeuerantia non requiritur vbi præceſsit confeſsio extraiudicialis. nu. 19. 10
Perſeuerare in confeſsione quando dicatur. nu. 7. 96
Perſeuerare qualiter dicatur in confeſsione. nu. 5. 96
Perſeueratio in confeſsione quando dicatur. nu. 22. 2
Perſeueratio requiritur in confeſsione extorta per torturam quando fuit magna, ſecus

ſecus ſi leuis. nu.18. fol.10
Perſonæ conſtitutæ in dignitate non torquentur, & an reſiſti poteſt ſi de facto torqueantur. nume. 12.& 14. 83
Perſonæ leuis vitæ quæ dicantur. nu.14. 84
Perſonæ quæ inquiri poſsint de hæreſi, & an omnes perſonæ. nu.1. 267
Perſonæ quæ torqueri poſſunt,& an fœminæ,& an ſerui & aliæ perſonœ. nu.1. 83
Perſonæ quæ torqueri non poſſunt an ſaltim poſsint terreri. nu. 43. 85
Pertinacia relinquitur arbitrio iudicis.nu.8. 254
Pertinacia vt puniatur debet eſſe obſtinata, vel cum perſiſtentia incorrigibili. numero 9. 254
Phyſionomia mala,& malum nomen an faciat indicium.nu.1.& 2. 64
Pietas paterna excuſat à pœna ordinaria filium,ſi filium præſentet.nu.11. 243
Pilatus qui occidit Chriſtum fuit punitus de parricidio miraculosè.nu.11 119
Plorare & vociferare auditus in domo vbi puer occiſus eſt,an faciat indiciū.nu.1. 64
Poculum dans vt faciat abortum qualiter puniatur. nu.36. 116
Poculum ſi detur vt mulier abortiat vt ſaluetur in partu an puniatur. nu.42. 116
Pœna adulterij quæ ſit in regno in fœmina,& adultero. nu.42. 199
Pœna à lege inducta non admittit appellationem. nu.1. 12
Pœna alteratur ratione irreuerentiæ, vt ſi deliquit coram iudice ſtatim punitur. numero 37. 250
Pœna alteratur ratione ſtatus mutationis.nu.45. 251
Pœna an omnium ex pluribus præſtantibus auxilium erit vniformis, an diuerſa. numeio 8. 134
Pœna an minuatur quando ex præſumptionibus condemnatur, & quæ imponi debet,limita in ſolio.nu.89.fol.106.& nu.90. 107
Pœna augetur ex contumacia creſcente.nu.14. 249
Pœna augetur ex qualitate occiſi.nu.15. 249
Pœna augetur ex delicto aſſaſsinij. nu.36. 140
Pœna augetur ex reiteratione delicti.nu.69. 105
Pœna augetur propter immanitatem ſceleris, pro quo licet iura tranſgredi. numero 20. 249
Pœna augetur ratione inobedientiæ,ideò relegatus ad tempus, duplicatur, & ſi deportatur ſi non obſeruat,pœna mortis punitur. nu.44. 251
Pœna augetur ratione multiplicationis quando per iudicem pœna eſt imponenda, non quando ipſo iure. nu.10. 249
Pœna augetur ratione reiterationis delicti,& ex cōſuetudine delinquendi.nu.1. 148
Pœna non augetur ſi reiterata ſunt minima. nu.11. 249
Pœna baſtonantis,& percutientis aliquem baculo,quæ ſit in regno. nu.22. 213
Pœna capitali damnatus & mortis an ſuccedat ex teſtamento, vel ab inteſtato agnatis.numero 40. 236
Pœna capit.j.de homicid.an extendatur & locum habeat in mandatario & faciente. numero 11. 138
Pœna capitalis læſæ maieſta.videlicet propter vſurpationem iuriſdictionis, commutatur in publicationem bonorum,non tamen in aliis capitibus.nu.31. 238
Pœna capitalis quæ ſit & dicatur.nu.50. 230
Pœna cognoſcentis monialē abſq; raptu tam in viro,quàm muliere quæ ſit.n.5. 200
Pœna cognoſcentis filiam aut matrem quæ ſit.nu.48. 199
Pœna conſtituta pro homicidio iure ciuili antiquo quæ erat. nu.2. 227

Pœnæ contrahentis ſecundas nuptias an locum habeant hodie. nu. 14. fol. 204
Pæna contrahentis inceſtas nuptias quæ ſit. nu. 24. 206
Pœna conſueta ſi non apparet, relinquitur arbitrio iudicis. nu. 3. 251
Pœna corporalis an imponatur pro lata culpa an verò pecuniaria. nu. 10. 102
ADDE Caſus in quibus pro lata culpa pœna capitis & ordinaria punitur in caſu l. j. C. de priua. carce. l. milites. C. de cuſto. reo. Oldra. in conſil. xcij. & per Maran. in Specu. aur. iiij. par. xj. diſtin. ver. vltimo. pro hac diſtinctione, & an & quando pro culpa puniri poſsit corporaliter, & an pro leui & leuiſsima & l. aquilia. quòd ſi dolo aut culpa criminaliter puniri poteſt, ſi leui aut leuiſsima, punitur pecuniariter ad damnum, vt per Iaſo. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & per Alexand. in conſil. lxxvj. primo volu. & Pau. de Caſt. in conſil. cclxxvij. ſecundo volumi.
Pœna corporalis aſſaſsinij eſt vt ſcindatur in fruſta. nu. 47. 140
ADDE De aſſaſsinio per moder. Hiſpa. in deciſ. crimi. in gl. per aſſaſsinos alios interfici. vbi an requiratur actualis degradatio, vt per laicos puniatur, an verò ipſo facto ſint degradati, quòd ſic vt per Barb. in c. at ſi clerici. de iudic. & Ioan. lup. in tract. de liber. eccle. iij. q. ix. qui dixit quòd datur à iure quædam degradatio, quæ habetur loco realis degradationis. vt in c. j. de homic. in vj. & Alb. Arnal. in c. quoniam. de hære. in vj. ver. viij. & vltimò fallit. & ibi dicit Arnal. quòd pœna d. c. j. habet locum in mandante interfici, & non inficiente. allegat Aretin. in conſilio clxiij. ver. tertio allegant. tamen videmus extendi ad facientem & mandatarium: imò grauius, vt per Thom. Gram. in volu. ix. volu. xj. & volu. viij. & ibi per modern. vbi ſuprà, an locum habeat in attentante & non perficiente, & morte non ſecuta, quòd ſic quoad illas pœnas, non vt puniatur ordinaria pœna, ſed extra ordinem de mandato, & priuetur beneficio, vt ibi, & ſecundum Dy. & Ang. in l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de iniur. & Ioan. And. in reg. in pœnis. de reg. iur. in vj.
Pœna corporalis in ſubſidiū imponi poteſt, vbi pecuniaria non ſoluitur. nu. 8. 239
Pœna corporalis nunquam imponitur pro homicidio niſi vbi dolus adeſt. n. 4. 101
Pœnæ quæ imponuntur iure canonum, & an detrudi in monaſterium. nu. 9. 239
Pœna damnationis in metallum, an ſit in vſu, & quæ ſubrogatur. nu. 101. 42
Pœna conſtit. vt locum habeat an vis fieri debeat in locis habitatis. nu. 19. 201
Pœna deportationis an hodie ſit in vſu, & quæ ſubrogatur, & quid in regno an ſit in vſu. numero 97. & 99. 42
Pœna deoſculantis virginem in via, quæ ſit. nu. 20. 204
Pœna deportationis eſt in vſu in regno propter inſulas, quæ ſunt, & pœna remigationis in locum pœnæ damnationis in metallum. nu. 9. 252
Pœna diuerſa ſi imponatur per ſtatutum opem ferenti, ea imponi debet, vide ampliationes, & limita. nu. 5. & 6. 134
Pœnæ diuerſæ ſi imponantur per ſtatuta, quæ imponi debet. nu. 43. 220
Pœnam impoſitæ à cano. & conſtit. licet diuerſæ, an concurrant cumulatiuè, an priuatiuè. nu. 14. 281
Pœnæ plures ſi concurrant imponendæ maior & minor, quæ pœna prius imponi debet. nu. 44. 229
Pœnæ plures ſi ſtatuantur pro homicidio, vna iure ciuili, alia ſtatutario, quæ pœna ſit imponenda. nu. 56. 229
Pœna exaſperatur propter exemplum aliorum. nu. 27. 250
Pœna alteratur ratione arbitrij quod habet, & an ad mortem poteſt arbitrari. numero 28. 250
Pœna exceſſus quæ ſit. nu. 7. 182

Pœna ex quibus cauſis minuatur, & an ratione dignitatis. nu.33. fol.145
Pœna exilij,& verberationis,an iure canonū imponi poſsit,etiam in clericis.n.6. 239
Pœna corporalis iure canonum imponi poteſt,dummodò non tranſeat in emanationem ſanguinis.num.7. 239
Pœnæ quando non apparent impoſitæ copulatiuè, aut alternatiuè, vnica tantum pœna imponenda eſt. nu.67. 231
Pœnæ diuerſæ quando imponuntur iure communi & ſtatutario an vtraque pœna imponi poſsit.nu.38. 229
Pœna falſi quæ ſit. nu.27. 29
Pœna furti iure communi & iure regni,quæ ſit.11. 31
Pœna furcarum,ignis, manu,oculi,& pedis,& fuſtigationis in quibus locum habet. numero 10. 227
Pœna homicidij non punitur ſi de homicidio cōſtet per modū exceptionis.n.59. 246
Pœna imponenda eſt maior in pœnis corporalibus ignobili quàm nobili, ſecus in pecuniariis. nu. 13. 81
Pœna inferentis iniuriam curialibus aſsiſtentibus in curia Regis, & ſic Regis familiaribus.num.38. 26
Pœna iuris communis an ſit ſublata per ſtatutariam.nu.37. 229
Pœna regis Iuliæ de vi priuata,quæ ſit. nu. 114. 43
Pœnalis conſtitutio licet fauorabilis non extenditur.nu.7. 145
Pœnæ maleficiorum & mathematicorum.nu.4. 34
Pœna manus pro vulnere an poſsit commutari,& quando.nu.70. 41
Pœna minor quàm capitis an imponi poteſt pro homicidio, vt pœna manus. numero 16. 227
Pœna minor quando imponi debet,non corporalis, ſed pecuniaria imponenda eſt, aut quæ non excedat relegationem per quinquennium.nu 6.& 7. 252
Pœna minuitur ratione delicti commiſsi extra territoriū ex cōſuetudine.n.65. 24
Pœna minuitur ratione ætatis,ideò impubes, & minor non punitur pro homicidio pœna ordinaria.nu.51. 246
Pœna minuitur propter annihilatas probationes per torturam.num.68. 247
Pœna minuitur in non ſolito delinquere. nu.69. 247
Pœna minuitur ſi condemnatus ſit vir bonæ vitæ,& famæ.nu.6. 243
Pœna mortis an teneatur ex ſolo tractatu de occidendo contra officialem. n.7. 150
Pœnam mortis & ſanguinis nunquam imponit ius canonicum pro quocunque delicto grauiſsimo. nu. 4. 239
Pœna mortis licet ſtatuta ſit pro homicidio, tamen in poteſtate iudicis eſt pœnam ex cauſa minuere & homicidam deportare. nu.11. 227
Pœna mortis non imponitur ex præſumptionibus, etiam ſi tales forent ex quibus mens iudicis ad ita credendum traheretur.nu.7. 237
Pœna mortis ſi imponatur iure canonum,intelligitur de excommunicatione,& non mortis naturalis.nu.11. 239
Pœnam priuationis beneficij an epiſcopus aut eius vicarius poſsit commutare in pecuniariam.nu.27. 242
ADDE An eccleſiaſticus pro delicto imponet pœnas,& quid ſi in bonis nō habet, an luet in corpus.quòd ſic,per mod.Hiſpa.in deciſ.crim.in gl. pœnis aliis pecuniariis,vt in gl.ſtupri.poſt Panor.in c.vt clericorum.de vita & honeſt.cleric.vbi q iudex eccleſiaſticus poteſt imponere pœnā pecuniariā, clericus pro ſuo arbitrio vltra alias pœnas pecuniarias,quando illæ non ſufficerent:& ſi non ſoluet, luet in

corpus,vt ibi.& adde Maran.in Spec.aur.j.diſtinct.iiij. par. ꝙ ſi pœna integrè non eſt irrogata,poteſt pars petere ſatisfactionem ſibi fieri de iniuria,vt per eum.

Pœna murationis imponitur iure canonum,vt pro hæreſi,& grauiſsimo delicto muretur perpetuò.nu.18. 239

Pœna noua introducta,an ſit receſſum à pœna iuris ciuilis.nu.15. 281

Pœna ob ſeruitia præſtita principi minoratur, vt ſi diu principi ſeruierit. nu.5. 243

Pœna omnis eſt arbitraria in principe.nu.21. 253

Pœna ordinaria minuitur in homicida,quādo ex præſumptionibus dānatur.n.9. 237

Pœna ordinaria quando minoratur ex cauſa,erit pecuniaria.nu.3. 43

Pœna parricidij hodie non eſt in vſu,ſed pœna homicidij quo ad corpus.nu.26. 121

Pœna pecuniaria pro homicidio ex conſuetudine imponi poteſt,& componi. nu.22. & 23. 228

Pœna perpetui carceris,an morti æquiparatur,& quando.nu.12. 259

Pœna perpetui carceris quando imponitur qualis debeat eſſe carcer,& an talis quòd ſtatim moriatur. nu.15. 241

ADDE Plenè de iſta pœna perpetui carceris iure cano. per mod. Hiſp. in deciſ. crimi.in gl.hac in perpetuū carcerem damnari.vbi an teſtari poſsit taliter condemnatus,& an ei relinqui poſsit pro alimentis,& an & quando ſint irregulares, ſi in arcto loco & carcere ponant carceratos,vt citò moriatur ex defectu aëris,ꝙ ſic:& an in caſibus in quibus iure ciuili imponitur pœna mortis iure can. detruditur in carcerem, ꝙ non,niſi expreſsè dicatur iure cano.Aretin. in deciſ.in c. cùm non ab homine.de iudic.& ibi quid ſi nolit agere pœnitentiam in monaſterio,quòd ponatur in perpetuo carcere, & ibi datur regula,ꝙ vbi de iure ciuili imponitur pœna mortis iure cano.depoſitus detruditur in carcerem.infra verò pœnam mortis detruditur in monaſterium:& ibi quando imponitur pœna perpetui carceris & monaſterij,& quòd æquiparatur pœnæ damnationis in metallum,& an pœna perpetui carceris dicatur capitalis, & in quibus locis ſtatuatur iure canon. & quando, & de pœna detrutionis in monaſterium,& quando,per eoſdem modernos in glo. in monaſterium detrudi. poſt Præpoſ.in capitulo, ſi Euangelica. trigeſimaquinta diſtinct.vbi clericus ſi non eſt ſufficienter punitus,pro grauitate delicti, cum ſola depoſitione detrudi poteſt in arctum monaſterium, & de pœna depoſitionis, & in quibus caſibus & delictis deponitur,in gloſſ. deponi. vbi quòd in caſu mortis iure ciuili,iure canon.deponitur, vt per Felin.& Dec.in capit.at ſi clerici.de iudic. & per Fel.in c.qualiter & quādo.lo ſecundo.§.ad corrigendos.de accu. & ibi quid ſit depoſitio.251.ſimpliciter deponatur an perpetuò ſit deponendus, ſi non dicatur.vbi Deci.v.not.in d.cap.at ſi clerici.& in magnis & grauibus criminibus deponitur, & ibi an depoſitus poſsit à iudice ſeculari puniri,& de pœna verberationis, & an de mandato epiſcopi per laicum,& an ſit irregularis,ſi ſanguis exeat, in glo. verberare.& de pœna murationis,in gloſ.corporalibus pœnis. poſt Cardi.in conſilio xciiij.& de pœna exilij, & an & quando epiſcopus poſsit facere, & an exulando poſſet eum reuocare,& quid ſi de facto exulat,in glo.in exilium mitti.quòd princeps reuocat:vt ibi,niſi de facto exularet.

Pœna perſuadentis homicidium quæ ſit,& de perſuadente,conſulente, &c.vide numero.2.& 3. 161

Pœna pro hæreſi eſt infligēda,nulla cōſiderata qualitate perſonę.nu.4. 274

Pœna pro homicidio ſecundum legem Moyſi quæ erat.nu.1. 227

Pœna publicationis bonorum ſi imponatur vltra pœnam capitalem, intelligitur de morte naturali.nu.49. 230

Pœna

Pœna quæ augetur ex qualitate inhærente principali, an minuatur, non habet locum in auxiliante, vt pœna augeatur, aut minuatur, & diſtingue, & intellectus ad l. vtrum. ff. de parric. nu. 13. 14. 15. 16. & 17. fol. 135

Pœna quæ imponi debet pro crimine hæreſis. nu. 1. & 2. 274

Pœna qua imponitur pro verberibus in regno. nu. 82. & 84. 41

Pœna quæ ſit in regno contra ius ſibi dicentem propria auctoritate, & an l. extat. ſit correcta in regno. & nu. 109. 110. & 111. 42

Pœna quæ ſit detinentis duas vxores. nu. 15. 06

Pœna quæ ſit deoſculantis virginem per vim. nu. 13. 206

Pœna quæ ſit pro violentia facta rebus. nu. 102. 42

Pœna quæ ſit pro homicidio iure canonico, & an pœna perpetui carceris. nu. 1. 239

Pœna quæ ſtatuantur credentibus, receptatoribus, & fautoribus, & an diuerſæ. nu. 4. & quid iure canonum. nu. 5. & quid iure nouiſsimo canonum. nu. 6. & quid iure regni. num. 7. 281

Pœna quæ ſit tutoris, aut curatoris ſtuprantis pupillam. nu. 18. 206

Pœna quæ ſit mulieris concumbentis cum ſeruo, & quæ ſerui. nu. 19. 206

Pœna ſtuprantis puerum maſculum, & ſodomiæ quæ ſit. nu. 20. 206

Pœna raptoris, & ſociorū quæ ſit ſiue liber ſiue ſeruilis cōditionis ſit rapiens. n. 1. 203

Pœna raptus an ſit ſublata per contractum matrimonium inter raptorem & raptam. numero 13. 204

Pœna raptus non habet locum ſi rapta non fuit cognita, vel cognita & non rapta, & quando locum habeat. nu. 6. & 7. 27

Pœna ſeditionis quæ ſit, & qualiter puniantur ſeditioſi. nu. 6. 32

Pœna ſi augetur in auxiliante, an augeatur in principali. nu. 19. 130

Pœna ſi commutatur abiuranti, an recuperet beneficia. nu. 11. 279

Pœna ſi detur alternatiua pro homicidio vel delicto, cuius erit electio iudicis, an rei. numero 22. 238

Pœna ſi minuatur ex cauſa, quæ pœna erit imponenda. nu. 1. 251

Pœna ſi minuitur in principali, an minuatur in opem ferente. nu. 18. 135

Pœna ſi ſit à iure determinata, licet ex præſumptionibus condemnetur, tamen pœna determinata imponi debet. nu. 4. 43

Pœna ſi ſtatuta non reperitur ſolita imponi debet, & ſi non appareat, in arbitrio eſt iudicis quando ex cauſa augetur. nu. 4. fol. 251. & nu. 5. 252

Pœna ſi ſtatuta non reperitur pœna conſueta, & ſolita imponi debet. nu. 2. 251

Pœna ſtupri quæ ſit, & quod abſque vi eſt pœna relegationis in vili perſona, in nobili dimidiæ partis bonorum. nu. 5. 205

Pœna ſolita vbi imponitur, & condemnatur, etiam ſi auferatur à manibus familiæ, & liber ſit, non poteſt teſtari. nu. 43. 236

Pœna vbi imponitur inſolita, vt quia veneno occidatur, vel proiiciatur à feneſtra poteſt teſtari. num. 42. 236

Pœna vis publicæ quæ ſit. nu. 95. 42

Pœna vtraque canonica & ciuilis concurrit in mixtis criminibus, & vna non tollitur per aliam. num. 16. 281

Pœnæ villarum & vniuerſitatum non occurrentium malefactoribus & homicidis, & quid in regno ſtatuitur, & de cap. & quid ſtatuitur in reg. ſuper homicidiis contra vniuerſitates & barones. nu. 48. 49. & 50. 130

Pœnitentia an expectanda, & admittenda ſit in omni parte iudicij vt euitet pœnas, & an poſt ſententiam. nu. 14. 279

Populi ad ſedandum tumultum multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur. numero 2. 220
Poſſeſsionem an liceat defendere ex interuallo. nu.15. 167
Poſſeſsio poteſt ex interuallo récuperari, quando interuallum eſt neceſſarium ad recuperationem poſſeſsionis. nu.27. 178
Poteſtas an manibus propriis torquere poteſt. nu.15. 89
Practica regni ſuper notoriis puniendis. nu.36. 8
Præcipitans aliquem de poteſtate aut ex alto, & mortuus ſit, an pœna capitis teneatur, & det cauſam mortis. nu.43. 116
Præcipitnus ſe de alto, aut lapidem proiiciens, aut ramum incidens dolosè, & hominem occidat, capite punitur. nu.32. 234
Prædia habentia oratoria ſi alienantur ab hæretico, vendicantur à fiſco. nu.26. 278
Præeminentia locum non habet, vbi pars allegat teſtes receptos, fuiſſe ſibi inimicos capitales, nec locum habet tortura. nu.19. 46
Præeminentia locum habet quando teſtes ſunt recepti per eam. nu.20. 47
Præeminentia magnæ curiæ locum habet in prima tortura, non autem quòd repeti poſsit ex proceſſu informatiuo. nu.21. 47
Præeminentia magnæ curiæ locum habet in vilibus & leuibus perſonis & concurrente leuitate vitæ, & an copia danda ſit. ibidem. nu.16. 46
Præeminentia magnæ curiæ vnde fuit ſumpta. nu.17. 46
Præeminentia non habet locum, nec proceditur ad torturam, quando allegatur tale quid quo probato debet tortura ſuperſederi. nu.18. 46
Prælatus aut cardinalis ſi interficiatur propriæ ciuitatis, priuari poteſt epiſcopali dignitate. nume.11. 217
Prælatus tenetur obuiare cùm poteſt, aliàs punitur. nu.77. 171
Præparamenta facere viſus apta ad offendendum, an faciat indicium. nu.1. 63
